



Acerca de este libro

Esta es una copia digital de un libro que, durante generaciones, se ha conservado en las estanterías de una biblioteca, hasta que Google ha decidido escanearlo como parte de un proyecto que pretende que sea posible descubrir en línea libros de todo el mundo.

Ha sobrevivido tantos años como para que los derechos de autor hayan expirado y el libro pase a ser de dominio público. El que un libro sea de dominio público significa que nunca ha estado protegido por derechos de autor, o bien que el período legal de estos derechos ya ha expirado. Es posible que una misma obra sea de dominio público en unos países y, sin embargo, no lo sea en otros. Los libros de dominio público son nuestras puertas hacia el pasado, suponen un patrimonio histórico, cultural y de conocimientos que, a menudo, resulta difícil de descubrir.

Todas las anotaciones, marcas y otras señales en los márgenes que estén presentes en el volumen original aparecerán también en este archivo como testimonio del largo viaje que el libro ha recorrido desde el editor hasta la biblioteca y, finalmente, hasta usted.

Normas de uso

Google se enorgullece de poder colaborar con distintas bibliotecas para digitalizar los materiales de dominio público a fin de hacerlos accesibles a todo el mundo. Los libros de dominio público son patrimonio de todos, nosotros somos sus humildes guardianes. No obstante, se trata de un trabajo caro. Por este motivo, y para poder ofrecer este recurso, hemos tomado medidas para evitar que se produzca un abuso por parte de terceros con fines comerciales, y hemos incluido restricciones técnicas sobre las solicitudes automatizadas.

Asimismo, le pedimos que:

- + *Haga un uso exclusivamente no comercial de estos archivos* Hemos diseñado la Búsqueda de libros de Google para el uso de particulares; como tal, le pedimos que utilice estos archivos con fines personales, y no comerciales.
- + *No envíe solicitudes automatizadas* Por favor, no envíe solicitudes automatizadas de ningún tipo al sistema de Google. Si está llevando a cabo una investigación sobre traducción automática, reconocimiento óptico de caracteres u otros campos para los que resulte útil disfrutar de acceso a una gran cantidad de texto, por favor, envíenos un mensaje. Fomentamos el uso de materiales de dominio público con estos propósitos y seguro que podremos ayudarle.
- + *Conserve la atribución* La filigrana de Google que verá en todos los archivos es fundamental para informar a los usuarios sobre este proyecto y ayudarles a encontrar materiales adicionales en la Búsqueda de libros de Google. Por favor, no la elimine.
- + *Manténgase siempre dentro de la legalidad* Sea cual sea el uso que haga de estos materiales, recuerde que es responsable de asegurarse de que todo lo que hace es legal. No dé por sentado que, por el hecho de que una obra se considere de dominio público para los usuarios de los Estados Unidos, lo será también para los usuarios de otros países. La legislación sobre derechos de autor varía de un país a otro, y no podemos facilitar información sobre si está permitido un uso específico de algún libro. Por favor, no suponga que la aparición de un libro en nuestro programa significa que se puede utilizar de igual manera en todo el mundo. La responsabilidad ante la infracción de los derechos de autor puede ser muy grave.


Acerca de la Búsqueda de libros de Google

El objetivo de Google consiste en organizar información procedente de todo el mundo y hacerla accesible y útil de forma universal. El programa de Búsqueda de libros de Google ayuda a los lectores a descubrir los libros de todo el mundo a la vez que ayuda a autores y editores a llegar a nuevas audiencias. Podrá realizar búsquedas en el texto completo de este libro en la web, en la página <http://books.google.com>

This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

<https://books.google.com>





LIBRARY

UNIVERSITY OF TORONTO

ptore



<36636801010014

<36636801010014

33

Bayer. Staatsbibliothek

S

4^o A. Lat. b. 580.

Ve ^{phi} p^{is} comparat.

JOHANNES BAPTISTA ~~DE~~

AUGUSTINUS

ANNO CHRISTI

M. DC. LXXV. 31.

Material $\frac{1}{2}$ - 12
Forma " 20 - 8.

HAE TIBI SERVUNT ARTE


SUETONIUS
TRANQUILLVS
cum
ISAACI CASAVBONI
Animarum & Sonitibus
I. H. BOECLERI
in Observationibus Politicis
et Historiis

ARGENTORATI
Ex Officina
IO. PHIL. MÜLRI
ANNO
MDCCLXXIII

Schul
Frucht

1773
F. M. M.

plate



<36636801010014

<36636801010014

33

Bayer. Staatsbibliothek

S

4^o A. Lat. b. 580.

Ve ²⁶ ~~pas~~ comparat.

PHILIPPUS BAPTISTA ~~1652~~

AUGUSTANUS

ANNO CHRISTI

M. DC. LXXV. 31.

Materia 2 1/2 - 12

Forma " 20 - 18.

HAE TIBI SERVUNT ARTES

SUETONIVS
TRANQUILLVS

cum
ISAACI CASAVBONI

*Amatoris Bonorum
& Liberrimi*

I. H. BOECLERI

*Interpretationibus Politicis
in Regni Indiarum*

ARGENTORATI
Ex Officina

IO. PHIL. MÜLBI

ANNO

MDCCXLVII

Bayerische
Staatsbibliothek
München

CAIVS
STATONIVS

TRANQVILLVS

Canon.

Cum.

Neustift

ISAACI CASAVDONI

Animaduersionibus,

Josephus

Et

Abbas

Dissertationibus Politicis

IOH. HENR. BOECLERI,

Itemque

Vberrimo Indice.



ARGENTORATE,

Ex Offic. Joh. Philippi Müllers,

M. D. C. XLVII

EVILLYN...

...

...

...

...



AD

MAGNIFICVM

AMPLISSIMVMQVE

VIRVM,

DN. DANIELEM

IMLINVM,

IURECONSULTVM,

Inclytæ Reipubl. Argentoratensis

Consiliarium Grauiſſimum,

Patronum Magnum.



VETONIUS ille Tran-

quillus, maximorum quondam

Principum familiaris & amicus,

ex officina noſtrate in publicum,

exiturus, ad Tuum ſe primo limen ſiſtit, Vir

ac Patrone ſumme: & à tuo conſpectu ac fa-

uore, per ſollennem ſui operis dedicatio-

X

nem,



nem, fortunæ, quam subiturus est, auspicia
repetit. Scit, nec argumentum, nec scriptu-
ræ modum, quidquid denique proprium ac
suum habet, displicere posse: postquam com-
mendatione tot sæculorum, celebri semper
fama peruiguit. sed nec, quem asciuit, cul-
tum se indignum arbitratur. grauissimum
enim doctissimumq; nactus interpretem Ca-
saubonum, eius opera iam pridem se sibi re-
stitutum confitetur, atque prædicat. Quæ
aliunde nunc accesserunt, eatenus non re-
pudiat, quatenus vtilitati ciuiliū studio-
rum, se pro captu sæculi & conditione disci-
plinæ, accommodari, nunquam ægre tulit.
Quod ad Te potissimum affectat viam, Vir
Magne, id adeo more quodam suo facit; sue-
tus nimirum sua studia magnis Politicis ac lu-
reconsultis dicare. neque minus se nunc Ar-
gentorati, quam olim Romæ, suum Pliniam
reperisse credit. nam in effusiores laudes
non egreditur. quamquã enim non ignorat,
nullum acroama posse iucundius esse incly-
tæ Argentoratensî Reipublicæ, quæ inter
præ-



præcipua sua præsidia ac ornamenta Te suspicit : ingenito tamen brevitatis amore, omnia dixisse sibi videtur, cum PLINIUM, id est, Traiani Principis delicias, Reip. Romanæ decus, & sæculi felicioris instrumentum dixit. Sicut autem Plinii suffragatione, Principali gratiæ insinuatus, multoq; ob clarissima studia favore publico honestatus est: ita inter ea, quæ Rebus publicis etiam nunc pie ac decore suadentur, amorem historicarum & ciuiliū artium à Te poni, nequaquam dubitat. Fortasse autem, qua fuit semper in officiis vitæ modestia, & aduersum illustres viros reuerentia, non ambiret patrociniū tuum, nisi perhonorificum Tibi iudicaret commercium talis scriptoris, quales hac ætate nemo, nisi qui altitudine ingenii & sapientiæ, sæculi mores supergressus est, diligere audet, aut potest æstimare. Etiam hoc solenne Suetonio fuit, beneficia sibi debita aut oblata, in amicos transferre, sicut ex epistolis Plinii Secundi discimus. vtinam & nunc vjr tam fauorabilis, partem fauoris Tui, in me, qui con-

)(2

ratio-

✠

tubernalis studiorum eius videri possim, de-
riualet! nam ex me non aliud argumentum
commendationis allegari potest, quam inge-
nuæ venerationis affectus: quo præclarissima
merita tua, Reipublicæ atque communi pa-
triæ gratulatur, salutem tuam ac incolumita-
tem DEO commendat, semperque manet

Amplissimi nominis Tui,

obseruantissimus cultor

Ioh. Henricus Bœclerus.

Argentorati 29. Martii

1647.

AD

BENIVOLUM LECTOREM.

INter ea quae vir Summus, Isaac Casaubonus antiquis Auctoribus illustrandis scripsit, cum primis doctrinae & utilitate videntur praecellere, Animaduersiones in Suetonium: quae tanto sunt applausu ubique ab eruditis excepta, quanto non temere aliud in hoc genere monumentum. Earum ergo, distractis pridem exemplaribus, quae Geneva, & auctius Parisiis prodierant, cum nulla complures iam per annos studiosis facultas esset, natum Bibliopola nostro consilium nouae editionis, quam hic damus. Addidi à me dissertationes Politicas, & per commilitones quosdam, vberimum Indicem, nec minus argumentorum rerum, quam verbis accommodatum, confici curauit. Ampliores & plenos commentarios, in quibus cum doctissimis Casaubonicis, aliorum quoque ingeniorum labores & nota, non ea modo qua in Parisiensi volumine comparent, sed quae alibi queunt reperiri, aut industria editoris addi, exhibentur,

tur, magnus noster Berneggerus, dum vita manebat, inchoauerat: absolutaque Caesaris vita, partem Augusti quoque ad eam formam publicauerat. cuius instituti, operisq, continuationem, à Clarissimo amicissimoq, Freinshemio expectamus. Si enim ullus Auctor, certe Suetonius est, qui tale studium requirit. Interim Casaubonus per se representari dignissimus, desideria Studiosorum solabitur. Proxima laus Torrentio debetur: cuius nota, non quidem diffusa, sed plerumque graues ac erudite sunt. Beroaldus in magna copia, & ubertate commentandi, sepius dormitat, aut in minutis moratur. sicut & Sabellici Paraphrasis non pauca habet, qua merito talibus viris ignoscimus, vehementerq, interim eorum in re litteraria instauranda studium commendamus. Quae Pulmannus, Erasmus, Gla-reanus, Vrsinus, Lipsius, Vinetus, Egnatius, Gruterus, annotauerunt, pauciora sunt. cetera in aliis Philologorum scriptis criticis passim continentur. qualia in unum conducta, etiamsi contractius proponantur, ingens volumen possunt conficere. Salue, Lector
Beniuole, & vale.

* *
*



C. SVETONII TRANQVILLI

LIB. I.

DIVVS IVLIVS CÆSAR. *Natus 9^{to} Julii A.U.C. 69.*



ULIVS CÆSAR DIIVS, annum agens sex-
 tumdecimum, patrem amisit: sequentibusq;
 Consulibus flamen Dialis destinatus, dimissa
Cossutia, quæ, familia equestri, sed admodum
 diues, prætextato desponsata fuerat, Corne-
 liam, Cinnæ quater Consulis filiam, duxit vxorem: ex qua
 illi mox Iulia nata est: neque vt repudiaret compelli à Dicta-
 tore Sulla villo modo potuit. Quare & sacerdotio, & vxoris
 dote, & gentilitiis hereditatibus multatus, diuersarum par-
 tium habebatur: vt etiam discedere è medio, &, quamquam
 morbo quartanæ aggrauante, prope per singulas noctes
 commutare latebras cogere, seq; ab inquisitoribus pecu-
 nia redimere: donec per virgines Vestales, perque Mamer-
 cum Æmiliū & Aureliū Cottam, propinquos & affi-
 nes suos, veniam impetrauit. Satis constat, Sullam, cum
 deprecantibus amicissimis & ornatissimis viris aliquandiu
 denegasset, atque illi pertinaciter contenderent, expugna-
 tum tandem proclamasse (siue diuinitus, siue aliqua conie-
 ctura) *Vincerent, ac sibi haberent: dummodo scirent, eum, quem*

Cap. VI.
 A. V. C.
 870.
Polytoro Vigili
5^{ti} Libri de iuranti
na. Cap. 14.
Velleig. 2. 43.
Florg. 1. 2. 2.
Gell. 10. 15.
Velleig. 2. 41. 2.
Florg. 3. 1. 18.
Florg. 3. 19. 7.
Tacit. H. 1. 32. 4.

A

inco-

incolumem tantopere cuperent, quandoque optimatum partibus, quas secum simul defendissent, exitio futurum: nam Casari multos Marios inesse.

II.

Stipendia prima in Asia fecit, M. Thermi Prætoris contubernio: à quo ad arcessendam classem in Bithyniam missus, defedit apud Nicomedem, non sine rumore prostratæ regi pudicitia: quem rumorem auxit, intra paucos rursus dies repetita Bithynia, per causam exigendæ pecuniæ, quæ deberetur cuidam libertino, clienti suo. Reliqua militia, secundiore fama fuit: & à Thermo in expugnatione Mitylenarum, corona civica donatus est. Meruit & sub Scruilio Isaurico in Cilicia, sed brevi tempore. Nam Sullæ mortè comperta, simul spe novæ diffensionis, quæ per M. Lepidum mouebatur, Romam prope rediit. Et Lepidi quidem societate, quamquam magnis conditionibus invitaretur, abstinuit: cum ingenio eius diffusus, tum

IV.

occasione, quam minorem opinione offenderat. Cæterum composita seditione civili, Cornelium Dotellam, consularem & triumphalem virum, repetundarum postulavit: absolutoque, Rhodum secedere statuit, & ad declinandam invidiam, & ut per otium ac requiem Apollonio Molonis clarissimo tunc dicendi magistro, operam daret. Huc dum hibernis iam mensibus traiecit, circa Pharmacusam insulam à prædonibus captus est: mansitque apud eos non sine summa indignatione prope quadraginta dies, cum vno medico & cubiculariis duobus. Nam comites seruosque cæteros initio statim ad expediendas pecunias, quibus redimeretur, dimiserat. Numeratis deinde quinquaginta talentis, expositus in litore, non distulit, quin è vestigio classe deducta persequeretur abeuntes: ac redactos in potestatem, supplicio, quod illis sæpe minatus inter iocum fuerat, afficeret. Vastante regiones proximas Mithridate, ne desidere in discrimine sociorum videretur, ab Rhodo, quo pertenderat, transit in Asiam: auxiliisque contractis & præfecto regis

Gellij. s. 6.

III.

2. II.

626

Tacit. 1. 21. 1.

vide

ap. 2.

regis prouincia expulso, nutanteis ac dubiās ciuitates retinuit in fide. Tribunatu militum, qui primus Romam reuerso per suffragia populi honor obtigit, auctores restituendæ tribunitiæ potestatis, cuius vim Sulla diminuerat, enixissime iuuit. L. etiam Cinnæ, vxoris fratri, & qui cum eo ciuili discordia Lepidum secuti, post necem Consulis ad Sertorium confugerant, reditum in ciuitatem rogatione Plotia confecit: habuitque & ipse super ea re concionem. Quæstor Iuliam amitam, vxoremque Corneliam, defunctas VI. laudauit è more pro Rostris. Et in amitæ quidem laudatione, de eius ac patris sui vtraque origine sic refert: *Amita mea Iulia maternum genus à regibus ortum, paternum cum Diis immortalibus coniunctum est. Nam ab Anco Marcio sunt Marci Reges, quo nomine fuit mater: à Venere Iulii, cuius gentis familia est nostra. Est ergo in genere & sanctitas regum, qui plurimum inter homines pollens: & cærimonia Deorum, quorum ipsi in potestate sunt reges.* In Corneliam autem locum Pompeiam duxit, Q. Pompeii filiam, L. Sullæ neptem: cum qua deinde diuortium fecit, adulteratam opinatus à P. Clodio: quem inter publicas cærimonias penetrasse ad eam muliebri veste tam constans fama erat, vt senatus quæstionem de pollutis sacris decreuerit. Quæstori vltior Hispania obuēnit: vbi cum mandatu Prætoris iure dicundo conuentus circumiret, Gadeisq; venisset, animaduersa apud Herculis templum Magni Alexandri imagine, ingemuit: & quasi pertæsus ignauiam suam, quod nihil dum à se memorabile actum esset in ætate, qua iam Alexander orbem terrarum subegisset, missionem continuo efflagitauit, ad captandas quam primum maiorum rerum occasiones in vrbe. Etiam confusum cum somnio proximæ noctis (nam visus erat per quietem matri stuprum intulisse) coniectores ad amplissimam spem incitauerunt, arbitrium orbis terrarum portendi interpretantes: *quando mater, quam subiectam sibi*

vidisset, non alia esset quam terra, qua omnium parens habetur.

VIII.

Decedens ergo ante tempus, colonias Latinas, de petenda ciuitate agitantes, adiit: & ad audendum aliquid concitasset, nisi Coss. conscriptas in Ciliciam legiones paullisper ob id ipsum retinuisent. nec eo secius maiora mox in vrbe molitus est.

IX.

688.

Siquidem ante paucos dies quam *Ædilitatem* iniret, venit in suspicionem conspirasse cum M. Crasso consulari, item P. Sulla & Autronio; post designationem consulatus, ambitus condemnatis, vt principio anni senatum adorirentur: & trucidatis, quos placitum esset, Dictaturam Crassus inuaderet, ipse ab eo Magister equitum diceretur, constitutaque ad arbitrium rep. Sullæ & Autronio Consulatus restitueretur. Meminerunt huius coniurationis Tanusius Geminus in historia; M. Bibulus in editis, C. Curio pater in Orationibus. De hac significare videtur & Cicero in quadam ad Axium epistola, referens, *Cæsarem in Consalatu confirmasse regnum de quo Ædilis cogitabat.*

Tanusius adiicit, Crassum; poenitentia vel metu, diem cædi destinatum non obiisse, & iccirco ne Cæsarem quidem signum, quod ab eo dari conuenerat, dedisse. Conuenisse autem Curio ait, vt togam de humero deiiceret: Idem Curio; sed & M. Actorius Naso, auctores sunt, conspirasse eum etiam cum Cn. Pisone adolescente: cui ob suspicionem vrbanae coniurationis prouincia Hispania vltro extra ordinem data sit: pactumque, vt simul foris ille, ipse Romæ, ad renouas conurgerent, per Lambranos & Transpadanos: destitutum vtriusque consilium morte Pisonis.

X.

689.

Ædilis præter comitium ac forum, basilicasque, etiam Capitolium ornauit porticibus ad tempus exstructis: in quibus abundante rerum copia, pars apparatus exponeretur. Venationes autem, ludosque & cum collega & separatim, edidit: quo factum est vt communium quoque impensarum solus gratiam caperet: nec dissimularet collega eius M. Bibulus euenisse.

nisse sibi quod Polluci. ut enim geminis fratribus ædes in foro constituta, tantum Castoris vocaretur: ita suam Cæsarisque munificentiam, vnius Cæsaris dici. Adiecit insuper Cæsar etiam gladiatorium munus, sed aliquanto paucioribus, quam destinauerat, paribus. Nam cum multiplici vndique familia comparata inimicos exterruisset, cautum est de numero gladiatorum, quo ne maiorem cuiquam habere Romæ liceret. Conciliato populi fauore, tentauit per partem Tribunorum, ut sibi Ægyptus prouincia plebiscito daretur: nactus extraordinarii imperii occasionem, quod Alexandrini regem suum, socium atque amicum à Senatu appellatum, expulerant; resque vulgo improbatur. nec obtinuit, aduersante optimatum factione. quorum auctoritatem ut quibus posset modis inuicem diminueret, tropæa C. Marii de Iugurtha, deque Cimbris atque Teutonis, olim à Sulla disiecta, restituit: atq; in exercenda de sicariis questione, eos quoque sicariorum numero habuit; qui proscriptione ob relata ciuium Romanorum capita, pecunias ex ærario acceperant, quamquam exceptos Corneliis legibus. Subornauit etiam qui C. Rabirio perduellionis diem diceret: quo præcipuo adiutore, aliquot ante annos L. Saturnini sedinosum tribunatum Senatus coercuerat: ac sorte iudex in reum ductus, tam cupide condemnauit, ut ad populum prouocanti nihil æque ac iudicis acerbitas profuerit. Deposita prouinciæ spe, Pontificatum maximum petiit, non sine profusissima largitione. In quo reputans magnitudinem æris alieni, cum mane ad comitiâ descenderet, prædixisse matri osculanti fertur, domum se nisi Pontificem non reuersurum: atque ita potentissimos duos competitors, multumq; & ætate & dignitate antecessores, superauit, ut plura ipse in eorum tribubus suffragia, quam præterque in omnibus tulerit. Prætor creatus, detecta coniuratione Carilinæ, Senatuque vniuerso in socios facinoris ultimam

statuente pœnam, solus *municipatim diuidendos, custodiendosque publicatis bonis*, censuit. Quin & tantum metum iniecit asperiora suadentibus, idemidem ostentans, quanta eos in posterum à plebe Romana maneret inuidia, vt D. Silanum Consulem designatum non piguerit sententiam suam, quia mutare turpe erat, interpretatione lenire, velut grauius, atque ipse sensisset, exceptam: obtinuissetque adeo, transductis ad se iam pluribus, & in his Ciceronis Consul fratrem, nisi labantem ordinem confirmasset M. Catonis oratio. Ac ne sic quidem impedire rem destitit, quoadusque manus equitum Romanorum, quæ armata præsidii causa circumstabat, immoderatus perseveranti necem comminata est; etiam strictos gladios vsque eo intentans, vt sedentem vna proximi deseruerint, vix pauci complexu togaque obiecta protexerint. Tunc plane deterritus non modo cessit, sed etiam in reliquum anni tempus curia abstinuit.

XV. ^{692.} Primo Præturæ die Q. Catulum de refectione Capitolii ad disquisitionem populi vocauit, rogatione promulgata, qua curationem eam in alium transferebat. Verum in par optimatum conspirationi, quos, relicto statim nouorū Consul officio, frequentes obstinatosque ad resistendum concurrissè cernebat; hanc quidem actionem deposuit. cæterum Cæcilio Metello Trib. pleb. turbulentissimas leges aduersus collegarum intercessionem ferenti, auctorem propugnatoresque se pertinacissime præstitit: donec ambo administratione reip. decreto patrum summoerentur. Ac nihilo minus permanere in magistratu, & ius dicere ausus, vt comperit paratos, qui vi ac per arma prohiberent, dimissis lictoribus, abiecta que prætexta, domum clam refugit, pro conditione temporum quieturus. Multitudinem quoque biduo post ponte & vltro confluentem, operamque sibi in afferenda dignitate tumultuosius pollicentem, compescuit.

XVI. Quod cum præter opinionem euenisset, Senatus ob eundem

dem cœtum festinato coactus, gratias ei per primores viros egit: accitumque in Curiam, & amplissimis verbis collaudatum, in integrum restituit, inducto priore decreto. RE. XVII.

recidit rursus in discrimen aliud, inter socios Catilinæ nominatus, & apud Nouium Nigrum Quæstorē à L. Vettio indice, & in Senatu à Q. Curio: cui, quod primus consilia coniuratorum detexerat, constituta erant publice præmia. Curius è Catilina se cognouisse dicebat: Vettius etiam chirographum eius Catilinæ datum pollicebatur. Id vero Cæsar nullo modo tolerandum existimans, cum, implorato Ciceronis testimonio, quædam se de coniuratione vltro ad eum detulisse docuisset, ne Curio præmia darentur, effecit: Vettium pignoribus captis, & direpta suppellectile male multatum, ac pro Rostris in concione pæne discerptum, coniecit in carcerem. eodem Nouium Quæstorem, quod compelliari apud se maiorem potestatem passus esset. XVIII.

Ex Prætura vltiorum sortitus Hispaniam, retinentes creditores interuentu sponsorum remouit: ac neque more, neque iure, antequam prouinciæ ornarentur, profectus est: incertum, metune iudicii, quod priuato parabatur, an quo maturius sociis implorantibus subueniret. Pacataque prouincia pari festinatione, non expectato successore, ad triumphum simul consulumq; decessit. 693.

Sed cum indictis iam comitiis ratio eius 694. haberi non posset, nisi priuatus introisset urbem, & ambientia vt legibus solueretur, multi contradicerent, coactus est, triumphum, ne Consulatu excluderetur, dimittere. E duobus Consulatus competitoribus, L. Luceio, M. que Bibulo, Luceium sibi adiunxit: pactus vt is, quoniam inferior gratia esset, pecuniaque polleret, nummos de suo, communi nomine per centurias pronuntiaret. Qua cognitare, optimates, quos metus ceperat, nihil non aufurum eum in summo magistratu, concordi & consentiente collega, auctores Bibulo fuerunt tantumdem pollicendi: ac plerique pecunias XIX.

con-

contulerunt, ne Catone quidem abnuentē eam largitionem
 è Rep. fieri. Igitur cum Bibulo Consul creatus est. Ean-
 dem ob causam opera optimatibus data est, vt prouinciæ fu-
 turis Coss. minimi negotii, id est, syluæ, callesque decer-
 nerentur. Qua maxime iniuria instinctus, omnibus officiis
 Cn. Pompeium affectatus est; offensum patribus, quod Mi-
 thridate rege victo, cunctantius confirmarentur acta sua:
 Pompeioq; M. Crassum reconciliauit veterem inimicum
 ex Consulatu, quem summa discordia simul gesserant: ac
 societatem cum vtroq; iniit, ne quid ageretur in Rep. quod
 displicuisset vlli è tribus. Inito honore, primus omnium
 instituit, vt tam *Senatus* quam *populi diurna acta* confice-
 rentur, & publicarentur. Antiquum etiam retulit morem,
 vt quo mense fasces non haberet, accensus ante eum iret, li-
 ctos pone sequerentur. Lege autem Agraria promulga-
 ta, obnuntiantem collegam armis foro expulit. Ac postero
 die in Senatu conquestum, nec quoquam reperto, qui super
 tali consternatione referre, aut censere aliquid auderet, qua-
 lia multa sæpe in leuioribus decreta erant, in eam coëgit de-
 sperationem, vt quoad potestate abiret, domo abditus, nihil
 aliud quam per edicta obnuntiaret. Vnus ex eo tempore
 omnia in repub. ad arbitrium administrauit: vt nonnulli
 vrbanoꝝ, cum quid per iocum testandi gratia signarent,
 non Cæsare & Bibulo, sed Iulio & Cæsare Coss. actum scri-
 berent, bis eundem præponentes, nomine atq; cognomine:
 vtque vulgo ferrentur hi versus,

Non Bibulo quidquam nuper, sed Cæsare factum est:

Nam Bibulo fieri Consule nil memini.

Campum Stellatē maioribus consecratum, agrumque
 Campanum ad subsidia Reip. vectigalem relictum, diuisit
 extra sortem, ac XX millibus ciuium, quibus terni pluresve
 liberi essent. Publicanos remissionem petentes, tertia mer-
 cedum parte releuauit; ac ne in locatione nouorum vecti-
 galium

galium immoderatus licerentur propalam monuit. Cate-
 ra item quæ cuique libuissent, dilargitus est, contradicente
 nullo, ac, si conaretur quis, absterrito. M. Catonem inter-
 pellantem extrahi curia per licitorem, ducique in carcerem
 iussit. L. Lucullo, liberius resistenti, tantum calumniarum
 metum iniecit, ut ad genua ultro sibi accideret. Cicerone
 in iudicio quodam deplorante temporum statum, P. Clo-
 dium inimicum eius frustra iam pridem à patribus ad ple-
 bem transire nitentem, eodem die, horaque nona, traduxit.
 Postremo in vniuersos diuersæ factionis inductum præmiis,
 ut se de inferenda Pompeio nece sollicitatum à quibusdam
 profiteretur, productusque pro Rostris auctores ex compacto
 nominaret: sed vno atque altero frustra, nec sine suspitione
 fraudis, nominatis, desperans tam præcipitis consilii euen-
 tum, interceptisse veneno indicem creditur. Sub idem XXII
 tempus Calpurniam, L. Pisonis filiam, successuri sibi in
 Consulatu, duxit uxorem: suamque Iuliam Cn. Pompeio
 collocavit, repudiato priore sponso Seruilio Cæpione, cuius
 vel præcipua opera paullo ante Bibulum impugnaverat. Ac
 post nouam affinitatem, Pompeium primum rogare sen-
 tentiam cœpit, cum Crassum soleret: essetque consuetudo
 ut quem ordinem interrogandi sententias consul Kalend.
 Ianuariis instituisset, eum toto anno conseruaret. Socero XXIII
 igitur generoque suffragantibus, ex omni prouinciarum co-
 pia Gallias potissimum elegit, cuius emolumento & oppor-
 tunitate idonea sit materia triumphorum. Et initio quidem
 Galliam Cisalpinam, Illyrico adiecto, lege Vatinia accepit:
 mox per Senatum, Comatam quoque: veritis patribus ne,
 si ipsi negassent, populus & hanc datet. Quo gaudio elatus,
 non temperauit quin paucos post dies frequenti curia iacta-
 ret, *inuitis, & gementibus aduersariis adeptum se, qua concu-
 pisset: proinde ex eo insultaturum omnium capitisibus.* ac ne-
 gante quodam per contumeliam, *Facile hoc ulli femina fore,*

responderit, quasi alludens; *In Assyria quoque regnasse Semiramis: magnamque Asia partem Amazonas tenuisse quon-*

XXIII. *dam.* Functus Consulatu, C. Memmio Lucioque Do-

696. mitio Prætoribus, de superioris anni actis referentibus, co-

gnitionem Senatui detulit: nec illo suscipiente, triduoque per irritas altercationes absumto, in prouinciam abiit: &

statim Quæstor eius in præiudicium aliquot criminibus arreptus est. Mox & ipse à L. Antistio Tribuno plebis postula-

tus, appellato demum collegio, obtinuit, cum Reip. causa abesset, reus ne fieret. Ad securitatem ergo posteritatis,

in magno negotio habuit obligare semper annuos magistratus, & è competitoribus, non alios adinuare, aut ad honorem pati peruenire, quam qui sibi pepigissent propugnato-

turos absentiam suam: cuius pacti non dubitauit à quibus-

XXIV. *dam* iusiurandum atque etiam syngrapham exigere. Sed

697. cum L. Domitius Consulatus candidatus, palam minaretur,

Cos. se effecturum quod Prætor nequisset, ademturumque ei exercitus: Crassum Pompeiumque in urbem prouinciae suae Lucam extractos compulit, ut detrudendi Domitii causa Consulatum alterum peterent: & ut in quinquen-

nium sibi imperium propagaretur: perfecitque utrumque. Qua fiducia ad legiones quas à rep. acceperat, alias priuato sumtu addidit: vnam etiam ex Transalpinis conscriptam,

vocabulo quoque Gallico (*Alauda* enim appellabatur) quam disciplina cultuque Romano institutam & ornatam,

postea vniuersam ciuitate donauit. Nec deinde vlla belli occasione, ne iniusti quidem ac periculosi, abstinuit, tam foederatis, quam infestis ac feris gentibus vltro lacessitis: adeo ut

senatus quondam legatos ad explorandum statum Galliarum mittendos decreuerit, ac nonnulli dedendum eum hostibus censuerint. Sed prosperè decedentibus rebus, & sæ-

pius & plurium, quam quisquam vnquam dierum supplicationes impetrauit.

XXV. Gessit autem nouem annis, quibus in

bus in

se requirit

bus in imperio fuit, hæc fere. Omnem Galliam, quæ à saltu Pyrenæo Alpibusque & monte Gebenna, fluminibus Rheno & Rhodano continetur, patetq; circumitu ad bis & tri- cics centum millia passuum, præter socias ac bene meritas ciuitates, in prouinciæ formam redegit, eiq; quadringen- ties in singulos annos stipendii nomine imposuit. Germa- nos, qui trans Rhenum incolunt, primus Romanorum ponte fabricato aggressus, maximis affecit cladibus. Aggres- sus est & Britannos, ignotos antea, superatisque pecunias & obsides imperauit. Per tot successus ter, nec amplius, aduer- sum casum expertus: in Britannia, classe vi tempestatis pro- pe absumta: & in Gallia, ad Gergouiam legione fusa: & in Germanorum finibus, Titurio & Auruncleio legatis per insidias cæsis. Eodem temporis spatio, matrem primo, de- inde filiam, nec multo post neptem amisit. Inter quæ **XXVI.**
 consternata P. Clodii cæde Rep. cum Senatus vnum Cos. **700.**
 nominatimque Cn. Pompeium fieri censuisset, egit cum **702.**
 Tribunis plebis collegam se Pompeio destinantibus, id po-
 tius ad populum ferrent, vt absentis sibi, quandoq; imperii
 tempus expleri cœpisset, petitio secundi Consulatus dare-
 tur: ne ea causa maturius, & imperfecto adhuc bello dece-
 deret. Quod vt adeptus est, altiora iam meditans, & spei
 plenus, nullum largitionis, aut officiorum in quemquam
 genus publice, priuatimq; omisit. Forum de manubiis in-
 choauit: cuius area super HS millies constitit. Munus po-
 pulo, epulumque pronuntiauit in filia memoriam, quod
 ante eum nemo. Quorum vt quam maxima expectatio
 esset, ea quæ ad epulum pertinerent, quamuis macellariis
 oblocata, etiam domesticatim apparabat. Gladiatores no-
 tos, sicubi infestis spectatoribus dimicarent, vi rapiendos re-
 seruandosq; mandabat. Tirones neque in ludo, neque per
 lanistas, sed in domibus per equites Romanos, ac etiam per
 senatores armorum peritos erudiebat: precibus enitens,

quod epistolis eius ostenditur, vt disciplinam singulorum suscipere, ipsiq; dictata exercentibus darent. Legionibus stipendium in perpetuum duplicauit. Frumentum, quoties copia esset, etiam sine modo mensuraque præbuit: ac singula interdum mancipia & prædia viritim dedit.

XXVII. Ad retinendam autem Pompeii necessitudinem ac voluntatem, Octauiam sororis suæ neptem, quæ C. Marcello nupta erat, conditione ei detulit, sibi que filiam eius in matrimonium petiit, Fausto Sullæ destinatam. Omnibus vero circa eum, atq; etiam parte magna Senatus, gratuito, aut leui fœnore obstrictis, ex reliquo quoque ordinum genere vel inuitatos, vel sponte ad se commēantes, vberissimo congiario prosequebatur: libertos insuper, seruosq; cuiusque, prout domino patronove gratus quis esset. Tum reorum aut obætorum, aut prodigæ iuuentutis subsidium vnicum, ac promissimum erat: nisi quos grauior criminum, vel inopiæ luxuriæve vis vrgeret, quam vt subueniri posset à se. his plane

XXVIII. palam *bello civili opus esse* dicebat. Nec minore studio Reges atq; prouincias per terrarum orbem alliciebat: aliis, captiuorum millia dono offerens: aliis, citra Senatus populiq; auctoritatem, quo vellent, & quoties vellent, auxilia submittens: superq; Italiæ, Galliarumque & Hispaniarum, Asiæ quoq; & Græciæ potentissimas vrbes præcipuis operibus exornans: donec attonitis iam omnibus, & quorum illa tenderent reputantibus, M. Claudius Marcellus

703. C o s. edicto præfatus *de summa se Rep. acturum*, retulit ad senatum, *vt ei succederetur ante tempus: quoniam bello confecto pax esset, ac dimitti deberet victor exercitus: & ne absentis ratio comitiis haberetur, quando nec plebiscito Pompeius postea abrogasset.* Acciderat autem, vt is legem de iure magistratuum ferens, eo capite, quo à petitione honorum absentes submouebat, ne Cæsarem quidem exciperet, per obliuionem: ac mox lege iam in æs incisa, & in ararium condita,

ditæ, corrigeret errorem. Nec contentus Marcellus provincias Cæsari & priuilegium eripere, retulit etiam, *ut colonis, quos rogatione Vatinia Nouumcomum deduxisset, ciuitas adimeretur: quod per ambitionem & ultra præscriptum data esset.* Commotus his Cæsar, ac iudicans, quod sæpe ex co auditum ferunt, difficilius se principem ciuitatis à primo ordine in secundum, quam ex secundo in nouissimum detrudi, summa ope restitit, partim per intercessores Tribunos, partim per Seruium Sulpicium, alterum Consulem. Insequenti quoque anno, C. Marcello, qui fratri patrueli suo Marco in Consulatu successerat, eadem tenente, collegam eius Æmilium Paullum, Caiumque Curionem violentissimum Tribunorum, ingenti mercedè defensores parauit. Sed cum obstinatius omnia agi videret, & designatos etiam Coss. è parte diuersa, Senatui literis deprecatus est, *ne sibi beneficiū populi adimeretur: aut ut ceteri quoq; imperatores ab exercitiis discederent:* confusus, ut putant, facilius se, simulatque libuisset, veteranos conuocaturum, quam Pompeium novos milites. Cum aduersariis autem pepigit, ut dimissis octo legionibus, Transalpinaque Gallia, duæ sibi legiones, & Cisalpina prouincia, vel etiam vna legio cum Illyrico, concederetur, quoad Coss. fieret. Verum neque Senatu interueniente, & aduersariis negantibus vllam se de rep. facturos pactionem, transit in citeriorem Galliam: conuentibusq; peractis, Rauennæ substitit, bello vindicaturus, si quid de Tribunis plebis intercedentibus pro se, grauius à Senatu constitutum esset. Et prætextum quidem illi ciuiliū armorum hoc fuit: causas autem alias fuisse opinantur. Cn. Pompeius ira distabat, quod neque opera consummare, quæ instituerat, neque populi expectationem, quam de aduentu suo fecerat, priuatis opibus explere posset, turbare omnia ac permiscere voluisse. Alii timuisse dicunt, ne eorum,

quæ primo Consulatu aduersus auspicia legesq; & intercessionem gessisset, rationem reddere cogeretur : cum M. Cato idemtidem, nec sine iureiurando, denuntiaret, delaturum se nomen eius, simulac primum exercitum dimisisset : cumque vulgo fore prædicarent, vt, si priuatus redisset, Milonis exemplo circumpositis armatis causam apud iudices diceret. Quod probabilius facit Asinius Pollio, Pharsalica acie cæfos profligatosque aduersarios prospicientem, hæc eum ad verbum dixisse referens, *Hoc voluerunt : tantis rebus gestis C. Caesar condemnatus essem, nisi ab exercitu auxilium petissem.* Quidam putant captum imperii consuetudine, penitentisq; suis & inimicorum viribus, vsu occasione rapiendæ dominationis, quam ætate prima concupisset. Quod existimasse videbatur & Cicero, scribens *De officiis tertio libro*, 72. semper Cæsarem in ore habuisse Euripidis versus, quos sic ipse conuertit :

*Nam si violandum est ius, regnandi gratia
Violandum est : aliis rebus pietatem colas.*

XXXI. Cum ergo sublatam Tribunorum intercessionem, ipsosq; vrbe cessisse nuntiatum est, præmissis confestim clam cohortibus, ne qua suspicio moueretur, & spectaculo publico per dissimulationem interfuit, & formam, qua ludum gladiatorij erat ædificaturus, considerauit, & ex consuetudine conuiuio se frequenti dedit. Dein post Solis occasum, mulis è proximo pistrino ad vehiculum iunctis, occultissimum iter modico comitatu ingressus est : & cum luminibus extinctis, decessisset via, diu errabundus, tandem ad lucem duce reperto, per angustissimos tramites pedibus euasit : consecutusq; cohortes ad Rubiconem flumen, qui prouinciæ eius finis erat, paullum constitit : ac reputans quantum moliretur, conuersus ad proximos, *Etiã nunc, inquit, regredi possumus : quod si ponticulum transierimus, omnia armis*
agen-

Βίος δ' ἰ-
δικτὸν ἔσθ',
ἠγαυροῦ
πῆρ' ἀνά-
στ' ἀδικτὸν,
τ' ἄλλα δ'
ἰστορεῖν
ἔστιν.

XXXI.
705.

agenda erunt. Cunctanti ostentum tale factum est. Qui-
dam eximia magnitudine & forma, in proximo sedens, re-
pente aparuit, arundine canens: ad quem audiendum, cum,
præter pastores, plurimi etiam ex stationibus milites con-
currissent, interq; eos & æneatores, rapta ab vno tuba pro-
siliuit ad flumen: & ingenti spiritu classicum exorsus pertendit
ad alteram ripam. Tunc Cæsar, *Eatur, inquit, quo Deorum
ostenta, & inimicorum iniquitas vocat. Iacta alea est,*
inquit. Atque ita traiecto exercitu, adhibitis Tribunis

XXXII.

XXXIII.

pleb. qui pulsi superuenerant, pro concione fidem mili-
tum flens, ac veste à pectore discissa, inuocauit. Existimatur
etiam equestres census pollicitus singulis. quod accidit opi-
nionem falsam. Nam cum in alloquendo exhortandoque, sæ-
pius digitum læuæ manus ostentans, affirmaret, se ad satis-
faciendum omnibus, per quos dignitatem suam defensu-
rus esset, anulum quoque æquo animo detracturum sibi:
extrema concio, cui facilius erat videre concionantem,
quam audire, pro dicto accepit, quod visu suspicabatur: pro-
missumque ius anulorum cum millibus quadringenis fama
distulit. Ordo & summa rerum, quas deinceps gessit, sic

XXXIV.

se habent. Picenum, Umbriam, Etruriam occupauit: & L.
Domitio, qui per tumultum successor ei nominatus, Corfi-
nium præsidio tenebat, in deditionem redacto, atq; dimis-
so, secundam superum mare Brundisium tetendit, quo
Coss. Pompeiusque confugerant, quam primum transfre-
taturi. hos frustra per omnes moras exitu prohibere cona-
tus, Romam iter conuertit: appellatisque de Rep. patribus,
validissimas Pompeii copias, quæ sub tribus legatis M. Pe-
treio, & L. Afranio, & M. Varrone in Hispania erant, in-
uasit: professus ante inter suos, *ire se ad exercitum sine duce,
& inde reuersurum ad ducem sine exercitu.* Et quamquam
obsidione Massiliæ, quæ sibi in itinere portas clauserat, sum-
maque frumentariæ rei penuria, retardante, breui tamen
omnia

XXXV. omnia subegit.

706.

Hinc vrbe repetita, in Macedoniam transgressus, Pompeium per quatuor pæne menseis maximis obsessum operibus, ad extremum Pharsalico prælio fundit: & fugientem Alexandriam persecutus, vt occisum apprehendit, cum Ptolomæo rege, à quo sibi quoque insidias tendi videbat, bellum sane difficilimum gessit: neque loco, neque tempore æquo, sed hyeme anni, & intra mœnia copiosissimi ac sollertissimi hostis, inops ipse rerum omnium,

707.

atq; imparatus. Regnum Ægypti victor, Cleopatraz fratriq; eius minori permisit: veritus prouinciam facere, ne quandoque violentiorem præsidem nacta, nouarum rerum materia esset. Ab Alexandria in Syriam, & inde Pontum transiit, vrgentibus de Pharnace nuntiis: quem Mithridatis Magni filium, ac tunc occasione temporum bellantem, iamq; multiplici successu præferocem, intra quintum, quam adfuerat, diem, quatuor, quibus in conspectum venit, horis, vna profligauit acie: crebro commemorans Pompeii felicitatem, cui præcipua militiæ laus de tam imbelli genere hostium contigisset. Dehinc Scipionem ac Iubam, reliquias

708. &

709.

XXXVI.

partium in Africa refoventeis, deuicit: Pompeii liberos in Hispania. Omnibus ciuilibus bellis nullam cladem, nisi per legatos suos, passus est: quorum C. Curio in Africa periiit: C. Antonius in Illyrico in aduersariorum deuenit potestatem: P. Dolabella classem in eodem Illyrico, Cn. Domitius Calvinus in Ponto exercitum amiserunt. Ipse prosperrime semper, ac ne ancipiti quidem vnquam fortuna, præterquam bis, dimicauit: semel ad Dyrrachium, vbi pulsus, non instante Pompeio, negauit eum vincere scire: iterum in Hispania vltimo prælio, cum, desperatis rebus, etiam de consciscenda nece cogitauit. Confectis bellis, quin-

XXXVII.

708. &
709.

quies triumphauit, post deuictum Scipionem quater eodem mense, sed interiectis diebus: & rursus semel post superatos Pompeii liberos, Primum & excellentissimum trium-

triumphum egit Gallicum, sequentem Alexandrinum, deinde Ponticum, huic proximum Africanum, nouissimum Hispaniensem, diuerso quemque apparatu & instrumento. Gallici triumphi die Velabrum præteruchens pæne curru excussus est, axe diffracto: ascenditque Capitolium ad lumina, quadraginta elephantis dextra atq; sinistra lychnuchos gestantibus. Pontico triumpho inter pompæ fercula trium verborum prætulit titulum, VENI, VIDI, VICI. non acta belli significantem, sicut cæteri, sed celeriter confecti notam. Veteranis legionibus prædæ nomine in pedites singulos super bina sestertia, quæ initio ciuili tumultus numerauerat, in equites vicena quaterna millia nummum dedit. assignauit & agros, sed non continuos, ne quis possessorum expelleretur. Populo, præter frumenti denos modios, ac totidem olei libras, trecenos quoq; nummos, quos pollicitus olim erat, viritum diuisit: & hoc amplius, centenos pro mora. Annuam etiam habitationem Romæ vsque ad bina millia nummum, in Italia non vltra quingenos sestertios remisit. Adiecit epulum ac viscerationem, & post Hispaniensem victoriam duo prandia. Nam cum prius parce, neque pro liberalitate sua præbitum iudicaret, quinto post die aliud largissimum præbuit. Edidit spectacula variis generis: munus gladiatorium, ludos etiam regionarum vrbe tota, & quidem per omnium linguarum histrionum: item circenses, athletas, naumachiam. Munere in foro depugnauit Furius Leptinus, stirpe prætoria. & Q. Calpenus Senator quondam actorque causarum. Pyrricham siltauerunt Asiæ Bithyniæq; principum liberi. Ludis Decimus Laberius eques Romanus mimum suum egit: donatusque quingentis sestertiis, & anulo aureo, sessum in quatuordecim è scena per orchestram transit. Circensibus, spatio circi ab vtraque parte producto, & in gyrum Euripo addito, quadrigas bigasq;, & equos desultorios agitauerunt

Cic. lib. 1. off.

XXXVIII.

XXXIX.
708.

nobilissimi iuuenes. Troiam ludit turma duplex, maiorum minorumque puerorum. Venationes editæ per dies quinque: ac nouissime pugna diuisa in duas acies; quingenis pedibus, elephantis vicenis, tricenis equitibus hinc & inde commissis. Nam quo laxius dimicaretur, sublata metæ, inq; earum locum bina castra ex aduerso constituta erant. Athletæ, stadio ad tempus exstructo, in regione Martii campi certauerunt per triduum. Nautali prælio in minore Cœdeta defosso lacu, biremes ac triremes, quadriremesque, Tyriæ & Ægyptiæ classès, magno pugnatorum numero conflixerunt. Ad quæ omnia spectacula tantum vndique confluxit hominum, vt plerique aduentæ aut inter vicos aut inter vias tabernaculis positis manerent: ac sæpe, præ turba elisi exanimatique sint plurimi, & in his duo Senatores.

- XI.** Conuersus hinc ad ordinandum Reip. statum, fastos corripuit, iam pridem vitio Pontificum per intercalandi licentiam adeo turbatos, vt neque messium feriæ æstati, neque vindemiarum autumno, competerent. Annumq; ad cursum Solis accommodauit, vt trecentorum sexaginta quinque dierum esset: & intercalatio mense sublato, vnus dies quarto quoque anno intercalaretur. Quo autem magis in posterum ex Kalendis Ianuariis nobis temporum ratio congrueret, inter Nouembrem ac Decembrem mensẽ, interiecit duos alios: fuitque is annus, quo hæc constituebantur, XV mensium cum intercalario, qui ex consuetudine in eum annum inciderat.
- XII.** Senatam suppleuit, Patricios allegit: Prætorum, Ædilium, Quæstorum, minorũ etiam Magistratum numerum ampliavit: nudatos opere censorio, aut sententia iudicum de ambitu condemnatos, restituit. Comitia cum populo partitus est: vt exceptis Consulatus competitoribus, de cætero numero candidatorum, pro parte dimidia, quos populus vellet, pronuntiarentur: pro parte altera, quos ipse edidisset. Et edebat per libellos circum tribus
- mis-

missos scriptura breui: *Cæsar dictator illi tribui, Commendo vobis illum, & illum, ut vestro suffragio suam dignitatem te-
neant.* Admisit ad honores & proscriptorum liberos. Iudicia ad duo genera iudicum redegit, Equestris ordinis ac Senatorii: Tribunos ærarios, quod erat tertium, sustulit. Recensum populi, nec more, nec loco solito, sed vicatim per dominos insularum egit: atque ex viginti trecentisque millibus accipientium frumentum è publico, ad centum quinquaginta retraxit. Ac ne qui noui cœtus recensionis causa moueri quandoque possent, instituit, quotannis in demor-
tuorum locum ex his, qui recensiti non essent, subfortitio à Prætorè fieret. XLII. Octoginta autem ciuium millibus in transmarinas colonias distributis, vt exhaustæ quoque vrbis frequentia suppeteret, sanxit: Ne quis ciuis maior annis viginti, minorue xl, qui sacramento non teneretur, plus triennio continuo Italia abesset: neu quis Senatoris filius, nisi contubernalis, aut comes magistratus, peregre proficiscerentur: neuæ hi qui pecuariam facerent, minus tertia parte puberum ingenuorum inter pastores haberent. Omnesq; medicinam Romæ professos, & liberalium artium doctores, quo libentius & ipsi urbem incolerent, & cæteri appetent, ciuitate donauit. De pecuniis mutuis, disiecta nouarum tabularum expectatione, quæ crebro mouebatur, decreuit tandem, vt debitores creditoribus satisfacerent, per æstimationem possessionum, quanti quasq; ante ciuile bellum comparassent, deducto summa: æris alieni, si quid vsuræ nomine numeratum aut perscriptum fuisset: qua conditione quarta pars fere crediti deperibat. Cuncta collegia, præter antiquius constituta, detraxit. Pœnas facinorum auxit: & cum locupletes eo facilius scelere se obligarent, quod integris patrimoniis exsulabant, parricidas, vt Cicero scribit, bonis omnibus, reliquos dimidia parte multauit. Ius laborioso ac seuerissime dixit. Repetundarum con- XLIII. *Ann. 14*

victos etiam ordine Senatorio mouit. Diremit nuptias Prætorii viri, qui digressam à marito post biduum statim duxerat, quamuis sine probri suspitione. Peregrinarum mercium portoria instituit. Læcticarum vsus, item conchyliatæ vestis, & margaritarum, nisi certis personis & ætatibus, perque certos dies, ademit. Legem præcipue sumtuariam exercuit: dispositis circa macellum custodibus, qui opsonia contra vetitum retinerent, deportarentq; ad se, submissis nonnumquam listoribus atque militibus: qui, si qua custodes fefellissent, iam apposita è triclinio auferrent. **XLIV.** Iam de ornanda instruendaq; vrbe, item de tuendo ampliandoq; imperio, plura ac maiora in dies destinabat. In primis Martis templum, quantum nusquam esset, exstruere, repleto & complanato lacu, in quo naumachiaæ spectaculum ediderat: theatrumque summæ magnitudinis Træpeio monti accubans. Ius ciuile ad certum modum redigere, atque ex immensa diffusaq; legum copia, optima quæque & necessaria in paucissimos conferre libros. Bibliothecas Græcas & Latinas, quas maximas posset, publicare, data M. Varroni cura comparandarum ac digerendarum. Siccare Pomptinas paludes: emittere Fucinum lacum: viam munire à mari supero per Apennini dorsum ad Tiberim vsque: perfodere Isthmum: Dacos, qui se in Pontum & Thraciam effuderant, coercere: mox Parthis inferre bellum per Armeniam minorem, nec nisi ante expertos aggredi prælio. Talia agentem atque meditantem mors præuenit: de qua prius quam dicam, ea quæ ad formam & habitum, & cultum & mores, nec minus quæ ad ciuilia & bellica eius studia pertinent, **XLV.** non alienum erit summatim exponere. Fuisse traditur excelsa statura, colore candido, teretibus membris, ore paulo pleniore; nigris vegetisque oculis, valetudine prospera: nisi quod tempore extremo repente animo linqui, atque etiam per somnum exterreri solebat. Comitiali quoque morbo

morbo bis inter res agendas correptus est. Circa corporis curam morosior, ut non solum tonderetur diligenter, ac raderetur, sed velleretur etiam, ut quidam exprobrauerunt: caluitii vero deformitatem iniquissime ferret, sæpe obtrectatorum iocis obnoxiam expertus. Ideoq; & deficientem capillum reuocare à vertice assueuerat: & ex omnibus decretis sibi à Senatu populoq; honoribus, non aliud aut recepit aut vsurpauit libentius, quam ius laureæ perpetuo gestandæ. Etiam cultum notabilem ferunt. Vsum enim lato clauo ad manus fimbriato; nec ut vniquam aliter, quam super cum cingeretur, & quidem fluxiore cinctura. Vnde emanasse Sullæ dictum, optimates sæpius admonentis, *ut male praeinctum puerum cauerent.* Habitauit primo in XLVI. Suburra, modicis ædibus: post autem Pontificatum maximum, in Sacra via; domo publicæ. Munditiarum lautitiarumque studiosissimum multi prodiderunt. Villam in Nymorensi à fundamentis inchoatam, magnoque sumtu absolutam, quia non tota ad animum ei responderat, totam diruisse, quamquam tenuem adhuc & obæratam. In expeditionibus tessellata & scetilia pauimenta circumtulisse. XLVII. Britanniam petisse spe margaritarum, quarum amplitudinem conferentem, interdum sua manu exegisse pondus. Gemmas, toreumata, signa, tabulas operis antiqui semper animosissime comparasse: seruitia recentiora politioraque, immenso pretio, & cuius ipsum etiam puderet, sic ut rationibus vetaret inferri. Conuiuatum assidue per prouincias duobus tricliniis: vno quo sagati palliativæ; altero, quo togati cum illustrioribus prouinciarum discumberent. Domestica disciplinam in paruis ac maioribus rebus diligenter adeo seueriq; rexit, ut pistorem, alium, quam sibi, panem conuiuis subiicientem, compedibus vinceret: libertum gratissimum, ob adulteratam equitis Romani uxorem, XLIX. quamuis nullo querente, capitali pœna affecerit. Pudicitie.

citæ eius famam nihil quidem præter Nicomedis contubernium læsit, graui tamen & perenni opprobrio, & ad omnium conuicia exposito. Omitto Caluini Licinii notissimos versus:

*Bithynia quicquid & pædicator Caesaris
Vingquam habuit.*

Prætereo actiones Dolabellæ & Curionis: in quibus eum Dolabella *pellicem regina*, spondam *interiorem regia lectica*, ac Curio *stabulum Nicomedis, & Bithynicum fornicem* dicunt. Missa etiam facio edicta Bibuli, quibus proscripsit collegam suum, *Bithynicam reginam: eiq; regem antea fuisse cordi, nunc esse regnum*. Quo tempore, vt M. Brutus refert, Octavius etiam quidam valerudine mentis liberius dicax, conuentu maximo cum Pompeium regem appellasset, ipsum reginam salutauit. Sed C. Memmius etiam ad cyathum & vinum Nicomedi stetit, obicit, cum reliquis exoletis, pleno conuiuio, accubantibus nonnullis vrbicis negotiatoribus, quorum refert nomina. Cicero vero non contentus in quibusdam epistolis scripsisse, à satellitibus eum in cubiculum regium eductum, in aureo lecto, veste purpurea decubuisse, floremq; ætatis à Venere orti, in Bithynia contaminatum: quondam etiam in Senatu defendenti Nysæ causam, filia Nicomedis, beneficiaque regis in se commemoranti, *Remoue*, inquit, *istac oro te: quando notum est, & quid ille tibi, & quid illi tu dederis*. Gallico denique triumpho milites eius inter cætera carmina, qualia currum prosequentes ioculariter canunt, etiam vulgatissimum illud pronuntiauerunt:

*Gallias Caesar subegit, Nicomedes Casarem:
Ecce Caesar nunc triumphat, qui subegit Gallias:
Nicomedes non triumphat, qui subegit Casarem.*

- L. Pronum & sumtuosum in libidines fuisse constans opinio est, plurimasque & illustres scæminas corrupisse: in quibus

Postu-

Postumiam Seruii Sulpicii, Lolliam Auli Gabinii, Tertullam M. Crassi, etiã Cn. Pompeii Muciam. Nam certe Pompeio, & à Curionibus patre & filio, & à multis improbratum est, quod *cuius causa post tres liberos exegisset uxore, & quem gemens Ægisthum appellare cõsueisset, eius postea filiam potentia cupiditate in matrimonium recepisset.* Sed ante alias dilexit M. Bruti matrem Seruiliam : cui & proximo suo Consulatu sexagies *hs* margaritam mercatus est : & bello ciuili, super alias donationes, amplissima prædia ex auctiõibus hastæ nummo addixit. Cum quidem plerisque uilitatem mirantibus, facetissime Cicero, *Quo melius, inquit, emtum sciatis, Tertia deducta est.* existimabatur enim Seruilia, etiã filiam suam Tertiam Cæsari conciliare. Ne LL. prouincialibus quidem matrimoniis abstinuisset, vel hoc disticho apparet, iactato æque à militibus per Gallicum triumphum :

Urbani seruate uxores, mæchum caluum adducimus.

Aurum in Gallia effutuisti. heic sumisti mutuum.

Dilexit & reginas, inter quas Eunoen Mauram, Bogndis LII. uxorem : cui, maritoque eius, plurima & immensa tribuit, ut *Naso* scripsit : sed maxime Cleopatram, cum qua & conuiuia in primam lucem sæpe protraxit, & eadem naue thalamo pæne Æthiopia tenus Ægyptum penetrauit, nisi exercitus sequi recusasset. Quam denique accitam in urbem, non nisi maximis honoribus præmiisque auctam remisit : filiumque natum appellare nomine suo passus est. Quem quidem nonnulli Græcorum similem quoque Cæsaris & forma & incessu tradiderunt. M. Antonius agnitum etiã ab eo, Senatui affirmauit : quæ scire C. Matium, & C. Oppium, reliquosque Cæsaris amicos, quorum C. Oppius, quasi plane defensione ac patrocinio res egeret, ñbrum edidit : *Non esse Cæsaris filium, quem Cleopatra dicat.* Heluius Cinna Trib. pleb. plerisque confessus est, habuisse se scriptam para-

- paratamque legem, quam Cæsar ferre iussisset, cum ipse ab-
 esset, vti vxores liberorum quærendorum caussa, quas &
 quot vellet, ducere liceret Ac ne cui dubium omnino sit,
 & impudicitix eum, & adulteriorum flagrasse infamia, Cu-
 rio pater quadam cum oratione, *omnium mulierum virum,*
 LIII. & *omnium virorum mulierem* appellat. Vini parcissi-
 mum ne inimici quidem negauerunt. Verbum M. Cato-
 nis est: *Vnum ex omnibus Cæsarem ad euertendam Remp. sa-
 brium accessisse.* Nam circa victum C. Oppius adeo indiffe-
 rentem docet, vt quondam ab hospite conditum oleum,
 pro viridi appositum, aspernantibus cæteris, solum etiam
 largius dicat appetisse: ne hospitem aut negligentix, aut
 LIV. rusticitatis videretur arguere. Abstinentiam neque in
 imperiis, neq; in magistratibus præstitit. Vt enim quidam
 monumentis suis testati sunt, in Hispania à Proconsule, & à
 sociis pecunias accepit, emendicatas in auxilium æris alienis
 & Lusitanorum quædam oppida, quamquam nec imperata
 detrectarent, & aduenienti portas patefacerent, diripuit ho-
 stiliter. In Gallia fana templaque Deum donis refer ta expi-
 lauit: vrbes diruit, sæpius ob prædam, quam ob delictum:
 vnde factum vt auro abundaret; ternisque millibus num-
 mum in libras promerciale, per Italiam prouinciasque diiri-
 deret. In primo Consulatu tria millia pondo auri furatus è
 Capitolio, tantumdem inaurati æris reposuit. Societates ac
 regna pretio dedit: vt qui vni Ptolomæo prope sex millia ta-
 lentorum, suo Pompeiique nomine, abstulerit. Postea vero
 euidentissimis rapinis ac sacrilegiis, & onera bellorum ciui-
 lium, & triumphorum ac munerum sustinuit impendia.
 LV. Eloquentia militarique re aut æquauit præstantissimorum
 gloriam, aut excessit. Post accusationem Dolabellæ, haud
 dubie printipibus patronis adnumeratus est. Certe Cicero
 ad Brutum. oratores enumerans, negat se videre, cui Cæsar
 debeat cedere; aitque eum *elegantem, splendidam quoque, ac*
etiam

etiam magnificam & generosam quodam modo rationem dicendi tenere. & ad Cornelium Nepotem de eodem ita scripsit: *Quid? oratorum quem huic antepones eorum, qui nihil aliud egerunt? Quis sententiis aut acutior, aut crebrior? Quis verbis aut ornatior, aut elegantior?* Genus eloquentiæ duntaxat adolescens adhuc Strabonis Cæsaris secutus videtur: cuius etiam ex oratione, quæ inscribitur *Pro Sardinis*, ad verbum nonnulla transtulit in *Diuinationem* suam. Pronuntiassè autem dicitur voce acuta, ardenti motu gestuque, non sine venustate. Orationes aliquas reliquit, inter quas temere quædam feruntur; vt *Pro Q. Metello*: quam non immerito Augustus existimat magis ab actuariis exceptam, male subsequenter verba dicentis, quam ab ipso edictam. Nam in quibusdam exemplaribus inuenio, ne inscriptam quidem *Pro Metello*, sed *quam scripsit Metello*, cum ex persona Cæsaris sermo sit, Metellum seque aduersus communiū obtractatorum criminationes purgantis. Apud milites quoque in Hispania idem Augustus orationem esse vix ipsius putat: quæ tamen duplex fertur; vna, quasi priore habita prælio: altera, posteriore: quo Asinius Pollio ne tempus quidem concionandi habuisse eum dicit, subita hostium incurfione. Reliquit & rerum suarum *Commentarios, Gallici, ciuilibusque belli Pompeiani*. Nam Alexandrini, Africique & Hispaniensis, incertus auctor est. Alii enim Oppium putant, alii Hirtium: qui etiam Gallici belli nouissimum imperfectumque librum suppleuerit. De commentariis Cæsaris Cicero in eodem libro sic refert: *Commentarios scripsit valde quidem probandos: nudi sunt, recti, & venusti, omni ornatu orationis, tamquam veste detracta: sed dum voluit alios habere parata vnde sumerent, qui vellent scribere historiam, ineptis gratum fortasse fecit, qui illa volunt calamistris iniungere, sanos quidem homines à scribendo deterruit.* De eisdem commentariis Hirtius ita prædicat: *Adeo probantur omnium iudicio,*

D

vt præ-

*ut præcepta, non præbita, facultas scriptoribus videatur. Cuius tamen rei maior nostra quam reliquorum est admiratio. Ceteri enim quam bene atq; emendate, nos etiam quam facile atq; celeriter eos perscripserit, scimus. Pollio Asinius parum diligenter, parumque integra veritate compositos putat: cum Cæsar pleraque & quæ per alios erant gesta, temere crediderit; & quæ per se, vel consulto, vel etiam memoria lapsus, perperam ediderit: existimatque rescripturum & correcturum fuisse. Reliquit & *De analogia* libros duos, & *Anticatones* totidem, ac præterea poëma, quod inscribitur *Iter*. Quorum librorum primos, in transitu Alpium, cum ex citiore Gallia, conuentibus peractis, ad exercitum rediret: sequentes, sub tempus Mundensis prælii fecit: nouissimum, dum ab vrbe in Hispaniam vltiorem III & XX die peruenit. *Epistola* quoque eius ad *Senatum* exstant, quas primum videtur ad paginas & formam memorialis libelli conuertisse, cum antea *Coss.* & duces nonnisi transuersa charta scriptas mitterent. Exstant & ad *Ciceronem*, item ad *familiares* domesticis de rebus: in quibus si qua occultius perferenda erant, per *notas scripsit*, id est, sic structo litterarum ordine, vt nullum verbum effici posset: quæ si quis inuestigare & persequi vellet, quartam elementorum litteram, id est, *d pro a*, & perinde reliquas commutet. Feruntur & à puero, & ab adolescentulo, quædam scripta: vt *Laudes Herculis*, tragoedia *Oedipus*: item *Dicta collectanea*. quos omnes libellos vetuit Augustus publicari, in epistola, quam breuem admodum ac simplicem, ad Pompeium Macrum, cui **LXVII.** ordinandas bibliothecas delegauerat, misit. Armorum & equitandi peritissimus, laboris vltra fidem patiens erat: in agmine, nonnumquam equo, sæpius pedibus, anteibat, capite detecto, seu sol, seu imber esset. Longissimas vias incredibili celeritate confecit, expeditus meritoria rheda, centena passuum millia in singulos dies: si flumina morarentur,*

tur,

erit, nando traiciens, vel innixus inflatis vtribus, vt per sepe
 nuntios de se prœuenerit. In obeundis expeditionibus: LVIII.
 dubium cautior an audentior. Exercitum neque per insi-
 dioſa itinera daxit v̄mquam, niſi perſpeculatus locorum ſi-
 tus: neque in Britanniam tranſiit, niſi ante per ſe portus
 & nauigationem, & acceſſum ad inſulam explorafſet. At
 idem obſeſſione caſtrorum in Germania nuntiata, per ſta-
 tiones hoſtium Gallico habitu penetrauit ad ſuos. A Brun-
 diſio Dyrrachium inter oppoſitas claſſes hyeme tranſmiſit.
 Ceſſantibusque copiis, quas ſubſequi iuſſerat, cum ad arceſ-
 ſendas fruſtra ſæpe miſiſſet, nouiſſime ipſe clam noctu par-
 uulum nauigium ſolus, obuoluto capite, conſcendit, neque
 aut quis eſſet ante detexit, aut gubernatorem cedere aduer-
 ſæ tempeſtati paſſus eſt, quam pæne obrutus fluctibus.
 Ne religione quidem vlla à quoquam incepto abſterritus LIX.
 v̄mquam vel retardatus eſt. Cum immolanti aufugiſſet ho-
 ſtia, profectionem aduerſus Scipionem & Iubam non diſtu-
 lit. Prolapſus etiam in egreſſu nauis, verſo ad melius omine,
Teneate, inquit, Africa. Ad eludendas autem vaticinatio-
 nes, quibus *felix & innictum in ea provincia fataliter Scipia-* Flor. 2. 15. 12.
num nomen ferebatur, deſpectiſſimum quemdam ex Corne-
 liorum genere, cui ad opprobrium vitæ Salutioni cogno-
 men erat, in caſtris ſecum habuit. Prælia non tantum LX.
 deſtinato ſed ex occasione ſumebat: ac ſæpe ab itinere ſta- viii. 2. 5. 30.
 tum, interdum ſpurciſſimis tempeſtatibus, cum minime Juſt. 30. 5. 1.
 quis moturum putaret: nec niſi tempore extremo ad dimi-
 candum cunſtantior factus eſt. Quo ſæpius vicifſet, hoc
 minus experiendos caſus opinans: nihilque ſe tantum ac- Juſt. 12. 0. 15.
 quiſiturum victoria, quantum auferre calamitas poſſet. Nul-
 lum v̄mquam hoſtem fudit, quin caſtris quoque exueret:
 ita nullum ſpatium perterritis dabat. Anticipiti prælio equos
 dimittebat, & in primis ſuum, quo maior permanendi ne- viii. 4. 30. 829. 31.
 ceſſitas imponeretur auxilio fugæ erepto. Vtebatur autem LXI.
 equo

Justin. 12. 8. 0
Plin. 11. 11. 11
Curt. 9. 3. 37
Curt. 6. 5. 10.

quo insigni, pedibus prope humanis, & in modum digitorum unguibus fissis: quem natum apud se, cum haruspices imperium orbis terræ significare domino pronuntiaissent, magna cura aluit: nec patientem sefforis alterius, primus ascendit: cuius etiam instar pro æde Veneris genitricis postea dedicauit.

Hor. 9. 1. 1. LXII.

Valer. 1. 1. 1.

Inclinaram aciem solus saepe restituit, obstitens fugientibus, retinensq; singulos, & contortis faucibus conuertens in hostem: & quidem adeo plerumque trepidos, vt Aquilifer moranti cuspide sit comminatus: alius in manu detinentis reliquerit signum. Non minora illa constantiæ eius, immo maiora etiam, indicia fuerunt: Post aciem Pharsalicam, cum præmissis in Asiam copiis, per angustias Helleponti vectoria nauicula traiceret, L. Cassium, partis aduersæ, cum decem rostratis nauibus obuium sibi, neq; refugit; & cominus tendens, vltro ad deditiorem hortatus, supplicem ad se recepit.

LXIV.

Alexandriæ, circa oppugnationem pontis, eruptione hostium subita compulsus in scapham, pluribus eodem præcipitantibus, cum de filiisset in mare, nando per CC passus, euasit ad proximam nauem, elata læua, ne libelli, quos tenebat, madefierent: paludamentum mordicus trahens, ne spolio potiretur hostis. Militem neque à maioribus, neq; à fortuna probabat, sed tantum à viribus: tractabatque pari seueritate atque indulgentia. Non enim vbique ac semper, sed cum hostis in proximo esset, coërcebat: tum maxime exactor grauiissimus disciplinæ, vt neque itineris, neque prælii tempus denuntiaret: sed paratum & intentum momentis omnibus, quo vellet, subito educeret. Quod etiam sine causâ plerumque faciebat. præcipue pluuiis, & festis diebus. Ac subinde obseruandum se admonens, repente interdium vel nocte subtrahebat: augebatq; iter, vt serius subsequentes defatigaret. Fama vero hostilium copiarum perterritos, non negando, minuendo, sed insuper amplificando, cementiendoque, confirmabat.

LXV.

Ita

Tacit. Hist. 5. 1. 2.
in Vlt. Agr. 9. 4.

Curt. 9. 3. 26.

LXVI.

Ita

Ita que, cum expectatio aduentus Iubæ terribilis effet, convocatis ad concionem militibus, *Scitote*, inquit, *paucissimis his diebus regem affuturum cum X legionibus, equitum XXX, leuis armatura C millibus, elephantis CCC. Proinde desinant quidam querere ultra, aut opinari; mihi, qui compertam habeo, credant: aut quidem vetustissima naue impositos, quocumque vento, in quasumque terras iubebo auehi.* Delicta neque observabat omnia, neque pro modo exsequebatur: sed desertorum ac seditiosorum & inquisitor & punitor acerrimus, conuiebat in cæteris. Ac nonnunquam, post magnam pugnam atq; victoriam, remisso officiorum munere, licentiam omnem passim lasciuiendi permittebat: iactare solitus, *militēs suos etiam unguentatos bene pugnare posse: nec milites eos pro concione, sed blandiori nomine commilitones appellabat: habebatque tam cultos, ut argento & auro politis armis ornaret: simul & ad speciem & quo tenaciores eorum in prælio essent, metu damni.* Diligebat quoque usq; adeo, ut audita clade Tituriana, barbam capillumq; summisserit: nec ante dempserit, quam vindicasset. Quibus rebus & deuotissimos sibi, & fortissimos reddidit. Ingresso ciuile bellum, centuriones cuiusq; legionis singulos equites è viatico suo obtulerunt; & vniuersi milites gratuitam & sine frumento stipendioq; operam, cum tenuiorum tutelam locupletiores in se contulissent. Neq; in tam diuturno spatio quisquam omnino desciuit: pleriq; capti concessam sibi sub conditione vitam, si militare aduersus eum vellent, recusarunt. Famem & cæteras necessitates, non cum obsiderentur modo, sed & si alios ipsi obsiderent, tantopere tolerabant, ut Dyrachina munitione Pompeius, viso genere panis ex herba, quo sustinebantur, cum feris sibi rem esse dixerit: amouerique ocys, nec cuiquam ostendi, iusserit: ne patientia & pertinacia hostis, animi suorum frangerentur. **Quanta** fortitudine dimicauerint, testimonio est, quod

J. J. o.
LXVII.

In J. J. 12. 17. 18. 19. 20.
L. 1. 2. 3. 4.
700.

LXVIII.

aduerso semel apud Dyrrhachium prælio, pœnam in se vitro depoposcerint: vt consolandos eos magis imperator, quam puniendos habuerit. Cæteris præliis innumeras aduersariorum copias, multis partibus ipsi pauciores facile superaerunt. Denique vna sextæ legionis cohors præposita castello, quatuor Pompeii legiones per aliquot horas sustinuit, pæne omnis confixa multitudine hostilium sagittarum, quarum centum ac triginta millia intra vallum reperta sunt. Nec mirum, si quis singulorum facta respiciat, vel Cassii Scæuæ centurionis, vel C. Acilii militis, ne de pluribus referam. Scæua, excusso oculo, transfixus femore & humero, centum & viginti ictibus scuto perforato, custodiam portæ commisit castelli retinuit. Acilius nauali ad Massiliam prælio, iniecta in puppem hostium dextra, & abscissa, memorabile illud apud Græcos Cynægiri exemplum imitatus, transiit in nauem, vmbone obuios agens.

LXIX.

Seditionem per X annos Gallicis bellis nullam omnino mouerunt; ciuilibus aliquas: sed vt celeriter ad officium redierint, nec tam indulgentia ducis, quam auctoritate. Non enim cessit vniquam tumultuantibus, atque etiam obuiam semper iit. Et nonam quidem legionem apud Placentiam, quamquam adhuc in armis Pompeius esset, totam cum ignominia missam fecit, ægreque post multas & supplices præces, nec nisi exacta de

LXX.

fontibus pœna, restituit. Decumanos autem Romæ cum ingentibus minis, summoque etiam vrbis periculo, missionem & præmia flagitantes, ardente tunc in Africa bello, neque adire cunctatus est, quamquam deterrentibus amicis, neque dimittere: sed vna voce, qua *Quirites* eos pro militibus appellarat; tam facile circumegit & flexit, vt ei *militēs esse* confestim responderint: & quamuis recusantem vitro in Africam sint secuti: ac sic quoq; seditionisissimum quemq;

LXXI.

& prædæ & agri destinati tertja parte multauit. Studium & fides erga clientes, ne iuueni quidem defuerunt. Masintham

thamobilem iuuenem, cum aduersus Hiempſalem regem tam enixe defendiſſet, vt Iubæ-regis filio in altercatione barbaram inuaſerit; ſtipendiarium quoque pronuntiatum, & abſtrahentibus ſtatim eripuit, occultauitq; apud ſe diu: & mox ex Prætura proficiſcens in Hiſpaniam, inter officia proſequentiam, faſcesque liſtorum, lectica ſua auexit. Amicos tanta ſemper facilitate indulgentiaque tractauit, vt C. Oppio comitanti ſe per ſylueſtre iter, correptoque ſubita valitudine, & in diuerſorio loco, quod vnum erat, ceſſerit: ac ipſe humi ac ſub diuo cubuerit. Iam autem rerum potens, quosdam etiam infimi generis ad ampliſſimos honores præuexit. Cum ob id culparetur, profeſſus eſt palam, *ſi graſſatorum & ſicariorum ope in ſuenda ſua dignitate uſus eſſet, talibus quoque ſe parem gratiam relaturum.* Simul-
LXXII.

tes contra nullas tam graues excepit vumquam, vt non occaſione oblata, libens deponeret. C. Memmii, cuius aſperri-
 mis orationibus non minore acerbitate reſcripſerat, etiam ſuffragator mox in petitione Conſulatus fuit. C. Caluo poſt
 famoſa epigrammata de reconciliatione per amicos agenti, vltro ac prior ſcripſit. Valerium Catullum, à quo ſibi verſi-
 culis de Mamurra perpetua ſtigmata impoſita non diſſimulauerat, ſatisfacientē, eadem die adhibuit cœnæ: hoſpiti-
 oq; patris eius, ſicut conſueuerat, vti perſeuerauit. Sed & in
LXXIII.

viciſcendo natura leniſſimus, piratas, à quibus captus eſt, cum in deditionem redegiſſet, quoniam ſuffixurum ſe cruci-
 ante iurauerat, iugulari prius iuſſit, deinde ſuffigi. Cornelio Phagita, cui quondam nocturnas inſidias æger ac latens ne perduciſſetur ad Sullam, vix præmio dato euaderat, numquam nocere ſuſtinuit. Philemonem à manu ſeruum, qui necem ſuam per venenum inimicis promiſerat, non gra-
LXXIV.

uius, quam ſimplici morte punit. In P. Clodiam Pompeiæ vxoris ſuz adulterum, atq; eadem de cauſa pollutarum cæ-
 rioniarum reum, teſtis citatus, negauit ſe quidquam com-
 perſiſſe:

perisse: quantuis & mater Aurelia, & soror Iulia, apud eosdem iudices, omnia ex fide retulissent. Interrogatusque; cur igitur repudiasset vxorem, *Quoniam*, inquit, *meas tam suspicione, quam crimine iudico carere oportere.* Moderationem vero clementiamque; tum in administratione, tum in victoria belli civilis admirabilem exhibuit: Denuntiante Pompeio, *pro hostibus se habiturum, qui Reipubl. defuissent*; ipse *medios & neutrius partis, suorum sibi numero futuros* pronuntiauit. Quibus autem ex commendatione Pompeii, ordinēs dederat, potestatem transeundi ad eum omnibus fecit. Motis apud Ilerdam deditionis conditionibus, cum assiduo inter vtrasque partes vsu atque commercio, Afranius ac Petreius deprehensos intra castra Iulianos subita pœnitentia interfecissent, admissam in se perfidiam non sustinuit imitari. Acie Pharsalica proclamauit, *ut ciuibus parceretur*: deincepsq; nemini non suorum, quem vellet vnum partis aduersæ seruare concessit: nec vlli periisse, nisi in prælio reperiuntur, exceptis dumtaxat Afranio & Fausto & L. Cæsare iuuenē. ac ne hos quidem voluntate ipsius interemtōs putant: quorum tamen & priores post impetratam veniam rebellauerant: & Cæsar, libertis seruisque eius ferro & igni crudelem in modum enectis, bestias quoq; ad munus populi comparatas contrucidauerat. Deniq; tempore extremo etiam quibus nondum ignouerat, cunctis in Italiam redire permisit, magistratusq; & imperia capere. Sed & statuas L. Sullæ atq; Pompeii, à plebe disiectas reposuit. Ac si qua posthac aut cogitarentur grauius aduersus se, aut dicerentur; *inhibere maluit, quam vindicare.* Itaque & detectas coniurationes, conuentusque nocturnos, non ultra arguit, quam vt edicto ostenderet, esse sibi notas: & acerbè loquentibus satis habuit pro concione denuntiare, ne persequerent. Aulique Cæcinæ criminossimo libro, & Pitholai carminibus maledicentissimis, laceratam existimationem

Liv. 9. 24. 60.
 1144. Bulling. 9. 5. 9.
 12. 4. LXXV.

vell. 2. 57. 1.

tionem suam, ciuili animo tulit. Prægrauant tamen cætera facta, dictaque eius, vt & abusus dominatione, & iure cæsus existimetur. Non enim honores nimios modo recepit, vt continuum Consulatum, perpetuam Dictaturam, præfecturamque morum; insuper prænomen Imperatoris, cognomen Patris Patriæ, statuum inter reges, suggestum in orchestra: sed & ampliora etiam humano fastigio decerni sibi passus est: sedem auream in curia & pro tribunali, thensam & ferculum Circensi pompa, templa, aras, simulacra iuxta Deos, puluinar, flaminem, Lupercos, appellationem mensis è suo nomine. Ac nullos non honores ad libidinem cepit, & dedit. Tertium & quartum Consulatum titulo tenuit, contentus Dictaturæ potestate decretæ cum Consulatibus simul: atque vtroque anno binos Consules substituit sibi in ternos nouissimos menses: ita vt medio tempore comitia nulla habuerit, præter Tribunorum & Ædilium plebis: præfectosque pro Prætoribus constituerit, qui præsentem se res vrbanas administrarent. Pridie autem Kal. Ianuariæ repentina Consulis morte cessantem honorem in paucas horas petenti dedit. Eadem licentia spreto patriæ more, magistratus in plures annos ordinauit. Decem prætoris viris consularia ornamenta tribuit. Ciuitate donatos, & quosdam è semibarbaris Gallorum recepit in curiam. Præterea monetæ, publicisque vestigalibus, peculiare seruos proposuit. Trium legionum, quas Alexandria relinquebat, curam & imperium Rufini liberti sui filio, exoleto suo, demandauit. Nec minoris impotentia voces pro palam edebat, vt T. Ampius scribit: *Nihil esse Remp. appellationem modo, sine corpore, ac specie. Sullam nescisse litteras, qui Dictaturam deposuerit. Debere homines consideratius iam loqui secum, ac pro legibus habere, qua dicat. Eoque arrogantia progressus est, vt haruspice tristitia & sine corde extra sacro quodam nuntiante, futura diceret latiora, cum vellet: nec*

LXXVI.

Supra de imperio

709

LXXVII.

Iustina. ii.

E

pro

LXXVIII. *pro ostento ducendum, si pecudi cor defuisset.* Verum præcipuam & inexpiabilem sibi inuidiam hinc maxime mouit: Adeuntes se cum plurimis honorificentissimisque decretis, vniuersos patres conscriptos, sedens pro æde Veneris genitricis exceptit. Quidam putant retentum à Cornelio Balbo, cum conaretur assurgere: alii ne conatum quidem omnino, sed etiam admonentem C. Trebatium, vt assurgeret, minus familiari vultu respexisse. Idque factum eius tanto intolerabilius est visum, quod ipse triumphanti, & subsellia tribunitia præteruehenti sibi vnum è collegio Pontium Aquilam non assurrexisset adeo indignatus sit, vt proclamauerit: *Repete ergo à me Aquila Remp. Tribunus;* & nec destiterit per continuos dies quidquam cuiquam, nisi sub exceptione, polliceri, *si tamen per Pontium Aquilam licuerit.* Adiecit ad tam insignem despecti Senatus contumeliam, multo arrogantius factum. Nam cum sacrificio Latinarum revertente eo, inter immodicas ac nouas populi acclamationes, quidam è turba statuæ eius coronam lauream, candida fascia præligatam, imposuisset: & Tribuni plebis Epidius Marullus Cæsetiusque Flauus coronæ fasciam detrahi, hominemque duci in vincula iussissent, dolens seu parum prospere motam regni mentionem, siue, vt ferebar, ereptam sibi gloriam recusandi, Tribunos grauitè increpitos potestate priuauit. neque ex eo infamiam affectati etiam regii nominis discutere voluit: quamquam & plebei regem se salutanti, *Cæsarem se, non Regem* esse responderit: & Lupercalibus, pro Rostris à Consule Antonio admotum sæpius capiti suo diadema repulerit, atq; in Capitolium Ioui Opt. Max. miserit. Quinetiam varia fama percrebuit, migratorum Alexandriam vel Ilium, translatis simul opibus imperii, exhaustaq; Italia delectibus, & procuratione vrbis amicis permessa: proximo autem Senatu L. Cottam Quindecimvirum sententiam dicturum: vt, quoniam libris fatalibus

con-

contineretur, Parthos, nisi à rege, non posse vinci, Cæsar Rex appellaretur. LXXX.

Quæ causa coniuratis maturandi fuit destinata negotia, ne assentiri necesse esset. Consilia igitur dispersim antea habita, & quæ sæpe bini terniue ceperant, in vnum omnes contulerunt: ne populo quidem iam præsentî statu læto, sed clam palamque detrectante dominationem, atque assertores flagitante. Peregrinis in Senatum allectis *libellis* propositus est: *Bonum factum: Ne quis Senatori noui curiam monstrare velit.* & illa vulgo canebantur,

Gallos Cæsar in triumphum ducit: iidem in curia

Galli bracas deposuerunt, latum clauum surserunt.

Q. Maximo suffecto, trimestrique Consule theatrum introeunte, cum lictor animaduerti ex more iussisset, ab vniuersis conclamatum est: *Non esse consulem eum.* Post remotos Cæsetium & Marullum Tribunos, reperta sunt proximis comitiis complura suffragia, Consules eos declarantium. Subscribere quidam L. Bruti statux, *Vtinam viueres.* Item ipsius Cæsarî statux: *Brutus, quia Reges eiecit, Consul primus factus est: Hic quia Consules eiecit, Rex postremo factus est.* Conspiratum est in eum à LX amplius, C. Cassio, Marcelloque & D. Bruto principibus conspirationis. Qui primum cunctati, vtrumne illum in campo per comitibus ad suffragia vocantem partibus diuisis è ponte deiicerent, atque exceptum trucidarent: an in Sacra via vel in aditu theatri adorirentur: postquam Senatus Idibus Martii in Pompeii curiam edictus est, facile tempus & locum prætulerunt. Sed Cæsarî futura cædes euidentiâ prodigiis denuntiata LXXXL

est. Paucos ante menses cum in colonia Capua deducti lege Julia coloni, ad extruendas villas sepulcra vetustissima disicerent, idque eo studiosius facerent, quod aliquantum vasculorum operis antiqui scrutantes reperiebant: tabula *ænca* in monumento, in quo dicebatur Capys, conditor Capuæ, sepultus, inuenta est, conscripta litteris verbisq; Græcis,

cis, hac sententia: *Quandoque ossa Capvii detecta essent, fore ut Iulo prognatus manu consanguineorum necaretur, magnisque mox Italiae cladibus vindicaretur.* Cuius rei, ne quis fabulosam aut commentitiam putet, auctor est Cornelius Balbus, familiarissimus Cæsaris. Proximis diebus equorum greges,

Luc. 9. 220.

Virg. Georg. 2. 1.
Val. Max. 2. 1. 2.

quos in traiciendo Rubicone flumine consecravit, ac vagos & sine custode dimiserat, comperit pertinacissime pabulo abstinere, vbertimque flere. Et immolantem haruspex Spurrinna monuit, caueret periculum, quod non vltra Martias Idus proferretur. Pridie autem eisdem Idus, auctem regalium, cum laureo ramulo Pompeianæ curiæ se inferentem, volucres varii generis ex proximo nemore persecutæ, ibidem discerpsērunt. Ea vero nocte, cui illuxit dies cædis, & ipse sibi visus est per quietem interdum supra nubes volitare, alias cum Ioue dextram iungere. Et Calpurnia vxor imaginata est collabi fastigium domus, maritumque in gremio suo confodi: ac subito cubiculi fores sponte patuerunt. Ob hæc simul & ob infirmam valitudinem diu cunctatus, an se continere; & quæ apud senatum proposuerat, agere differret: tandem, D. Bruto adhortante, ne frequentes ac iam dudum opperienteis destitueret, quinta fere hora progressus est: libellumque insidiarum indicem, ab obvio quodam porrectum, libellis cæteris, quos sinistra manu tenebat, quasi mox lecturus, commiscuit. Dein pluribus hostiis cæsis, cum litare non posset, introiit curiam, spreta religione: Spurrinamque irridens, & vt falsum arguens, quod sine vlla noxâ Idus Martiæ adessent. quamquam is *venisse quidem eas* diceret, *sed non*

LXXXII.

710.

præterisse. Assidentem conspirati specie officii circumsteterunt: illicoque Cimber Tullius, qui primas partes susceperat, quasi aliquid rogaturus, propius accessit: reuertentiq; & gestu in aliud tempus differenti, ab utroque humero togam

Pl. Caes. in Captivitate
Sc. 5.

apprehendit: deinde clamantem, *Ista quidem vii est,* alter Cassius aduersum vulnerat paullum infra iugulum. Cæsar

Cassii

Cassii brachium arreptum graphio traiecit, conatusque pro-
 silire, alio vulnere tardatus est. Utque animaduertit undique; se-
 strictis pugionibus peti, toga caput obuoluit: simul sinistra
 manu sinum ad ima crura deduxit, quo honestius caderet, et
 iam inferiore corporis parte velata. Atque ita tribus & viginti
 plagis confossus est, vno modo ad primum ictum gemitu
 sine voce edito. Etsi tradiderunt quidam, M. Bruto irruenti
 dixisse, *Καὶ σὺ εἶ ἰκάνων, καὶ σὺ τέκνον*; Exanimis, diffugientibus cun-
 ctis, aliquam diu iacuit, donec lecticæ impositum dependen-
 te brachio, tres seruuli domum retulerunt. Nec in tot vulne-
 ribus, ut Antistius medicus existimabat, lethale vllum reper-
 tum est, nisi quod secundo loco in pectore acceperat. Fuerat
 animus coniuratis, corpus occisi in Tiberim trahere, bona
 publicare, acta rescindere: sed metu M. Antonii Consulis, &
 magistri equitum Lepidi, destiterunt. Postulante ergo L. Pi-
 lone socero, testamentum eius aperitur: recitaturque in An-
 tonii domo, quod Idibus Septembribus proximis in Lau-
 cano suo fecerat, demandaueratque virgini Vestali maximæ.
 Q. Tubero tradit, heredem ab eo scribi solitum ex Consula-
 tu ipsius primo, usque ad initium ciuiliis belli, Cn. Pompeium;
 idque militibus pro concione recitatum. Sed nouissimo testa-
 mento tres instituit heredes sororum nepotes, C. Octauium
 ex dodrante, & L. Pinarium, & Q. Pedium ex quadrante reli-
 quo. in ima cera C. Octauium in familiam nomenque ad-
 optauit: pluresque percussorum in tutoribus filii, si quis sibi
 nasceretur, nominauit: D. Brugum etiam in secundis heredi-
 bus. Populo hortos circa Tiberim publice, & viritum trece-
 nos sestertios, legauit. Funere indicto, rogos exstructus est
 in Martio campo, iuxta Iulie tumulum: & pro Rostris auri-
 ta ædes, ad simulacrum templi Veneris Genitricis, colloca-
 ta: intraque lectus eburneus, auro ac purpura stratus: & ad ca-
 put tropæum, cum veste, in qua fuerat occisus. Præferenti-
 bus munera, quia susceptorus dies non videbatur, præceptum

Yal. 4. p. 6.
 null. 10. 612.
 Oril. Falsim. 417.

* Et tu imi-
 ver illos es.
 Et tu fili?

LXXXIII.

LXXXIV.

est, vt omisso ordine, quibus quisque vellet itineribus vrbis, portaret in campum. Inter ludos cantata sunt quædam ad miserationem, & inuidiam cædis eius, accommodata ex Paucuii Armorum iudicio:

Ge. 1. 1. 1. 1. Men' me seruasse, vt essent qui me perderent?

Et ex Electra Attii alia ad similem sententiam. Laudationis loco Consul Antonius per præconem pronuntiauit Sen. Conf. quo *omnia ei diuina simul atque humana decreuerat*: item iusiurandum, quo se cuncti pro salute vnius adstrinxerant: quibus per pauca à se verba addidit. Lectum pro Rostris in Forum magistratus & honorib² functi demulerunt. Quem cum pars in Capitolini Iouis cella cremare, pars in curia Pompeii, destinaret, repente duo quidam gladiis succincti, ac binâ bacula gestantes, ardentibus cercis succenderunt: confestimque circumstantium turba virgulta arida, & cum subsellis tribunalia, quidquid præterea ad donum aderat, congeffit: deinde tibicines & scenici artifices vestem, quam ex instrumento triumphorum ad præsentē vsum induerant, detractam sibi, atque discissam, iniocere flammæ: & veteranorum militum legionarii, arma sua, quibus ex culti funus celebrabant. Matronæ etiam pleræque ornamenta sua, quæ gerebant, & liberorum bullas atque prætextas. In summo publico luctu exterarum gentium multitudo circulatim suo quæq; more lamentata est: præcipueq; Iudæi, qui etiam noctibus continuis bustum frequentarunt. Plebs statim à funere ad domum Bruti & Cassii cum facibus tetendit: atq; ægre repulsa, obuium sibi Heluium Cinnam, per errorem nominis, quasi Cornelius is esset, quem grauius pridie concionatum de Cæsare, inquirebat, occidit; caputq; eius præfixum hastæ circumtulit. Postea solidam columnam prope XX pedum lapidis Numidici in foro statuit, scripsitque, PARENTI PATRIÆ. Apud eandem longo tempore, sacrificare, vota suscipere, controuersias quasdam interposito per Cæsa-

Tacit. 1. 1. 1. 1.

LXXXV.

Cæsarem iureiurando distrahere, perseverauit. Suspicionem Cæsar quibusdam suorum reliquit, neq; voluisse se diutius viuere, neq; curasse, quod ualitudine minus prospera ueretur: ideoq; & quæ religiones monerent, & quæ renuntiarēt amici, neglexisse. Sunt qui putent cōsiliū eum nouissimo illo Senat. Conf. ac iureiurando, etiam custodias Hispanorum cum gladiis sectantium se, remouisse. Alii è diuerso opinantur, *inuidias undiq; imminentes subire semel confessum satius esse, quam cauere semper.* Alii ferunt dicere solitum, *non tam sua, quam Reip. interesse uti saluus esset: se iam pridem potentie gloriaq; abunde adeptum: Reip. si quid sibi eueniret, neq; quietam fore, & aliquanto deteriore conditione ciuilia bella subituram.*

LXXXVI.

Illud plane inter omnes fere constitit, talem ei mortem pene ex sententia obtigisse. Nam & quondam, cum apud Xenophontem legisset, Cyrum vltima ualitudine mandasse quædam de funere suo, aspernatus tam lentum mortis genus, subitam sibi celeremq; optauerat. Et pridie quam occideretur, in sermone nato super coenam, apud M. Lepidum, quisnam esset finis vitæ commodissimus, repentinum inopinatumq; prætulera. Periiit sexto & quinquagesimo æ-

LXXXVII.

LXXXVIII

tatis anno: atque in Deorum numerum relatus est, non ore modo decernentium, sed & persuasione vulgi. Siquidem ludis, quos primo consecratos ei heres Augustus edebat, stella crinita per septem dies continuos fulsit, exoriens circa undecimam horam. Creditumq; est, animam esse Cæsaris in cælum recepti: & hac de caussa simulacro eius in vertice additur stella. Curiam, in qua occisus est, obstrui placuit: Idusq; *Martias parricidium* nominari: ac ne vnquam eo die Senatus ageretur. Percussorum autem fere, neque triennio quisquam amplius superuixit, neq; sua morte defunctus est. *Damnati omnes, alius alio casu periiit: pars natufragio, pars prælio, nonnulli semet eodem illo pugione, quo Cæsarem violauerant, interemerunt.*


LXXXIX.

C. SVE-

C. SVETONII TRANQVILLI

LIB. II.

D. OCTAVIVS CÆSAR AVGVSTVS.

1.  ENTEM Octavianam Velitris præcipuam olim fuisse, multa declarant. Nam & vicus celeberrima parte oppidi iam pridem Octavius vocabatur & ostendebatur ara Octavio consecrata : qui bello dux finitimo, cum forte Marti rem diuinam faceret, nuntiata repente hostis incurfione, semicruda exta rapta foco prosecuit : atque ita prælium ingressus, victor rediit. Decretum etiam publicum exstabat, quo cauebatur, vt in posterum quoque simili modo exta Marti redderentur, reliquæq; ad Octavios referrentur. Ea gens à Tarquinio Prisco Rege, inter Romanas gentes allecta in Senatum, mox à Ser. Tulio in patricias transfusa, procedente tempore ad plebem se contulit: ac rursus magno interuallo per D. Iulium in patriciarum rediit. Primus ex hac magistratum populi suffragio cepit C. Rufus. Is quæstorius Cn. & C. procreauit : à quibus duplex Octaviorum familia defluxit, conditione diuersa. Siquidem Cn. & deinceps ab eo reliqui omnes functi sunt honoribus summis. At Caius, eiusque poster, seu fortuna, seu voluntate, in equestri ordine constitere, vsq; ad Augusti patrem. Proauus Augusti secundo Punico bello, stipendia in Sicilia Tribunus militum fecit, & milio Pappo imperatore. Auus municipalibus magisteriis contentus, abundante patrimonio, tranquillissime sentit. Sed hæc alii.

Ipse

Gell. 16. 13.

Ipsē Augustus nihil amplius, quam equestri familia ortum se scribit, verere ac locuplere, & in qua primus Senator pater suus fuerit. M. Antonius libertinum ei proavum exprobrat restionem, è pago Thurino: avum argentarium. Nec quidquam ultra de paternis Augusti maioribus reperi. *Q*ta- III.
vius pater à principio ætatis, & re & æstimatione magna fuit: *Vell. 2. 19.*
 ut quidem mirer, hunc quoque à nonnullis argentarium, atque etiam inter diuifores, operasq; campestres, proditum. Amplis enim in nutritus opibus, honores & adeptus est facile & egregie administravit. Ex Prætura Macedoniam sortitus, fugitivos, residuam Spartaci & Catilinæ manum, Thuringum agrum tenentes, in itinere deleuit, negotio sibi in Senatu extra ordinem dato. Provincia præfuit, non minore iustitia, quam fortitudine. Namq; Bessis ac Thracibus magno prælio fuis, ita socios tractavit, ut *epistola M. Tullii Ciceronis* exstent, quibus *Q. Fratrem, eodem tempore parum secunda fama Proconsulatum Asiæ administrantem, hortatur & monet, imitetur in promerendis sociis vicinam suam Octavianum.* Decedens Macedonia, prius quam confiteri IV.
 se candidatum Consulatus posset, morte obiit repentina, superstitibus liberis, Octavia maiore, quam ex Ancharia; & Octavia minore, item Augusto, quos ex Atia tulerat. Atia M. Atio Balbo, & Iulia sorore C. Cæsaris, genita est. Balbus paterna stirpe Aricinus, multis in familia senatoriis *Juvenal. Satyr. 9.*
 imaginibus, à matre Magnum Pompeium arctissimo contingebat *Senec. Lib. 7. 2.*
gradu: functusque honore Præturæ, inter XX viros agrum *Senec. Cap. 20.*
Campanum plebi Iulia lege diuisit. Verum M. Antonius *Cap. 20.*
 despiciens etiam maternam Augusti originem, proavum eius Afris generis fuisse, & modo unguentariam tabernam, modo pistorinum Aricia exercuisse, obiicit. Cassius quidem Parmen-
 tis quadam epistola, non tantum ut pistoris, sed etiam ut nummularii nepotem, sic taxat Augustum, *Materpa tibi farina: siquidem ex crudissimo Aricia pistorio hanc finxit manibus.*

V. *nibus collybo decoloratis Nerulonenſis menſarius.* **Natus**
 est Augustus, M. Tullio Cicerone, & Antonio Coss. IX
 Kal. Octobris, paulo ante ſolis exortum, regione Palatii, ad

694

Capita bubula: vbi hunc ſacrarium habet, aliquanto poſt
 quam exceſſit, conſtitutum. Nam vt Senatus Actis conti-
 netur, cum C. Lectorius, adoleſcens patricii generis, in de-
 precanda grauiore adulterii pœna, præter ætatem atque na-
 tales, hoc quoque patribus conſcriptis allegaret, ſe eſſe poſ-
 ſeſſorem, ac veluti ardinuum ſoli, quod primum D. Augustus
 naſcens attigiſſet; peteretque donari, quaſi proprio ſuo, ac
 peculiari Deo: decretum eſt, vt ea pars domus conſecraretur.

ed. v. d. h. m. y. 4 Ell. 12. 10
Vcro. 6.

VI. Nutritamentorum eius oſtenditur adhuc locus in au-
 to ſuburbano, iuxta Velitras per modicus, & cella pœnuariæ
 inſtar: tenetq; vicinitatem opinio, tanquam & natus ibi ſit.
 Huc introire niſi neceſſario & caſte, religio eſt: concepta
 opinione veſeri, quaſi temere aduentibus horror quidam &
 metus obiiciatur: ſed & mox confirmata eſt. Nam cum poſ-
 ſeſſor villæ nouus, ſeu forte, ſeu tentandi cauſſa cubitum ſe
 eo contuliſſet: euemis, vt poſt pauciſſimas noctis horas ex-
 turbatus inde ſubita vi, & incerta, pœne ſemianimis cum

VII. ſtrato ſimul ante fores inueniretur. **Infanti cognomen**

THVRINO inditum eſt, in memoriam maiorum orginis:
 vel quod in regione Thurina, recens eo nato, pater Octavius
 aduerſus fugitiuos rem proſpere geſſerat. Thurinum co-
 gnominatum, ſatis certa probatione tradiderim, naſtus pue-
 rilem imagunculam eius æream veterem, ferreis, ac pœne
 iam exoleſcentibus litteris, hoc nomine inſcriptam: qua
 dono à me Principi data inter cubiculares colitur. Sed & à
 M. Antonio in epiſtolis per contumeliam ſæpe *Thurinus* ap-
 pellatur, & ipſe nihil amplius quam *mirari ſe* reſcribit, *pro*
opprobrio nomen prius ſibi obiici. Poſtea C. CASARIS & de-
 inde AUGUSTI cognomen aſſumſit: alterum, teſtamento
 maioris auunculi: alterum, Munatii Planci ſententia: cum

fracta

qui-

quibusdam censentibus, *Romulum* appellari oportere, quasi & ipsum conditorem urbis, prævaluisset ut *Augustus* potius vocaretur, non tantum novo, sed etiam ampliore cognomine: quod loca quoque religiosa, & in quibus augurato quid consecratur, *augusta* dicantur, ab aucta, vel ab auium gestu gustave: sicut etiam *Ennius* docet scribens:

Augusto augurio postquam incluta condita Roma est.

Quadrismus, patrem amisit: duodecimum annum agens, VII.
 auiam Iuliam defunctam pro concione laudavit. **Quadrien-** Tib. 6. Callig. 10.
nio post virili roga sumpta, militaribus domis triumpho **Cæ-** Scrip. Sab. 5. 30.
saris Africano donatus est, quamquam expertus belli, propter Senec. Epist. 2.
 ztatem. Profectum mox aunculum in Hispanias, aduersus Vell. 2. 59.
Cn. Pompeii liberos, vixdum firmus à graui valetudine, per
 infestas hostibus vias, paucissimis comitibus, naufragio et-
 iam facto, subsecutus magnopere demeruit; approbata cito
 etiam morum indole, super itineris industriam. Cæsare post
 receptas Hispanias expeditionem in Dacos, & inde in Par-
 thos, destinante, præmissus Apolloniæ, studiis vacauit.
 Atque primum occisum eum, hæredemq; se comperit, diu
 cunctatus, an proximas legiones imploraret, id quidem con-
 filium, ut præceps immaturumque, amisit: cæterum, vrbe
 repetita, hæreditatem adiit, dubitante matre, vitrico vero
 Marcio Philippo consulari multum dissuadente. Atque ab Tic. ad At. Epist. 12.
 eo tempore exercitibus comparatis, primum cum M. An- Vell. 2. 60.
 tonio, Marcoque Lepido, dein tantum eam Antonio per
 duodecim fere annos, nouissime per quatuor & XL solus
 Remp. tenuit. Proposita vitæ eius velut summa, partes IX.
 sigillatim, neq; per tempora, sed per species, exsequar: quo
 distinetius demonstrari cognoscique possint. Bella ciuilia
 quinque gessit: Murinense, Philippense, Perusinum, Siculum,
~~Adiacum~~. Ex quibus primum ac nouissima, aduersus M.
Antonium: secundum, aduersum Brutum & Cassium: ter-
tium, aduersus L. Antonium Triumviri fratrem; quartum,

- X. aduersus Sex. Pompeium, Cn. filium. Omniū bello-
rum initium & causam hinc sumit, nihil conuenientius
710. dicens, quam necem auunculi vindicare, tueriq; acta. Con-
festim vt Apollonia rediit, Brutum Cassiumque, & vi nec
opinantes, & quia præmissum periculum subterfugerant, le-
gibus aggredi, eosq; cædis absentes deferre statuit. Ludos
autem victoriæ Cæsaris, non audentibus facere, quibus ob-
tigerat id munus, ipse edidit. Et quo constantius cætera quo-
que exsequeretur, in locum Trib. plebis forte demortui can-
didatum se ostendit: quamquam patricius, necdum Sena-
tor. Sed aduersante conatibus suis M. Antonio consule,
quem vel præcipuum adiutorem sperauerat; ac ne publicam
quidem & translaticium ius vlla in re sibi pactione grauissi-
mæ mercedis impertiente, ad optimates se contulit: quibus
eum inuitum sentiebat, maxime quod D. Brutum obsessum
Mutinæ, prouincia à Cæsare data, & per Senatum confirma-
ta, expellere armis niteretur. Hortantibus itaque nonnul-
lis, percussores ei subornauit. Hac fraude depreheusa, peri-
culum inuicem metuens, veteranos simul in suum ac Reip.
auxilium, quanta potuit largitione, contraxit: hussuq; com-
711. parato exercitui pro Prætorè præesse, & cum Hirtio ac Pan-
sa, qui Consulatum acceperant, D. Bruto opem ferre, de-
mandatum bellum tertio mense confecit duobus præliis.
Priorè, Antonius eum fugisse scribit: ac sine paludamento
equoq; post biduum demum apparuisse. sequenti, satis con-
stat, non modo ducis sed etiam militis functum munere: at-
que in media dimicatione, aquilifero legionis suæ grauiter
Nov. 1. 2. 7.
Nov. 4. 9. 5.
XI. faucio, aquilam humeris subiisse, diuq; portasse. Hoc
bello cum Hirtius in acie, Pansa paulo post ex vulnere, peris-
sent, rumor increbruit, ambos opera eius occisos: vt Anto-
nio fugato, Rep. Consulibus orbata, solus victores exer-
tus occuparet. Pansæ quidem adeo suspecta mors fuit, vt
Glyco medicus custoditus sit, quasi venenum vulneri indi-
disset.

difset: Adhuc his Aquilius Niger, alterum e Consulibus, XII.
 Hirtium, in pugna tumultu ab ipso interemptum. Sed
 ut cognovit, Antonium post fugam a M. Lepido receptum,
 ceterosq; duces, & exercitus, consentire pro patribus, causam
 optimatum sine cunctatione deseruit, ad pretextum
 mutatae voluntatis dicta factaque quorundam calumniatus;
 quasi alii se *puerum*, alii *ormandum, tollendumq;* iactassent: ne Hor. 4. 1. Lib. c.
 aut sibi, aut veteranis par gratia referretur. Et quo magis
 penitentiam prioris sectae approbarer, Nursinos grandi pecunia,
 & quam pendere nequirent, multatos, extorres egit
 oppido: quod Mutinensi acie interemptorum civium tumulo
 publice exstructo adscripserant; *pro libertate eps occubuisse.*
 Inita cum Antonio & Lepido societate, Philippense quoq; XIII.
 bellum, quamquam inualidus atque aeger, duplici praelio 712.
 transgic: quorum priore castris exutus, vix ad Antonii cornu
 fuga evaserat. Nec successum victoriae moderatus est: sed
 capite Bruti Romam misso, ut statuae Caesaris subiiceretur,
 in splendidissimum quemq; captivum non sine verborum
 contumelia saevit. Ut quidem vni suppliciter sepulturam
 precanti respondisse dicatur, *iam istam in volucrum fore potestatem*:
 alios, patrem & filium, pro vita roganteis, sortiri
 vel dimicare iussisse, ut alterutri concederetur: ac spectasse
 utrumque morientem; eum, patre, qui se obtulerat, occiso,
 filius quoque voluntaria occubisset nece. Quare ceteri,
 & in his M. Favonius, ille Catonis aemulus, cum catenati
 producerentur, *imperatore Antonio* honorifice salutato,
 hunc foedissimo conuicio coram prosciderunt. Partitis post
 victoriam officiis, cum Antonius Orientem ordinandum,
 ipse veteranos in Italiam reducendos, & municipalibus agris
 collocandos recepisset: neque veteranorum, neq; possessorum
 gratiam tenuit: alteris, pelli se; alteris, non pro spectatorum
 tractari querentibus. Quo tempore L. Antonium, fiducia Consulatus
 quem gerebat, ac fraternae potentiae, XIV.
713.

sentia, res novas molientem, confugere Perusiam coëgit,
 & ad deditiōem fame compulit: non tamen sine magnis
 suis & ante bellum & in bello discriminibus. Nam cum spe-
 ctaculo ludorum gregarium militem in XIII ordinibus fe-
 dentem excitari per apparitorem iussisset, tumore ab obtre-
 datoribus dilato, quasi eundem mox & dis cruciatum necef-
 set: minimum abfuit, quin periret, concursu & indignatio-
 ne turbæ militaris. Saluti fuit, quod qui desiderabatur, re-
 pente comparuit incolumis, ac sine iniuria. Circa Perusi-
 num autem murum sacrificans, pene interceptus est à manu
 xv. gladiatorum, quæ oppido eruperat. Perusia capta, in plu-
 214. rimos animaduertit: orare veniam, vel excusare se conan-
 tibus, vna voce occurrens, *moriendum esse*. Scribunt quidam,
 trecentos ex deditis electos, vtriusq; ordinis, ad aram diuo
 Iulio exstructam, Idibus Martiis hostiarum more mastatos.
 Exstiterunt, qui traderent, conspecto eum ad arma esse, vt oc-
 culti aduersarii, & quos metus magis quam voluntas con-
 tineret, facultate L. Antonii ducis præbita, detegerentur: de-
 victis que his, & confiscatis, promissa veteranis præmia per-
 soluerentur. Bellum Siculum inchoauit in primis, sed
 xv. diu traxit, intermissum sæpius: modo reparandam clas-
 sium causa, quas tempestatibus duplici naufragio, & qui-
 dem per æstatem, amiserat; modo pace facta, flagitante po-
 pulo, ob interclusos comæatus, famemque ingrauescen-
 217. tem: donec nauibus ex integro fabricatis, ac XX feruorum
 millibus manumissis, & ad remum datis, portum Iulium ap-
 pud Baias, immisso in Lacrinum & Auernum lacum mari,
 effecit. In quo, cum hyeme tota copias exercuisset, Pom-
 218. peium inter Mylas & Naulochum superauit: sub horam pu-
 gnæ tam arcto repente somno deuinctus, vt ad dandum si-
 gnum ab amicis excitaretur. Vnde præbitam Antonio ma-
 teriam patem exprobrandi: *Ne rebus quidem oculis eum
 adspicere potuisse instructam aciem: verum supinum, calum-
 inuen-*

invenit, stupidum cubuisse: nec prius surrexisset, ac militibus in conspectum fuisse, quam à M. Agrippa fugata sint hostium manus. Alii dictum factumq; eius criminantur, quasi classibus tempestate perditis exclamauerit: *etiam inuito Neptune victoriam se adepturum:* ac die Circensium proximo solenni pompæ simulacrum Dei detraxerit. nec temere plura ac maiora pericula vllò alio bello adiit. Traiecto in Siciliam exercitu, cum partem reliquam copiarum continenti repererat, oppressus ex improviso à Demochare & Apollophane, præfectis Pompeii; vno demum nauigio ægerrime effugit. Item cum præter Locros Rhegium pedibus iret, & prospectis biremibus Pompeianis, terram legentibus, suas rarus, descendisset ad littus, pæne exceptus est. Tunc etiam per denios tramites refugientem, seruus Æmilii Pauli, comitis eius, dolens proscriptum olim ab eo patrem Paullum, & quasi occasione vltionis oblata, interficere conatus est. Post Pompeii fugam, collegarum alterum, M. Lepidum, quem ex Africa in Auxiliam euocarat, superbientem XX legionum fiducia, summasq; sibi partes terrore ac minis vindicantem, spoliavit exercitu: supplicemque, concessa vita, Circeios in perpetuum relegauit. M. Antonii societatem semper dubiam & incertam, reconciliationibusq; variis male focillatam, abruptit tandem. Et quo magis degenerasse eum à ciuili more approbaret, testamentum, quod is Romæ etiam de Cleopatraliberis inter heredes nuncupatis reliquerat, aperiendum recitandumq; pro concione curauit. Remisit tamen hosti iudicato necessitudines, amicosq; omnes: atque inter alios C. Sositum & T. Domitium, tunc adhuc Coss. Bononiensibus quoque publice, quod in Antoniorum clientela antiquitus erant, gratiam fecit coniurandi cum tota Italia pro partibus suis. Nec multo post, vali prælio apud Actium vicit, in serum dimicatione protracta, vt in naui victor pernoctauerit. Ab Actio cum Samuni:

Florg. 6. 44. Li. 2.

718.

XVII.

722.

723.

mum insulam in hiberna se recepisset, turbatus nuntiis de
 seditione militum, præmia & missionem poscentium, quos
 ex omni numero confecta victoria Brundisium præmiserat,
 repetit Italiam, tempestate in traiectu bis confictatus: pri-
 mo inter promontoria Peloponnesi atque Aetoliæ; rursus
 circa montes Ceraunos: vtrobiq; parte Liburnicarum de-
 merfa; simulque eius, in qua vehabatur, fufis armamentis,
 714 & gubernaculo diffracto. Nec amplius quam septem & XX
 dies, donec desideria militum ordinarentur, Brundisii com-
 moratus, Asiæ Syriaq; circuitu Aegyptum petit: obfessaq;
 Alexandria, quo Antonius cum Cleopatra confugerat, breui
 potitus est. Et Antonium quidem seras conditiones pacis
 tentantem, ad mortem adigit, viditq; mortuum. Cleopatra,
 quam seruaram triumpho magnopere cupiebat, etiam Pyl-
 los admouit, qui venenum ac virus exfugerent: quod periisse
 Gell. lib. ii. morfu aspidis putabatur. Ambobus communem sepultura
 honorem tribuit, ac tumulum ab ipsis inchoatum perfici
 iussit. Antonium iuuenem, maiorem de duobus Fulvia ge-
 nitis, simulacro D. Iulii, ad quod post multas & irritas pre-
 ces confugerat, abreptum interemit. Item Cæsariionem,
 quem ex Cæsare Cleopatra concepisse prædicabat, retta-
 ctum è fuga, supplicio affecit. Reliquos Antonii reginaq;
 communes liberos, non secus ac necessitudine iunctos sibi,
 & conseruauit; & mox pro conditione cuiusque sustinuit ac
 XVIII. fouis. Per idem tempus, conditorium & corpus Magni
 Alexandri, cum prolatum è penentrali subiecisset oculis, co-
 rona aurea imposita ac floribus aspersis veneratus est: con-
 sultusque, num & Ptolomæum inspicere vellet, *Regem se
 voluisse ait videre, non mortuos.* Aegyptum, in prouinciæ
 formam redactam, vt feraciorem habilioremque annonæ
 vrbicæ redderet, fossas omnes, in quas Nilus exastuat, obli-
 matas longa vetustate, militari opere detersit. Quoq; Actia-
 cæ victoriæ memoria celebratio in posterum esset, urbem
 Nico-

Nicopolim apud Actium condidit; ludosq; illic Quinquen-
nales constituit: & ampliato vetere Apollinis templo, lo-
 cum castrorum, quibus fuerat vsus, exornatum navalibus
 spoliis, Neptuno ac Marti consecrauit. Tumultus post XIX.

hzc, ac etiam rerum nouarum initia, coniurationesq; com-
 plures, prius quam inualescerent, indicio detectas compres-
 sit & alias alio tempore: Lepidi iuuenis; deinde Varronis *Vell. 2. 91.*
 Murenæ, & Fannii Cæpionis; mox M. Egnatii; exin Plautii

Rufi; Luciiq; Paulli progeneri sui: ac præter has L. Audasii
 falsarum tabularum rei, ac neque ætate neque corpore inte-
 gri: item Asinii Epicadi ex gente Parthyna hybridæ: ad ex-
 tremum Telephi mulieris serui nomenclatoris. Nam ne *Mart. & Epitaph. 2. 9.*
in Ant. Tabul. p. 117.

ultimæ quidem sortis, hominum conspiratione & periculo
 caruit. Audasius atq; Epicadus Iuliam filiam & Agrippam
 nepotem ex insulis, quibus continebantur, rapere ad exer-
 citus: Telephus, quasi debita sibi fato dominatione, & ipsum

& Senatum aggredi, destinauerant. Quinetiam quondam
 iuxta cubiculum eius lixa quidam ex Illyrico exercitu, iani-
 toribus deceptis, noctu deprehensus est, cultro venatorio
 cinctus: imposne mentis, an simulata dementia, incertum.

Nihil enim exprimi quæstione potuit. Externa bella duo **XX.**

omnino per se gessit: Dalmaticum, adolescens adhuc; & *721.*

Antonio deuicto, Cantabricum. Dalmatico etiam vulnera *722.*

excepit. vna atq; dextrum genu lapide ictus: altera autem,

& crus & vtrumq; brachium ruina pontis consauciatus. Re-

liqua per legatos administrauit: vt tamen quibusdam Pan-

nonicis, atque Germanicis aut interueniret, aut non longe

abesset, Rauennam, vel Mediolanum, vel Aquileiam vsq;

ab vrbe progrediens. Domuit autem partim ductu, **XXI.**

partim auspiciis suis Cantabriam, Aquitaniam, Panno-

niam, Dalmatiam, cum Illyrico orni: item Rhætiam, &

Vindelicos, ac Salassos, gentes Inalpinas. Coërcuit & Da-

corum incurssiones, tribus eorum ducibus cum magna co-

90
 pia cæsis : Germanosq; vltra Albim fluvium summouit: ex
 quibus Sueuos & Sicambros dedentes se traduxit in Gal-
 liam, atque in proximis Rheno agris collocavit. Alias item
 nationes male quietas ad obsequium redegit. Nec vlligenti
sine iustis & necessariis causis bellum intulit. Tantumque
 abfuit à cupiditate quoquo modo imperium vel bellicam
 gloriam augendi, vt quorundam barbarorum principes in
 æde Martis Vltoris iurare coëgerit, mansuros se in fide ac
 pace, quam peterent: à quibusdam vero nouum genus obfi-
 dum foeminas exigere tentauerit: quod negligere marium
 pignora sentiebat. & tamen potestatem semper omnibus
 fecit, quoties vellent, obfides recipiendi. Neq; aut crebrius
 aut perfidiosius rebellantes, grauiore vniquam multatus est
 poena, quam vt captiuos sub lege venundaret, ne in vicina
 regione seruirent, ne-ve intra XXX annum liberarentur.

*Tacit. 1. 11. 9.
 Val. 4. 1. 10.*
*Flora 4. 12. 6.
 Frontin. 4. 14. 4.*
 Qua virtutis moderationisq; fama, Indos etiam ac Scyrhas,
 auditu modo cognitos, pellexit ad amicitiam suam populiq;
 Romani, vltro per legatos petendam. Parthi quoque & Ar-
 meniam vindicanti facile cesserunt; & signa militaria quæ
 M. Crasso & M. Antonio ademerant, reposcenti reddide-
 runt; obfidesq; insuper obtulerunt: deniq; pluribus quon-
 dam de regno concertantibus, non nisi ab ipso electum
 xxij. comprobauerunt. Ianum Quirinum semel atq; iterum
 à condita vrbe memoriam ante suam clausum, in multo
 breuiore temporis spatio, terra mariq; pace parta, ter clusit.
 Bis ouans ingressus est urbem, post Philippense, & rursus
 post Siculum bellum. Curules triumphos treis egit, Dal-
 maticum, Aciacum, Alexandrinum: continuo triduo
 xxiii. omnes. Graues ignominias cladesque, duas omnino, nec
 alibi quam in Germania, accepit, Lollianam & Varianam:
 sed Lollianam maioris infamæ, quam detrimenti; Varia-
 nam pæne exitiabilem, tribus legionibus, cum duce lega-
 tisque & auxiliis omnibus, cæsis. Hac nuntiata excubias per
 urbem

Veil. 2. 97.

738.

739.

vibem indixit, ne quis tumultus existeret: & præsidibus provinciarum propagavit imperium, ut & à peritis & assuetis socii continerentur. Vouit & magnos ludos Ioui Opt. Max. Livig. 36. 2.
 SI REM PVBLICAM IN MELIOREM STATVM VERTISSET. Plin. 23. August. Vall. 2. 12.
 quod factum Cimbrico Marficoq; bello erat. Adeo namq; confernatum ferunt, ut per continuos menses barba capilloque summissa, caput interdum foribus illideret, vociferans: *Quintili Vare, legiones redde*: diemq; cladis quotannis moestum habuerit ac lugubrem. **In re militari & XXIV.**
 commutavit multa, & instituit: atque etiam ad antiquum morem nonnulla reuocavit. disciplinam severissime rexit, ne legatorum quidem cuiquam, nisi grauate, hibernisq; decimum mensibus, permisit vxorem interuifere. Equitem R. quod duobus filiis adolescentibus, causa detrectandi sacramenti pollices amputasset, ipsum bonaque subiecit hastæ: Cic. Off. 3. 46. Val. 6. 7. 7. Gal. 9. 2. 8. Ex lerna.
 quem tamen, quod imminere emtioni publicanos videbat, liberto suo addixit, ut relegatum in agros pro libero esse sinneret. Decimam legionem contumacius parentem, cum ignominia totam dimisit: item alias immodeste missionem postulantes, citra commoda emeritorum præmiorum exauctoravit: cohortes, si quæ cessissent loco, decimatas hordeo pavit. centuriones, statione deserta itidem, ut manipulares, capitali animaduersione puniit: pro cætero delictorum genere variis ignominiiis affecit: ut stare per totum diem iuberet ante Prætorium; interdum tunicatos, discinctosque, nonnumquam cum decempedis, vel etiam cespitem porrantes. **Neg; post bella ciuilia, aut in concione, XXV.**
 aut per edictum, illos militum *compilitiones* appellabat, sed Justin. 14. 2. 0.
milites. Ac ne à filiis quidem, aut priuignis suis, imperio præditis, aliter appellari passus est: ambitiosius id existimans, quam aut ratio militaris, aut temporum quies, aut sua domusque suæ maiestas postulare. **Libertino milite, præter-** Justin. 3. 5. 6. Val. 22. 7. 9.
 quam Romæ incendiorum causa, & si tumultus in grauiore

annona metueretur, bis vsus est: semel ad præsidium celsarum Illyricum contingentium; iterum ad tutelam ripæ Rheni fluminis. eosque seruos adhuc viris foeminisque pecuniosioribus indictos, ac sine mora manumissos, sub prior vexillo habuit, neque aut commissos cum ingenuis, aut eodem modo æmatos. Dona militaria aliquanto facilius, phaleras & torques, quidquid auro argentoque constaret, quam vallares ac murales coronas, quæ honore præcellerent, dabat: has quam parcissime, & sine ambitione, ac sapientiam caligatis tribuit. M. Agrippam in Sicilia post naualem victoriam cæruleo vexillo donauit. Solos triumphales, quamquam & socios expeditionum, & participes victoriarum suarum, numquam donis impertiendos putauit, quod ipsi quoque ius habuissent tribuendi ea quibus vellent. Nihil autem minus in perfecto duce, quam festinationem temeritatemque conuenire arbitrabatur. Crebro itaque illa iactabat:

Euripid. Phœnis. Livio 29. Festina lenitas. Turus sine promissis enim melior quam temerarius imperator.

Σπεύδε βραδέως, &c.

Ἀσφαλὴς ὄδῳ ἀμείνων, ἢ Σπᾶνός τε καὶ Ἰλιάδης.

Et, Sat celeriter fieri, quidquid fiat satis bene. Prælium quidem aut bellum suscipiendum omnino negabat, nisi cum maior emolumenti spes, quam damni metus ostenderetur. Nam *minima commoda non minimo sectantes discrimine, semiles aiebat esse aureo hamo piscantibus: cuius abrupti damnantur nulla captura pensari possent.* Magistratus atque honores,

XXVI.

& ante tempus, & quosdam noui generis, perpetuosque cepit. Consulatum XX ætatis anno inuasit, admotis hostiliter ad urbem legionibus, missisque, qui sibi nomine exercitus deposcerent. Cum quidem cunctante Senatu, Cornelius Centurio, princeps legationis, reiecto sagulo, ostendens gladii capulum, non dubitasset in cussa dicere: *Hic faciet, si vos non feceritis.* Secundum Consulatum post IX annos; tertium anno interiecto gessit: sequentes vsque ad vndecimum continuauit: multisque mox, cum deferrentur,

reçu-

J. Ling. 10. 7. 3. Ling. 9. 7. 2.

recusatis, duodecimum magno, id est, septemdecim annorum intervallo, & rursus tertium decimum biennio post ultro petiit: ut Caium & Lucium filios amplissimo præditus magistratu, suo quemque tirocinio deduceret in forum. Quinq; medios Consulatus à sexto ad vndecimum annuos gessit: cæteros autem sex, aut novem aut sex aut quatuor aut tribus mensibus: secundum vero, paucissimis horis. Nam die Kalendarum Ianuarii, cum mane pro æde Capitolini Iouis paullulum curuli sella præsedisset, honore abiit, suffecto alio in locum suum. Nec omnes Romæ, sed quartum Consulatum in Asia, quintum in insula Samo, octavum & nonum Tatracone iniit. **Triumviratum** Reipub. con- XXVII *Hor. 4. 6.*
stituendæ per decem annos administravit. in quo restitit quidem aliquandiu collegis, ne qua fieret proscrip- tio: sed inceptam utroque acerbius exercuit. Namq; illis in multorum sæpe personam per gratiam & preces exorabilibus, solus magnopere contendit, ne cui parceretur: proscripsitq; etiam C. Toranium tutorem suum, eundemque collegam patris sui Octavii in Ædilitate. Iunius Saturninus hoc amplius tradit. Cum peracta proscriptione, M. Lepidus in Senatu excusasset præterita, & spem clementiæ in posterum fecisset, quoniam satis pœnarum exactum esset: hunc è diverso professum, *ita modum se proscribendi statuisse, ut omnia sibi reliquerit libera.* in cuius tamen pertinaciæ poenitentiam, postea T. Iunium Philopœmenem, quod patronum suum proscriptum celasse olim diceretur, equestri dignitate decoravit. In eadem hac potestate multiplici flagrauit invidia. Nam & Pinarium equitem R. cum concionante se, admissa turba paganorum, apud milites subscribere quædam animadvertisset, curiosum ac speculatore ratur, coram confodi imperavit. Et Tedium Afrum Cos. designatum, quia factum quoddam suum maligno sermone carpsisset, tantis perterritis minis, ut is se præcipitauerit. Et Q. Gallium Præto-

rem, in officio salutationis, tabulas duplices veste tectas tenentem, suspicatus gladium occulere: nec quidquam statim, ne aliud inueniretur, ausus inquirere, paullo post per centuriones & milites raptum è tribunali, seruillem in modum torfit: ac fatentem nihil, iussit occidi, prius oculis eius sua manu effossis. quem tamen scribit colloquio petito insidiatum sibi, coniectum que à se in custodiam, deinde vrbe interdicta dimissum, naufragio vel latronum insidiis periisse. Tribunitiam potestatem perpetuam recepit: in qua semel atque iterum per singula lustra collegam sibi cooptauit. Recepit & morum legumque regimen a que perpetuum; quo iure, quamquam sine censuræ honore, censum tamen populi ter egit: primum ac tertium cum collega, medium solus.

Val. g. 2. 1.
Senec. 2. 1. 10

731

XXVIII.
Senec. de brev. vit. 1. 5.

De reddenda Rep. bis cogitauit: primo post oppressum statim Antonium, memor obiectum ab eo sibi scriptus, quasi per ipsum staret ne redderetur; at rursus tædio diuturnæ valitudinis: cum etiam magistratibus ac Senatu domum accitis Rationarium imperii tradidit. Sed reputans, & se priuatum non sine periculo fore, & illam plurimum arbitrio temere committi, in retinenda perseuerauit: dubium euentu meliore, an voluntate. Quam voluntatem cum præ se idem talem ferret, quodam etiam edicto his verbis restitutus est: *Ita mihi saluam ac sospitem remp. sistere in sua sede liceat, atque eius rei fructum percipere, quem peto, ut optima status auctor dicar: Et moriens, ut feram mecum spem mansuram in vestigio suo fundamenta Reip. qua iegero.* Fecitque ipse se compotem voti, nisi omni modo, ne quem noui status poeniteret.

Liv. 8. 24.
Cris. 7. 24.
XXIX.

Vrbem neque pro maiestate imperii ornata, & inundationibus incendiisque obuoxiam, excoluit adeo, ut iure sit gloriatus: *marmoræam se relinquere, quam lateritiâ accepisset.* Tutam vero, quantum prouideri humana ratione potuit, etiam in posterum præstitit. Publica opera plurima extruxit: ex quibus vel præcipua, Forum cum

cum æde Martis Vitoris : templum Apollinis in Palatio : ædem Tonantis Iouis in Capitolio. Fori extruendi causa fuit, hominum & iudiciorum multitudo, quæ videbatur, non sufficientibus duobus, etiam tertio indigere. Itaque festinantius, nec dum perfecta Martis æde, publicatum est ; cautumque, vt separatim in eo publica iudicia & fortitiones indicum fierent. Ædem Marti bello Philippenſi pro ultione paterna suscepto vouerat. Sanxit ergo, vt de bellis triumphisq; heic consuleretur Senatus : prouincias cum Imperio petituri, hinc deducerentur : quique victores redissent, huc insignia triumphorum inferrent. Templum Apollinis in ea parte Palatinæ domus excitauit, quam fulmine ietam desiderari à Deo haruspices pronuntiarant. Addita porticus cum bibliotheca Latina Græcaque : quo loco iam senior sæpe etiam Senatum habuit, decuriaſq; iudicum recognouit. Tonanti Ioui ædem consecrauit, liberatus periculo, cum expeditione Cantabrica per nocturnum iter lecticam eius fulgur perstrinxisset, seruumq; prælucentem exanimasset. Quædam etiam opera sub nomine alieno, nepotum scilicet & vxoris sororisque, fecit : vt porticum basilicamque Lucii & Caii : item porticus Liuiæ & Octauiæ, theatrumque Marcelli. Sed & cæteros principes viros sæpe hortatus est, vt profacultate quisque monumentis vel nouis, vel reſectis & ex-

Tacit. 3. 72. 1.
Vell. 2. 89.

cultis, urbem adornarent. Multaq; à multis extructa sunt : sicut à Marcio Philippo, ædes Herculis Musarum ; à L. Cornificio, ædes Dianæ ; ab Asinio Pollione, atrium Libertatis : à Munatio Planco, ædes Saturni ; à Cornelio Balbo, theatrum ; à Statilio Tauro, amphitheatrum ; à M. vero Agrippa, complura, & egregia. Spatium vrbis in regiones vicofq; diuisit : instituitq; vt illas annui magistratus sortito tuerentur, hos magistri è plebe cuiusque vicinæ electi. Aduersus incendia excubias nocturnas vigilesque commentus est. Ad coërcendas inundationes, alueum Tiberis laxauit, ac repurgauit.

xxx.

gavit, completum olim ruderibus, & ædificiorum prolap-
 sionibus coarctatum. Quo autem facilius undique vrbs
 adiretur, desumpta sibi Flaminia via Arimino renus munien-
 da, reliquas triumphalibus viris ex manubiali pecunia ster-
 nendas distribuit. Aedes sacras vetustate collapsas, aut incen-
 dio absumptas, refecit: easque & cæteras opulentissimis do-
 nis adornavit: vtpote qui in cellam Capitolini Iouis sede-
 cim millia pondo auri, gemmasque ac margaritas quingen-
 ties h s vna donatione contulerit. Postquam vero Pon-
 tificatum maximum, quem nunquam viuo Lepido auferte
 sustinuerat, mortuo demum suscepit, quidquid fatidicorum
 librorum Græci Latiniq; generis, nullis vel parum idoneis
 auctoribus vulgo ferebatur, supra duo millia contracta vn-
 dique cremavit; ac solos retinuit Sibyllinos: hos quoque
 delectu habito: condiditq; duobus forulis auratis sub Pala-
 tini Apollinis basi. Annum à D. Iulio ordinatum, sed postea
 negligentia conturbatum atque confusum, rursus ad pristi-
 nam rationem redegit: in cuius ordinatione Sextilem men-
~~sem è suo cognomine nuncupavit~~, magis quam Septem-
 brem, quo erat natus: quia hoc sibi & primus Consulatus
 & insignes victoriæ obtigissent. Sacerdotum & numerum
 & dignitatem, sed & commoda, auxit: præcipue Vestalium
virginum. cumque in demortuæ locum aliam capi oportet,
 ambirentque multi ne filias in sortem darent; adiuravit,
 si cuiusquam neptium suarum competeret ætas, oblaturum
 se fuisse eam. Nonnulla etiam ex antiquis cærimoniis paul-
 latim abolita restituit: vt Salutis augurium, Diale flaminium,
 sacrum Lupercale, ludos Seculares & compitalicios. Lu-
 percalibus vetuit currere imberbes: item, Secularibus ludis
 iuuenes vtriusque sexus prohibuit vllum nocturnum specta-
 culum frequentare, nisi cum aliquo maiore natu propin-
 quorum. Compitales Larès ornare bis anno instituit, vet-
 nis floribus, & æstiuis. Proximum à Dis immortalibus ho-
 norant

Gell. l. 12.

norem memoriae ducum praestitit, qui imperium populi R. ex minimo maximum reddidissent. Itaque & opera cuiusque manentibus titulis, restituit: & statuas omnium triumphali effigie in vtraque Fori sui porticu dedicavit. Professus est edito: *commentum id se, ut illorum velut ad exemplar & ipse dum viveret, & insequentium aetatum principes exigerentur a civibus.* Pompeii quoque statuam contra theatri eius regiam, marmoreo Iano supposuit, translatae à curia, in qua C. Caesar fuerat occisus.

XXXII.

Pleraque pessimi exempli corripit, quae in perniciem publicam, aut ex consuetudine licentiaque bellorum civilium durauerant, aut per pacem etiam exstiterant. Nam & grassatorum plurimi palam se ferebant succincti ferro, quasi tuendi sui causa: & rapti per agros viatores sine discrimine, liberi seruique, ergastulis possessorum supprimebantur: & plurimae factiones, titulo collegii noui, ad nullius non facinoris societatem coibant. Igitur grassatores, dispositis per opportuna loca stationibus, inhibuit: ergastula recognouit: collegia, praeter antiqua & legitima, dissoluit: tabulas veterum aetarii debitorum, vel praecipuam calumniandi materiam, exussit. Loca in vrbe publica inris ambigui possessoribus adiudicauit. Diuturnorum reorum, & ex quorum fordibus nihil aliud quam voluptas inimicis quaereretur, nomina aboleuit: conditione proposita, ut si quem quis repetere vellet, par periculum poenae subiret: Ne quod autem maleficium aegotiumve impunitate vel mora elaberetur, XXX amplius dies, qui honorariis ludis occupabantur, actui rerum accommodauit. Ad tres iudicum decurias, quartam addixit ex inferiore censu: quae ducenariorum vocaretur, iudicaretque de leuioribus summis. Iudices à tricesimo aetatis anno allegit: id est, quinquennio maturius, quam solebant. At plerisque iudicandi munus detrectantibus, vix concessit, ut singulis decuriis per vices annua vacatio esset: & ut solitae agi Nouembri ac

H

Decem-

Decembri mense res omitterentur. Ipse ius dixit assidue, & in noctem nonnumquam: si parum corpore valeret, lectica pro tribunali collocata, vel etiam domi cubans. Dixit autem ius non diligentia modo summa, sed & lenitate: si quidem manifesti parricidii reum, ne culeo insueretur, quod non nisi confessi afficiuntur hac poena, ita fertur interrogasse: *Certe patrem tuum non occidisti?* Et cum de falso testamento ageretur, omnesque signatores lege Cornelia tenerentur: non tantum duas tabellas, damnatoriam & absolutoriam, simul cognoscentibus dedit; sed tertiam quoque, qua ignosceretur iis, quos fraude ad signandum, vel errore inductos, constitisset. Appellationes quotannis urbanorum quidem litigatorum Prætori delegavit urbano: at provincialium consularibus viris, quos singulos cuiusque provinciae negotiis præposuisset. **XXXIV.** Leges retractavit, & quasdam ex integro sanxit: ut sumtuariam, & de adulteriis, & de pudicitia, de ambitu, de maritandis ordinibus. Hanc cum aliquanto, quam cæteras, severius emendasset, præ tumultu recusantium perferre non potuit: nisi adempta demum lenitate parte poenarum; & vacatione triennii data, auctisq; præmiis. Sic quoque abolitionem eius, publico spectaculo pertinaciter postulante equite, accitos Germanici liberos, receptosq; partim ad se, partim in patris gremium ostentavit: manu vultuque significans, ne grauerentur imitari iuuenis exemplum. Cumq; etiam immaturitate sponfarum, & matrimoniorum crebra mutatione, vim legis eludi sentiret, tempus sponfas habendi coarctavit: diuortiis modum imposuit. **XXXV.** Senatorum affluentem numerum deformi & incondita turba (erant enim super mille, & quidam indignissimi, & post necem Cæsaris per gratiam & præmium allecti, quos *Ordinos* vulgus vocabat) ad modum pristinum & splendorem redegit, duabus lectionibus: prima, ipsorum arbitratu, quo vir virum legit: secunda, suo & Agrippæ. quo
tcm-

tempore existimatur lorica sub veste munitus, ferroque cinctus præsedisse, decem valentissimis senatorii ordinis amicis sellam suam circumstantibus. *Cordus Cremutius* scribit, ne admissum quidem tunc quemquam Senatorum, nisi solum, & prætentato sinu. Quosdam ad excusandi se verecundiam compulit: seruavitque etiam excusantibus in signe vestis, & spectandi in orchestra, epulandique publice ius. Quo autem lecti probatique & religiosius & minore molestia senatoria munera fungerentur, sanxit ut prius quam consideret quisque, thure, ac mero supplicaret apud aram eius Dei, in cuius templo coiretur: & ne plus quam bis in mense legitimus Senatus ageretur, Kalendis & Idibus: neve Septembri Octobriue mense illos adesse alios necesse esset, quam sorte ductos, per quorum numerum decreta confici possent: sibi que instituit consilia sortiri semestria, cum quibus de negotiis ad frequentem Senatum referendis ante tractaret. Sententias de maiore negotio, non more, atque ordine, sed prout libuisset prærogabat: ut perinde quisque animum intenderet, ac si censendum magis, quam assentiendum esset. Auctor & aliarum rerum fuit: in queis ne acta Senatus publicarentur; ne magistratus deposito honore statim in provincias mitterentur: ut proconsulibus ad mulos, & tabernacula, quæ publice locari solebant, certa pecunia constitueretur: ut cura ærarii à quæstoribus urbanis ad prætorios Prætoresve transfiret: ut centumviralem hastam, quam quæstura legimus prætorii functi consueverant cogere, Decemviri cogèrent. Quoq; XXXVII. plures partem administrandæ Reip. caperent, noua officia excogitauit: curam operum publicorum, viarum, aquarum, aluci Tiberis, frumenti populo diuidundi, præfecturam urbis, Triumviratum legendi Senatus, & alterum recognoscendi turmas equitum, quotiescunque opus esset. Censores creati desitos longo interuallo creauit, numerum Prætorum auxit. Exegit etiam, ut quoties Consulatus sibi daretur,

tur, binos pro singulis collegas haberet: nec obtinuit, re-
 clamantibus cunctis, *satis maiestatem eius imminui, quod*
 XXXVIII. *honorem eum non solus, sed cum altero gereret.* Nec par-
 tior in bellica virtute honoranda, super XXX ducibus iu-
 stos triumphos, & aliquanto pluribus triumphalia orna-
 menta decernenda curauit. Liberis Senatorum, quo
 celerius Reip. assuescerent, protinus virilem togam, la-
 tum clauum induere, & curiæ interesse permisit: mili-
 tiamque auspicantibus, non Tribunatum modo legio-
 num, sed & praefecturas alarum dedit: ac ne quis expertus ca-
 strorum esset, binos plerumque latyclauios praeposuit sin-
 gulis alis. Equitum turmas frequenter recognouit, post lon-
 gam intercapedinem reducto more transuectionis. Sed ne-
 que detrahi quemquam in transuehendo ab accusatore
 passus est: quod fieri solebat: & senio vel aliqua corporis la-
 be insignibus permisit, praemisso in ordine equo, ad respon-
 dendum, quoties citarentur, pedibus venire. mox reddendi
 equi gratiam fecit eis, qui maiores annorum quinque & tri-
 XXXIX. ginta retinere eum nollent. Impetratisque a Senatu de-
 cem adiutoribus, vnumquemque equitum rationem vitæ
 reddere coegit: atque ex improbatis alios poena, alios igno-
 minia notauit: plures admonitione, sed varia. Lepidissimum
 genus admonitionis fuit traditio coram pugillarum, quos
 taciti, & ibidem statim legerent. Notauitque aliquos, quod
 pecunias leuioribus vsuris mutuati, grauiore scenore collo-
 XL. cassent. Comitibus tribunitiis si deessent candidati, Se-
 natores ex equitibus Romanis creauit: ita vt potestate trans-
 acta, in vtro vellent ordine, maherent. Cum autem pleriq;
 equitum, attrito bellis ciuilibus patrimonio, spectare ludos
 è quatuordecim non auderent, metu poenæ theatralis: pro-
 nunciauit, non teneri ea quibus ipsis parentibusve equester
 census vmquam fuisset. Populi recensum vicariam egit: ac
 ne plebs frumentationum causa frequentius a negotiis

auo-

anocretur, ter in annum quaternum mensium tesseræ dare destinavit: sed desideranti consuetudinem veterem concessit rursus, ut sui cuiusque mensis acciperet. Comitiorum quoque pristinum ius reduxit: ac multiplici pœna coercito ambitu, Fabianis & Scaptensibus tribulibus suis die comitiorum, ne quid à quoquam candidato desiderarent, singula millia nummum à se diuidebat. Magni præterea existimans, sincerum, atq; ab omni colluione peregrini ac servilis sanguinis incorruptum servare populum: & civitatem Romanam parcissime dedit, & manumittendi modum terminavit. Tiberio pro cliente Græco petenti rescripsit: *Non aliter se daturum quam si prasens sibi persuasset, quam iustas petendi causas haberet.* Et Liuiæ pro quodam tributario Gallo roganti, civitatem negavit, immunitatem obtulit: affirmans; *Se facilius passurum fisco detrahi aliquid, quam civitatis Romana vulgari honorẽ.* Servos non contentus multis difficultatibus à libertate, & multo pluribus à libertate iusta, remouisse: cum & de numero & de conditione ac differentia eorum, qui manumitterentur, curiose cavisset, hoc quoque adiecit. ne vinculus vniquam tortusve quis, villo libertatis genere civitatem adipisceretur. Etiam habitum vestitumq; pristinum reducere studuit. At visa quondam pro concione palliatorum turba, indignabundus & clamitans: *En, ait,*

Romanus rerum dominos, gentemq; togatam.

Negotium Ædilibus dedit, ne quem posthac paterentur in Foro Circove, nisi positis lacernis, togatum consistere. Liberalitatem omnibus ordinibus per occasiones frequenter exhibuit. Nam & inuecta vrbis Alexandrino triumpho regia gaza, tantam copiam nummarie rei effecit, ut foenore diminuto, plurimum agrorum pretiis accesserit. Et postea, quoties ex damnatorum bonis pecunia superaueret, vsum eius gratuitum iis, qui cauere in duplum possent, ad certum tempus indulgit. Senatorum censum ampliauit: ac pro

ostingentorum millium summa duodecies us taxauit, suppleuitque non habentibus. Congiaria populo frequenter dedit, sed diuersæ fere summæ: modo quadragenos, modo tricenos; nonnumquam ducenos, quinquagenosq; nummos. ac ne minores quidem pueros præterit, quamuis nonnisi ab vndecimo ætatis anno accipere consuessent. Frumentum quoque in annonæ difficultatibus sæpe leuissimo, interdum nullo pretio, viritim ad mensus est, tesserasque nummarias duplicauit. Sed vt salubrem magis, quam ambitiosum principem scires, querentem de inopia & caritate vini populum, seuerissima coërcuit voce: *Satis prouisum à genero suo Agrippa, perductis pluribus aquis, ne homines sitirent.* Eidem populo promissum quidem congiarium reposcenti, *Bona se fidei esse* respondit: non promissum autem flagitanti, turpitudinem & impudentiam edicto exprobrauit: affirmauitque, non daturum se, quamuis dare destinarat. Nec minore grauitate atq; constantia, cum proposito congiario multos manumissos, insertosque ciuium numero, comperisset, negauit accepturos, quibus promissum non esset: ceterisq; minus quam promiserat, dedit, vt destinata summa sufficeret. Magna vero quondam sterilitate, ac difficili remedio, cum venalitas & lanistarum familias, peregrinosq; omnes, exceptis medicis & præceptoribus, partemque seruitiorum, vrbe expulisset: vt tandem annona conualuit, *impetum se cepisse* scribit, *frumentationes publicas in perpetuum abolendi, quod earum fiducia cultura agrorum cessaret; neque tamen perseuerasse, quia certum haberet, posse per ambitionem quandoque restitui.* Atque ita post hanc rem temperauit, vt non minorem aratorum ac negotiantium, quam populi rationem deduceret.

XLIII. Speâculorum & assiduitate & varietate, atque magnificentia, omnes antecessit. Fecisse ludos se ait suo nomine quater: pro aliis magistratibus, qui aut abessent, aut non suffice-

fierent, ter & vicies. Fecitque nonnumquam vicatim, ac pluribus scenis per omnium linguarum histriones: non in foro modo, nec Amphitheatro, sed in Circo & in Septis, & aliquando nihil præter venationem edidit. Athletas extructis in campo Martio sedilibus ligneis: item nauale prælium circa Tiberim cauato solo: in quo nunc Cæsarium nemus est. Quibus diebus custodes in vrbe disposuit, ne raritate remanentium grassatoribus obnoxia esset. In circo aurigas cursoresque & confectores ferarum, & nonnumquam ex nobilissima iuuentute produxit. Sed & Troiæ ludum edidit frequentissime, maiorum minorumve puerorum delatu: ^{Tiber. 6.} prisci decoriq; moris existimans, claræ stirpis indolem sic notescere. In hoc ludicrø C. Nonium Asprenatem lapsu debilitatum, aureo torque donauit: passusque est ipsum posterosque *Torquasi* ferrè cognomen. Mox finem fecit talia edendi, Asinio Pollione oratore grauitè inuidiosèque in curia questø Æterni nepotis sui casum, qui & ipse crus effregerat. Ad scenicas quoque & gladiatorias operas, etiam equitibus Romanis aliquando vsus est: verum prius quam Senatusconsulto interdiceretur. Postea nihil sane præterquam adolescentulum Lucium honestè natum, exhibuit: tantum vt ostenderet quod erat bipedali minor, librarum septemdecim, ac vocis immensæ. Quodam autem muneris die, Parthorum obsides tunc primum missos, per arenam mediam ad spectaculum induxit: superq; se subfello secundo collocauit. Solebat etiam citrà spectaculorum dies, si quando quid inusitatum dignumque cognitu aduectum esset, id extra ordinem quolibet loco publicare: vt rhinocerotem, apud Septa; tigrim, in scena; anguem quinquaginta cubitorum, pro Comitio. Accidit votiuus circensibus, vt correptus valitudine, lectica cubans, thénas deduceret: rursus commissione ludorum, quibus theatrum Marcelli dedicabat, euenit vt laxatis sellæ curulis compagibus caderet supinus.

- pinus. Nepotum quoque suorum munere, cum consternatum ruinae metu populum retinere, & confirmare nullo modo posset, transit è loco suo, atque in ea parte confedit, quae suspecta maxime erat. XLIV. Spectandi confusissimum ac solutissimum morem correxit ordinavitque: motus injuria Senatoris, quem Puteolis per celeberrimos ludos confessu frequenti nemo receperat. Facto igitur decreto patrum, ut quoties quid spectandum usquam publice ederetur, primus subselliorum ordo vacaret Senatoribus: Romae legatos liberarum sociarumque gentium vetuit in orchestra considerare: cum quosdam etiam libertini generis mitti deprehendisset. Militem secrevit à populo. Maritis è plebe proprios ordines assignavit: praetextatis cuneum suum, & proximum paedagogis: sanxitque, ne quis pullatorum media cauea federet. Foeminis ne gladiatores quidem, quos promiscue spectari solenne olim erat, nisi ex superiore loco spectare concessit. Solis virginibus Vestalibus locum in theatro separatim, & contra Praetoris tribunal, dedit. Athletarum vero spectaculo muliebrem sexum omnem adeo submovit, ut Pontificalibus ludis pugilum par postulatum distulerit in sequentis diei matutinum tempus: edixeritque, *Mulieres ante horam quintam venirent in theatrum, non placere.* XLV. Ipse Circenses ex amicorum fere libertorumque coenaculis spectabat, interdum è pulvinari, & quidem cum coniuge ac liberis sedens. Spectaculo plurimas horas, aliquando totos dies aderat: petita venia, commendatisque, qui suam vicem praesidendo fungerentur. Verum quoties adesset, nihil praeterea agebat: seu vitandi rumoris causa, quo patrem Caesarem vulgo reprehensum commemorabat, quod inter spectandum, epistolis libellisque legendis, ac describendis vacaret: seu studio spectandi, ac voluptate, qua teneri se neque dissimulavit umquam & saepe ingenue professus est. Itaque corollaria & praemia alienis quoque muner-

neribus ac ludis & crebra & grandia de suo offerebat: nullique Græco certamini interfuit, quo non pro merito certantium quemque honorauerit. Spectauit autem studiosissime pugiles, & maxime Latinos; non legitimos atq; ordinarios modo, quos etiam committere cum Græcis solebat; sed & cateruarios oppidanos inter angustias vicorum pugnantes temere ac sine arte. Vniuersum deniq; genus operas aliquas publico spectaculo præbentium, etiam cura sua dignatus est. Athletis & conseruauit priuilegia, & ampliavit. Gladiatores sine missione edi prohibuit. Coercitionem in histriones, magistratibus in omni tempore & loco, lege vetere permisam, ademit: præterquam ⁱⁿ ludis & scenam. Nec tamen minus aut xysticorum certationes, aut gladiatorum pugnas seuerissime semper exegit. Nam histrionum licentiam adeo compescuit, vt Stephanionem togatarium, cui in puerilem habitum circumtonsam matronam ministrasse compererat, per trina theatra virgis casum relegauerit: Hylam pantomimum, querente Prætoris, in atrio domus suæ, nemine excluso, flagellis verberauerit: & Pyladem vrbe atq; Italia submouerit, quod spectatorem, a quo exhibabatur, demonstrasset digno, conspicuumque fecisset. Ad hunc modum XLVI vrbe vrbansque rebus administratis, Italiam duodetriginta coloniarum numero deductarum ab se frequentauit, operibusq; ac vectigalibus publicis plurifariam instruxit: etiam iure ac dignatione vrbi quodam modo pro parte aliqua adæquauit: excogitato genere suffragiorum, quæ de magistratibus vrbicis decuriones colonici, in sua quisq; colonia ferrent, & sub diem comitorum ob signata Romam mitterent. Ac necubi aut honestorum deficeret copia, aut multitudinis soboles, equestrem militiam petentis etiam ex commendatione publica cuiusque oppidi ordinabat: at iis, qui è plebe regiones sibi reuisenti filios filiasve approbarent, singula nummorum millia pro singulis diuidebat. Prouin-

XLVII
726.

cias validiores, & quas annuis magistratuum imperiis regi nec facile, nec tutum erat, ipse suscepit; cæteras proconsulibus sortito permisit: & tamen nonnullas commutavit interdum: atque ex utroque genere plerasque sapiens adiit. Urbium quasdam foederatas, sed ad exitium licentia præcipientes, libertate priuavit: alias, aut ære alieno laborantes leuauit, aut terræmotu subuersas denuo condidit: aut merita erga pop. Rom. allegantes, Latinitate, vel ciuitate, donauit. Non est, ut opinor, prouincia, excepta duntaxat Africa & Sardinia, quam non adierit. In has, fugato Sexto Pompeio, traicere ex Sicilia apparantem, continuæ & immodicæ tempestates inhibuerunt: nec mox occasio aut causa traiciendæ

XLVIII.

fuit. Regna, quibus belli iure potitus est, præter pauca; aut iisdem, quibus ademerat, reddidit, aut alienigenis contribuit. Reges socios etiam inter semetipsos necessitudinibus mutuis iunxit: promptissimus affinitatis cuiusque; atque amicitiae conciliator & fautor: nec aliter vniuersos, quam membra partesque imperii, curæ habuit. Rectorem quoque solitus est apponere ætate paruis, ac mente lapsis, donec adolerent aut resipiscerent: ac plurimorum liberos & ex-

XLIX.

ducauit simul cum suis, & instituit. Ex militaribus copiis legiones & auxilia prouinciatim distribuit: classem Miseni, & alteram Rauennæ, ad tutelam superi & inferi maris, collocauit. Certum numerum partim in urbibus, partim in sui custodiam allegit: dimissa Calagurritanorum manu, quam usque ad devictum Antonium; item Germanorum, quam usque ad cladem Variam, inter armigeros circa se habuerat. Neque tamen unquam plures quam tres cohortes in urbe esse passus est; easque sine castris: reliquas in hiberna & æstiuâ, circa finitima oppida dimittere assuerat. Quidquid autem ubique militum esset, ad certam stipendiorum præmiorumque formulam adstrinxit: definitis pro gradu cuiusque, & temporibus militiæ, & commodis missionum: ne
aut

aut ætate, aut inopia post missionem sollicitari ad res novas possent. Vtq; perpetuo ac sine difficultate sumtus ad tuendos eos prosequendosq; suppeteret, ærarium militare cum vectigalibus novis instituit. Et quo celerius, ac sub manum annuntiarum cognoscique possent, quid in prouincia quaque gereretur, iuuenes primo modicis interuallis per militares vias, dehinc vehicula disposuit: commodius id visum est, vt qui à loco eidem perferrent litteras, interrogari quoque, si quid res exigent, possent. In diplomatibus, libellisq; L. & epistolis signandis, initio Sphinge vsus est: mox imagine Magni Alexandri: nouissime sua, Dioscoridis manu sculpta, qua signare infecuti quoque principes perseuerauerunt. Ad epistolas omnes horarum quoq; momenta, nec diei modo, sed & noctis, quibus data significarentur, addebat. Cle. II. mentis ciuilitatisque eius multa & magna documenta sunt.

Ne enumerem quot & quos diuersarum partium venia & incolumitate donatos, principem etiam in ciuitate locum tenere passus sit: Iunium Nouatum, & Cassium Patauinum, è plebe homines, alterum pecunia, alterum leui exilio punire satis habuit: cum ille Agrippæ iuuenis nomine, asperrimam de se epistolam in vulgus edidisset: hic conuiuio pleno proclamasset: *Neque votum sibi, neque animum deesse confidendi eum.* Quadam vero cognitione, cum Æmilio Æliano Cordubensi inter cætera crimina vel maxime obiiceretur, quod male opinari de Cæsare soleret; conuersus ad accusatorem, commotoque similis: *Velim, inquit, hoc mihi probes: faciam, scias Ælianus & me linguam habere: plura enim de eoloquar.* Nec quidquam vltra aut statim aut postea inquisiuit. Tiberio quoq; de eadem re sedulo violentius apud se per epistolam conquerenti, ita rescripsit: *Ætati tua, mi Tiberi, noli in hac re indulgere, & nimium indignari, quemquam esse, qui de me male loquatur. Satis est enim, si hoc habemus, ne quis nobis male facere possit.* Templam quamuis LII.

- sciret etiam proconsulibus decerni solere: in nulla tamen prouincia, nisi communi suo Romæque nomine recepit: nam in vrbe quidem pertinacissime abstinuit hoc honore. Atque etiam argenteas statuas olim sibi positas conflauit omnes: exq; iis aureas cortinas Apollini Palatino dedicauit. Dictaturam, magna vi offerente populo, genu nixus, diei-
- LIII. *ta* ab humeris toga, nudo pectore deprecatus est. Domini appellationem, vt maledictum & opprobrium, semper exhorruit. Cum spectante eo ludos, pronuntiatum esset in mimo, *O dominum aquum & bonum*; & vniuersi quasi de ipso dictum exultantes comprobassent: & statim manu vultuq; indecoras adulationes repressit, & insequenti die grauissimo corripuit edito; *Dominum*que se posthac appellari, ne à liberis quidem aut nepotibus suis, vel serio vel ioco, passus est: atq; huiusmodi blanditias etiam inter ipsos prohibuit. Non temere vrbe oppidove vilo egressus, aut quoquam ingressus est, nisi vespere aut noctu: ne quem officii causa inquietaret. In Consulatu, pedibus fere; extra Consulatum, sæpe ad opera sella per publicum incescit. Promiscuis salutationibus admittebat & plebem: tanta comitate aduentium desideria excipiens, vt quendam ioco corripuerit, *quod sic sibi libellum porrigere dubitaret, quasi elephanto stipem*. Die Senatus numquam patres nisi in curia salutauit, & quidem sedentes, ac nominatim singulos, nullo submonente: & discedens eo modo sedentibus singulis valedicebat. Officia cum multis mutuo exercuit: nec prius dies cuiusq; solemnes frequentare desiit, quam grandior iam natu, & in turba quondam sponsaliorum die vexatus. Gallum Terrinium Senatorem, minus sibi familiarem, sed captum repente oculis, & ob id inedia mori destinantem, præsens consolando re-
- LIV. vocauit ad vitam. In Senatu verba facienti dictum est, *Non intellexi*: & ab alio, *Contradicerem tibi si locum haberem*. Interdum ob immodicas altercationes disceptantium è curia

ria

ria per iram se proripienti, quidam ingesserunt, *Licere oportere Senatoribus de Rep. loqui.* Antistius Labeo Senatus le-
 gione, cum vir virum legeret, M. Lepidum, hostem olim
 eius, & tunc exfulantem, legit: interrogatusq; ab eo, *an es-*
sent alii digniores, suam quemq; iudicium habere respondit.
 Nec ideo libertas, aut contumacia fraudi cuiquam fuit.
 Etiam sparsos de se in curia famosos libellos, nec expauit, & LV.
 magna cura redarguit. Ac ne requisitis quidem auctoribus,
 id modo censuit, cognoscendum posthac de iis qui libellos
 aut carmina ad infamiam cuiuspiam sub alieno nomine e-
 dant. Iocis quoque quorundam inuidiosis aut petu- LVL
 lantibus lalessitus, contradixit edicto. Et tamen de inhiben-
 da testamentorum licentia, ne Senatus quidquam consti-
 tueret, intercessit. Quoties magistratum comitiis interes-
 set, tribus cum candidatis suis circuibat: supplicabatq; mo-
 re solemnium. Ferebat & ipse suffragium in tribu, vt vnus è po-
 pulo. Testem se in iudiciis & interrogari & refelli æquissi-
 mo animo patiebatur. Forum angustius fecit, non ausus ex-
 torquere possessoribus proximas domos. Numquam filios
 suos populo commendauit, vt non adiiceret: *Si merebun-*
tur. Eisdem prætextatis adhuc affurrectum ab vniuersis in
 theatro, & àstantibus plausum, grauissime questus est. Ami-
 cos ita magnos & potentes in ciuitate esse voluit, vt tamen
 pari iure essent quo cæteri, legibusque iudicialiis æque tene-
 rentur. Cum Asprenas Nonius arctius ei iunctus, causam
 beneficii, accusante Cassio Seuero, diceret, consuluit Sena-
 tum, quid officii sui putaret: *Cunctari enim se, ne, si superesset,* ad se ut in iudicio
eripere legibus reum: sin deesset, destituere ac pradamnare ami- in iudicio
cum existimaretur. Et consentientibus vniuersis, sedit in sub-
 selliis per aliquot horas: verum tacitus, ac ne laudatione
 quidem iudiciali data. Affuit & clientibus: sicut Scutario
 cuidam, euocato quondam suo, qui postulabatur iniuria-
 rum. Vnum omnino è reorum numero, ac ne eum quidem,

nisi precibus, eripuit, exorato coram iudicibus accusatore, Castricum, per quem de coniuratione Murenæ cognouerat. **LVII.** Pro quibus meritis quantopere dilectus sit, facile est æstimare. Omitto senatusconsulta, quæ possunt videri vel necessitate expressa, vel verecundia. Equites Romani natali eius sponte atque consensu, biduo semper celebrarunt.

Omnes ordines in lacum Curtii quotannis ex voto pro salute eius stipem iaciebant: item Kalendis Ianuariis strenam in Capitolio, etiam absenti: ex qua summa preciosissima deorum simulacra mercatus, vicatim dedicabat: ut Apollinem Sandaliarium, & Iouem Tragedum, aliaque. In restitutionem Palatinæ domus, incendio absumptæ, veterani, decuriæ, tribus, atque etiam sigillatim è cætero genere hominum, libentes ac pro facultate quisque pecunias contulerunt: delibante tantummodo eo summarum aceruos, neque ex quoquam plus denario auferente. Reuerentem ex prouincia, non solum faustis ominibus, sed & modulatis carminibus prosequabantur. Observatum etiam est, ne quoties introiret urbem, supplicium de quoquam sumeretur. **LVIII.** *Patris*

758.

Patria cognomen vniuersi repentino maximoque consensu detulerunt ei. Prima, plebs, legatione Antium missa: deinceps quia non recipiebat, ineunti Romæ spectacula frequens & laureata: mox in curia Senatus: neque decreto neque acclamatione, sed per Valerium Messallam id mandantibus cunctis: *Quod bonum, inquit, faustumque sit tibi, domuique tuae, Caesar Auguste: (sic enim nos perpetuam felicitatem Reip. & lata huic precari existimamus). Senatus te consentiens cum pop. R.* **Vell. 2. 127.** *consalutat PATRIE PATREM.* Cui lacrymans respondit

Augustus, his verbis (ipsa enim, sicut Messallæ, posui) *Compos factus votorum meorum, patres C. quid habeo aliud Deos immortales precari, quam ut hunc consensum vestrum ad ultimum vite finem mihi perferre liceat?* **LIX.** Medico Antonio Musæ, cuius opera ex ancipiti morbo conualuerat, statuam,

ære

ære collato, iuxta signum Æsculapii stauerunt. Nonnulli
 patrum familiarum, testamento cauerunt vt ab heredibus
 suis, prælato victimæ titulo, in Capitolium ducerentur, vo-
 tumq; pro se solueretur, **QUOD SUPERSTITEM AVGV-
 STVM REIQVÆSSENT.** Quædam Italiæ ciuitates diem,
 quo primum ad se venisset, initium anni fecerunt. Prouin-
 ciarum pleræque super templa & aras, ludos quoque quin-
 quennales pæne oppidatim constituerunt. Reges amici LX.
 atque socii, & singuli in suo quisque regno, Cæsareas vrbes
 condiderunt: & cuncti simul, ædem Iouis Olympici, Athe-
 nis antiquitus inchoatam, perficere communi sumtu desti-
 nauerunt, Genioque eius dedicare: ac sæpe regnis relictis,
 non Romæ modo, sed prouincias peragranti, quotidiana of-
 ficia togati, ac sine regio insigni, more clientium præstite-
 runt.

Quoniam qualis in imperiis ac magistratibus re-
 gendaq; per terrarum orbem pace belloque Rep. fuerit, ex-
 posui: referam nunc interiorem ac familiarem eius vitam:
 quibusq; moribus atque fortuna domi & inter suos egerit,
 à iuuenta vsque ad supremum vitæ diem. Matrem amisit in
 primo Consulatu: sororem Octauiam, quinquagesimum &
 quartum agens ætatis annum. Vtrique cum præcipua offi-
 cia vitæ præstitisset, etiã defunctæ honores maximos tri-
 buit. LXI.
 711. *
 745.

Sponsam habuerat adolescens P. Seruilius Isaurici LXII.
 filiam: sed reconciliatus post primam discordiam Antonio,
 & postulanti bus vtriusque militibus, vt & necessitudine ali-
 qua iungerentur, priuignam eius Claudiam, Fuluie ex P.
 Clodio filiam, duxit uxorem, vix dum nubilem. Ac simul-
 tate cum Fulvia socru exorta, dimisit intactam adhuc, & vir-
 ginem. Mox Scriboniam in matrimonium accepit, nuptam
 ante duobus consularibus, & ex altero etiã matrem. Cum
 hac etiã diuortium fecit, pertræsus, vt scribit, morum per-
 uerfiratem eius: ac statim Liniã Drusillã matrimonio
 Tiberii Neronis, & quidem prænantem, abduxit, dilexitq;
 & pro-

- LXIII. & probauit vnice ac perseueranter. Ex Scribonia Iuliam, ex Liuia nihil liberorum tulit, cum maxime cuperet. Infans, qui conceptus erat, immaturus est editus. Iuliam primum Marcello Octauiz sororis suæ filio, tantum quod pueritiam egresso: deinde vt is obiit, M. Agrippæ nuptum dedit: exorata sorore, vt sibi genero cederet. Nam tunc Agrippa alteram Marcellarum habebat, & ex ea liberos. Hoc quoque defuncto, multis, ac diu, etiam ex equestri ordine, circumspèctis conditionibus, Tiberium priuignum suum elegit: coëgitque, prænantem vxorem, & ex qua iam pater erat, dimittere. M. Antonius scribit, *Primum cum Antonio filio suo despondisse Iuliam: dein Cossioni Getarum regi: quo tempore sibi quoque inuicem filiam regis in matrimonium petisse.*
- LXIV. Nepotes ex Agrippa & Iulia tres habuit, Caium, Lucium, & Agrippam: neptes duas, Iuliam & Agrippinam. Iuliam L. Paulo Censoris filio, Agrippinam Germanico sororis suæ nepoti collocauit. Caium & Lucium adoptauit. domi per assen & libram emtos à patre Agrippa: tenerosq; adhuc ad curam Reip. admouit: & Consules designatos circum provincias exercitusque dimisit. Filiam & neptes ita instituit, vt etiam lanificio assuefaceret: vetaretque loqui, aut agere quidquam, nisi propalam, & quod in diurnos commentarios referretur. Extraneorum quidem cœtu adeo prohibuit, vt L. Tucinio, claro decoroque iuueni, scripserit quondam, *Parum modeste fecisse eum, quod filiam suam Baias salutaenm venisset.* Nepotes, & litteras & natate, aliaque rudimenta per se plerumque docuit: ac nihil æque laborauit, quam vt imitarentur chirographum suum. Neque coenauit vna, nisi vt in imo lecto assiderent: neque iter fecit, nisi vt vehiculo anteirent, aut circa adequitarent. Sed lætum eum atque fidentem & sobole & disciplina domus, fortuna destituit. Iulias filiam & neptem, omnibus probris contaminatas, relegauit; Caium & Lucium in duodeuiginti mensium spatio amisit

alio's nature

amisit ambos: Caio, in Lycia; Lucio, Massilia, defunctis. Tertium nepotem Agrippam, simulque privignum Tibertium adoptavit in foro, lege Curiata. Ex quibus Agrippam, brevi, ob ingenium sordidum ac ferox, abdicavit, seposuitque Surrentum. Aliquanto autem patientius mortem, quam dedecora suorum tulit. Nam Cail Lucique casu non adeo fractus, de filia, absens, ac libello per quaestorem recitato, notum Senatui fecit: abstinuitque congressu hominum dia, pra pudore; etiam de necanda deliberavit. Certecum sub idem tempus vna ex consociis liberta, Phoebe nomine, suspendio vitam finisset: *Maluisse se, ait, Phaebe patrem fuisse.* Relegata, usum vini, omnemque delicatorem cultum, ademit: neque adiri a quopiam libero, seruoque, nisi se consulto, permisit, & ita ut certior fieret, qua is aetate, qua statura, quo colore esset, etiam quibus corporis notis vel cicatricibus. Post quinquennium demum ex insula in continentem, lenioribusque paullo conditionibus, transtulit eam: nam ut omnino revocaret, exorari nullo modo potuit: deprecanti saepe populo Rom. & pertinacius instanti, *tales filias talesque coniuges* pro concione imprecatus. Ex nepte Iulia, post damnationem, editum infantem agnosci alique vetuit. Agrippam nihilo tractabiliorem, immo in dies amentiosem, in insulam transportavit, sepsitque insuper custodia militum. Cavit etiam Senatusconsulto, ut eodem loci in perpetuum contineretur: atque ad omnem & eius & Iuliarum mentionem ingemiscens, proclamare etiam solebat,

Αἰδ' ὄφραλον ἀγαμῶς τ' εὐμεναι, ἀργῶς τ' ἀπολλέω;

nec aliter illos appellare quam *tres vomicas*, aut *tria carcina nomata sua*. Amicitias neque facile admisit, & constantissime retinuit: non tantum virtutes ac merita cuiusque dig-

ne prosecutus, sed vitia quoque & delicta dumtaxat modica perpessus. Neque enim temere, ex omni numero, in amicitia eius afflictis reperientur, praeter Salvidienum Rufum,

K

quem

Ilia d. 7.

*Qua conuenit
calibet manere
& sine liberis
interire.*

LXVI.

714. &
723.

quem ad Consulatum usque, & Consilium Gallum, quem ad praefecturam Aegypti, ex infima vtrumque fortuna, pro-
 vexerat. Quorum alterum res novas molientem, damnan-
 dum Senatui tradidit: alteri ob ingratum & maleuolum a-
 nimum, domo & prouinciis suis interdixit. Sed Gallo quo-
 que & accusatorum denuntiationibus & Senatusconsultis
 ad necem compulso, laudauit quidem pietatem tantopere
 pro se indignantium: caeterum & illacrymauit, & vicem
 suam conquestus est, *quod sibi soli non liceret amicis, quatenus
 vellet, irasci.* Reliqui potentia atque opibus ad finem vitae
 sui quisque ordinis principes floruerunt: quamquam & of-
 fensis interuenientibus. Desiderauit enim nonnumquam,
 ne de pluribus referam, & M. Agrippæ patientiam, & Mæce-
 natis, taciturnitatem: cum ille ex leui rigoris suspicione, &
 quod Marcellus sibi anteferreretur, Mitylenas se, relictis omni-
 bus, contulisset: hic, secretum de comperta Murenæ coniu-
 ratione vxori Terentiæ prodidisset. Exegit & ipse inuicem
 ab amicis beneuolentiam mutuam, tam à defunctis, quam à
 viuis. Nam quamuis minime appeteret hæreditates, vt qui
 numquam ex ignoti testamento capere quidquam sustinue-
 rit; amicorum tamen suprema iudicia morosissime pensita-
 vit: neque dolore dissimulato, si parcius, aut citra honorem
 verborum; neque gaudio, si grate pieque quis se prosecutus
 fuisset. Legata, vel partes hereditarium, à quibuscunque pa-
 rentibus relicta sibi, aut statim liberis concedere, aut, si pu-
 pillari ætate essent, die virilis togæ, vel nupriarum, cum in-
 cremento restituere consueuerat. Patronus dominusq;
 non minus seuerus quam facilis & clemens, multos liber-
 torum in honore & vsu maximo habuit: vt Licinium Ence-
 ladum, aliosque. Cosmum seruum grauissime de se opinan-
 tem, non vltra quam compedibus coërcuit. Diomedem dis-
 pensatorem; à quo, simul ambulante, incurrenti repente fe-
 ro apro per metum obiectus est, maluit timiditatis arguere,
 quam

quam noxæ: remque non minimi periculi, quia tamen fraus aberat, in iocum vertit. Idem Proculum ex acceptissimis libertis mori coëgit, compertum adulterare matronas. Thallo à manu, quod pro epistola prodita denarios quingentos accepisset, crura effregit. Pædagogum ministrosque Cæii filii, per occasionem valitudinis mortisque eius, superbe aua-
reque in prouincia grassantes, oneratis graui pondere ceruicibus, præcipitavit in flumen.

Prima iuuenta variorum LXVIII. dedecorum infamiam subiit. Sex Pompeius vt effœminat-
um infectatus est. M. Antonius, adoptionem auunculi stu-
pro meritum. Item Lucius Marci frater, quasi pudicitiam delibatam à Cæsare, A. etiam Hirtio in Hispania CCC mil-
libus nummum substrauerit; solitusque sit crura suburere nunc ardenti, quo mollior pilus surgeret. Sed & populus quondam vniuersus ludorum die, & accepit in contume-
liam eius, & assensu maximo comprobauit versum in scena pronuntiatum de Gallo matris Deum tyranizante,

Videsne, vt cinadus orbem digito temperet?

Adukeria quidem exercuisse, ne amici quidem negant: ex-
cusantes sane, non libidine, sed ratione commissa; quo fa-
cilius consilia aduersariorum per cuiusque mulieres exqui-
retet. M. Antonius super festinatas Liviæ nuptias obiecit, &
foeminam consularem è triclinio viri coram in cubiculum
abductam, rursus in conuiuium rubentibus auriculis, in
comtiore capillo reductam: & dimissam Scriboniam, quia
liberius doluisset nimiam potentiam pellicis: & condiciones
quasitas per amicos, qui matresfamilias & adultas ætate
virgines denudarent, atque perspicerent, tamquam Tho-
ranio mangone vendente. Scribit etiam ad ipsum hoc fami-
liariter adhuc, nec dum plane inimicus, aut hostis: *Quid te
mutauit? quod reginam in eo? uxor mea est. Nunc cepti, an ab-
hinc annos nouem? tu deinde solam Drasillam inis? ita valeas
vni tu hanc epistolam cum leges, non inieris Tertullam, aut Te-*
rentil-

rentillam, aut Rufillam, aut Saluiam Titisceniam, aut omnes.

LXX. *Anne refert ubi & inquam arrigas?* Cœna quoq; eius secretior in fabulis fuit, quæ vulgo *Sodrigus* & vocabatur: in qua Deorum Dearumque habitu discubuisse conuiuas, & ipsum pro Apolline ornatum, non Antonii modo epistolæ singulorum nomina amarissime annumerantis, exprobrant, sed & sine auctore nouissimi versus:

Cum primam istorum conduxit mensa choragum,

Sexque Deos vidit Mallia, sexque Deos:

Impia dum Phœbè Casar mendacia ludit,

Dum noua dinorum canat adulteria.

Omnia se à terris tunc Numina declinarunt:

Fugit & auratos Iuppiter ipse thronos.

Auxit cœnæ tumorem summa tunc in ciuitate penuria ac fames. Acclamatumq; est postridie, *frumentum omne Deos comedisse: & Casarem esse plane Apollinem; sed Tortorem.* quo cognomine is Deus quadam in parte vrbs colebatur. Notatus est vt pretiosæ suppellectilis Corinthiorumq; præcupidus, & alex indulgens. Nam & proscriptionis tempore ad statuam eius adscriptum est,

Pater argentarius, ego Corintharius:

cum existimaretur, quosdam propter vasa Corinthia inter prosriptos curasse referendos. Et deinde bello Siciliensi epigramma vulgatum est:

Postquam bis classe victus naues perdidit,

Aliquando ut vincas, ludis assidue aleam.

LXXI. Ex quibus siue criminibus siue maledictis, infamiam impudicitix facillime refutauit, & præsentis & posteræ vitæ castitate. Item lauitiarum inuidiam, cum & Alexandria capta, nihil sibi præter vnum murrhinum calicem, ex instrumento regio, retinuerit, & mox vasa aurea assiduissimi vsus conflauerit omnia. Circa libidines hæsit: postea quoque, vt ferunt, ad vitiandas virgines promptior, quæ sibi vndique etiam

etiam ab uxore conquirentur. Aleæ rumorem nullo modo expanit: lusitque simpliciter & palam oblectamenti causa, etiam senex: ac, præterquam Decembri mense, aliis quoque festis profestisque diebus. Nec id dubium est: autographa quadam epistola, Cœnauit, ait, mi Tiberi, cum iisdem. Accesserunt conuiua Vinicius & Siluius pater. Inter ^{* seniliter.} cenam lusimus vestros & heri & hodie. Talis enim iactatis, ut quisque canens, aut senionem miserat, in singulos talos singulos denarios in mediam conferebat: quos tollebat vniuersos, qui venerem iecerat. Et rursus aliis litteris; Nos, mi Tiberi, Quinquatriis satis iucunde egimus. Lusimus enim per omnes dies, forumq. aleatoprium calcicimus. Frater tuus magnis clamoribus rem gessit. Ad summam tamen perdidit non multum: sed ex magnis detrimentis præter spem paulatim retractus est. Ego perdididi viginti millia nummum, meo nomine: sed cum effuse in lasu liberalis fuisset, ut soleo plerumque. Nam si quas manus remisit cuique, exegisset, aut retinuissem quod cuique donauit, vicissem vel quinquaginta millia. Sed hoc malo. Benignitas enim mea me ad caelestem gloriam efferet. Scribit ad filiam: Misi tibi denarios ducentos quinquaginta, quos singulis conuinis dederam, si vellent inter se inter cœnam vel talis, vel par impar ludere.

In cæteris partibus vitæ continentissimum fuisse constat, ac sine suspitione vllius vitii. Habitauit primo iuxta Romanum forum supra Scalas anularias, in domo, quæ Calui oratoris fuerat; postea in Palatio; sed nihilominus ædibus modicis Hortensianis, & neque laxitate, neque cultu conspicuis: ut in quibus porticus breues essent Albanarum columnarum, & sine marmore vlllo aut insigni pavimento conclauia. Ac per annos amplius quadraginta eodem cubiculo hieme & æstate mansit; quamuis parum salubrem valitudini suæ urbem hieme experiretur, assidueque in vrbe hiemaret. Si quando quid secreto aut sine interpellatione agere proposuisset, erat illi locus in edito sin-

artes pro-
ducens.

gularis, quem Syracusas & *περὶ σκουρ* vocabat: huc transibat, aut in alicuius libertorum suburbanum: æger autem in domo Mæcenatis cubabat. Ex secessibus præcipue frequentavit maritima, insulasque Campaniæ, aut proxima vrbi oppida, Lanuuium, Præneste, Tibur: vbi etiam in porticibus Herculis templi persæpe ius dixit. Ampla & operosa prætoria grauabatur. Et neptis quidem suæ Iuliæ, profuse ab ea extracta, etiam diruit ad solum: sua vero quamuis modica, non tam statuarum tabularumque pictarum ornatu, quam xystris & nemoribus excoluit, rebusque vetustate ac raritate notabilibus: qualia sunt Capreis immanium belluarum ferarumque membra prægrandia, quæ dicuntur *Gigantum ossa*,

LXXIII. & arma Heroum. Instrumeti eius & supellectilis par-
cimonia apparet etiam nunc, residuis lectis atque mensis, quorum pleraque vix priuatæ elegantia sint. Ne toto quidem cubuisse aiunt, nisi humili & modice instrato. Vestis non temere alia, quam domestica vsus est, ab vxore & sorore & filia neptibusque confecta: togis neque restrictis neque fuis: clauo, nec lato nec angusto; calceamentis altiuscutis, vt procerior quam erat, videretur. Et forensia autem & calceos nunquam non intra cubiculum habuit ad subitos repenti-

LXXIV. nosque casus parata. Conuiuabatur & assidue, nec vquam nisi recta: non sine magno ordinum hominumque delectu. Valerius Messalla tradit, neminem vntquam libertinorum adhibitum ab eo cœnæ, excepto Meha, sed asserto in ingenuitatem, post proditam Sex. Pompeii classem. Ipse scribit inuitasse se quendam, in cuius villa maneret, qui speculator suus olim fuisset. Conuiuia nonnumquam & serius inibat, & maturius relinquebat: cum conuiuæ & cœnare inciperent, prius quam ille discumberet; & permanerent digresso eo. Cœnam trinis ferculis, aut, cum abundantissime, senis, præbebat; vt non nimio sumptu, ita summa comitate.

Nam & ad communionem sermonis tacentes vel submissim.

fabu-

fabulantes prouocabat, & aut acromata, & histriones, aut etiam tritiales ex circo ludios interponebat, ac frequentius aretalogos. Festos & solennes dies profusissime, non-LXXV. numquam ioculariter tantum, celebrabat. Saturnalibus, & si quando alias libuisset, modo munera diuidebat, vestem & aurum, & argentum: modo nummos omnis notæ, etiam veteres regios ac peregrinos: interdum nihil præter cilicia & spongas, & rutabula, & forpices, atque alia id genus, titulis obscuris & ambiguis. Solebat & inæqualissimarum rerum sortes, & aduersas tabularum picturas in conuiuio venditare: incertoq; casu spem mercantium vel frustrari vel explet; ita vt per singulos lectos licitatio fieret, & seu iactura seu lucrum communicaretur. Cibi (nam ne hoc quidem omiserim) minimi erat, atque vulgaris fere. Secundarium panem, & pisciculos minutos, & caseum bubulum manu pressum, & ficos virides biferas maxime appetebat: vescebaturque & ante cœnam, quocumque tempore & loco, quo stomachus desiderasset. Verba ipsius ex epistolis sunt, *Nos in effedo panem & palmatas gustauimus.* Et iterum: *Dum lectica ex Regia domum redeo, panis unciam cum paucis acinis vna duracina comedi.* Errursus: *Ne Iudæus quidem, mi Tiberi, tam diligenter sabbatis ieiunium seruat, quam ego hodie seruauit: qui in balineo demum post horam primam noctis duas buccæo manducaui prius quam ungi inciperem.* Ex hac obseruantia nonnumquam vel ante initum, vel post dimissum conuiuium solus cœnitabat, cum pleno conuiuio nihil tangeret. Vini quoque natura parcissimus erat. Non amplius petere bibere eum solitum super cœnam in castris apud Mutinam, Cornelius Nepos tradit. Postea, quoties largissime se inuitaret, senos sextantes non excessit, aut, si excessisset, reiciebat. Et maxime delectatus est Rhætico, neque temere interdictum bibit. Pro potione sumebat perfusum aqua frigida panem, aut cucumeris frustum, vel lactucula thysum,

LXXVIII. sum, aut recens acidumve pomum succi vinosioris. Post cibum meridianum, ita ut vestitus calceatusque erat, reiectis pedibus paullisper conquiescebat, opposita ad oculos manu. A cœna lucubratoriam se in lecticulam recipiebat. Ibi donec residua diurni actus, aut omnia, aut ex maxima parte, conficeret, ad multam noctem permanebat. In lectum inde transgressus, non amplius, eum plurimum, quam septem horas dormiebat: ac ne eas quidem continuas, sed ut in illo temporis spatio ter aut quater expergisceretur. Si interruptum somnum recuperare, ut euenit, non posset: lectoribus, aut fabulatoribus arcessitis, resumebat, producebatque ultra primam sæpe lucem. Nec in tenebris vigilauit vquam, nisi assidente aliquo. Matutina vigilia offendebatur: ac si vel officii vel sacri causâ maturius euigilandum esset, ne id contra commodum faceret, in proximo cuiuscumque domesticorum cœnaculo manebat. Sic quoque sæpe indigens somni, & dum per vicus deportaretur, & deposita lectica inter aliquas moras condormiebat.

LXXIX. Forma fuit eximia, & per omnes ætatis gradus venustissima: quamquam & omnis lenocinii negligens, & in capite comêdo tam incuriosus, ut raptim compluribus simul tonsoribus operam daret: ac modo tonderet, modo raderet barbam: eoque ipso tempore aut legeret aliquid, aut etiam scriberet. Vultu erat, vel in sermone vel tacitus, adeo tranquillo serenoque, ut quidam è primoribus Galliarum confessus sit inter suos, eose inhibitum ac remollitum, quo minus, ut destinarat, in transitu Alpium per simulationem colloquii propius admissus, in præcipitium propelleret. Oculos habuit claros ac nitidos; quibus etiam existimari volebat inesse quiddam diuini vigoris: gaudebatque, si quis sibi acritis contuenti, quasi ad fulgorem Solis, vultum submitteret: sed in senectâ sinistro minus vidit. Dentes raras & exiguos, & scabros: capillum leuiter inflexum & sufflauum, supercilia coniuncta, medio-

cres

*Hemianag. 7.
Iust. 14. 6. 10.
+ Curt. 4. 6. 11
Cæsar. 10. 2. 6.*

Plin. 11. 32.

Virg. Æn. 1. 675.

eres aures: nasum & à summo eminentiorem, & ab imo deductiorem: colorem inter aquilum candidumque: staturam breuem: (quam ramen Iulius Marathus libertus etiam in memoriam eius quinq; pedum & dodrantis fuisse tradit:) sed quæ commoditate & æquitate membrorum oculeretur: vt non nisi ex comparatione adstantis alii cuius procerioris intelligi posset.

Corpore traditur maculoso, dispersis LXXX.

per pectus atque aluum genitiuis notis, in modum & ordinem ac numerum stellarum cælestis Vrsæ: sed & callis quibusdam ex prurigine corporis, assiduoque & vehementi strigilis vsu, plurifariam concretis, ad impetiginis formam.

Coxendice, & femore, & crure sinistro, non perinde valebat, vt sæpe etiam inde claudicaret: sed remedio harenarum atque arundinum confirmabatur.

Dextræ quoque manus digitum salutarem, tam imbecillum interdum sentiebat, vt torpentem contractumque frigore, vix cornei circuli supplemento scripturæ admoueret. Questus est & de vesica, cuius dolore, calculis demum per vrinam eiectis, leuabatur.

Graues & periculosas valitudines per omnem vitam aliquot LXXXI.

expertus est: præcipue Cantabria domita, cum etiam distillationibus iocinore vitiato, ad desperationem redactus, contrariam & ancipitem rationem medendi necessario subiit:

quia calida fomenta non proderant, frigidis curari coactus; auctore Antonio Musa. Quasdam & anniuersarias, ac tempore certo recurrentes, experiebat.

Nam sub natalem suum plerumque languebat: & initio veris præcordiorum inflatione tentabatur: austrinis autem tempestatibus, grauedine. Quare quassato corpore, neque frigora neq; æstus facile tolerabat.

Hieme quaternis cum pingui toga tunica, LXXXII.

& subuculæ thorace laneo, & feminalibus, & tibialibus muniebatur: æstate apertis cubiculi foribus, ac sæpe in peristylio saliente aqua, atque etiam ventilante aliquo, cubabat. Solis vero ne hiberni quidem patiens, domi quoque

non nisi petasatus sub diuo spatiabatur. Itinera, lectica, & noctibus fere, eaq; lenta ac minuta faciebat, vt Præneste vel Tibur biduo procederet. Ac si quo peruenire mari posset, potius nauigabat. Verum tantam infirmitatem magna cura tuebatur, in primis lauandi raritate. Vngebatur enim sæpius, & sudabat ad flammam: deinde perfundebatur e gelida aqua vel sole multo calefacta. At quoties neruorum caussa, marinis, Albulisque calidis vtendum esset, contentus hoc erat, vt insidens ligneo solio, quod ipse Hispanico verbo *du-*

LXXXIII.

retam vocabat, manus ad pedes alternis iactaret. Exercitationes campestres equorum & armorum statim post civilia bella omisit: & ad pilam primo folliculumque transit: mox nihil aliud quam vectabatur & deambulabat: ita vt in extremis spatiis subsultim decurreret, sestertio vel lodicula inuolutus. Animi laxandi caussa, modo piscabatur hamo: modo talis, aut ocellatis, nucibusq; ludebat cum pueris minutis; quos facie & garrulitate amabiles vndique conquirebat, præcipue Mauros & Syros. Nam pumilos, atque distortos, & omncis generis eiusdem, vt ludibria naturæ malique ominis, abhorrebat.

LXXXIV.

Eloquentiam studiaque liberalia ab ætate prima & cupide & laboriosissime exercuit. Mutinensi bello in tanta mole rerum, & legisse & scripsisse & declamasse quotidie traditur. Nam deinceps neq; in Senatu, neq; apud populum, neq; apud milites locutus est vnumquam, nisi meditata & composita oratione: quamuis non deficeret ad subita extemporali facultate. Ac ne periculum memoriæ adiret, aut in ediscendo tempus absumeret, instituit recitare omnia. Sermones quoq; cum singulis, atq; etiam cum Liuia sua, grauiores, non nisi in scriptis, & è libello habebat: ne plus minusve loqueretur ex tempore. Pronuntiabat dulci & proprio quodam oris sono: dabatq; assidue pho-nasco operam: sed nonnumquam infirmatis faucibus, præ-

LXXXV.

conis voce ad populum concionatus est. Multa varii gene-

generis proſa oratione composuit: ex quibus nonnulla in
 coetu familiarium, velut in auditorio, recitavit; ſicut *Reſcri-
 pta Bruto de Catone*. Quæ volumina cum iam ſenior ex ma-
 gna parte legiſſet, fatigatus, Tiberio tradidit perlegenda.
 Item *Hortationes ad philoſophiam*: & aliqua *De vita ſua*,
 quam tredecim libris, Cantabrico tenus bello, nec ultra, ex-
 poſuit. Poëticam ſummatim attigit. Vnus liber exſtat ſcri-
 ptus ab eo hexametris verſibus, cuius & argumentum & ti-
 tulus eſt, *Sicilia*. Exſtat alter æque modicus *Epigrammatum*, Phleg. l. 7. Epit. 14. d.
 C. 7. Epit. 7. quæ ſere tempore balnei meditabatur. Nam tragœdiam
 magno impetu exorſus, non ſuccedente ſtylo, abolevit: quæ-
 rentibusque amicis *quidnam Ajax ageret*, reſpondit, *Aia-
 cem ſuum in ſpongiam incubuiſſe*. Genus eloquendi ſe- LXXXV
 curus eſt elegans & temperatum: vitatis ſententiarum in-
 eptiis, atque inconcinnitate; & reconditorum verborum, ut
 ipſe dicit, ſœtoribus. Præcipuamque curam duxit, ſenſum
 animi quam apertiffime exprimere. quod quo facilius effi-
 ceret, aut necubi lectorem vel auditorem obturbaret, ac
 moraretur, neque præpoſitiones verbis addere, neque con-
 iunctiones ſæpius iterare dubitavit: quæ detractæ afferunt
 aliquid obſcuritatis, etſi gratiam augment. Cacozelos & an-
 tiquarios, ut diuerſo genere vitioſos, pari faſtidio ſpreuit. Ex-
 agitabat nonnumquam in primis Mæcenatem ſuum, cuius
muſes, p. 7. 15. *ut ait, cincinnos* uſquequaque perſequitur, & imi- Conguento
 delibutus
 tando per iocum irridet. Sed nec Tiberio parcit, & exoletas
 interdum, & reconditas voces aucupanti. M. quidem An-
 tonium, ut inſanum, increpat: quaſi ea ſcribentem quæ mi-
 rentur potius homines, quam intelligant. Deinde ludens
 malum & inconfans in eligendo genere dicendi ingenium
 eius, addidit hæc: *Tug, dubitas Cimberne Annius, an Veranius
 Flaccus imitandi ſint? ita ut verbis qua C. Salluſtius exceperſit
 ex Originibus Catonis, utari? an potius Aſiaticorum orato-
 rum inanibus ſententiis, verborum volubilitas in noſtrum ſer-*

LXXXVII. *monem transferenda? Et quadam epistola Agrippinæ neptis ingenium collaudans: Sed opus est, inquit, dare te operam ne moleste scribas, aut loquaris.* Quotidiano sermone quædam frequentius & notabiliter vsurpassè eum, litteræ ipsius autographæ ostendant. In quibus identidem cum aliquos numquam soluturos significare vult, *Ad Kalendas Græcas soluturos* ait; & cum hortatur ferenda esse præsentia, quali acumque sint, *Contenti simus hac Catone:* & ad exprimendam festinatæ rei velocitatem, *Velocius quam asparagi coquantur.* Ponit assidue & pro stulto, *baceolum:* & pro pullo, *pulleæccum:* & pro cerito, *vacerrosom:* & *vapide sese habere,* pro male: *& betiffare,* pro languere: quod vulgo *lachaniffare* dicitur. Item *simus,* pro sumus: & *domos* genitiuo casu singulari pro *domus.* Nec vniquam aliter hæc duo, ne quis mendam magis, quam consuetudinem putet. Notavi & in chirographo eius illa præcipue: non diuidit verba, nec ab extrema parte versusum abundantes litteras in alterum transfert: sed ibidem statim subiicit, circumducitque. Orthographiam, id est, formulam rationemque scribendi à grammaticis institutam, non adeo custodit: ac videtur eorum sequi potius opinionem, qui perinde scribendum ac loquamur existiment. Nam quod sæpe non litteras modo, sed syllabas aut permutat aut præterit, communis hominum error est. Nec ego id notarem, nisi mihi mirum videretur, tradidisse aliquos, legato eum consulari successorem dedisse, vt rudi & indocto, cuius manu *ixi* pro *ipsi* scriptum animaduernerit. Quories autem per notas scribit, *b* pro *a:* *c* pro *b,* ac deinceps eadem ratione sequentes litteras ponit. pro *z* autem duplex

LXXXVIII. *aa.* Ne Græcarum quidem disciplinarum leuiore studio tenebatur: in quibus & ipsis præstabat largiter, magistro dicendi vsus Apollodoro Pergameno: quem iam grandem natu, Apolloniam quoque secum ab vrbe iuuenis adhuc eduxerat. Deinde etiam eruditione varia repletus Sphæri, Arei phi-

philosophi, filiorumque eius Dionysii & Nicanoris, contubernium iniiit: non tamen vt aut loqueretur expedite, aut componere aliquid auderet. Nam & si quid res exigeret, Latine formabat, vertendumque alii dabat. Sed plane poematum quoque non imperitus, delectabatur etiam comœdia veteri, & sæpe eam exhibuit publicis spectaculis. In euolvendis vtriusque linguae auctoribus, nihil æque sectabatur, quam præcepta & exempla publice vel priuatim salubria; eaque ad verbum excerpta, aut ad domesticos, aut ad exercituum prouinciarumque rectores, aut ad vrbis magistratus plerumque mittebat: prout quiq; monitione indigerent. Etiam libros totos & Senatui recitauit, & populo notos per edictum sæpe fecit: vt orationes *Q. Metelli De prole augenda,* & *Rutilii De modo adificiorum*: quo magis persuaderet, vtramque rem non à se primo animaduersam, sed antiquis iam tunc curæ fuisse. *Ingenia seculi sui omnibus modis fouit.* Recitantes & benigne & patienter audiuit: nec tantum carmina & historias, sed & orationes & dialogos. *Componi tamen aliquid de se, nisi & serio, & à præstantissimis, offende batur: admonēbatque Prætores, ne paterentur nomen suum commissionibus obsolescere.*

Circa religiones talem accepimus. Tonitrua & fulgura paullo infirmis expauescebat: vt semper & vbique pellem vituli marini circumferret, pro remedio; atq; ad omnem maioris tempestatis suspicionem, in abditum & concameratum locum se reciperet: consternatus olim per nocturnum iter transcursu fulguris, vt supra diximus. Somnia neque sua, neque aliena de se, negligebat. Philippensi acie quamuis statuisset non egredi tabernaculo, propter valitudinem, egressus est tamen, amici somnio monitus: cessitque res prospere, quando captis castris, lectica eius, quasi ibi cubans remansisset, concursu hostium confossa atque lacerata est. Ipse per omne ver, pluri- ma, & formidolosissima, & vana, & irrita videbat: reliquo

tempore rariora, & minus vana. Cum dedicatam in Capitolio ædem Tonanti Ioui assidue frequentaret, somniauit queri Capitolinum Iouem, cultores sibi abduci; seq; respondisse, Tonantem pro ianitore ei appositum: ideoque mox tintinnabulis fastigium ædis redimiuit, quod ea fere ianuis dependebant. Ex nocturno visu etiam stipem quotannis die certo, emendicabat à populo, capam manum asses por-

XCII. rigentibus præbens. Auspicia quædam & omina præcertissimis obseruabat. Si mane sibi calceus perperam, ac sinister pro dextero, induceretur, vt dirum: si terra marive ingrediente se longinquam profectioem, forte rorasset, vt lætium, maturique & prosperi reditus. Sed & ostentis præcipue mouebatur. Enatam inter iuncturas lapidum ante domum suam palmam in compluuium deorum Penatium transtulit: vtque coalesceret, magnopere curauit. Apud insulam Capreas, veterrimæ ilicis demissos iam ad terram languentesque ramos conualuisse aduentu suo, adeo lætatus est, vt eas cum republica Neapolitanorum permutauerit, Ænaria data. Obseruabat & dies quosdam, ne aut postridie nundinas quoquam proficisceretur; aut nonis quidquam rei seriæ inchoaret: nihil in hoc quidem aliud deuotans, vt ad Tiberium scribit, quam *duocvltar* nominis.

XCIII. Peregrinarum cæremoniarum, sicut veteres ac præceptas reuerentissime coluit, ita cæteras contemptui habuit. Namq; Athenis initiatus, cum postea Romæ pro tribunali de priuilegio sacerdotum Articæ Cereris cognosceret, & quædam secretiora proponerentur, dimisso concilio & corona circumstantium, solus audiit disceptantes. At contra non modo in peragrandæ Ægypto paullum desistere ad visendum Apin superfedit: sed & Caium nepotem, quod Iudæam præteruehens, apud Hierosolymam non supplicasset, collaudauit.

XCIV. Et quoniam ad hoc ventum est, non ab re fuerit subtexere, quæ ei prius quam nasceretur, & ipso natali die, ac de-

*mali ominis
nominatio*

deinceps evenerint, quibus futura magnitudo eius, & per-^{per-Justin. 1. 4. 3.}
petua felicitas sperari animaduertique posset. Velitris anti-
quitus tacta de cælo parte muri, responsum est, eius oppidi-
ciuem quandoque rerum potiturum: qua fiducia Velitri-
& tunc statim & postea sæpius pæne ad exitium sui cum-
pop. Rom. belligeraverant. sero tandem documentis appa-
ruit, ostentum illud, Augusti potentiam portendisse. Auctor
est Iulius Marathus, ante paucos quam nasceretur menses,
prodigium Romæ factum publice, quo denuntiabatur re-
gem pop. Rom. Naturam parturire: Senaturn exterritum
censuisse ne quis illo anno genitus educaretur: eos qui gra-
vidas vxores haberent, quo ad se quisque spem traheret, cu-
rassent ne Senatusconsultum ad ærarium deferretur. In Ascle-
piadis Mendetis *Θεογονικῶν* libris lego, Atiam, cum ad so-^{de rebno}
lenne Apollinis sacrum media nocte venisset, posita in tem-^{divinis}
plo lectica, dum cæteræ matronæ dormirent, obdormisse; ^{u. p. 11. 11. 7.}
draconem repente irrepsisse ad eam, paulloq; post egressum;
illamq; expergefactam quasi à concubitu mariti purificasse
se; & statim in corpore eius exstitisse maculam, velut depicti
draconis; nec potuisse vmquam eximi; adeo vt mox publi-
cis balneis perpetuo abstinerit: Augustum natum mense
decimo, & ob hoc Apollinis filium existimatum. Eadem ^{Cap. 70.}
Atia prius, quam pareret, somniauit intestina sua ferri ad si-
dera, explicarique per omnem terrarum & cæli ambitum.
Somniauit & pater Octavius, vtero Atiæ iubar solis exortum.
Quo natus est die, cum de Catilinæ coniuratione ageretur
in curia, & Octavius ob vxoris puerperium serius adfuisset,
nota ac vulgata res est, P. Nigidium comperta moræ causa,
vt horam quoq; partus acceperit, affirmasse, dominum ter-
rarum orbi natum. Octavio postea cum per secreta Thraciæ
exercitum duceret, in Liberi patris luco barbara cærimonia
de filio consulenti, idem affirmatum est à sacerdotibus:
quod infuso super altaria mero, tantum flammæ emicuisset
vt su-

vt supergressa fastigium templi ad coelum vsque ferretur; vnique olim omnino Magno Alexandro apud easdem aras sacrificanti, simile prouenisset ostentum. Atque etiam sequenti nocte statim videre visus est filium mortali specie ampliolem, cum fulmine & scepro, exuuiisque Iouis Opt.

Yell. 2. 199 Max. ac radiata corona super laureatum currum, bis senis
flor. 1. 6. 30. equis candore eximio trahentibus. Infans adhuc, vt scriptum apud C. Drusum exstat, repositus vespere in cunas à nutricula, loco plano, postera luce non comparuit: & diu quæsitus, tandem in altissima turri repertus est, iacens contra Solis exortum. Cum primum fari cœpisset, in auito suburbano obstrepentes forte ranas silere iussit: atque ex eo negantur ibi ranæ coaxare. Ad quartum lapidem Campanæ viæ, in nemore prandenti, ex improviso aquila panem ei è manu rapuit: & cum altissime volasset, rursus ex improviso leniter delapsa reddidit. Q. Catulus post dedicatum Capitolium, duabus continuis noctibus somnauit: prima, Iouem Opt. Max. prætextatis compluribus circum aram ludentibus, vnum secreuisse, atq; in eius sinum signum Reip. quod manu gestaret, reposuisse. at in sequenti, animaduertisse se in gremio Capitolini Iouis eundem puerum: quem cum detrahi iussisset, prohibitum monitu Dei, tanquam is ad tutelam Rep. educaretur. Ac die proximo obuium sibi Augustum, cum incognitum alias haberet, non sine admiratione contuitus, simillimum dixit puero, de quo somniasset. Quidam prius somnium Catuli aliter exponunt, quasi Iupiter compluribus prætextatis, tutorem à se poscentibus, vnum ex eis demonstrasset, ad quem omnia desideria sua referrent: eiusque osculum delibatum digitis ad os suum retulisset. M. Cicero C. Cæsarem in Capitolium profecutus, somnium pristinae noctis familiaribus forte narrabat: puerum, facie liberali, demissum cœlo, catena aurea, ad fores Capitolii constitisse, eiq; Iouem flagellum tradidisse: deinde
 repen-

repente Augusto viso, quem ignotum adhuc plerisque auunculus Cæsar ad sacrificandum acciuerat, affirmavit ipsum esse cuius imago secundum quietem sibi obuersata sit. Summenti virilem togam, tunicæ latius clauis refuta ex utraque parte ad pedes decidit. Fuerunt qui interpretarentur, non aliud significare, quam ut is ordo, cuius insigne id esset, quandoque ei subiiceretur. Apud Mundam D. Iulius castris locum capiens, cum siluam cæderet, arborem palmæ repertam conseruari, ut omen victoriæ, iussit: ex ea continuo enata foboles, a deo in paucis diebus adoleuit, ut non æquipararet modo matricem, verum etiam obregeret, frequentareturque columbarum nidis: quamuis id auium genus duram & asperam frondem maxime vitet. Illo & præcipue ostento motum Cæsarem ferunt, ne quem alium sibi succedere quam sororis nepotem vellet. In secessu Apolloniæ Theogenis mathematici pergulam comite Agrippa adscenderat: cum Agrippæ, qui prior consulebat, magna, & pæne incredibilia prædicerentur, reticere ipse genituram suam, nec velle edere, perseuerabat, metu ac pudore ne minor inueniretur. Qua tamen post multas adhortationes viæ & cunctanter edita, exsiliuit Theogenes, adorauitque eum. Tantam mox fiduciam fari Augustus habuit, ut thema suum vulgauerit, nummumque argenteum nota sideris Capricorni, quo natus est, percussisset. Post necem Cæsaris, reuerso ab Apollonia & ingrediente eo urbem, repente liquido ac puro sereno, circulus ad speciem cælestis arcus orbem Solis ambiit: ac subinde Iuliæ Cæsaris filiæ monumentum fulmine ictum est. Primo autem Consulatu ei augurium capienti, duodecim se vultures, ut Romulo, ostenderunt: & immolanti omnium victimarum iocinera replicata intrinsecus ab ima fibra paruerunt: nemine peritorum aliter coniectante, quam læta per hæc & magna portendi. Quin & bellorum omnium euentus ante præsensit. Contractis ad Bononiam

xcv.

xcvi.

M

niam

niam Triumvirorum copiis, aquila tentorio eius superse-
dens, duos coruos hinc & inde infestantes afflixit, & ad ter-
ram dedit: notante omni exercitu, futuram quandoque in-
ter collegas discordiam talem, qualis secuta est, ac exitum
præfagiente. In Philippis, Theſſalus quidam de futura vi-
ctoria nuntiauit, auctore D. Cæsare, cuius sibi species iti-
nere auio occurrisset. Circa Perusiam sacrificio non litante,
cum augeri hostias imperasset: ac subita eruptione hostes
omnem rei diuinæ apparatus abstulissent: constitit inter
haruspices, quæ periculosa & aduersa sacrificanti denuntiata
essent, cuncta in illos recasura qui exta haberent. Neq; ali-
ter euenit. Pridie quam Siciliensem pugnam classe commit-
teret, deambulanti in littore, piscis e mari exsiluit, & ad pe-
des iacuit. Apud Actium descendenti in aciem, asellus cum
asinario occurrit: Eutyclus, homini; bestia; Nicon, erat no-
men. Vtriusq; simulacrum æneum victor posuit in templo,

XCVII.

in quod castrorum suorum locum vertit. Mors quoq;
eius, de qua dehinc dicam, diuinitasq; post mortem, eiden-
tissimis ostentis præcognita est. Cum lustrum in campo
Martio magna populi frequentia conderet, aquila eum sæ-
pius circumuolauit; transgressaque in vicinam ædem, super
nomen Agrippæ, ad primam litteram sedit: quo animaduer-
sio, vora, quæ in proximum lustrum suscipi mos est, colle-
gam suum Tiberium nuncupare iussit. Nam se quamquam
conscriptis paratisq; iam tabulis, negauit suscepturum quæ
non esset soluturus. Sub idem tempus ictu fulminis ex in-
scriptione statuæ eius prima nominis littera effluxit. Re-
sponsum est; centum solos dies posthac victurum, quem nu-
merum C littera notaret: futurumq; vt inter deos referretur,
quod *asur*; id est, reliquæ pars e Cæsaris nomine, Etrusca lin-
guæ *Dem* vocaretur. Tiberium igitur in Illyricum dimissu-
rus, & Beneuentum vsq; profecturus, cum interpellatores
aliis atq; aliis causis in iure dicendo detinerent, exclamauit,
(quod

(quod & ipsum mox inter omnia relatum est) *Non, si omnia, motarentur, amplius se posthac Romae futurum.* Atque itinere inchoato, Asturam perrexit: & inde, præter consuetudinem, de nocte ad occasionem auræ euectus est. Caussam va-

XCIII.

litudinis contraxit ex profluvio alui. Tunc Campaniæ ora, proximisque insulis circuitis, Caprearum quoque secessui quatrimum impendit: remississimo ad otium & ad omnem comitatem animo. Forte Puteolanum sinum præteruehen-
ti, vectores nautæq; de navi Alexandrina, quæ tantum quod appulerat, candidati, coronatique, & thura libantes, fausta omnia & eximias laudes congesserant: *Per illum se uiuere; per illum navigare: libertate atque fortunis per illum frui.* Quare admodum exhilaratus, quadragenos aureos comitibus diuisit: iusque iurandum, & cautionem exegit à singulis, non alio datam summam, quam in emtionem Alexandrinarum mercium absumpturos. Sed & cæteros continuos dies, inter varia munuscula, rogas in super ac pallia distribuit: lege proposta, ut Romani Græco, Græci Romano habitu & sermone uterentur. Spectauit assidue & exercentes ephebos, quorum aliqua adhuc copia ex veteri instituto Capreis erat. Iisdem etiam epulum in conspectu suo præbuit, permessa, immo exacta iocandi licentia, diripiendique pomorum & obsoniorum, rerumque missilium. Nullo denique genere hilaritatis abstinuit. Vicinam Capreis insulam Ἀπείρολιον appellabat, à desidia secedentium illuc è comitatu suo. Sed ex dilectis vnum Masgabam nomine, quasi conditorem insulæ, κρήνην vocare consueuerat: huius Masgabæ, ante annum defuncti, tumulum cum ex triclinio animaduertisset magna turba multisq; luminibus frequentari, versum compositum, ex tempore clare pronuntiauit,

Κῆρυξ δὲ τύμβου εἰσπρῶν πυρέμενον.

Conuersusque ad Thrasyllum Tiberii comitem, contra ac

Urbem otiantium, sine ulli agentium.

Κεῖθ' ἄριστον
lum conspicit
ardentem.

M 2

cuban.

cubantem, & ignarum rei, interrogauit cuiusnam poëta putaret esse? quo hæsitante, subiecit alium:

Videm' facibus honoratum Masgabam?

Ὁρᾶς ὁδοῖσι Μασγάβαν πρῶμμενον;

de hoc quoque consuluit: cum ille nihil aliud responderet, quam, cuiuscumque essent, optimos esse, cachinnum sustulit, atque in iocos effusus est. Mox Neapolim traiecit, quamquam & tum infirmis intestinis morbo variante: tamen & quinquennale certamen gymnicum honori suo institutum perspectauit: & cum Tiberio ad destinatum locum contendit. Sed in redeundo, aggrauata valitudine, tandem Nolæ succubuit: reuocatumque ex itinere Tiberium, diu secreto sermone detinuit, neque post vlli maiori negotio animum accommodauit. Supremo die identidem exquirens, an iam de se tumultus foris esset, petito speculo, capillum sibi comi, ac malas labentes corrigi præcepit. Et amicos admissos percunctatus, *Ecquid ius videretur mimum visa comode transegisse?* adiecit & clausulam:

Edite strepitū, Vosq; omnes cum gaudio ap' audite.

Δότε κέστον, ἢ πάντες ὑμεῖς μετὰ χαρῆς κλυπύουτε.

lenem facilemque obitum.

Omnibus deinde dimissis, dum aduenientes ab vrbe de Drusi filia ægra interrogabat, repente in osculis Liuiæ, & in hac voce defecit: *Liua nostri coniugii memor uiue, ac vale:* sortitus exitum facilem, & qualem semper optauerat. Nam fere quoties audisset, cito ac nullo cruciatu defunctum quempiam, sibi & suis *Ἰδαριάαν* similem (hoc enim & verbo yti solebat) præcabatur. Vnum omnino ante efflatam animam signum alienatæ mentis ostendit; quod subito pauefactus, à quadraginta se iuuenibus abripi questus est. Id quoque magis præfagium quam mentis diminutio fuit: siquidem toridem milites Prætoriani extulerunt eum in publicum. Obiit

767.

in cubiculo eodem quo pater Octavius: duobus Sextis, Pompeio & Appuleio Coss. XIII Kalend. Septembris, hora

hora dici nona, septuagesimo & sexto ætatis anno, diebus quinque & triginta minus. Corpus decuriones municipiorum & coloniarum à Nola Bouillas vsque deportarunt: nobilibus propter anni tempus, cum interdiu in basilica cuiusq; oppidi, vel in ædium sacrarum maxima reponeretur. A Bovillis equester ordo suscepit, vrbique intulit, atque in vestibulo domus collocavit. Senatus & in funere ornando, & in memoria honoranda eo studio certatim progressus est, vt inter alia complura censuerint quidam funus triumphali porta ducendum, præcedente Victoria, quæ est in curia, canentibus nãmiam principum liberis, vtriusque sexus. Alii exsequiarum die ponendos anulos aureos, ferreosque sumendos: nonnulli legenda ossa per sacerdotes summorum collegiorum. Fuit & qui suaderet appellationem mensis Augusti in Septembrem transferendam: quod hoc genitus Augustus, illo defunctus esset. Alius, vt omne tempus à primo die natali ad exitum eius, *seculum Augustum* appellaretur, & ita in fastos referretur. Verum adhibito honoribus modo bifariam laudatus est: pro æde D. Iulii à Tiberio; & pro Rostris Sub veteribus, à Druso Tiberii filio: ac Senatorum humeris delatus in Campum, crematusque. Nec defuit vir prætorius, qui se effigiem cremati euntem in cœlum vidisse iurasset. Reliquias legerunt primores equestris ordinis, tunicati & discincti pedibusq; nudis, ac in Mausoleo condiderunt. Id opus inter Flaminiam viam, ripamq; Tiberis, sexto suo Consulatu exstruxerat: circumiectasque silvas & ambulationes in vsum populi tunc iam publicarat. Testa-
mentum, L. Planco, C. Silio. COSS. III Nonas Aprilis ante annum & quatuor menses quam decederet, factum ab eo, ac duobus codicibus, partim ipsius, partim libertorum Polybii & Hilarionis manu scriptum, depositumque apud se, virgines Vestales, cum tribus signatis æque voluminibus protulerunt. Quæ omnia in Senatu aperta atq; recitata sunt.

Heredes instituit primos, Tiberium ex parte dimidia, & festante; Liviā ex parte tertia: quos & ferre nomen suum iussit: secundos Drusum Tiberii filium ex triente, & ex partibus reliquis Germanicum, liberosque eius tres sexus virilis: tertio gradu, propinquos amicosque complures. Legavit populo Rom. quadringenties, tribubus tricies quinquies HS. Prætorianis militibus singula millia nummorum, cohortibus urbanis quingenos: legionariis trecentos nummos: quam summam repræsentari iussit; nam & confiscatam semper repositantq; habuerat. Reliqua legata varie dedit; produxitque quædam ad vicena sestertia: quibus solvendis annum diem finit, excusata rei familiaris mediocritate: nec plus perueniturum ad heredes suos, quam millies & quingenties professus: quamvis viginti proximis annis quaterdecies millies ex testamentis amicorum percepisset: quod pæne omne cum duobus paternis patrimoniis, cæterisque hereditatibus in Remp. absumpsisset. Iulias, filiam nepemque, si quid his accidisset, vetuit sepulchro suo inferri. De tribus voluminibus, vno, mandata de funere suo complexus est: altero, indicem rerum à se gestarum; quem vellet incidi in æneis tabulis, quæ ante Mausoleum statuerentur: tertio, breuiarium totius imperii, quantum militum sub signis ubique esset, quantum pecuniæ in ærario & fiscis, & vestigialiorum residuis. Adiecit & libertorum servorumque nomina, à quibus ratio exigi posset.

C. SVETONII TRANQVILLI

LIB. III.

TIBERIVS NERO CÆSAR III.



PATRICIA gens Claudia (fuit enim & alia ple- Cap. 11
beia, nec potentia minor nec dignitate) orta est
ex Regillis, oppido Sabinorum. Inde Romam
recens conditam, cum magna clientum manu

commigravit, auctore Tito Tatius consorte Romuli: vel,
quod magis constat, Atta Claudio gentis principe, post re- Liv. 2. 16.
ges exactos sexto fere anno, à patribus in patricios cooptata. Virg. Æn. 7. 706.

Agrum insuper trans Anienem clientibus, locumq; sibi ad Virg. Æn. de funera Rom.
sepulturam sub Capitolio publice accepit. Deinceps pro- 2. 26.
cedente tempore, duodetriginta consulatus, dictaturas Plin. 7. 54.

quinque, censuras septem, triumphos septem, duas ovatio-
nes adepta est. Cum prænominibus cognominibusq; variis
distingueretur, Lucii prænomen consensu repudiauit, post-
quam è duobus gentilibus præditis eo, alter latrocinii, ca-
dis alter conuictus est. Inter cognomina autem, & Neronus
assumpsit, quo significatur lingua Sabina fortis ac strenuus. yell. 13. 21.

Multa multorum Claudiorum egregia merita, multa etiam II.
secus admissa in Remp. exstant. Sed vt præcipua comme-
morem, Appius Cæcus societatem cum rege Pyrrho, vt pa- 474. Liv. 9. 29.
rum salubrem, iniri distulit. Claudius Caudex, primus fre- 490. Val. Max. 8. 13. 5.
to classe transiecto, Pœnos Sicilia expulit. Claudius Nero
aduientem ex Hispania cum ingentibus copiis Asdruba- 547. Senec. de boer.
lem prius quam Hannibali fratri coniungeretur, oppressit. 176. 13.

Contra Claudius Appius Regillianus decemuir, legibus scri- c. Liv. 27. 45. seq.
bendis 304. Flor. 2. 6. 50.
c. 2. Liv. 2. 44.

bendis, virginem ingenuam, per vini libidinis gratia, in ser-
 vilitatem asserere conatus, caussa fuit plebi secedendi rursum
 à patribus. Claudius Drusus, statua sibi cum diademate ad
 Appii Forum posita, Italiani per clientelas occupare ten-
 tavit. *Claudius Pulcher* apud Siciliam non pascenzibus in
 auspiciando pullis, ac per contemptum religionis mari de-
 mersis, quasi *ut biberens, quando esse nollens*, prælium nauale
 iniit: superatusque, cum dictatorem dicere à Senatu iube-
 retur, velut iterum illudens discrimini publico, *Illyciam via-*
torem suum dixit. Exstant & feminarum exempla diuersa
 æque. siquidem gentis eiusdem vtraq; *Claudia* fuit, & quæ
 nauem cum sacris deum *Ideæ* obhærentem Tiberino vado
 extraxit, præcata propalam, *ut ita demum se sequeretur, si*
sibi pudicitia constaret: & quæ nouo more iudicium maie-
 statis apud populum mulier subiit, quod in conferta multi-
 tudine ægre procedente carpento, palam optauerit, *ut fra-*
ter suus Pulcher reuiuisceret, atque iterum classẽm amitteret,
quo minor turba Romæ foret. Præterea notissimum est, *Claudios*
 omnes, excepto duntaxat *P. Clodio*, qui ob expellen-
 dum vrbe *Ciceronem*, plebeio homini, atq; etiam natu mi-
 nori, in adoptionem se dedit, optimates assertoresq; vnicos
 dignitatis ac potentia patriciorum semper fuisse, atque ad-
 versus plebem adeo violentos ac contumaces, vt ne capitis
 quidem quisquam reus apud populum mutare vestem, aut
 depre cari sustinuerit: nonnulli in altercatione & iurgio *Tri-*
bunos plebis pulsauerint. Etiam virgo *Vestalis* fratrem in-
 iussu populi triumphantem, adscenso simul curru, vsque in
 Capitolium profecuta est, ne vetare aut intercedere fas cui-
 quam *Tribunorum* esset. Ex hac stirpe *Tiberius Cæsar*
 genus trahit, & quidem vtrumque: paternum, à *Tiberio*
Nerone; maternum, ab *Appio Pulchro*: qui ambo *Appii*
Cæci filii fuerunt. Insertus est & *Liuiorum* familia, adopta-
 to in eam materno auo. Quæ familia, quamquam plebeia,
 tamen

Flor. 2. 2. 29. 505.

matris
Herodian. 1. 11. 11.

508.

Val. 1. 1.

695.

Val. 5. 4. 8611.

111.

tamen & ipsa admodum floruit, octo Consulatus, censuris
 duabus, triumphis tribus: Dictatura etiam ac magisterio e-
 quitum honorata: clara & insignibus viris, ac maxime Sali-
 natore, Drusisque. Salinator vniuersas tribus in censura no-
 tauit leuitatis nomine, quod cum se post priorem Consula-
 tum multa irrogata condemnassent, Consulem iterum Cen-
 soremque fecissent. Drusus hostium duce Drauso cominus
 trucidato, sibi posterisque suis cognomen inuenit. Traditur
 etiam pro Praetore ex prouincia Gallia retulisse aurum, Se-
 nonibus olim in obsidione Capitoli datum: nec, vt fama,
 extortum à Camillo. Eius abnepos, ob eximiam aduersus
 Gracchos operam *patronus Senatus* dictus, filium reliquit,
 quem in simili dissensione multa varie molientem, diuersa
 factio, per fraudem interemit. Pater vero Tiberii, Qua-
 stor C. Caesaris, Alexandrino bello classi praepositus, pluri-
 mum ad victoriam contulit. Quare & Pontifex in locum P.
 Scipionis substitutus, & ad deducendas in Galliam colonias,
 in quibus Narbona & Arelate erant, missus est. Tamen Ca-
 sare occiso, cunctis turbarum metu abolitionem facti de-
 cernentibus, etiam de praemiis tyrannicidarum referendum
 censuit. Praetura deinde functus, cum exitu anni discordia
 inter Triumuiros exorta esset, retentis ultra iustum tempus
 insignibus, L. Antonium Consulem Triumuiri fratrem ad
 Perusiam secutus, de ditione à cæteris facta, solus perman-
 sit in partibus, ac primo Praeneste, inde Neapolim euasit: ser-
 uisq; ad pileum frustra vocatis, in Siciliam profugit. Sed in-
 digne ferens, nec statim se in conspectum Sex. Pompeii ad-
 missum, & fascium vsu prohibitum, ad M. Antonium traie-
 cit in Achajam. Cum quo breui reconciliata inter omnes
 pace, Romam rediit, vxoremque Liuiam Drusillam, & tunc
 grauidam, & ante iam apud se filium enixam, petenti Augu-
 sto concessit. Nec multo post diem obiit, vtroq; liberorum
 superstitè, Tiberio Drusoq; Neronibus.

N

dam

dam Fundis natum existimauerunt, secuti leuam coniecturam, quod materna eius auia Fundana fuerit, & quod mox simulactum Felicitatis ex Senatusconsulto publicatum ibi sit. Sed ut plures, certioresque tradunt, natus est Romæ in
 722. Palatio, XVI Kal. Decembr. M. Æmilio Lepido iterum, L. Munatio Planco Coss. post bellum Philippense. Sic enim in Fastos Actaque publica relatum est. Nec tamen desunt, qui partim antecedente anno, Hirtii ac Pansæ, partim insequente, Seruili Isaurici Antoniiq; Consulatu, genitum
 VI. eum scribant. Infantiam pueritiamq; habuit luxuriosam, & exercitatum: comes usquequaq; parentum fugæ; quos quidem apud Neapolim sub irruptionem hostis nauigium clam petentes, vagitu suo pæne bis prodidit: semel, cum à nutricis vberere, item cum à sinu matris rapim auferretur ab iis, qui pro necessitate temporis misericulas leuare onere tentabant. Per Siciliam quoq; & Achaiam circumductus, ac Lacedæmoniiis publicæ, quod in tutelam Claudiorum erant, demandatus, digrediens inde itinere nocturno, discrimen vitæ adiit: flamma repente è siluis vndiq; exorta; adeoque omnem comitatum circumplexa, ut Liuiæ pars vestis & capilli amburerentur. Munera, quibus à Pompeia Sext. Pompeii sorore, in Sicilia donatus est, chlamys & fibula, item bullæ aureæ, durant, ostendunturq; adhuc Baiis. Post reditum in urbem, à M. Gallio Senatore testamento adoptatus, hereditate adita, mox nomine abstinuit: quod Gallius aduersarum Augusto partium fuerat. Nouem natus annos, defunctum patrem pro Rostris laudauit. Dehinc pubescens, Actiaco triumpho curram Augusti comitatus est, sinistro funali equo, cum Marcellus Octauiae filius dexteriore veheretur. Præsedit & Actiacis ludis, & Troianis Circensibus, ductor turmæ puerorum maiorum. Virili toga sumpta, adolescentiam omnem, spatiumq; insequentis ætatis usq; ad Principatus initia, per hæc fere transegit: Munus gladi-

diatorium in memoriam patris, & alterum in aui Drusi, dedit, diuersis temporibus ac locis: primum in foro, secundum in Amphitheatro: rudiariis quoque quibusdam reuocatis, auctoramento centenum millium. Dedit & ludos, sed absens: cuncta magnifice, impensa matris ac vitrici. Agrippinam M. Agrippa genitam, neptem Cæcilii Attici equitis Romani, ad quem sunt Ciceronis epistolæ, duxit uxorem: sublatoq; ex ea filio Druso, quamquam bene conuenientem, rursusq; grauidam, dimittere, ac Iuliam Augusti filiam confestim coactus est ducere: non sine magno angore animi, cum & Agrippinæ consuetudine teneretur, & Iuliæ mores improbare: vt quam sensisset, sui quoque sub priore marito appetentem: quod sane vulgo etiam existimabatur. Sed Agrippinam & abegisse post diuortium doluit; & semel omnino ex occurſu visam, adeo contentis & tumentibus oculis proſecutus est, vt custoditum sit, ne vniquam in conspectum eius posthac veniret. Cum Iulia primo concorditer & amore mutuo vixit: mox diffedit, & aliquanto grauius, vt etiam perpetuo secubaret, intercepto communis filii pignore, qui Aquileiæ natus infans extinctus est. Drusum fratrem in Germania amisit, cuius corpus pedibus toto itinere prægrediens, Romam vsq; peruenit. VIIII

Ciuium officiorum rudimentis regem Archelaum, Trallianos & Thessalos, varia quosque de causa Augusto cognoscente defendit. Pro Laodicenis, Thyatirenis, Chiis terræmotu afflictis, opemq; implorantibus, Senatam deprecatus est. Fannium L. 2. 21.
 Cæpionem, qui cum Varrone Muræna in Augustum conspirauerat, reum maiestatis apud Iudices fecit, & condemnauit. Interq; hæc duplicem curam administrauit: annonæ, quæ L. 2. 19.
 arctior inciderat, & repurgandorum tota Italia ergastulorum; quorum domini in inuidiam venerant, quasi exceptos Aug. p. 72. 22.
 supprimerent, non solum viatores, sed & quos sacramenti Inuel. Tit. 14. 24.
 metus ad huiusmodi latebras compulisset. Stipendia prima Tit. 7. 19. 7.

738. expeditione Cantabrica Tribunus militum fecit: deinde
 734. ducto ad Orientem exercitu, regnum Armenia Tigrani re-
 stituit, ac pro tribunali diadema imposuit. Receptit & signa;
 quæ M. Crasso ademerant Parthi. Posthæc comatam Gal-
 liam anno fere rexit, & barbarorum incursionibus & prin-
 cipum discordia inquietam. Exhinc Rhæticum Vindeli-
 cumq; bellum, inde Pannonicum; inde Germanicum gef-
 sit. Rhætico atque Vindelico, gentes Alpinas; Pannonico,
 Breucos & Dalmatas subegit. Germanico, quadraginta mil-
 lia deditiorū traiecit in Galliam, iuxtaq; ripam Rheni sedi-
 bus assignatis collocavit. quas ob res ouans, & curru urbem
 ingressus est, primus, vt quidam putant, triumphalibus or-
 namentis honoratus; nouo, nec antea cuiquam tributo ge-
 nere honoris. Magistratus & maturius inchoauit, & pæne
 iunctim percurrit, Quæsturam, Præturam, Consulatum: in-
 terpositoq; tempore, Cos. iterum, etiam tribunitiam po-
 testatem in quinquennium accepit. Tot prosperis con-
 stituentibus, integra ætate & validudine statuit repente secede-
 re, seq; e medio quam longissime amouere. Dubium, vxor-
 is ne rædio quam neque criminari aut dimittere auderet,
 neque ultra perferre posset; an vt vitato assiduitatis fastidio,
 auctoritatem absentia tueretur, atq; etiam augetet, si quan-
 do indignisset sui Resp. Quidam existimant, adultis iam Au-
 gusti liberis, loco & quasi possessione, vsurpati à se diu se-
 cundi gradus, sponte cessisse: exemplo M. Agrippæ, qui M.
 Marcello ad munera publica adinoto; Mitylenas abierit: ne
 aut obstarè, aut obire stare præsens videretur. Quam causam
 & ipse, sed postea, reddidit. Tunc autem honorum satieta-
 tem, ac requiem laborum prætendens, comæatum petiit.
 Neque aut matri suppliciter precanti, aut vitrico, deserui se
 etiam in Senatu conquerenti, veniam dedit. Quin & perti-
 nacius retinentibus, cibo per quadriduum abstinuit. Facta
 tandem abeundi potestate, relictis Romæ vxore & filio, con-
 festim

Vell. 2. 95.

731. 738.
740. 747.
748.

J. Ann. 1. 9. 11.

Vell. 2. 99.

festum Ostiam descendit: ne verbo quidem cuiquam prosequentium reddito, paucosque admodum in digressu osculatus. Ab Ostia oram Campaniæ legens, imbecillitate xi.

Augusti nuntiata, paullum substitit. Sed increbrescente rumore, quasi ad occasionem maioris spei commoraretur, tantum non aduersis tempestatibus Rhodum enauigauit, amœnitate & salubritate insulæ iam inde captus, cum ad eam ab Armenia rediens appulisset. Heic modicis contentus ædibus, nec multo laxiore suburbano, genus vitæ ciuile admodum instituit: sine liçtore aut viatore gymnasia interdum obambulans: mutuaq; cum Græculis officia vsurpans, Græculis inceptum domine
 prope ex æquo. Forte quodam in disponendo die, mane institutum dicitur nec ut
 prædixerat, *quicquid agrorum in ciuitate esset, visitare se velle:* Seneca l. 4. r. 3. no. Strabo l. 4. c. 24.
 id à proximis aliter exceptum est; iussique sunt omnes ægri in publicam porticum deferri, ac per valitudinum genera disponi. Percussus igitur inopinata re, diu quid ageret incertus, tandem singulos circuit: excusans factum etiam tenuissimo cuique, & ignoto. Vnum hoc tantum, neq; præterea quidquam notatum est, in quo exercuisse ius tribunitiæ potestatis visus sit. cum circa scholas & auditoria professorum assiduus esset, moto inter antisophistas grauiore iurgio, non defuit qui cum interuenientem & quasi studiosiorem partis alterius conuitio incesset. Sensim itaq; regressus domum, repente cum apparitoribus prodiit: citatumq; pro tribunali voce præconis conuitiatorem rapi iussit in carcerem. Competit deinde Iuliam vxorem ob libidines atque adulteria damnatam, repudiumq; ei suo nomine, ex auctoritate Augusti, remissum: & quamquam lætus animo, tamen officii duxit, quantum in se esset, exorare filiæ patrem frequentibus litteris, & vel vtcumq; meritæ, quidquid vniquam dono dedisset, concedere. Transacto autem tribunitiæ potestatis 751.
 tempore, confessus tandem *nihil aliud secessu deuissæ se quam amulationis cum Caio Lucioq; suspicionem, petiit, ut sibi*
 4 N 3 secu-

securo iam ab hac parte, corroboratis his, & secundum locum facile curantibus, permitteretur venifere necessitudines, quarum desiderio teneretur. Sed neq; impetrauit; vltroq; etiam admonitus est, dimitteret omnem curam suorum, quos tam cupi-

XII. *de reliquisset.* Remansit ergo Rhodi contra voluntatem: vix per matrem consecutus, vt ad velandam ignominiam, quasi legatus ab Augusto abesset. Enimvero tunc non priuatum modo, sed etiam obnoxium, & trepidum egit, mediterraneis agris additus, vitansq; præternauigantium officia, quibus frequentabatur assidue: nemine cum imperio, aut magistratu tendente quoquam, quin diuerneret Rhodum. Et accesserunt maioris sollicitudinis causa. Namq; priuignum Caium, Orienti præpositum, cum visendi gratia traiecisset Samum, alieniorem sibi sensit ex criminationibus M. Lollii comitis & rectoris eius. Venit etiam in suspicionem per quosdam beneficii sui centuriones, à comite castra repetentes, mandata ad complures dedisse ambigua, & quæ tentare singulorum animos ad nouas res viderentur. De qua suspicione certior ab Augusto factus, non cessauit efflagitare aliquem, cuiuslibet ordinis, custodem factis atq; dictis suis.

XIII. Equi quoque, & armorum solitas exercitationes omisit, redegitq; se, deposito patrio habitu ad pallium & crepidas: atq; in tali statu biennio fere permansit, contemptior in dies, & inuisior; adeo vt imagines eius & statuas Nemaufenses subuerterint: ac familiari quodam conuiuio mentione eius orta exstiterit, qui Caio pollicretur, *confestim se, si iuberet, Rhodum nauigatarum, caputq; exsulis* (sic enim appellabatur) *relaturum.* Quo præcipue, non iam metu, sed discriminæ, coactus est tam suis quam matris impensissimis precibus reditum exoptulare: impetrauitque, adiutus aliquantum etiam casu. Destinatum Augusto erat, nihil super ea re, nisi ex voluntate maioris filii, statuere. Is forte tunc M. Lollio offensior, facilis exorabilisq; in vitricum fuit. Permittente

tente ergo Caio, reuocatus est: uenit sub conditione, ne quam partem curamve Reip. attingeret. Rediit octauo XIV.
 post secessum annor, magna, nec incerta spe futurorum, 755-
 quam & offensis, & prædictionibus ab initio ætatis conceperat. Prægnans enim Liuia cum an marem editura esset, variis captaret omnibus, ouum incubanti gallinæ subductum, nunc sua nunc ministrarum manu per vices usque eo fouit quoad pullus insigniter cristatus exclusus est. Ac de infante Scribonius mathematicus præclare spondidit: *etiam regnarum quandoque, sed sine regio insigni*: ignota scilicet tunc adhuc Cæsarum potestate. Et ingresso primam expeditionem, ac per Macedoniam ducente exercitum in Syriam, accidit, ut apud Philippos sacratæ olim uicticium legionum aræ, sponte subitis collucerent ignibus: & mox cum Illyricum petens, iuxta Patauium adisset Geryonis oraculum, sorte tracta, qua monebatur ut de consultationibus in Aponi fontem ralos aureos iaceret; euenit ut summum numerum iacti ab eo ostenderent: hodieque sub aqua uisuntur ii tali. Ante paucos uero, quam reuocaretur, dies, aquila, nunquam antea Rhodi conspecta, in culmine domus eius assedit: & pridie, quam de reditu certior fieret, uermenta mutanti, tunica ardere uisa est. Thrasylum quoque mathematicum, quem ut sapientiæ professorem contubernio admouerat, tunc maxime expertus est, affirmantem naue præuisa gaudium afferri, cum quidem illum durius & contra prædicta cadentibus rebus, ut falsum & secretorum temere consciam, eo ipso momento, dum spaciatur una, præcipitare in mare destinasset. Romam reuersus, deducto in forum XV.
 filio Druso, statim è Carinis ac Pompeiana domo, Esquilias in hortos Mæcenatianos transmigravit: totumque se ad quietem contulit, priuata modo officia obiens ac publicorum munerum expertus, Caio & Lucio intra triennium defunctis, adoptatur ab Augusto simul cum fratre eorum M. Agrippa:

coactus prius ipse Germanicum fratris sui filium adoptare.
 Nec quidquam postea pro patrefamilias egit: aut ius, quod
 adoptione amiserat, ex vlla parte retinuit. Nam neque do-
 nauit, neq; manumisit: nec hereditatem quidem, aut legata
 percepit vlla aliter, quam vt peculio referret accepta. Nihil
 ex eo tempore prætermissum est ad maiestatem eius augen-
 dam, ac multo magis, postquam, Agrippa abdicato atq; se-
 posito, certum erat, vni spem successionis incumbere. Da-
 ra rursus potestas tribunitia in quinquennium: delegatus
 pacandæ Germaniæ status: Parthorum legati, mandatis Au-
 gusto Romæ redditis, eum quoq; adire in prouinciam iussi.
 Sed nuntiatæ Illyrici defectione, transit ad curam noui bel-
 li: quod grauissimum omnium externorum bellorum post
 Punica, per XV legiones, paremque auxiliorum copiam, tri-
 ennio gessit: in magnis omnium rerum difficultatibus, sum-
 maque frugum inopia. Et quamquam sæpius reuocaretur,
 ramen perseuerauit: metuens, ne vicinus & præualens hostis
 iustaret, vltro cedentibus. Ac perseuerantiæ grande pretium
 tulit: toto Illyrico, quod inter Italiam, regnumque Noricum,
 & Thraciam, & Macædoniam, interque Danubium flumen,
 & sinum maris Adriatici patet, perdomito & in ditionem
 redacto. Cui gloriæ amplior adhuc ex opportunitate
 cumulus accessit. Nam sub id fere tempus Quintilius Varus,
 cum tribus legionibus in Germania periit: nemine dubi-
 tante, quin victores Germani iuncturi se Pannoniis fuerint,
 nisi debellatum prius Illyricum esset. Quas ob res trium-
 phus ei decretus est, multique & magni honores. Censuerunt
 etiam quidam, vt *Pannonicus*, alii vt *Imicus*; nonnulli vt
Pius cognominaretur. Sed de cognomine intercessit Au-
 gustus, eo contentum repromittens, quod se defuncto susce-
 pturus esset. Triumphum ipse distulit, mœsta ciuitate clade
 Variana. Nihilominus urbem prætextatus, & laurea coro-
 natus intrauit; positumque in Septis tribunal, Senatu ad-
 stante,

stante, conscendit; ac medius inter duos Coss. cum Augusto simul sedit: unde, populo consalutato, circum templa deductus est. Proximo anno repetita Germania, cum

animaduerneret, Varianam cladem temeritate & negligentia ducis accidisse, nihil non de consilii sententia egit: semper alias sui arbitrii, contentusque se vno, tunc præter consuetudinem cum pluribus de ratione belli communicavit.

Curam quoq; solito exactiorem præstitit. Traiecturus Rhenum, commeatum omnem, ad certam formulam adstrictum, non ante transmisit, quam consistens apud ripam explorasset vehiculorum onera: ne qua deportarentur, nisi concessa aut necessaria. Trans Rhenum vero cum vitæ ordinem tenuit, vt sedens in cespite nudo cibum caperet: sæpe sine tentorio pernoctaret: præcepta sequentis diei omnia, & si quid subiti muneris iniungendum esset, per libellos daret: addita monitione, vt, *de quo quisque dubitaret, se nec alio interprete, quacumque vel noctis hora vteretur.* Disciplinam acerrime exegit: animaduersionum & ignominiarum

generibus ex antiquitate repetitis: atque etiam Legato legionis, quod paucos milites cum liberto suo trans ripam venatum misisset, ignominia notato. Prælia quamuis minimum fortunæ casibusq; permitteret, aliquanto constantius inibat, quoties lucubrante se, subito ac nullo propellente, decideret lumen, & exstingueretur. confidens, vt aiebat, ostento, sibi ac maioribus suis in omni ducatu expertissimo. Sed re prospere gesta, non multum abfuit, quin à Bruetero quodam occideretur: cui inter proximos versanti, & trepidatione detecto, tormentis expressa confessio est cogitati facinoris.

A Germania in urbem post biennium regressus, triumphum, quem distulerat, egit: prosequentibus etiam legatis, quibus triumphalia ornamenta impetrarat. Ac prius quam in Capitolium flecteret, descendit è curru, seq; præsidenti patri ad genua submisit. Batonem Pannonium ducem

ingra-

○

ingentibus donatum præmiis, Rauennam transtulit: gratiam referens, quod se quondam cum exercitu iniquitate loci circumclusum, passus esset euadere. Prandium dein populo mille mensis, & congiarium trecenos nummos viritim dedit. Dedicauit & Concordiæ ædem: item Pollucis

XXI. & Castoris, suo fratrisq; nomine, de manubiis. Ac non

766.

multo post lege per C o s s. lata, vt prouincias cum Augusto communiter administraret, simulq; censum ageret, condito lustro in Illyricum profectus est. Et statim exitinere reuocatus, iam quidem affectum, sed tamen spirantem adhuc

Tarit. 17. 2.

767.

Augustum reperit: fuitq; vna secreto per totum diem. Scio vulgo persuasum, quasi egresso post secretum sermonem Tiberio, vox Augusti per cubicularios exæpra sit: *Miserum populum Romanum, qui sub tam lentis maxillis erit.* Nec illud

Tarit. 10. 9. titu.

quidem ignoro, aliquos tradidisse, *Augustum palam nec dissimulante morum eius diritatem adeo improbasse, vt nonnumquam remissiores hilarioresque sermones superueniente eo abrumperet: sed expugnatum precibus uxoris adoptionem non abnuisse: vel etiam ambitione tractum, vt tali successore desiderabilior ipse quandoque fieret.* Adduci tamen nequeo quia existimem, circumspectissimum & prudentissimum principem, in tanto præsertim negotio, nihil temere fecisse: sed vitii virtutibusq; Tiberii perpenfis, potiores duxisse virtutes: præsertim cum & Reip. causa adoptare se eum pro concione iurauerit: & epistolis aliquot, vt peritissimum res militaris, vtque unicum populi Rom. presidium prosequatur. Ex quibus in exemplum pauca hinc inde subieci. Vale iucundissime

Vale. 104.

Mibi Musiq; rem administrans militarem.

& tantam militantium securitatem

Tiberi. & rem gere feliciter, *ἡτοιμασέναι τῶν Μίμωνος στρατηγῶν.* Iucundissime, & ita sim felix, vir fortissime, & dux *ὑψηλότητι,* Vale. & Ordinem astiuorum tuorum? Ego vero, mi Tiberi, & inter tot rerum difficultates, ἢ τοσαύτων παθῶν τῶν στρατοπέδων potuisse quemquam prudentius gerere se, quam tu gesseris, existimo.

frimo. Hi quoq̄, qui tecum fuerunt omnes, confitentur versum illum in te posse dici,

Unus homo nobis vigilando restituit rem.

Siue, inquit, quid incidit, de quo sit cogitandum diligentius, siue quid stomachor valde, medius fidius Tiberium meum desidero: succurritq̄, versus ille Homericus,

Τότε δ' ἰασημένιοι, καὶ ἐκ πυρὸς αἰδομένοι
Ἄμφο' νοσήσαντες, ἐπεί πᾶσι οἴδε νόσση.

Ιλιάδ. 10. v. 24. 5
Hoc comitan-
te vel ex igne
ardenti ambo
reuerterentur:
prudens enim
est in circum-
spiciendo.

*Attenuatum te esse continuatione laborum, cum audio & lego, Diis me perdant nisi cohorrescit corpus meum: teq̄ rogo, ut parcas tibi: ne si te languere audierimus, & ego & mater tua exspiremus, & de summa imperii sui populus Rom. periclitetur. Nihil interest valeam ipse nec ne, si tu non valebis. Deos obsecro, ut te nobis conferrent, & valere nunc & semper patientur, si non populum Rom. perosi sunt. Excessum Augusti non prius palam fecit quam Agrippa iuvene interemto. Hunc Tribunus militum custos appositus occidit, lectis codicillis, quibus, ut id faceret, iubebatur. Quos codicillos dubium fuit, Augustusne moriens reliquisset, quo materiam tumultus post se subduceret: an nomine Augusti Liuia, & ea conficio Tiberio an ignaro, dictasset. Tiberius renuntianti Tribuno factum esse quod imperasset, Neque imperasse se, & redditurum eum Senatui rationem respondit: inuidiam scilicet in presentia vitans. Nam mox silentio rem obliteravit. Iure autem tribunitiæ potestatis coacto Senatu, inchoataque allocutione, derepente velut impar dolori congemuit: utque non solum vox, sed & spiritus deficeret, optavit: ac perlegendum librum Druso filio tradidit. Illatum deinde Augusti testamentum, non admissis signatoribus nisi senatorii ordinis, cæteris extra curiam signa agnoscentibus, recitavit per libertum. Testamenti initium fuit: *Quoniam sinistra Fortuna Caium & Lucium filios mihi eripuit, Tiberius**

XXIII.

Cesar mihi ex parte dimidia, & sextante heres esto. Quo & ipso aucta est suspicio opinantium, successorem adscitum eum necessitate magis, quam iudicio: quando ita præfari

XXIV. *non abstinerit. Principatum, quantum neq; occupare confestim, neque agere dubitasset, & statione militum, hoc est, vi & specie dominationis assumpta, diu tamē recusavit impudentissimo animo: nunc adhortantes amicos increpans, ut ignaros, quanta bellua esset Imperium; nunc precantem Senatum, & procumbentem sibi ad genua, ambiguis responsis & callida cunctatione suspendens: ut quidam patientiam rumperent, atque vnus in tumultu proclamaret, Aut agat, aut desistat: alter coram exprobraret, Ceteros quod polliciti sint, tarde præstare: sed ipsum quod præster, tarde polliceri.*

Tandem quasi coactus, & querens miseram & onerosam in-
itanti sibi seruitutem, recepit imperium: nec tamen aliter, quam vt depositurum se quandoque spem faceret. Ipsius verba sunt hæc: Dum veniam ad id tempus, quo vobis æquum

XXV. *possit videri, dare vos aliquam senectuti meæ requiem. Cunctandi causâ erat metus vndique imminentium discrimi-*

*num: vt sæpe Lupum se auribus tenere diceret. Nam & ser-
 vus Agrippæ, Clemens nomine, non contemnendam ma-*

*num in vltionem domini compararat: & L. Scribonius Libo, vir nobilis, res novas clam moliebatur: & duplex seditio militum in Illyrico & in Germania exorta est. Flagitabant ambo exercitus multa extra ordinem: ante omnia, vt æqua-
 rentur stipendio prætorianis Germaniciani. Quidam etiam principem detrectabant non à se datum: summaq; vi Germanicum, qui tum iis præerat, ad capeffendam Remp. per-*
urgebant, quamquam obfirmare resistentem. Quem maxime casum timens, partes sibi, quas Senatui liberet, tuendas in Rep. depoposcit: quando vniuersæ sufficere solus nemo posset: nisi cum altero, vel etiam cum pluribus. Simulauit & valitudinem, quo æquiore animo Germanicus celerent.

succes-

Facit. ii. ii. 2. 29.
Vell. 2. 124.

Facit. ii. ii. 2. 29.

Facit. ii. ii. 2. 29.

Facit. ii. ii. 2. 29.

ſucceſſionem, vel certe ſocietatem Principatus, operiretur. Compoſitis ſeditionibus, Clementem quoque, fraude deceptum, redegit in poteſtatem: Libonem, ne quid in nouitate acerbius fieret, ſecundo demum anno in Senatu coarquit, medio temporis ſpatio tantum cauere contentus. Nam & inter Pontifices ſacrificanti ſimul, pro ſecreſpita plumbum cultrum ſubiiciendum curauit: & ſecretum petenti non niſi adhibito Druſo filio dedit; dextramq; obambulantem, veluti incumbens, quoad perageretur ſermo, continuit. Verum liberatus metu, ciuilem admodum inter initia ac XXVI. paullo minus quam priuatum egit. Ex plurimis maximisq; honoribus, præter paucos & modicos non recepit. Natalem ſuum plebeiis incurrentem Circenſibus, vix vnus bigæ adiectione honorari paſſus eſt. Tempora, flamines, ſacerdotes decerni ſibi prohibuit: etiam ſtatuas, atque imagines, niſi permittente ſe poni: permiſitq; ea ſola conditione, ne inter ſimulacra Deorum, ſed inter ornamenta ædium ponerentur. Interceſſit & quo minus in acta ſua iuraretur: & ne mensis September *Tiberius*; October *Liuius*, vocarentur. Prænomen quoq; IMPERATORIS, cognomenq; PATRIS PATRIÆ, & ciuicam in veſtibus coronam reſuſcitauit. Ac ne AUGUSTI quidem nomen, quamquam hereditarium, vllis, niſi ad reges ac dynaſtas epistoſis, addidit. Nec amplius quam omnino tres Conſulatus, vnum paucis diebus, alterum tribus menſibus, tertium abſens vſque in Idus Martias geſſit. XXVII. Adulationes adeo auerſatus eſt, vt neminem Senatorum aut officii aut negotii cauſa ad læticam ſuam admiſerit: conſularem vero ſatisfacientem ſibi, ac per genua orare conantem, ita ſuffugerit, vt caderet ſupinus: atq; etiam ſi quid in ſermone, vel in continua oratione blandius de ſe diceretur, non dubitaret interpellare; ac reprehendere, & commutare continuo. *Dominus* appellatus à quodam, denuntiauit *ne ſe amplius conſumelia cauſa nominaret.* Alium dicen-

dicentem, *sacras eius occupationes: & rursus alium, auctore*
eo Senatū se adisse, verba mutare, & pro auctore, suasorem;
 XXVIII. *pro sacris, laboriosas dicere coëgit. Sed aduersus conui-*

tia malosq; rumores & famosa de se ac suis carmina firmus
ac patiens, subinde iactabat: In ciuitate libera linguam men-
temq; liberam esse debere. Et quondam Senatu cognitionem
de eiusmodi criminibus ac reis flagitante: Non tantum, in-
quit, otii habemus, ut implicare nos pluribus negotiis debeamus.
Si hanc fenestram aperueritis, nihil aliud agi sinetis: omnium
inimicitia hoc prætexitu ad vos deferentur. Exstat & sermo
eius in Senatu percuiilis: Siquidem locutus aliter fuerit, dabo
operam, ut rationem factorum meorum dictorumq; reddam: si
 XXIX. *persenerauerit, inuicem eum odero.* Atque hæc eo nota-

biliora erant, quod ipse in appellandis venerandisq; singu-
lis & vniuersis, prope excefferat humanitatis modum. Dif-
sentiens in curia à Q. Haterio, Ignoscas, inquit, rogo, si quid
aduersus te liberius, sicut Senator, dixerō. Et inde omnes al-
loquens, Dixi & nunc & saepe alias P. C. bonum & salutarem
Principem, quem vos tanta & tam libera potestate instruxistis,
Senatui seruire debere, & vniuersis ciuibus saepe, & plerumq;
etiam singulis: neque id dixisse me pœnitet, & bonos & aquos
 XXX. *& fauentes vos habui dominos, & adhuc habeo.* Quin etiam

speciem libertatis quandam induxit, conseruatis Senatui ac
Magistratibus & maiestate pristina & potestate: neque tam
paruum quidquam, neque tam magnum publici priuatiq;
negotii fuit, de quo non ad P. C. referretur. De vectigalibus
ac monopoliis, de exstruendis reficiendisve operibus; etiam
de legendo vel exauctorando milite; ac legionum & auxi-
liorum descriptione: denique quibus imperium prorogari,
aut extraordinaria bella mandari; quid & qua forma Re-
gum litteris rescribi placeret. Præfectum alæ, de vi & rapi-
nis reum; causam in Senatu dicere coëgit. Numquam cu-
riam nisi solus intrauit: lectica quondam introlatus æger,

comi-

cōmites à se remouit. Quædam aduersus sententiam
 suam decerni ne questus quidem est. Negante eo, destina-
 tos Magistratus abesse oportere, vt præsentis honori acqui-
 escerent; Prætor designatus liberam legationem impetrauit.
 Iterum censente, vt Trebianis legatam in opus noui theatri
 pecuniam ad munitionem viæ transferre concederetur, ob-
 tinere non potuit quin rata voluntas legatoris esset. Cum
 Senatusconsultum per discessionem forte fieret, transeun-
 tem eum in alteram partem, in qua pauciores erant, secutus
 est nemo. Cætera quoque non nisi per Magistratus & iure
 ordinatio agebantur: tanta Coss. auctoritate, vt legati ex
 Africa adierint eos, querentes *trahi se à Casare, ad quem missi
 forent.* Nec mirum, cum palam esset ipsum quoque eisdem
 assurgere & decedere via. Corripuit consulares exerci-
 tibus præpositos, quod non de rebus gestis Senatui scriberent:
 quodq; de tribuendis quibusdam militaribus donis
 ad se referrent: quasi non omnium tribuendorum ipsi ius
 haberent. Prætores collaudauit, quod honore inito consuetudinem
 antiquam retulisset de maioribus suis pro concione memorandi.
 Quorundam illustrium exsequias vsque ad rogum frequentauit.
 Parem moderationem minoribus quoq; & personis & rebus exhibuit.
 cum Rhodiorum Magistratus, quod litteras publicas sine subscriptione
 ad se dederant, euocasset, ne verbo quidem insectatus, ac tantummodo
 iussos subscribere, remisit. Diogenes grammaticus disputare
 sabbatis Rhodi solitus, venientem, vt se extra ordinem audiret,
 non admiserat: ac per seruulum suum in septimum diem distulerat.
 Hunc Romæ salutandi sui causa pro foribus adstantem, nihil
 amplius, quam *vt post septimum annum rediret,* admonuit.
 Præsidibus onerandas tributo prouincias suadentibus
 rescripsit: *Boni pastoris esse condere pecus, non de galubere.*
 Paullatim Principem exerciuit, præstititque: etsi varium diu,
 commodiorem tamen sapius, & ad uti-

XXXI.

XXXII.

XXXIII.

*ne peditig in sententia
 alibi.*

6. f. 4. 7.

N.

ad utilitates publicas prouidens. Ac primo eatenus interueniebat, ne quid perperam fieret. Itaque & constitutiones quasdam Senatus rescidit: & Magistratibus pro tribunali cognoscentibus plerumque se offerebat consiliarium, affidebatq; mistim, vel ex aduerso in parte primori: & si quem reorum elabi gratia rumor esset, subitus aderat; iudicesque aut e plano, aut e quaesitoris tribunali, legum & religionis, & noxae, de qua cognoscerent, admonebat: atque etiam, si qua in publicis moribus desidia aut mala consuetudine labarent, corrigenda suscepit.

xxxiv.

Ludorum ac munerum impensas corripuit: mercedibus scenicorum rescissis, paribusq; gladiatorum ad certum numerum redactis. Corinthiorum valorum pretia in immensum exarsisse, tresq; millos XXX millibus nummum venisse, grauiter conquestus, adhibendum suppellectili modum censuit; annonamque macelli, Senatus arbitratu, quotannis temperandam: dato Aedilibus negotio, popinas ganeasq; vsque eo inhibendi, vt ne opera quidem pistoria, proponi venalia sinerent. Et vt parcimoniam publicam exemplo quoque iuaret, solennibus ipse coenis pridiana saepe ac semel opsonia apposuit, dimidiatumq; aprum: affirmans, *Omnia eadem habere, quae totum.* Quotidiana oscula prohibuit edicto: item strenarum commercium, ne vltra Kalend. Iannarias exerceretur. Consueuerat & quadruplam strenam & de manu reddere: sed offensus interpellari se toto mense ab iis, qui potestatem sui

xxxv.

die festo non habuissent, vltra non reddidit. Matronas prostratae pudicitiae, quibus accusator publicus deesset, vt propinqui more maiorum de communi sententia coercerent, auctor fuit. Equiti Rom. iurisiurandi gratiam fecit, vt uxorem in stupro generi compertam dimitteret, quam se numquam repudiaturum ante iurauerat. Foeminae famosae, vt ad euitandas legum poenas iure ac dignitate matronali

Tacit. Ann. 2. 8.

exsoluerentur, lenocinium profiteri coeperant: & ex iuuentute

aute vtriusq; ordinis profligatissimus quisque, quo minus in
 opera scenæ arenæq; edenda Senatusconsulto tenerentur,
 famosi iudicii notam sponte subibant. eos eaq; omnes; ne
 quod refugium in tali fraude cuiquam esset, exsilio affecit.
 Senatori latum clauum ademit, cum cognouisset sub Ka-
 lend. Iulii demigrasse in hortos, quo vilius post diem ædes
 in vrbe conduceret. Alium & Quæsturam mouit, quod vxo-
 rem pridie sortitione ductam, postridie repudiasset. Ex-
 ternas cærimonias, Ægyptios Iudaicosq; ritus compescuit:
 coactis, qui superstitione ea tenebantur, religiosas vestes
 cum instrumento omni comburere. Iudæorum iuuentu-
 tem, per speciem sacramenti, in prouincias grauioris cæli
 distribuit: reliquos gentis eiusdem, vel similia sectantes, vr-
 be submouit, sub pœna perpetuæ seruitutis, nisi obtempe-
 rassent. Expulit & mathematicos: sed deprecantibus, ac se-
 artem desituros promittentibus, veniam dedit. In pri-
 mis tuendæ pacis à grassaturis ac latrociniiis seditionumq;
 licentia curam habuit. Stationes militum per Italiam soli-
 to frequentiores disposuit. Romæ castra constituit, quibus
 Prætorianæ cohortes, vagæ ante id tempus, & per hospitia
 dispersæ, continerentur. Populares tumultus exortos, gra-
 uissime coërcuit: & ne orirentur, sedulo cauit. Cæde in the-
 atro per discordiam admissa, capita factionum & histriones,
 propter quos dissidebatur, relegauit: nec vt reuocaret, vni-
 quam vllis populi precibus potuit euinci. Cum Polentina
 plebs funus cuiusdam primipilaris non prius ex foro misis-
 set, quam extorta pecunia per vim heredibus ad gladiato-
 rium munus: cohortem ab vrbe, & aliam à Cœtii regno, dis-
 simulata itineris caussa, detectis repente armis, concinenti-
 busq; signis, per diuersas portas in oppidum immisit: ac par-
 tem maiorem plebis ac decurionum in perpetua vincula
 coniecit. Aboleuit & ius moremque asylorum, quæ vsquam
 erant. Cyzicenis in ciues Romanos violentius quædam

aufis, publice libertatem ademit, quam Mithridatico bello meruerant. Hostiles motus, nulla postea expeditione suscepta, per legatos compescuit: nec per eos quidem, nisi cunctanter & necessario. Reges infestos suspectosq; comminationibus magis & querelis, quam vi repressit. Quosdam per blanditias atq; promissa extractos ad se non remisit: vt Maraboduum Germanum, Thracypolim Thracem, Archelaum Cappadocem; cuius etiam regnum in formam provinciae redegit.

XXXVIII.

Biennio continuo post adeptum imperium, pedem porta non extulit: sequente tempore, præterquam in propinqua oppida, & cum longissime, Antio tenuisquam abfuit: idq; per raro & paucos dies, quamuis provincias quoq; & exercitus renisurum se sæpe pronuntiaffer: & prope quotannis profectiorem præpararet; vehiculis comprehensis, comitatibus per municipia & colonias dispositis. Ad extremum vota pro itu & reditu suo suscipi passus, vt vulgo iam per iocum *Callipides* vocaretur: quem curritare ac ne cubiti quidem mensuram progredi, proverbio Græco notatum est. Sed orbatu utroque filio; quorum

Germanicus in Syria; Drusus Romæ obierat, secessum Campaniæ petiit; constanti & opinione & sermone pæne omnium, quasi neque rediturus vñquam, & cito mortem etiam obiturus: quod paullo minus vtrumque evenit. Nam neque Romam amplius rediit: sed & paucos post dies iuxta Terracinam in prætorio, cui speluncæ nomen erat, incœnante eo, complura & ingentia saxa fortuito superne delapsa sunt: multisq; conuiatum & ministrorum elisis, præter spem euasit.

XL.

Peragrata Campania, cum Capuæ Capitolium, Nolæ templum Augusti, quam causam profectiōnis prætenderat, dedicasset, Capreas se contulit: præcipue delatus insula, quod vñ o paruoq; littore adiretur, septa vndiq; præruptis immensæ altitudinis rupibus, & profundo maris. Statimq; reuocante assidua obtestatione populo, propter

cladem,

Cic. de Nat. lib. 1. c. 12.
 Callipides
 Cic. de Nat. lib. 1. c. 12.
 Callipides
 Cic. de Nat. lib. 1. c. 12.
 Callipides
 Cic. de Nat. lib. 1. c. 12.
 Callipides
 Cic. de Nat. lib. 1. c. 12.
 Callipides
 Cic. de Nat. lib. 1. c. 12.
 Callipides

cladem, qua apud Fidenas supra XX hominum millia, gladiatorio munere, amphitheatri ruina perierant, transiit in continentem, potestatemq; omnibus adeundi sui fecit: tanto magis quod ab vrbe egrediens, ne quis se interpelleret, edixerat, ac toto itinere adeuntes submouerat. Regressus in insulam, Reip. quidem curam vsq; adeo abiecit, vt postea non decurias equitum vnquam supplerit; non Tribunos militum præfectosque, non prouinciarum præsidēs vllos mutauerit; Hispaniam & Syriam per aliquot annos sine Consularibus Legatis habuerit: Armeniam à Parthis occupari, Mœsiam à Dacis Sarmatisque; Gallias à Germanis vastari neglexerit: magno dedecore imperii, nec minori discrimine.

Cæterum secreti licentiam nactus, & quasi ciuitatis oculis remotus, cuncta simul vitia male diu dissimulata, tandem profudit: de quibus sigillatim ab exordio referam. In castris tiro etiam tum, propter mimiã vini auditatem, pro Tiberio, *Biberius*; pro Claudio, *Caldius*; pro Nerone, *Mero* vocabatur. Postea princeps in ipsa publicorum morum correctione cum Pomponio Flacco & L. Pisonē noctem continuamq; biduum epulando potandoq; consumsit: quorum alteri Syriam prouinciam, alteri præfecturam vrbis confestim detulit, codicillis quoq; *incundissimos & omnium horarum amicos* professus. Sestio Gallo libidinoso, ac prædigo seni, olim ab Augusto ignominia notato, & à se ante paucos dies apud Senatum increpito, cœnam ea lege condixit, ne quid ex consuetudine immutaret aut demeret: vtq; nudis puellis ministrantibus cœnaretur. Ignotissimum *Questuræ* candidatum nobilissimis anteposuit, ob epotam in conuiuio, propinante se, vini amphoram. A sellio Sabino *æs ducenta* donauit, pro dialogo, in quo boleti, & ficedulæ, & ostreæ, & turdi certamen induxerat. Nouum deniq; officium instituit à *voluptatibus*, præposito equite Rom. T. Cæsonio Prisco.

Seccessu vero Capreensi, etiam sellariam

excogitavit sedem arcanarum libidinum: in quam vndique
conquisiti puellarum & exoletorum greges, monstrosique
concupitus repertores, quos *spintrias* appellabat, triplici se-
rie connexi, inuicem incestarent se coram ipso, vt ad spectu
deficientes libidines excitaret. Cubicula plurifariam dispo-
sita tabellis ac sigillis lasciuissimarum p̄jecturarum & figura-
rum adornauit, librisque Elephantidis instruxit: ne cui in-
opera c̄denda exemplar impetratæ schemæ deesset. In siluis
quoq; ac nemoribus passim Venereos locos conueniens
est, prostantesq; per antra & cauas rupes, ex vtriusque sexus
pube, Paniscorum & Nympharum habitu: palamq; iam &
vulgato nomine insulæ abutentes, *Caprineum* dictabant.

XIV. Maiore adhuc & turpiore infamia flagrauit: vix vt referri
audiriue, ne dum credi fas sit. Quasi pueros primæ teneri-
tudinis, quos *psisculos* vocabat, institueret, vt naranti sibi in-
ter femina versarentur, ac luderent; lingua morsuque sen-
sim appetentes: atque etiam quasi infantes firmiores, nec
dum tamen lacte depulsos, inguini ceu papillæ admoueret:
pronior sane ad id genus libidinis & natura & ætate. Quare
Parrhasii quoque tabulam, in qua Meleagro Atalanta ore
morigeratur, legatam sibi sub conditione, vt si argumento
offenderetur, decies pro ea rs acciperet: non modo prætu-
lit, sed & in cubiculo dedicauit. Fertur etiam in sacrificando
quondam captus facie ministri, acerram præferentis, ne quis-
se abstinere, quin p̄æne vix dum re diuina peracta, ibidem
statim seductum constupraret, simulq; fratrem eius tibici-
nem: atque vtrique mox, quod mutuo flagitium exprobra-

XLV. bant, crura fregisse. Foeminarum quoque, & quidem
illustrium, capitibus quantopere solitus sit illudere, euiden-
tissime apparuit, Malloniæ cuiusdam exitu: quam perdu-
ctam, nec quidquam amplius pari constantissime recusantem,
delatoribus obiecit: ac ne ream quidem interpellare
c̄sult, *Ecquid paniteret?* donec ea, relicto iudicio, domum

se ar-

se arripuit, ferroque transegit, obscenitate oris hirsuto atq;
 olido seni clare exprobrata. Unde nota in Atellanico exodio
 proximis ludis assensu maximo excepta, percrebuit: *Hircum*
vesulam capris naturam ligurire. Pecuniæ parcus ac te- XLVI.
 nax, comites peregrinationum expeditionumq; numquam
 salario, cibariis tantum, sustentavit: vna modo liberalitate
 ex indulgentia vitrici prosecutus; cum tribus classibus factis
 pro dignitate cuiusq; primæ sexcenta sestertia, secundæ qua-
 dringenta distribuit, ducenta tertiæ, quàm non amicorum,
 sed *gratorum* appellabat. Princeps neque opera vlla ma- XLVII.
 gnifica fecit. Nam & quæ sola susceperat, Augusti templum,
 restitutionemq; Pompeiani theatri, imperfecta post tot an-
 nos reliquit: neque spectacula omnino edidit: & iis, quæ ab
 aliquo ederentur, rarissime interfuit, ne quid exposceretur;
 utique postquam comœdum Actium coactus est manumit-
 tere. Paucorum Senatorum inopia sustentata, ne pluribus
 opem ferret, negavit se aliis subuenturum; nisi Senatui iu-
 stas necessitatum causas probassent. Quo peracto plerosq;
 modestia & pudore deterruit: in quibus Ortalum, Q. Hor-
 tensii oratoris nepotem, qui permodica re familiari, aucto-
 re Augusto, quatuor liberos tulerat. Publice munificen- XLVIII.
 tiam bis omnino exhibuit: proposito milies HS gratuito in
 triennii tempus: & rursus quibusdam dominis insularum,
 quæ in monte Coelio deflagrant, pretio restituro. Quorum
 alterum magna difficultate nummaria populo auxilium fla-
 gitante coactus est facere, cum per Senatusconsultum san-
 xisset, vt fœneratores duas patrimonii partes in solo collo-
 carent, debitores totidem æris alieni statim soluerent, nec
 res expediretur: alterum ad mitigandam temporum atroci-
 tatem. Quod tamen beneficium tanti æstimavit, vt mon-
 tem Coelium appellatione mutata vocari *Augustum* iusserit.
 Militi post duplicata ex Augusti testamento legata nihil un-
 quam largitus est, præterquam singula millia denariorum

pratorianis, quod Sciano se non accommodassent: & quaedam munera Syriacis legionibus, quod solæ nullam Sciani imaginem inter signa coluissent: atque etiam missiones veteranorum rarissimas fecit, ex senio mortem; ex morte compendium captans. Ne prouincias quidem vlla liberalitate subleuauit: excepta Asia, disiectis terræ motu ciuitatibus. XLIX. Procedente mox tempore etiam ad rapinas conuertit animum. Sat constat, Cn. Lentulum augurem, cui census maximus fuerit, metu & angore ad fastidium vitæ ab eo actum, & vt ne quo nisi ipso herede moreretur. Condemnatam & generosissimam foeminam Lepidam, in gratiam Quirini consularis prædiuitis, & orbi, qui dimissam eam è matrimonio post vigesimum annum veneni olim in se comparati arguebat: præterea Galliarum & Hispaniarum, Syriæq; & Græciæ principes confiscatos ob tam leue ac tam impudens calumniarum genus; vt quibusdam non aliud sit obiectum, quam quod partem rei familiaris in pecunia haberent: plurimis etiam ciuitatibus & priuatis veteres immunitates & ius metallorum ac vectigalium adempta. sed & Vononem, regem Parthorum, qui pulsus à suis, quasi in fidem pop. Rom. cum ingenti gaza Antiochiam se receperat, L. spoliatum perfidia, & occisum. Odium aduersus necessitudines, in Druso primum fratre detexit; prodita eius epistola, qua secum de cogendo ad restituendam libertatem Augusto agebat: deinde & in reliquis. Iuliæ vxori tantum abfuit, vt relegata, quod minimum est, officii aut humanitatis aliquid impertiret, vt ex constitutione patris vno oppido clausam, domo quoque egredi; & commercio hominum frui vetuerit: sed & peculio concesso à patre præbitisq; annuis fraudauit, per speciem publici iuris, quod nihil de his Augustus testamento cauisset. Matrem Lijam grauatus, velut partes sibi æquas potentiz vindicantem, & congressum eius assiduum vitauit: & longiores secretioresq; ser-

mones,

mones, ne eius consiliis, quibus tantum interdum & ægri solebat, regi videretur. Tulit etiam perindigne actum à Senatu, vt titulis suis quasi *Augusti* ita & *Liuiæ filius* adijceretur. Quare non *parentem patriæ* appellari, non vllum insignem honorem recipere publice passus est. Sed & frequenter admonuit, *quod non maioribus, nec feminae convenientibus negotiis abstineret*: præcipue vt animaduertit incendio iuxta ædem Vestæ & ipsam interuenisse, populumq; & milites quo enixius opem ferrent adhortatam, sicut sub marito solita esset. Dehinc ad simultatem vsque processit, hac LE. vt ferunt, de causa: Instanti sæpius, vt ciuitate donatum in decurias allegeret, negauit alia se conditione alleclurum, quam si pateretur adscribi albo, *extorsum id sibi à matre*. At illa commota, veteres quosdam ad se Augusti cõdicillos de acerbitate & intolerantia morum eius è sacratio protulit, atque recitauit. Hos & custoditos tandem, & exprobratos tam infeste, adeo grauitertulit, vt quidam putent inter causas secessus hanc ei vel præcipuam fuisse. Toto quidem triennio, quo viuente matre absuit, semel omnino eam, nec amplius quam vno die, ac paucissimis vidit horis: ac mox, neque ægræ adesse curauit, defunctamque, & dum aduentus sui spem facit, complurium dierum mora, corrupto demum & tabido corpore funeratam prohibuit consecrari: quasi id ipsa mandasset. Testamentum quoque eius pro irrito habuit, omnesq; amicitias & familiaritates, etiam quibus ea funeris curam moriens demandarat, intra breue tempus afflixit: vno ex his equestris ordinis viro & in astliam condemnato. LII. Filiorum neque naturalem Drusum, neque ad LIII. opinum Germanicum patriæ charitate dilexit: Alterius vitis infensus: nam Drusus animi fluxioris, remissiorisq; vitæ erat. Itaq; nec mortuo quidem perinde affectus est: sed tantum non statim à funere ad negotiorum consuetudinem rediit, iustitio longiore inhibito. Quin & *Liensum* legatis paullo

paullo serius consolantibus, quasi oblitterata iam dolotis memoria irridens: *Se quoque* respondit *vicem eorum dolere, quod egregium eiuem Hectorem amisissent*. Germanico vsque adeo obtrectauit, vt præclara facta eius pro superuacuis eleuaret: & gloriosissimas victorias, ceu damnosas Reip. increparet. Quod vero Alexandriam, propter immensam & repentinam famē, inconsulto se adisset, questus est in Senatu. Etiam, causa mortis fuisse ei per Cn. Pisonem legatum Syriæ creditur: quem mox huius criminis reum putant quidam mandata prolaturum, nisi ea secreta obstarent. Per quæ multifariam increpitem, & per noctes creberrime acclamatum est, *Redde Germanicum*. Quam suspicionem confirmauit ipse postea: coniuge etiam ac liberis Germanici crudelē in modum afflictis.

LIII. Nurus Agrippinam, post mortem mariti, liberius quiddam questam, manu apprehendit; Græcoque versu, *Si non dominaris*, inquit, *filiole, iniuriam te accipere existimas?* Nec vllō mox sermone dignatus est. Quondam vero inter cocnam porrecta à se poma gustare non ausam etiam vocare desuit, simulans, se veneni criminis æcerisum: cum præstructum vtrumque consulto esset, vt & ipse tentandi gratia offerret, & illa quasi certissimum exitium caueret. Nouissime calumniatus, modo ad statuam Augusti, modo ad exercitus confugere, velle, Pandatariam relegauit: conuitiantiq; oculum per centurionem verberibus excussit. Rursus mori inedia destinanti, per vim ore diducto, insulciri cibum iussit. Sed & perseuerantem, atque ita absumtam, criminosisime insectatus est, cum diem quoque natalem eius inter nefastos referendum suassisset. Imputauit etiam, quod non laqueo strangulatam in Gemonias abiicerit: proq; tali clementia interponi decretum passus est, quo sibi gratiæ agerentur, & Capitolino Ioui donum ex

LIV. aurō sacraetur. Cum ex Germanico tres nepotes, Nerōnem & Drusum & Caium; ex Druso vnum Tiberium

habe-

haberet; destitutus morteliberorum, maximos natu de Germanici filiis, Neronem & Drusum P. C. commendauit: diemq; vtriusque tirocinii, congiario plebi dato, celebravit. Sed vt comperit, incunte anno, pro eorum quoque salute publice vota suscepta; egit cum Senatu, *Non debere salia premia tribui, nisi expertis & aetate prouectis*: atque ex eo, patefacta interiore animi sui nota, omnium criminationibus obnoxios reddidit: variaq; fraude inductos, vt & concitarentur ad conuitia & concitati perderentur, accusauit per litteras, amarissime congestis etiam probris, & iudicatos hostes fame necauit: Neronem, in insula Pontia, Drusum, in ima parte Palatii. Putant Neronem ad voluntariam mortem coactum, cum ei carnifex, quasi ex Senatus auctoritate missus, laqueos & vncos ostentaret: Druso autem adeo alimenta subducta, vt tomentum è culcita tentauerit mandere: amborum sic reliquiis dispersis, vt vix quandoque colligi possent. Super veteres amicos ac familiares, viginti sibi LV. è numero principum ciuitatis depoposcerat, velut consiliarios in negotiis publicis. Horum omnium vix duos aut tres incolumes præstitit: cæteros, alium alia de causa perculit. Inter quos cum plurimorum clade Ælium Seianum, queni ad summam potentiam, non tam beneuolentia prouexerat, quam vt esset, cuius ministerio ac fraudibus liberos Germanici circumueniret: nepotemq; suum ex Druso filium naturalem ad successionem imperii confirmaret. Nihilo LVI. lenior in conuictores Græculos, quibus vel maxime acquiescebat. Zenonem quendam exquisitius sermocinantem, cum interrogasset, *quenam illa tam molesta dialectos esset*; & ille respondisset, *Doridem*; relegauit Cinariam: existimans exprobratum sibi veterem secessum, quod Dorice Rhodii loquantur. Item cum soleret ex lectione quotidiana quæstiones super cœnam proponere; comperissetque, Seleucum grammaticum à ministris suis perquirere quos

Q — quo-

quoque tempore tractaret auctores, atque ita præparatum venire: primum à contubernio remouit, deinde etiam ad

*Intum san-
guine per-
missum.*

LVII. mortem compulit: Sæua ac lenta natura ne in puero quidem latuit: quam Theodorus Gadareus rhetoricæ præceptor & perspexisse primus sagaciter, & assimilasse aptissime visus est: subinde in obiurgando appellans eum, *πυλὸν αἵματι περιεσμένον.* Sed aliquanto magis in principe eluxit, etiam inter initia, cum adhuc fauorem hominum moderationis simulatione captaret. Scurram, qui prætereunte funere elato mortuo mandarar vt nuntiaret Augusto, *nondum reddi legata, qua plebi reliquisset*, attractum ad se, recipere debitum ducique ad supplicium imperauit, & patri suo verum referre. Nec multo post in Senatu Pompeio cuidam, equiti Romano, quiddam perneganti, dum vincula minatur, affirmauit fore, *vt ex Pompeio Pompeianus fieret*: acerba cauillatione simul hominis nomen incessens, veterumque

LVIII. partium fortunam. Sub idem tempus, consulente Prætoze, an iudicia maiestatis cogi iuberet, *exercendas esse leges* respondit, & atrocissime exercuit. Statuæ quidam Augusti caput demserat, vt alterius imponeret. Acta res in Senatu. Et quia ambigebatur, per tormenta quæ sita est. Damnato reo, paullatim hoc genus calumniæ eo processit, vt hæc quoque capitalia essent: circa Augusti simulacrum seruum cecidisse; vestimenta mutasse; nummo vel anulo effigiem impressam, latrinæ aut lupanari intulisse; diuim vllum factumve eius exultatione aliqua læsisse. Perit denique & is qui honores in colonia sua eodem die decerni

*benef. lo. de
Benef. 26.*

LIX. sibi passus est, quo decreti & Augusto olim erant. Multa præterea, specie grauitatis ac morum corrigendorum, sed & magis naturæ obtemperans, ita sæue & atrociter factitauit: vt nonnulli versculis quoque & præsentia exprobrarent, & futura denuntiarent mala:

Affect

*Affer & immitis, breuiter vis omnia dicam?
Dispeream si te mater amare potest.*

*Non es eques. quare? non sunt tibi millia centum:
Omnia si quaras, & Rhodos exsilium est.*

*Aurea mutasti Saturni sacula, Casar:
Iacolumi nam te, ferrea semper erunt.*

*Fastidit vinum, quia iam sitit iste cruorem:
Tam bibit hunc auide, quam bibit ante merum.*

*Adspice felicem sibi non tibi Romule Sullam:
Et Marium, si vis, adspice, sed reducens.*

*Nec non Antoni ciuilia bella mouent is,
Nec semel infectas adspice cade manus.
Et dic, Roma perit: regnabit sanguine multo,
Ad regnum quisquis uenit ab exsilio.*

Quæ primo quasi ab impatientibus Romæ domini, ac non tam exanimi sententia, quam bile & stomacho fingerentur, volebat accipi. Dicebatque identidem, *Oderint, dum probent.* Deinde vera plane certaq; esse, ipse fecit fidem. In paucis diebus quam Capreas attigit, piscatori, qui sibi secretum agenti grandem mullum inopinanter obtulerat, perfricari eodem pisce faciem iussit: territus, quod is à tergo insulæ per aspera & denia crepsisset ad se. gratulanti autem inter pœnam, quod non & locustam, quam prægrandem ceperat, obtulisset, locusta quoque lacerari os imperauit. Militem prætorianum, ob surreptum è viridario pauonem, capite punit. In quodam itinere lectica, qua uehebatur, uepri-

LXI. bus impedita, exploratorem viæ primarum cohortium centurionem stratum humi pæne ad necem verberavit. Mox in omné genus crudelitatis erupit, numquam deficiente materia: cum primo matris, deinde nepotum & nurus, postremo Sciani familiares atque etiam notos persequeretur. Post cuius interitum vel sæuissimus exstitit: quo maxime apparuit, non tam ipsum à Sciano concitari solitum, quam Scianum quærenti occasiones subministrasse, et si commentario, quem de vita sua summatim breuiterq; composuit, ausus est scribere, *Scianum sepunisse, quod comperisset furere aduersus Germanici liberos filii sui*: quorum ipse alterum suspecto iam, alterum oppresso demum Sciano interemit. Sigillatim crudeliter facta eius exsequi longum est: generatim velut exemplaria sæuitiæ enumerare sat erit. Nullus à poena hominum cessauit dies: ne religiosus quidem ac sacer. Animaduersum in quosdam ineunte anno nouo: accusati damnatique multi cum liberis atque etiam vxoribus suis. Interdictum, *ne capite damnatos propinqui lugerent*. decreta accusatoribus præcipuâ præmia, nonnumquam & testibus. Nemini delatorum fides abrogata. Omne crimen pro capitali receptum, etiam paucorum simpliciumq; verborum. Obiectum est poëtæ, quod in tragœdia Agamemnonem probris lacecessisset: obiectum & historico, quod Brutum Cassiumque *ultimos Romanorum* dixisset: animaduersum eff statim in auctores, scriptaque abolita, quamuis probarentur aliquot ante annos, etiam Augusto audiente recitata. Quibusdam custodiæ traditis, non modo studendi solatium ademptum, sed etiam sermonis & colloquii vsus. Citati ad causam dicendam, partim se domi vulnerauerunt, certi damnationis, & ad vexationem ignominiamq; vitandam: partim in media curia venenum hausuerunt, & tamen colligatis vulneribus, ac semianimes palpitantesq; in carcerem rapti. Nemo punitorum non & in Gemonias:

monias abiectus vncoque tractus. Viginti vno die abiecti tractiq; sunt, inter eos pueri & foemina. Immaturæ puellæ, quia more tradito nefas esset virgines strangulari, vitiatæ prius à carnifice, dein strangulatæ. Mori volentibus vis adhibita viuendi. Nam mortem adeo leue supplicium putabat, vt cum audisset vnum è reis, Carnukium nomine, anticipasse eam, exclamauerit, *Carnulius me euasit*. Et in recognoscendis custodiis, precanti cuidam poenæ maturitatem, respondit, *Non dum tecum in gratiam redii*. Annalibus suis vir consularis inseruit, frequenti quondam conuiuio, cui & ipse affuerit, interrogatum eum subito & clare à quodam nano adstante mensæ inter copreas, cur Paconius, maiestatis reus, tam diu viueret; statim quidem petulantiam linguæ obiurgasse, ceterum post paucos dies scripsisse Senatui, vt de poena Paconii quam primum statueret. Auxit intenditq; LXII. sultiam, exacerbatus indicio de morte filii sui Drusi: quem cum morbo & intemperantia periisse existimaret, vt tandem veneno interemptum fraude Liuillæ vxoris atq; Seiani cognouit, neque tormentis neque supplicio cuiusquam pepercit: soli huic cognitioni adeo per toros dies deditus & intentus, vt Rhodiensem hospitem, quem familiaribus literis Romam euocarat, aduenisse sibi nuntiatum, torqueri sine mora iusserit, quasi aliquis ex necessariis quæstioni adesset: deinde errore detecto, & occidi; ne diulgaret iniuriam. Carnificinæ eius ostenditur locus Capreis, vnde damnatos, post longa & exquisita tormenta, præcipitari coram se in mare iubebat: excipiente classiariorum manu, & contis atque remis elidente cadauera; ne cui residui spiritus quidquam inesset. Excogitauerat autem inter genera cruciatus, etiam vt larga meri portione per fallaciam oneratos, repente veretris deligatis, fidicularum simul vrinæque tormento distenderet. Quod nisi eum & mors prætenisset, & Thrasyllus consulto, vt aiunt, differre quædam, spe longioris vitæ com-

- compulisset: plures aliquantò necaturus, ac ne reliquis quidem nepotibus parsurus creditur: cum & Caium suspectum haberet, & Tiberium, vt ex adulterio conceptum, aspernaretur. Nec abhorret à vero: namque identidem *felicem Priamum* vocabat, quod *superstes omnium suorum extitisset*. Quam vero inter hæc non modo inuisus ac detestabilis, sed prætrepidus quoque atque etiam contumeliis obnoxius vixerit, multa indicia sunt. Haruspices secreto ac sine testibus consuli vetuit. Vicina vero vrbi oracula etiam disicere conatus est: sed maiestate Prænestinarum sortium territus, destitit: cum obsignatas deuectasq; Romam non reperisset in arca, nisi relatas rursus ad templum. Vnum & alterum consulares oblati prouinciis, non ausus à se dimittere, vsque adeo detinuit, donec successores post aliquot annos præsentibus daret: quum interim manente officii titulo, etiam delegaret plurima: assidueq; illi per legatos & adiutores suos exsequenda curarent.
- LXIV. Nurum ac nepotes numquam aliter post damnationem, quam catenatos, obsutaq; lectica, loco mouit: prohibitis per militem obuiis ac viatoribus respicere vsquam, vel consistere.
- LXV. Seianum res nouas molientem, quamuis iam & natalem eius publice celebrari, & imagines aureas coli passim videret: vix tandem & astu magis ac dolo quam principali auctoritate, subuertit. Nam primo, vt à se per speciem honoris dimitteret, collegam sibi assumpsit in quinto Consulatu. quem longo intervallo absens ob id ipsum susceperat. Deinde spe affinitatis ac tribunitiæ potestatis deceptum, inopinantem criminatus est pudenda miserandaque oratione: cum inter alia P. C. precaretur, *mitterent alterum è Consulibus, qui senem se, & solum, in conspectum eorum cum aliquo militari præsidio perduceret*. Sic quoque diffidens, tumultumque metuens, Drusum nepotem, quem vinculis adhuc Romæ continebat, solui, si res posceret, ducemq; constitui præceperat. Aptatis etiam nauibus
- ad

ad quascumque legiones meditabatur fugam, speculabundus ex altissima rupe identidem signa, quæ ne nuntii morarentur, tolli procul, ut quidque foret factum, mandauerat. Verum & oppressa coniuratione Seiani, nihilo securior aut constantior, per nouem proximos menses non egressus est villa, quæ vocatur Iouis: Vrebant insuper anxiam mentem varia vndique conuitia, nullo non damnatorum omne probri genus coram, vel per libellos in orchestra positos, ingente. Quibus quidem diuersissime afficiebatur: modo, ut præ pudore ignota & celata cuncta cuperet; nonnunquam eadem contemneret, & proferret vltro atque vulgaret. Quin & Artabani Parthorum regis laceratus est litteris, parricidia & cædes & ignauiam & luxuriam obiicientis, monentisque, ut voluntaria morte, maximo iustissimoque ciuium odio quamprimum satisfaceret. Postremo semetipse pertæsus talis epistolæ principio, tantum non summam malorum suorum professus est: *Quid scribam vobis Patres conscripti, aut quomodo scribam, aut quid omnino non scribam, hoc tempore? Dii me, Deaque peius perdant, quam quotidie perire sentio, si scio.* Existimant quidam, præcisse hæc cum peritiâ futurorum: ac multo ante, quanta se quandoque acerbitas & infamia maneret, prospexisse. Ideoque ut imperium inierit & PATRIS PATRIÆ appellationem, & ne in acta sua iuraretur, obstinatissime recusasse: ne mox maiore dedecore impar tantis honoribus inueniretur. Quod sanè & ex oratione eius, quam de vtraque re habuit, colligi potest: vel cum ait, *Similem se semper sui futurum: nec unquam mutaturum mores suos, quamdiu mentis sana fuisset: sed exempli causa cauendum; ne se Senatus in acta cuiusquam obligaret, qui aliquo casu mutari posset.* Et rursus, *Si quando autem, inquit, de moribus meis, deuotoque vobis animo dubitaueritis: quod prius quam eueniat, opto ut me supremus dies huic mutata vestra de me opinioni eripiat; nihil honoris adiciet mihi*

Patriæ

- Patris appellatio: vobis autem exprobrabit, aut temeritatem delati mihi eius cognominis, aut inconstantiam contrarii de me iudicii.* Corpore fuit amplius atque robusto: statura, quæ iustam excederet. Latus ab humeris & pectore: cæteris quoque membris vsq; ad imos pedes æqualis & congruens. sinistra manu agiliore ac validiore. articulis ita firmis, vt recens & integrum malum digito terebraret: caput pueri, vel etiam adolescentis, talitro vulneraret. Colore erat candido, capillo pone occipitium submissiore, vt ceruicem etiam obtegeret, quod gentile in illo videbatur. Facie honesta: in qua tamen crebri, & subtiles tumores, cum prægrandibus oculis: & qui, quod mirum esset, noctu etiam & in tenebris videntur, sed ad breue, & cum primum à somno patuissent: demum rursus hebescebant. Incedebat: ceruice rigida & obstipa: adducto fere vultu, plerumque tacitus: nullo aut rarissimo etiam cum proximis sermone, eoque tardissimo: nec sine molli quadam digitorum gestulatione. Quæ omnia ingrata, atque arrogantia plena, & animaduertit Augustus in eo, & excusare tentauit sæpe apud Senatam ac populum, professus, *Natura vitia esse, non animi.* Valitudine prosperrima vsus est, tempore quidem principatus pæne toto prope illæsa: quamuis à trigesimo ætatis anno arbitrato eam suo rexit, sine adiumento consilio medicorum.
- LXIX.** Circa Deos ac religiones negligentior: quippe addictus mathematicæ; persuasione vsq; plenus, cuncta fato agi. Tonitru tamen præter modum expauescebat: & turbatiore coelo numquam non coronam lauream capite gestauit, quod fulmine afflari negetur id genus frondis. Artes liberales vtriusque generis studiosissime coluit. In oratione Latina secutus est Corinnum Messallam: quem senem adulescens obseruauerat. Sed affectatione & morositate nimia obscurabat stylum: vt aliquanto ex tempore, quam à cura, præstantior haberetur. Composuit & carmen lyricum, cuius

Plin. II. 37.

cuius est titulus, *Conquestio de L. Casaris morte*. Fecit & Græca poëmata, imitatus Euphorionem, & Rhianum, & Parthenium: quibus poëtis admodum delectatus, scripta eorum & imagines, publicis bibliothecis inter veteres & præcipuos auctores dedicavit: & ob hoc plerique eruditorum certatim ad eum multa de his ediderunt. Maxime tamen curavit notitiam historiæ fabularis, vsque ad ineptias atque derisum. Nam & grammaticos, quod genus hominum præcipue, vt diximus, appetebat, eiusmodi fere quæstionibus experiebatur: *Qua mater Hecuba: Quod Achilli nomen inter virgines fuisset: Quid Sirenes cantare sint solita?* Et quo primum die, post excessum Augusti, curiam intravit, quasi pietati simul ac religioni satisfactorus, Minois exemplo, thure quidem ac vino, verum sine tibicine, supplicavit: vt ille olim in morte filii. Sermone Græco, LXII: quamquam alias promptus & facilis, non tamen vsquequaque vsus est. Abstinitq; maxime in Senatu: adeo quidem vt *Monopolium* nominaturus, prius veniam postularit, quod sibi verbo peregrino vtendum esset: atq; etiam in quodam decreto patrum, cum *ἐπιληψια* recitaretur, commutandam censuerit vocem, & pro peregrina nostratem requirendam: aut si non reperiretur, vel pluribus, & per ambitum verborum rem enuntiandam. Militem quoque Græce testimonium interrogatum, nisi Latine respondere, vetuit. Bis LXXII omnino toto secessus tempore, Romam redire conatus, semel tiriemi vsq; ad proximos Naumachiæ hortos subuectus est: disposita statione per ripas Tiberis, quæ obuiam prodentes submoueret. Iterum Appia vsque ad septimum lapidem, sed prospectis modo nec aditis vrbis mœnibus rediit. Primo incertum qua de causa, postea ostento territus. Erat ei in oblectamentis serpens draco, quem ex consuetudine manu sua cibaturus, cum consumptum à formicis inuenisset, monitus est, vt vim multitudinis caueret. Rediens ergo

R

pro-

propere Campaniam Asturæ in languorem incidit. Quo paullum leuatus, Circeios pertendit. Ac ne quam suspicionem infirmitatis daret, castrensibus ludis non interfuit solum, sed etiam missum in harenam aprum iaculis desuper petiit: statimque latere convulso, & vt exæstuarat afflatus aura, in grauiorem recidit morbum. Sustentauit tamen aliquandiu, quamuis Misenum vsque deuectus, nihil ex ordine quotidiano prætermitteret, ne conuiuia quidem ac cæteras voluptates, partim intemperantia, partim dissimulatione. Nam Chariclem medicum, quod com meatu abfuturus è conuiuio egrediens, manum sibi osculandi causâ apprehendisset, existimans tentatas ab eo venas sibi, remanere ac recumbere hortatus est, cœnamq; protraxit. Nec abstinuit consuetudine quin tunc quoque instans in medio triclinio, adstante lictore, singulos valere dicentes appellaret.

LXXIII.

Interim cum in actis Senatus legisset, *dimissos ac ne auditos quidem quosdam reos, de quibus strictim, & nihil aliud quam nominatos ab indice scripserat: pro contempto se habitum fremens, repetere Capreas quoquo modo destinauit, non temere quidquam nisi ex tuto ausurus.* Sed & tempestatibus & ingrauescente vi morbi retentus, paullo post obiit in villa Luculliana, octauo & septuagesimo ætatis anno, tertio & vigesimo imperii, decimo septimo Kalen. Aprilis, Cn.

790.

Acerronio Proculo, C. Pontio Nigro Coss: Sunt qui putent venenum ei à Caio datum lentum atque tabificum. Alii in remissione fortuitæ febris cibum desideranti negatum: nonnulli puluinum iniectum, cum extractum sibi deficiente anulum mox resipiscens requisisset. Seneca *eum scribit, intellecta defectione, exemptum anulum quasi alicui traditurum parumper tenuisse: dein rursus aptasse digito, & compressa sinistra manu iacuisse diu immobilem: subito vocatis ministris, ac nemine respondente, consurrexisse, nec procul à*

LXXIV.

lectulo deficientibus viribus concidisse.

Supremo natali suo

fuo Apollinem Temenitem & amplitudinis & artis eximie aduectum Syracusis, vt in bibliotheca noui templi poneretur, viderat per quietem affirmantem sibi, *non posse se ab ipso dedicari*. Et ante paucos, quam obiret, dies, turris Phari terræ motu Capreis concidit. Ac Miseni cinis è fauilla & carbonibus ad calefaciendum triclinium illatus, extinctus & iana diu frigidus exarsit repente prima vespera, atque in multam noctem pertinaciter luxit. Morte eius ita lætatus est populus, vt ad primum nuntium discurrentes, pars *Tiberium in Tiberim* clamitarent; pars *Terram matrem Deosq; Manes orarent ne mortuo sedem ullam nisi inter impios darent*: alii vnicum & Gemonias cadaueri minarentur, exacerbati super memoriam pristinae crudelitatis etiam recenti atrocitate. Nam cum Senatusconsulto actum esset, vt *pæna damnatorum in decimum semper diem differretur*, forte accidit: vt quorundam supplicii dies is esset, quo nuntiatum de Tiberio erat. Hos implorantes hominum fidem, quia, absente adhuc Caio, nemo exstabat qui adiri interpellariq; posset, custodes, ne quid aduersus constitutum facerent, strangularunt, abieceruntq; in Gemonias. Creuit igitur inuidia; quasi, etiam post mortem tyranni, sauitia permanente. Corpus vt moueri à Miseno coepit, conclamantibus plerisque, *Atellam potius deferendum, & in Amphitheatro semiustulandum*, Romam per milites deportatum est, crematumq; publico funere. Testamentum duplex ante biennium fecerat: alterum sua, alterum liberti manu, sed eodem exemplo: ob signaueratq; etiam humillimorum signis. Eo testamento heredes æquis partibus reliquit, Caium ex Germanico, & Tiberium ex Druso, nepotes: substituitq; inuicem. Dedit & legata plerisque: inter quos virginibus Vestalibus, ac militibus vniuersis, plebiq; Romanæ viritim, atque etiam separatim vicorum magistris.

LXXV.

Hirvian. 2. 2. 8.

LXXVI.

C. SVETONII TRANQVILLI

LI B. IV.

C. CÆSAR CALIGVLA IV.

Optimi Patris Pessimus Filij

Cap. I.

757.

765.



ERMANICVS, C. Cæsaris pater, Drusi & minoris Antoniaë filius, à Tiberio patruo adoptatus, Quæsturam quinquennio ante quam per leges

767. liceret, & post eam, Consulatum statim gessit. Missusq; ad exercitum in Germaniam, excessu Augusti nuntiato, legiones vniuersas imperatorem Tiberium pertinacissime recusantes, & sibi summam Reip. deferentes, incertum

770. constantia an pietate maiore, compescuit: atque hoste mox deuicto, triumphauit. Consul deinde iterum creatus, ac

771. prius quam honorem iniret ad componendum Orientis statum expulsus, cum Armeniaë regem deuicisset, Cappadocian in prouinciæ formam redegisset, annum ætatis agens

772. quartum & trigesimum, diutino morbo Antiochiæ obiit, non sine veneni suspitione. Nam præter liuores, qui toto corpore erant, & spumas quæ per os fluebant, cremati quoque cor inter ossa incorruptum repertum est: cuius ea natura existimatur, vt tinctum veneno igne confici nequeat.

II. Obiit autem, vt opinio fuit, fraude Tiberii, ministerio & opera C. Pisonis. Qui sub idem tempus Syriæ præpositus, nec dissimulans offendendum sibi aut patrem, aut filium, quasi plane ita necesse esset, etiam agrum Germanicum grauissimis verborum ac rerum acerbitatibus, nullo adhibito modo, affecit: propter quæ, vt Romam rediit, pæne discerptus

III. à populo, à Senatu capitis damnatus est. Omnes Germanico

manico corporis animiq; virtutes, & quantas nemini cuiquam, contigisse satis constat: formam & fortitudinem egregiam: ingenium in vtroque eloquentiæ doctrinæq; genere præcellens: benevolentiam singularem: conciliandæq; hominum gratiæ, ac promerendi amoris mirum & efficacissimum studium. Formæ minus congruebat gracilitas crurum: sed ea quoque paullatim repleta assidua equi vectatione: post cibum. Hostem cominus sæpe percussit. Orauit causas etiam triumphales: atque inter cætera studiorum monumenta reliquit & comœdias Græcas. Domi forisq; civilis: libera ac foederata oppida sine lictoribus adibat. Sic ubi clarorum virorum sepulcra cognosceret, inferias Manibus dabat. Cæsarum clade Variana veteres ac dispersas reliquias, vno tumulo humaturus, colligere sua manu, & comportare: primus aggressus est. Obtrectatoribus, etiam qualescumque, & quantacumque de causa nactus esset, lenis adeo & innoxius, vt Pisoni decreta sua rescidenti, clientelas diu vexanti, non prius succensere in animum induxerit, quam beneficiis quoque & deuotionibus impugnari se comperisset: ac ne tunc quidem vltra progressus, quam vt & amicitiam ei more maiorum renuntiaret; mandaretq; domesticis vltionem, si quid sibi accideret. Quarum virtutum fructum vberimum tulit, sic probatus & dilectus à suis, vt Augustus (omitto enim necessitudines reliquas) diu cunctatus an sibi successorem destinaret, adoptandum Tiberio dederit. Sic vulgo fauorabilis, vt plurimi tradant, quoties aliquo adueniret, vel sicunde discederet, præ turba occurrentium prosequentiumve nonnumquam eum discrimen vitæ adhiisse: è Germania vero, post compressam seditionem, reuertenti, prætorianas cohortes vniuersas prodiisse obuiam, quamuis pronuntiatum esset: vt dux tantummodo exirent: populi autem Romani sexum, ætatem, ordinem omnem vsq; ad vicissimum lapidem effudisse se. Tamen v.

longe maiora & firmitiora de eo iudicia in morte ac post mortem exstiterere. Quo defunctus est die, lapidata sunt templa, subuersæ Deum aræ, Lares à quibusdam familiares in publicum abiecti, partus coniugum expositi. Quin & Barbaros ferunt, quibus intestinum, quibusq; aduersus nos bellum esset, velut in domestico communiq; mœrore consensisse ad inducias. Regulos quosdam barbam posuisse, & vxorum capita rasisse, ad iudicium maximi luctus. Regum etiam regem & exercitatione venandi, & conuictu Megistanum abstinuisse, quod apud Parthos iustitii instar est.

VI. Romæ equidem, cum ad primam famam validitudinis attonita & mœsta ciuitas sequentes nuntios operiretur, & repente iam vesperi incertis auctoribus conualuisse tandem percreebisset: passim cum luminibus & victimis in Capitolium concursum est, ac pæne reuulsæ templi fores, ne quid gestientes vora reddere moraretur. Expergefactus è somno Tiberius est gratulantium vocibus, atque vndique concinentium, *Salua Roma, Salua patria, Saluus est Germanicus.* Sed vt demum fato functum palam factum est, non solatiis vllis, non edictis inhiberi luctus publicus potuit: durauitq; etiam per festos Decembris mensis dies. Auxit gloriam desideriumq; defuncti etiam atrocitas insequentium temporum; cunctis nec temere opinantibus, reuerentia eius ac metu repressam

VII. Tiberii sauitiam, quæ mox eruperit. Habuit in matrimonio Agrippinam, M. Agrippæ & Iuliæ filiam, & ex ea nouem liberos tulit: quorum duo infantes adhuc rapti, vnus iam puerafcens, insigni festiuitate, cuius effigiem habitu Cupidinis in æde Capitolinæ Veneris Liuia dedicauit. Augustus in cubiculo suo positam, quotiescumque introiret, exosculabatur. Cæteri superstites patri fuerunt. Tres sexus foemini, Agrippina, Drusilla, Liuilla; continuo triennio natæ, totidem mares, Nero & Drusus & C. Cesar. Neronem & Drusum Senatus, Tiberio criminante, hostes iudicauit.

C. Cæ

C. Cæsar natus est pridie Kal. Septembres, patre suo & C. VIII. Fonteio Capitone Coss. Vbi natus sit, incertum diuersitas tradentium facit. *Cn. Lentulus Gatulicus* Tiburigenitum scribit: *Plinius Secundus* in Treueris, vico Ambiatino, supra Confluentes: addit etiam pro argumento *aras ibi ostendi* inscriptas;

O
A G R I P P I N E
P V E R P E R I V M.

Versiculi, imperante mox eo, diuulgati, apud hibernas legiones procreatum indicant:

*In castris natus, patriis nutritus in armis.
Iam designati principis omen erat.*

Ego in Actis Antii inuenio editum. *Gatulicum* refellit *Plinius*, quasi mentitum per adulationem, vt ad laudes iuuenis gloriosiq; principis aliquid etiam ex vrbe Herculi sacra sumeret: abusumq; audentius mendacio, quod ante annum fere natus Germanico filius Tiburi fuerat, appellatus & ipse C. Cæsar: de cuius amabili pueritia immaturoque obitu supra diximus. *Plinium* arguit ratio temporum. Nam qui res Augusti memoriæ mandarunt, Germanicnm exacto Consulatu in Galliam missum consentiunt, iam nato Caio. Nec *Plinii* opinionem inscriptio atq; quidquam adiuerit, cum Agrippina bis in ea regione filias enixa sit: & qualiscumque partus, sine vllo sexus discrimine, *puerperium* vocetur: quod antiqui etiam puellas *pueras*, sicut & pueros *puellos* dictarent. Extat & Augusti epistola ante paucos, quam obiret, mensis, ad Agrippinam neptem ita scripta de Caio hoc (neque enim quisquam iam alius infans nomine pari tunc supererat) *Puerum Caium XV Kal. Iunii, si Deo volent, vt ducerent Talarium & Afellium, veri cum his constitui. Mitto praterea cum eo ex seruis meis medicum, quem scripsi Germani-*

manico, si vellet, ut retineret. Valebis mea Agrippina, & dabis operam, ut valens peruenias ad Germanicum tuum. Abunde arbitror patere, non potuisse ibi nasci Caium, quo prope bimulus demum perductus ab vrbe sit. Versiculorum quoque fidem eadem hæc eleuant: & eo facilius, quod hi sine auctore sint: Sequenda igitur est quæ sola Actorum restat & publici instrumenti auctoritas: præsertim cum Caius Antium, omnibus semper locis, atque secessibus prælatum, non aliter quam natale solum dilexerit: tradaturq; etiam sedem ac domicilium Imperii rædio vrbis transferre eo destinasse.

IX.

Caligula cognomen castrensi ioco traxit, quia manipulario habitu inter milites educabatur. Apud quos quantum præterea per hanc nutrimentorum consuetudinem amore & gratia valuerit, maxime cognitum est: cum post excessum Augusti tumultuantes & in furorem vsque præcipites, solus haud dubie conspectu suo flexit. Non enim prius destiterunt, quam ablegari cum ob seditionis periculum, & in proximam ciuitatem demandari animaduertissent. Tunc demum ad poenitentiam versi, represso ac retento

X.

vehiculo, inuidiam, quæ sibi fieret, deprecati sunt. Connitatus est patrem & in Syriaca expeditione. Vnde reuersus primum in matris, deinde ea relegata, in Liviæ Augustæ, proauis suæ, contubernio mansit: quam defunctam prætextatus etiam tum pro Rostris laudauit. Transiitq; ad Antoniam auiam, & inde vicesimo ætatis anno accitus Capreas à Tiberio, vno atque eodem die togam sumsit, barbamque posuit: sine vlllo honore, qualis contigerat tirocinio fratrum eius. Hic omnibus insidiis tentatus elicientium, cogentiumq; se ad querelas, nullam vniquam occasionem dedit: perinde oblitterato suorum casu, ac si nihil cuiquam accidisset: quæ vero ipse pateretur, incredibili dissimulatione transmittens. Tantiq; in auum, & qui iuxta erant, obsequi; vt non immerito sit dictum: *nec seruum meliorem vllum,*

Aggr. 11. 26.
Tiber. 54.
Tiber. 14.

nec

nec deteriozem dominum fuisse. Naturam tamen xi.

vam atque probrosam, nec tunc quidem inhibere poterat: quin & animaduersionibus pœnisq; ad supplicium datorum cupidissime interesset: & ganeas atque adulteria capillamento celatus, & veste longa noctibus obiret: ac scenicas saltandi canendiq; artes studiosissime appeteret: facile id sane Tiberio patiente, si per has mansuefieri posset ferum eius ingenium. Quod sagacissimus senex ita prorsus perspexerat, vt aliquoties prædicaret, *exilio suo, omniumq; Caium viuere: & se matricem* (serpentis id genus) *populo R. Phœtonem orbi terrarum educare.*

Non ita multo post Iuniam Clau- xii.
dillam M. Silani nobilissimi viri filiam duxit vxorem. Deinde augur in locum fratris sui Drusi destinatus, prius quam inauguraretur, ad Pontificatum traductus est: insigni testimonio pietatis atq; indolis: cum deserta desolataq; reliquis subsidiis aula, Seiano vero tunc suspecto, mox & oppresso, ad spem successionis paullatim admoueretur. Quam quo magis confirmaret, amissa Iunia ex partu, Enniam Næuiam Macronis vxorem, qui tuti prætorianis cohortibus præerat, sollicitauit ad stuprum, pollicitus & matrimonium suum, si potius Imperio fuisset; deq; ea re & iureiurando & chirographo cauit. Per hanc insinuatus Macroni, veneno Tiberium agressus est, vt quidam opinantur: spirantiq; adhuc detrahi anulum; &, quoniam suspicionem retinentis dabat, puluinem iussit iniici: atque etiam fauces manu sua oppressit, liberto, qui ob atrocitarem facinoris exclamauerat, confestim in crucem acto. Nec abhorret à veritate: quum sint quidam auctores, ipsum postea, & si non de perfecto, at certe de cogitato quondam patricidio professum. Gloriatum enim esse assidue, in commemoranda sua pietate, *ad vlciscendam necem matris & fratrum, introisse se cum pugione cubiculum Tiberii dormientis: & misericordia correptum, abiecto ferro recessisse: nec illum, quantum sensisset,*

S

aut

- XIII. *aut inquirere quidquam aut exsequi ausum.* Sic imperium adeptus, populum Rom. vel, ut ita dicam, hominum genus, voti compotem fecit, exoptatissimus princeps maximæ parti prouincialium ac militum, quod infantem plerique cognouerant: sed & vniuersæ plebi vrbanae ob memoriam Germanici patris miserationemque prope afflictæ domus. Itaque ut à Miseno mouit, quamuis lugentis habitu, & funus Tiberii prosequens: tamen inter altaria & victimas, ardentisq; tedas, densissimo & lætissimo obuiorum agmine incessit, super fausta nomina, *fidus & pullum, & puppam &*
- XIV. *alamnum*, appellantium. Ingressoq; urbem, statim consensu Senatus & irrumpentis in Curiam turbæ, irrita Tiberii voluntate, qui testamento alterum nepotem suum prætextatum adhuc coheredem ei dederat, ius arbitriumq; omnium rerum illi permissum est: tanta publica lætitia, ut tribus proximis mensibus, æ ne totis quidem, supra centum sexaginta millia victimarum cæsa tradantur. Cum deinde paucos post dies in proximas Campaniæ insulas traiecisset, vota pro reditu suscepta sunt: ne minimam quidem occasionem quoquam omittente in testificanda solitudine & cura de incolumitate eius. Ut vero in aduersam valitudinem incidit, pernoctantibus cunctis circa Palatium, non defuerunt qui depugnatos se armis pro salute ægri, quiq; capita sua titulo proposito vouerent. Accessit ad immensum ciuium amorem notabilis etiam externorum fauor. Namq; Artabanus Parthorum rex, odium semper contemptumq; Tiberii præ se ferens, amicitiam eius vltro petiit: venitq; ad colloquium legati consularis; & transgressus Euphratem, aquilas & signa Romana Cæsariumq; imagines ad-
- XV. *gratuit:* Incendebat & ipse studia hominum omnigenere popularitatis. Tiberio cum plurimis lacrymis pro concione laudato funeratoq; amplissime, confestim Pandateriam, & Pontias, ad transferendos matris fratrisq; cineres festi-

festinavit, tempestate turbida, quo magis pietas emineret: adiitq; venerabundus, ac per semet in vnas condidit. Nec minore scena Ostiam, præfixo in biremis puppe vexillo, & inde Romam Tiberi subuectos, persplendidissimum quemque equestris ordinis, medio ac frequenti die, duobus ferculis Mausoleo intulit. Inferiasq; his annua religione publice instituit: & eo amplius matri Circenses, carpentumque, quo in pompa traduceretur. At in memoriam patris, Septembrem mensẽ *Germanicum* appellavit. Post hæc, Antoniaæ auia quidquid vnquam Liuia Augusta honorum cepisset, vno Senatusconsulto congescit. Patrum Claudium equitem Rom. ad id tempus collegam sibi in Consulatu assumpsit. Fratrem Tiberium die virilis togæ adoprauit, appellavitq; *principem iuuentutis*. De sororibus auctor fuit, vt omnibus sacramentis adiiceretur, *NEQVE ME LIBEROSQVE MEOS CHARIORES HABEO, QVAM CAIVM ET SORORES EIVS*. Item relationibus consulum: *QVOD BONVM FELIXQVE SIT C. CASARI SORORIBVSQVE EIVS*. Pari popularitate damnatos relegatosq; restituit: criminumque, si qua residua ex priore tempore manebant, omnium gratiam fecit. Commentarios ad matris fratrumque suorum causas pertinentes, ne cui postmodum delatori aut testi maneret vllus metus, conuectos in forum, & ante clare obtestatus deos, neque legisse neque attigisse quidquam, concremauit. Libellum de salute sua oblatum non recepit, contendens, *nihil sibi admissum cur cuiquam inuisus esset*: negavitq; *se delatoribus aures habere*. Spintrias monstruosarum libidinum ægre, ne profundo mergeret, exoratus, vrbem submouit. *Titi Labieni, Cordi Cremutii, Cassi Seueri Scriptæ* Senatusconsultis abolita, requiri, & esse in manibus leuaturiq; permisit: quando *maxime sua interesset, vt facta quæq; posteris tradantur*. Rationes imperii ab Augusto proponi solitas, sed à Tiberio intermissas, publicauit. Magistratibus

tibus liberam iurisdictionem, & sine sui appellatione concessit. Equites Romanos seuerè curiososeque, nec sine moderatione recognouit: palam adempto equo, quibus aut proprii aliquid, aut ignominia inesset: eorum, qui minore culpa tenerentur, nominibus modo in recitatione præteritis.

Aug. p. 33.

Vt leuior labor iudicantibus foret, ad quatuor priores quintam decuriam addidit. Tentauit & comitorum more reuocato, suffragia populo reddere. Legata ex testamento Tiberii, quamquam abolito, sed & Iuliae Augustae, quod Tiberius suppresserat, cum fide, ac sine calumnia repræsentata perfoluit. Centesimam auctionum Italiae remisit. Multis incendiorum damna suppleuit: ac si quibus regna restituit, adiecit & fructum omnem uectigaliorum, & redituum mediæ temporis, vt Antiocho Comageno us millies confiscatum. Quoq; magis nullius non boni exempli fautor videretur, mulieri libertinae octoginta donauit, quod excruciatam grauissimis tormentis de scelere patroni reticuisset. Quas ob res inter reliquos honores decretus est ei clypeus aureus: quem quotannis certo die collegia sacerdotum in Capitolium ferrent, Senatu prosequente: nobilibusq; pueris ac puellis, carmine modulato, laudes virtutum eius canentibus. Decretum autem, vt dies, quo cepisset imperium, *Palilia* vocaretur, velut argumentum rursus conditæ urbis.

XVII.

790.

791.

793.

794.

Consulatus quatuor gessit: primum ex Kal. Iulii per duos menses: secundum ex Kal. Ianuariis per triginta dies: tertium vsque in Idus Ianuarii: quartum vsque in VII Idus eadem. Ex omnibus duos nouissimos coniunxit. Tertium autem Lugduni iniiit solus: non, vt quidam opinantur, superbia negligentiaue, sed quod defunctum sub Kalendarum diem collegam rescisse absens: non potuerat. Congiarium populo bis dedit trecenos us: toties abundantissimum epulum Senatui equestriq; ordini, etiam coniugibus ac liberis utrorumque. Posteriore epulo, forensia in super viris, pueris ac fœ-

ac foeminis fascias purpuræ ac conchylii distribuit. Et vt ^{Phii. 9. 27.} lætitiã publicã in perpetuum quoque augetet, adiecit diem Saturnalibus, appellauitq; *Iuuenalem*. Munera xviii. gladiatoria partim in Amphitheatro Tauri, partim in Septis aliquot edidit: quibus inseruit cateruas Astorum Campanorumq; pugilum ex vtraque regione electissimorum. Neque spectaculis ipse semper præsedit: sed interdum aut magistratibus aut amicis præsedendi munus iniunxit. Scenicos ludos & assidue, & varii generis, multifariam fecit: quondam etiam & nocturnos, accensis tota vrbe luminibus. Sparsit & missilia variarum rerum, & panaria cum opsonio viritim diuisit. Qua epulatione equiti Rom. contra se hilarius audiusq; vescenti, partes suas misit: sed & Senatori ob eandem causam codicillos, quibus Prætorum cum extraordinem designabat. Edidit & Circenses plurimos à mane vsque ad vesperam, interiecta modo Africanarum venatione, modo Troiæ decursione: quosdam autem præcipuos, minio & chrysolilla constrato Circo: nec vllis nisi ex senatorio ordine aurigantibus. Commisit & subitos, cum è Gelotiana apparatus Circi prospicientem pauci ex proximis ^{Manianis} postulassent. Nouum præterea atque inauditum genus spectaculi excogitauit. Nam Baiarum medium intervallum Puteolanas ad moles trium millium & sexcentorum fere passuum ponte coniunxit, contractis vndiq; onerariis nauibus, & ordine duplici ad ancoras collocatis, superiectoq; aggere terreno, ac directo in Appiæ viæ formam. Per hunc pontem vltro citroq; commeauit, biduo continenti. Primo die phalerato equo, insignisq; quercica corona, & securi, & cetra, & gladio, aureaq; chlamyde. Postridie quadrigario habitu, curriculoq; bijugi famosorum equorum, præ se ferens Darium puerum ex Parthorum obsidibus, comitante prætorianorum agmine, & in essedis cohortes amicorum. Scio plerosque existimasse, talem à Caio

pontem excogitatum æmulatione Xerxis, qui non sine admiratione aliquanto angustiores Hellespontum contabularerit. Alios: vt Germaniam & Britanniam, quibus imminabat, alicuius immensi operis fama territaret. Sed animum meum narrantem puer audiebam, causam operis ab interioribus aulicis proditam; quod Thrayllus mathematicus, anxio de successore Tiberio, & in verum nepotem proniori, affirmasset: *Non magis Caium imperaturum, quam per Baianum sinum equis discursurum.* Edidit & peregre spectacula: in Sicilia Syracusis *hæsticos* ludos, & in Gallia Lugduni miscellos. Sed & certamen quoque Græcæ Latinæq; facundiæ, quo certamine ferunt victoribus præmia victos contulisse, eorundem & laudes componere coactos. Eos autē, qui maxime displicuissent, scripta sua spōgia linguave delere iussos, nisi ferulis obiurgari aut flumine proximo mergi maluissent. Opera sub Tiberio semiperfecta, templum Augusti theatrumq; Pompeii absoluit. Inchoavit autē aquæ ductum regione Tiburi, & Amphitheatrum iuxta Septa: quorum operum à successore eius Claudio, alterum peractum, ommissum alterum est. Syracusis collapsa vetustate moenia, Deorumq; ædes resectæ. Destinauerat & Sami Polycratis regiam restituere, Mileti Didymeum peragere, in iugo Alpium urbem condere, sed ante omnia Isthmum in Achaia perfodere. Miseratq; iam ad demetiendum opus primipilarem. Hactenus quasi de principe: reliqua vt de monstro narranda sunt. Compluribus cognominibus assumptis (nam & *Pius*, & *Castrorum filius*, & *Pater exercituum*, & *Opt. Max. Caesar* vocabatur) cum audiret forte reges, qui officii causa in urbem aduenerant, concertantes apud se super cœnam de nobilitate generis, exclamauit, *Eis ^{claud. in} ~~claud. in~~ ~~ica.~~ ~~Eis ^{claud. in} ~~ica.~~ ~~Eis ^{claud. in} ~~ica.~~~~~~* Nec multum abfuit, quin statim diadema fumeret, speciemque principatus in regni formam conuerteret. Verum admonitus, & principum & regum se excessisse fastigium, diuinam

Plin. 2. 10. 24.

XX.

alic. astycos.

Juuenal. Satyr. 4. 4.

XXI.

XXII.

Plin. 2. 204.

Comus imperator sit, sumus rex.

nam ex eo maiestatem afferere sibi cœpit. Datoq; negotio, vt simulacra numinum religione & arte præclara, inter quæ Olympici Iouis, apportarentur è Græcia, quibus capite demotum suum imponeret, partem palatii ad Forum vsque promouit, atque æde Castoris & Pollucis in vestibulum transfigurata, consistens sæpe inter fratres Deos medium se adorandum aduentibus exhibebat: & quidam eum LATIALEM IOVEM consalutauerunt. Templum etiam numini suo proprium, & sacerdotes & excogitatissimas hostias instituit. In templo simulacrum stabat aureum iconicum: amiciebaturq; quotidie veste, quali ipse vteretur. Magisteria sacerdotii ditissimus quisq; & ambitione & licitatione maximis vicibus comparabant. Hostiæ erant ^{erant iulianæ: 19. in May 17.} phœnicopteri, pauenes, ^{erant} tetraones, ^{sed in} Numidicæ, ^{in partibus} melleagrïdes, phasianæ, quæ generatim per singulos dies immolarentur. Et noctibus quidem plenam fulgentemq; lunam inuitabat assidue in amplexus atque concubitum: interdium vero cum Capitolino Ioue secreto fabulabatur, modo insusurrans, ac præbens inuicem aures, modo clarius, nec sine iurgis. Nam vox committantis audita est,

Εἰς γαῖαν Δαναῶν πρὸς σέ,

donec exoratus, vt referebat, & in contubernium vltro invitatus, super templum Diui Augusti ponte transmissio, palatium Capitoliumq; coniunxit. Mox quo propior esset, in area Capitolina nouæ domus fundamenta iecit. Agrippæ se nepotem neque credi neq; dici ob ignobilitatem eius volebat: succensebatque, si qui vel oratione vel carmine imaginibus eum Cæsarum infererent. Prædicabat autem matrem suam ex incesto, quod Augustus cum Iulia filia commississet, procreatam. Ac non contentus hæc Augusti infestatione, Actiacas Siculasq; victorias, vt funestas pop. Rom. & calamitosas, vetuit sollemnibus feriis celebrari. Liuiam Augustam proaniam, *Vlysses stolatum* identidem appellans,

In terram Homer. 23.

*Graciam
transmis-
sam etc.*

XXIII.

pellans, etiam ignobilitatis quadam ad Senatum epistola arguere ausus est, quasi materno auo decuriorse Fundano ortam: cum publicis monumentis certum sit, Aufidium Lingonem Romæ honoribus functum. Auix Antonix secretum petenti denegauit, nisi vt interueniret Macro præfectus. Ac per istiusmodi indignitates & rædia, causa extitit mortis: dato tamen, vt quidam putant, & veneno. Nec defunctæ vllum honorem habuit: prospexitq; è triclinio ardentem rogam. Fratrem Tiberium inopinantem, repente immisso Tribuno militum, interemit; Silanum item socerum ad necem, secandasq; nouacula fauces compulit: causatus in vtroque, quod hic ingressum se turbatus mare non esset secutus, ac spe occupandi vrbem, si quid sibi per tempestates accideret, remansisset; ille antidotum oboluisse, quasi ad præcauenda venena sua sumptum: cum & Silanus impatientiam nausæ vitasset & molestiam nauigandi; & Tiberius propter assiduam & ingrauescentem tussim medicamento vsus esset. Nam Claudium patrum non nisi in ludibrium reseruauit. Cum omnibus sororibus suis stupri consuetudinem fecit: plenoq; conuiuio singulas infra se vicissim collocabat, vxore supra cubante: Ex his Drusillam vitiasse virginem prætextatus adhuc, creditur. Atq; etiam in concubitu eius quondam deprehensus ab auia Antonia, apud quam simul educabantur. Mox Lucio Cassio Longino consulari collocatam abduxit, & in modum iustæ vxoris propalam habuit. Heredem quoque bonorum atq; Imperii æger instituit. Eadem defuncta, iustitium indixit: in quo risisse, lauuisse, cœnasse cum parentibus, aut coniuge, liberisve, capitale fuit. Ac moeroris impatiens, cum repente noctuq; profugisset ab vrbe, transcurrissetq; Campaniam, Syracusas petiit. Rursusq; inde propere rediit, barba capilloq; promisso. Nec vmquam postea quantiscumque de rebus, ne pro concione quidem populi, aut apud milites,

nisi

nisi *per numen Drusilla* deierauit. Reliquas sorores, nec cupiditate tanta, nec dignatione dilexit, vt quas sæpe exoletis suis prostrauerit. Quo facilius eas in caussa *Æmilii Lepidi* condemnauit, quasi adulteras, & insidiarum aduersus se conscias. Nec solum chirographa omnium requisita fraude ac stupro diuulgauit, sed & tres gladios in necem suam præparatos *Marti vltori*, addito elogio, consecrauit. Matri. **XXV.**
 Matria contraxerit turpius, an dimiserit, an tenuerit, non est facile discernere. *Liuiam Orestillam* C. *Pisoni* nubentem, cum ad officium & ipse venisset, ad se deduci imperauit, intraque paucos dies repudiatam biennio post relegauit: quod repetisse vsum prioris mariti tempore medio videbatur. Alii tradunt, adhibitum coenæ nuptiali mandasse ad *Pisonem*, contra accumbentem, *Noli uxorem meam premere*: statimq; è conuiuio abduxisse eam secum, & proximo die edixisse, *Matrimonium sibi repertum exemplo Romuli & Augusti*. *Lolliam Paullinam*, C. *Memmio* consulari, exercitus regenti, nuptam, facta mentione auix eius, vt quondam pulcherrimæ, subito ex prouincia euocauit, ac perductam à marito coniunxit sibi, breuiq; missam fecit, interdicto cuiusquam in perpetuum coitu. *Cæsoniam* neq; facie insigni, neq; ætate integra, matremq; iam ex alio viro trium filiarum, sed luxuriæ ac lasciuiæ perditæ, & ardentius, & constantius amauit, vt sæpe chlamyde peltaq; & galea ornata, & iuxta ad equitantem, militibus ostenderit: amicis vero etiam nudam. Quam enixam vxorio nomine dignatus est, vno atque eodem die professus, & maritum se eius, & patrem infantis ex ea natæ. Infantem autem *Iuliam Drusillam* appellatam, per omnium dearum templa circumferens, Mineræ gremio imposuit, alendamq; & instituendam commendauit. Nec vilo firmiore indicio sui seminis esse credebat, quam feritatis: quæ illi quoque tanta iam tunc erat, vt infestis digitis, ora & oculos simul ludentium in-

T

fan-

XXVI. fantium inceseret. Leue ac frigidum fit his addere, quo
 propinquos amicosq; pacto tractauerit; Ptolemæum regis
 Iubæ filium, consobrinum suum (erat enim & is M. Anto-
 nii ex Selena filia nepos) & in primis ipsum Macronem,
 ipsam Enniam, adiutores imperii: quibus omnibus pro ne-
 cessitudinis iure, proq; meritorum gratia cruenta mors per-
 soluta est. Nihilo reuerentior leniorve erga Senatum: quos-
 dam summis honoribus functos, ad effedum sibi occurre-
 re togatos per aliquot passuum millia, & cœnanti, modo ad
 pluteum, modo ad pedes stare saccinctos linteo, passus est:
 alios cum clam interemisset, citare nibilo minus vt viuos
 perseuerauit, paucos post dies voluntaria morte periisse
 mentitus. Coss. oblitis de natali suo edicere, abrogauit
 Magistratum, fuitq; per triduum sine summa potestate Resp.
 Quæstorem suum in coniuratione nominatum flagellauit
 veste detracta, subiectaq; militum pedibus, quo firme ver-
 beraturi insisterent. Simili superbia violentiaq; cæteros tra-
 ctauit ordines. Inquietatus fremitu gratuita in Circo loca de
 media nocte occupantium, omnes fustibus abegit. Elisiq;
 per eum tumultum viginti amplius equites Rom. totidem
 matronæ, super innumeram turbam cæteram. Scenicis
 ludis, inter plebem & equitem causam discordiarum se-
 rens, decimas maturius dabat, vt equestria ab infimo quoq;
 occuparentur. Gladiatorio munere, reductis interdum fla-
 grantissimo sole velis, emitti quemquam vetabat: remo-
 toq; ordinario apparatu, rabidis feris viliissimos senio con-
 fectos, gladiatores quoque pugnâtes, patres familiarum no-
 tos, sed insignes debilitate aliqua corporis, subiiciebat. Ac
 nonnumquam horreis præclusis, populo famem indixit.
 XXVII. Sauiitiam ingenii per hæc maxime ostendit. Cum ad sagi-
 nam ferarum muneri præparatarum carius pecudes com-
 pararentur, ex noxiis laniandos adnotauit: & custodiarum
 seriem recognoscens, nullius inspecto elogio, stans, tantum-
 modo

modo intra porticum mediam, à caluo ad caluum duci imperavit. Votum exegit ab eo qui pro salute sua gladiatoriam operam pròmiserat: spectavitq; ferro dimicantem; nec dimisit nisi victorem, & post multas preces. Alterum qui se periturum ea de causa vouerat, cunctantem pueris tradidit verbenatum insulatumq;, qui votum reposcentes per vicos agerent, quoad præcipitaretur ex aggere. Multos honesti ordinis, deformatos prius stigmatum notis, ad metalla, aut viarum munitiones, aut ad bestias condemnauit, aut bestiarum more quadrupes cauea coërcuit, aut medios ferra dissecuit. Nec omnes grauibus ex causis, verum male de munere suo opinatos, vel quod numquam per Genium suum deierassent. Parentes supplicio filiorum interesse cogebat. Quorum vni valitudinem excusanti lepticam misit: alium è spectaculo poenæ epulis statim adhibuit, atque omni comitate ad hilaritatem & iocos prouocauit. Curatorem munerum ac venationum per continuos dies in conspectu suo catenis verberatum non prius occidit, quam offensus putrefacti cerebri odore. Atellanæ poëtam, ob ambigui ioci versiculum, media Amphitheatri harena igni cremauit. Equitem Rom. obiectum feris, cum se innocentem proclamasset, reduxit: abscissaq; lingua, rursus induxit. **Reuocatum** XXVIII. quendam à vetere exsilio sciscitatus, quidnam ibi facere consuesset, respondente eo per adulationem: *Deos semper orami, ut, quod evenit, periret Tiberius, & tu imperares:* opinans sibi quoque exsules suos mortem imprecari, misit circum insulas, qui vniuersos contrucidarent. Cum discerpi Senatorem concupisset, subornauit qui ingredientem curiam, repente hostem publicum appellantes, inuaderent, graphiisq; confossum lacerandum cæteris traderent. Nec ante satiatum est, quam membra & artus & viscera hominis tracta per vicos, atque ante se congesta vidisset. **Imma-** XXIX. nissima facta augebat atrocitate verborum. *Nihil magis in*

impuden-
tiam.

natura sua laudare se ac probare dicebat, quam, vt ipsius verbo
vtar, ad d. p. v. i. ar. Monenti Antonia: auia:, tamquam parua
esset non obedire: Memento, ait, omnia mihi in omnes li-
cere. Trucidaturus fratrem, quem metu venenorum præ-
muniri medicamentis suspicabatur: Antidotum, inquit, ad-
versus Casarem? Relegatis sororibus, non solum insulas
habere se, sed etiam gladios minabatur: Prætorium virum
ex secessu Anticyræ, quam valitudinis causa petierat, pro-
pagari sibi commeatum sæpius desiderantem, cum mandaf-
set interimi, adiecit, Necessariam esse sanguinis missionem,
cui tam diu non prodesset elleborum. Decimo quoque die, nu-
merum puniendorum ex custodia subscribens, Rationem se
purgare dicebat. Gallis Græcisq; aliquot vito tempore con-
 xxx. *demnatis, gloriabatur Gallogræciam sese subegisse. Non*
temere in quemquam, nisi crebris & minutis ictibus anim-
aduertere passus est: perpetuo notoq; iam præcepto: Ita fe-
Lucan. 2. v. 791, vt se mori sentiat. Punito per errorem nominis alio
quam quem destinauerat, ipsum quoq; paria meruisse dixit.
 Tragicum illud subinde iactabat.

Oderint dum metuant.

Sæpe in cunctos pariter Senatores, vt Seiani clientes, aut
 matris ac fratrum suorum delatores, inuectus est: prolatis
 libellis, quos crematos simulauerat, defensaq; Tiberii sæui-
 tia quasi necessaria, cum tot criminantibus credendum es-
 set. Equestrem ordinem, vt scenæ harenæq; deuotum assi-
 due proscidit. Infensus turbæ fauenti aduersus studium
 suum exclamauit: *Vtinam pop. Rom. unam ceruicem haberet.*
 Cumq; Tetrinius latro postularetur, & qui postularent, *Te-*
trinius esse ait. Retiarii tunicati quinque numero gregatim
 dimicantes, sine certamine vilo totidem secutoribus fuccu-
 buerant: cum occidi iuberentur, vnus resumta fuscina, o-
 mnes victores interemit. Hanc vt crudelissimam cædem &
 defleuit edicto, & eos qui spectare sustinuisent, execratus
 est.

Cic. 1. Off. p. 17.
 dem oration. pro P. Sex-
 tio. p. 102. & Orat. 84.
 Vltima v. p. 23

est. Queri etiam palam de conditione temporum suorum solebat: *quod nullis calamitatibus publicis insignirentur?* Augusti Principatum clade Variana: Tiberii, ruina spectulorum apud Fidenas, memorabilem factum: sui obliuionem imminere prosperitate rerum: Atque identidem exercituum cædes, famem, pestilentiam, incendia, hiatum aliquem terræ optabat. Animum quoque remittenti, ludos & epulis dedito, eadem dictorum factorumque sæuitia aderat. Sæpe in conspectu prudentis vel commissantis rerum quæstiones per tormenta habebantur. Miles decollandi artifex quibuscunque è custodia capita amputabat. Puteolis dedicatione pontis, quem excogitatum ab eo significauimus, cum multos è litore inuississet ad se, repente omnes præcipitauit: quosdam gubernacula apprehendentes, contis remisque detrusit in mare. Romæ publico epulo seruum, ob detractam lectis argenteam laminam, carnifici confestim tradidit, ut manibus abscissis, atque ante pectus è collopendentibus, præcedente titulo qui causam poenæ indicaret, per cœtus epulantium circumduceretur. Mirmillonem è ludo rudibus secum batuentem & sponte prostratum, confodit ferrea sica; ac more victorum cum palma discucurrit. Ad mora altaribus victima succinctus ~~proprium~~ habitu, elato alte malleo, cultrarium macrauit. Lautiore conuiuio effusus subito in cachinnos, Coss. qui iuxta cubabant, quidnam rideret blande quærentibus: *Quid, inquit, nisi uno meo nutu irregulari utrumque vestrum statim posse?* Inter varios iocos, cum assistens simulacro Iouis Apellem traegœdum consulisset, vter illi maior videretur: cunctantem flagellis discidit: collaudans vocem deprecantis, quasi etiam in gemitu prædulcem. Quoties vxoris vel amiculae collum exoscularetur, addebat: *Tam bona ceruix, simulac inssero, demetur.* Quin & subinde iactabat, *Exquisiturum se vel fiducialis de Casonia sua, cur eam tanto opere diligeret.*

XXXIV. Nec minore litore ac malignitate, quam superbia sauitiaq; pane aduersus omnis æui homines grassatus est. Statuas virorum illustrium, ab Augusto ex Capitolina area propter angustias in Martium campum collatas, ita subuertit atque disiecit, vt restitui saluis titulis non valuerint. Vetuitq; posthac viuentium cuiquam vsquam statuam aut imaginem, nisi consulto se & auctore, poni. Cogitauit etiam de Homeri carminibus abolendis. Cur enim sibi non licere, dicens, quod Platoni licuit, qui eum è ciuitate, quam constituebat, eiecerit? Sed & Virgilii & Titi Liuii scripta & imagines, paullum abfuit, quin ex omnibus bibliothecis amouerit: quorum alterum, *vt nullius ingenii, minimaq; doctrina*: alterum, *vt verbum in historia negligentemq;* carpebat. De iuris quoque consultis, quasi scientiæ eorum omnem vsum aboliturus sæpe iactauit, *Se, me hercle, effecturum, ne quid respon-*

XXXV. *dere possent præter eum.* Vetera familiarum insignia nobilissimo cuique ademit: Torquato torquem: Cincinato crinem: Cn. Pompeio stirpis antiquæ, Magni cognomen. Ptolemæum, de quo retuli, & accersitum è regno, & exceptum honorifice, non alia de causa repente percussit, quam quod edente se munus, ingressum spectacula, conuertisse hominum oculos fulgore purpureæ abollæ adinadvertit. Pulcros & comatos, quoties sibi occurrerent, occipitio raso deturpabat. Erat Esus Proculus patre primipilari, ob egregiam corporis amplitudinem & speciem *Colosiferos* dictus. Hunc è spectaculis detractum, repente & in harenam deductum, Thraci, & mox hoplomacho comparauit: bisq; victorem constringi sine mora iussit: & pannis obfitum vicatim circumduci, ac mulieribus ostendi, deinde iugulari. Nullus denique tam abiectæ conditionis, tamq; extremæ fortis fuit, cuius non commodis obtreteret. Ne morensi regi, quod multos iam annos potiretur sacerdotio, validiorem aduersarium subornauit. Cum quodam die

mu-

muteris, effedario Porio, ob prosperam pugnam seruum suum manu mittenti studiosius plausum esset, ita se proripuit è spectaculis, vt calcata lacinia togæ, præceps per gradus iret indignabundus, & clamitans: *Dominum gentium populum ex re lenissima plus honoris gladiatoris tribuentem, quam consecratis principibus, aut presenti sibi.* Pudicitia neq; xxxvi.

sua neq; aliena pepercipit. M. Lepidum Mnesterem pantomimum, quosdam obliedes dilexisse fertur, commercio murci stupri. Valerius Catullus consulari familia iuuenis, stupratum à se, ac latera sibi contubernio eius defessa, etiam vociferatus est. Super sororum incesta, & notissimum proficitur Pyralidis amorem, non temere vlla illustriore femina abstinuit: quas plerumque cum maritis ad cœnam vocatas, præterq; pedes suos transeuntes, diligenter, ac lente, mercantium more, considerabat: etiam faciem manu alleuans, si quæ pudore submitterent. Quoties deinde libuisset, egressus triclinio, cum maxime placitam seuocasset, paullo post recentibus adhuc lasciuia notis, reuersus vel laudabat palam, vel vituperabat: singula numerans bona male corporis, atque concubitus. Quibusdam absentium maritorum nomine, repudium ipse misit, iussitq; in Acta referri. Nepotinis sumtibus omnium prodigorum ingenia superauit: commentus nouum balnearum vsum, portentosissima genera ciborum, atque cœnarum: vt calidis frigidisq; vnguentis lauaretur: pretiosissimas margaritas acetoliquefactas sorberet: conuiuis ex auro panes & opsonia apponeret: *Aut frugi hominem esse oportere dicitans, aut Cæsarem.* Quin & nummos non medioeris summæ è fastigio basilicæ Iuliae per aliquot dies sparsit in plebem. Fabricauit & de cedris Liburnicas, gemmaris puppibus, versicoloribus velis, magna thermarum & porticum & tricliniorum laxitate, magnaq; etiam vitium & pomiferarum arborum varietate: quibus discumbens de die inter choros ac sym-

xxxviii.

symphonias, litora Campaniæ peragraret. In exstructioni-
 bus prætoriorum atque villarum omni ratione posthabita,
 nihil tam efficere concupiscebat, quam quod posse effici ne-
 garetur. Et iactæ itaque moles infesto ac profundo mari, ex-
 cisæ rupes durissimi silicis, & campi montibus aggere æqua-
 ti, & complanata fossuris montium iuga, incredibili qui-
 dem celeritate, cum moræ culpa capite lueretur. Ac ne sin-
 gula enumerem, immensas opes, totumque illud Tiberii
 Cæsaris, vices ac septies millies HS. non toto vertente anno
 absumsit. Exhaustus igitur atque egens, ad rapinas con-
 vertit animum, vario & exquisitissimo calumniarum & au-
 ctionum & vectigalium genere. Negabat iure ciuitatem
 Romanam vsurpare eos, quorum maiores sibi posterisq;
 eam impetrassent, nisi filii essent. Neque enim intelligi de-
 bere posteros vltra hunc gradum. Prolataq; Diuorum Iulii
 & Augusti diplomata, vt vetera & obsoleta deflebat. Argue-
 bat & perperam editos census, quibus postea quacumque
 de causâ quidquam incrementi accessisset. Testamenta pri-
 mipilarium, qui ab initio Principatus Tiberii, neque illum,
 neque se heredem reliquissent, vt ingrata reseidit. Item cæ-
 rerorum, vt irrita & vana, quoscunque quis diceret herede
 Cæsare mori destinasse. Quo metu iniecto, cum iam & ab
 ignotis inter familiares, & à parentibus inter liberos palam
 heres nuncuparetur, derisores vocabat: quod post nuncupa-
 tionem viuere perseuerarent, & multis venenatas mactæas
 misit. Cognoscebat autem de talibus causis, taxato prius
 modo summæ, ad quem conficiendum consideret: confe-
 cto demum excitabatur. Ac ne paullulum quidem moræ
 patiens, super quadriginta reos quondam ex diuersis crimi-
 nibus vna sententia condemnauit, gloriatusq; est experge-
 factæ somno Cæsoniæ, quantum egisset, dum ea meridiaret.
 Auëtionem proposita, reliquias omnium spectaculorum sub-
 iccit, & venditauit: exquirens per se pretia, & vsque eo exten-
 dens,

LXXVIIII millies HS
 diu. dno XXXVIII

dens, vt quidam immenso coacti quædam emere, ac bonis exuuienas sibi inciderent. Nota res est, Aponio Saturnino inter subscellia dormitante, monitum à Caio præconem, ne prætorium virum crebro capitis motu nutantem sibi præteriret: nec licendi finem factum, quoad tredecim gladiatores us nonagies ignorantibus addicerentur. In Gallia quoque, cum damnatarum sororum ornamenta, & supellectilem, & seruos, atque etiam liberos, immensis pretiis vendidisset: inuitatus lucro, quidquid instrumenti veteris aulæ erat, ab vrbe repetiit: comprehensis ad deportandum meritoriis quoque vehiculis, & pistrinensibus iumentis: adeo, vt panis Romæ sæpe deficeret, & litigatorum plerique, quod occurrere absentes ad vadimonium non possent, causa caderent. Cui instrumento distrahendo nihil non fraudis ac lenocinii adhibuit: modo auaritiæ singulos increpans, & quod non puderet eos locupletiores esse, quam semodo pœnitentiam simulans, quod principalium rerum priuatis copiam faceret. Compererat provincialem locupletem ducenta us numerasse vocatoribus, vt per fallaciam conuiuio interponeretur, nec tulerat moleste tam magno æstimari honorem cœnæ suæ. Huic postero die sedenti in auctione misit, qui nescio quid friuoli ducentis millibus traderet: diceretq; *caruaturum apud Cæsarem, vocatum ipsius.* Vestigalia noua atque inaudita, primum per publicanos, deinde quia lucrum exuberabat, per centuriones tribunosq; prætorianos exercuit: nullo rerum, aut hominum genere omisso, cui non tributi aliquid imponeret. Pro eduliis, quæ tota vrbe venirent, certum statumq; exigebatur. Pro litibus atque iudiciis vbicumque conceptis, quadragesima summæ, de qua litigaretur: nec sine pœna, si quis composuisse, vel donasse negotium conuinceretur. Ex gerulorum diurnis quæstibus pars octaua, ex capturis prostitutarum quantum quæque vno concubitu mereret. Additumq; ad

caput legis, vt tenerentur publico, & quæ meretricium, & qui lenocinium fecissent: nec non & matrimonia obnoxia essent.

XLI. Huiusmodi veſtigalibus indictis, neque propoſitis, cum per ignorantiam ſcripturæ multa commiſſa fierent, tandem flagitante pop. Rom. propoſuit quidem legem: ſed & minutiffimis litteris, & anguſtiſſimo loco: vt iſtæ ne cui deſcribere liceret. Ac ne quod non manubiarum genus experiretur, lupanar in palatio conſtituit: diſtinctiſq; & inſtructis pro loci dignitate compluribus cellis, in quibus matronæ ingenuiq; ſtarent. Miſit circum fora, & baſilicas: nomenclatores ad inuitandos in libidinem iuvenes ſenesque: præbita aduenientibus pecuniæ ſenebris, appoſitiſq; qui nomina palam ſubnotarent, quaſi adiuuantium Cæſaris reditus. Ac ne ex luſu quidem alex compendium ſpernens, plus mendaciõ atque etiam periurio lucrabatur. Et quondam proximo colluſori, demandata vice ſua; progreſſus in atrium domus, cum prætereuntes duos equites Rom. locupletes ſine mora corripere, conſiſcariq; iuſſiſſet: exultans rediit, glorianſque *numquam ſe præſepiore alex uſam.*

XLII. Filia uero nata, paupertatem, nec iam imperatoria modo, ſed & patria conquerens onera, collationes in alimoniam atque dotem puellæ recepit. Edixit & ſtrenas in eunte anno ſe recepturum: ſteritq; in veſtibulo ædium Kalend. Ianuariis ad captandas ſtipes, quas plenis ante cum manibus ac ſinu omnis generis turba fundebat. Nouiſſime contrectandæ pecuniæ cupidine incenſus, sæpe ſuper immenſos aureorum aceros patentiſſimo diſfuſos loco, & nudis pedibus ſpatiatus, & toto corpore aliquandiu uolutatus eſt.

XLIII. Militiam reſq; bellicas ſemel attigit, neque ex deſtinato, ſed cum ad uifendum nemus flumenque Chiumni Meuaniam proceſſiſſet: admonitus de ſupplendo numero Batauorum, quos circa ſe habebat, expeditionis Germanicæ impetum cepit: neque diſtulit, ſed legionibus & auxiliis vndiq;

excitis, defectibus vbique acerbissime actis, contracto & omnis generis com metu quantum numquam alius, iter ingressus est: confecitq; modo tam festinanter & rapide, vt prætorianæ cohortes contra morem signa iumentis imponere, & ita subsequi cogentur: interdum adeo segniter & delicate, vt octophoro veheretur, atque à propin quarum urbium plebe verri sibi vias, & conspergi propter puluerem exigeret.

Postquam castra attigit, vt se acrem & seuerum ducem ostenderet, legatos, qui auxilia serius ex diuersis locis adduxerant, cum ignominia dimisit. At in exercitu recensendo, plerisque centurionum maturis iam, & nonnullis ante paucissimos, quam consummaturi essent, dies primos pilos ademit, caussatus senium cuiusque & imbecillitatem: cæterorum increpita cupiditate, commoda Aug. h. n. emerita militiæ ad sex millium summam rescidit.

Nihil autè amplius quam A Iminio Cinobellini Britannorum regis filio, qui pulsus à patre, cum exigua manu transfugerat, in deditionem recepto: quasi vniuersa tradita insula, magnificas Romam litteras misit: monitis speculatoribus, vt vehiculo ad forum vsque & Curiam pertenderent, nec nisi in æde Martis, ac frequente Senatu, Cos. traderent. Mox XLV.

deficiente belli materia, paucos de custodia Germanos traici, oculiq; trans Rhenum iussit: ac sibi post prandium, quam tumultuosissime aesse hostem nuntiari. Quo facto, proripuit se cum amicis & parte equitum prætorianorum in proximam siluam. truncatisq; arboribus, & in modum tropæorum adornatis ad lumina reuersus, eorum quidam qui secuti non essent, timiditatem & ignauiam corripuit: comites autem & participes victoriæ, nouo genere ac nomine coronarum donauit, quas distinctas Solis ac Lunæ siderumq; specie, *exploratorias* appellauit. Rursus obsides quosdam abductos è literario ludo, clamq; præmissos deserto repente conuiuio, cum equitatu insecutus, veluti pro-

fugos ac reprehensos in catenis reduxit: in hoc quoque mi-
mo præter modum intemperans. Repetita cœna renun-
tiantes coactum agmen, sicut erant, loricated ad discum-
bendum adhortatus est. Monuit etiam notissimo Virgiliti
versu. *Dararent secundiq; se rebus seruaerent.* Atque inter
hæc absentem Senatam populumq; grauiſſimo obiurgauit
edicto, quod *Cæsare præliantes, & tantis discriminibus obiecto,
intempeſtiua commiſſa, circum & theatra & amanos secessus ce-
lebrarent.*

XLVI. Postremo quasi perpetraturus bellum, dire-
cta acie in littore Oceani, ac ballistis machinisq; dispositis,
nemine gnaro ac opinante quidnam coepturus esset, repen-
te vt conchas legerent, galeasq; & sinus replerent, impe-
rauit: *ſpolia Oceani vocans, Capislio Palatioq; debita.* Et in
indiciam victoriæ altissimam turrem excitauit: ex qua, vt ex
Pharo, noctibus ad regendos nauium cursus, ignes emica-
rent: pronuntiatoq; militi donatiuo, centenis viritim de-
nariis, quasi omne exemplum liberalitatis supergressus:

XLVII. *Abite, inquit, lati, abite locupletes.* Conuersus hinc
ad curam triumphi, præter captiuos & transfugas barba-
tos, Galliarum quoque præteritissimum quemque, & vt ipse
dicebat, *à Eio dei uenior,* ac nonnullos ex principibus legit ac
seposuit ad pompam: coëgitq; non tantum rutilare, & sub-
mittere comam, sed & sermonem Germanum addiscere, &
nomina barbarica ferre. Præcepit etiam, triremes, quibus
introierat Oceanum, magna ex parte itinere terrestri Ro-
mam deuchi. Scripsit & procuratoribus, *Triumphum ap-
pararent, quam minima summa, sed quantum numquam alius
fuisse: quando in omnium hominum bona ius haberent.*

XLVIII. Priusquam prouincia decederet, consilium iniit nefandæ atro-
citatæ, legiones, quæ post excessum Augusti seditionem
olim mouerant, contrucidandi: quod & patrem suum Ger-
manicum ducem, & se infantem tunc obsedissent. Vixq; à
tam præcipiti cogitatione reuocatus, inhiberi nullo potuit
modo.

Virg. Æn. 1. 72

dignus qui
ducatur in
trumpbo.

modo quin decimare velle perseveraret. Vocatus itaque ad concionem inermes, atque etiam gladiis depositis, equitatu armato, circumfedit. Sed cum videret, suspecta re, ple-rosq; dilabi ad resumenda, si qua vis fieret, arma, profugit concione: confestimq; urbem petiit, deflexa omni acerbitate in Senatum, cui animaduertendos tantorum dedecorum rumores palam minabatur: querens inter cætera, fraudatum se iusto triumpho, cum ipse paullo ante, ne quid de honoribus suis ageretur, etiam sub mortis poena denuntiasset.

Aditus ergo in itinere à legatis amplissimi ordinis, XLIX. ut maturaret orantibus, quam maxima voce, *Veniam*, inquit, *veniam, & hic mecum*: capulum gladii crebro verbe-
rans, quo cinctus erat: Edixit & *reverti se, sed in tantum, qui optarent, equestri ordini & populo: nam se neque civem, neque principem Senatui amplius fore*. Vetuit etiam quemquam Senatorum sibi occurrere: atque, omisso, vel dilato triumpho, ovens urbem natali suo ingressus est. Intraque quartum mensem periit, ingentia facinora ausus, & aliquanto maiora moliens. Siquidem proposuerat, Antium, deinde Alexandria, commigrare, interempto prius utriusq; ordinis electissimo quoque. Quod ne cui dubium videatur, in secretis eius reperti sunt duo libelli, diverso titulo: alteri *GLADIUS*, alteri *PUGIO* index erat. Ambo notas & nomina continebant morti destinatorum. Inuenta & arca ingens, variorum venenorum plena: quibus mox à Claudio demersis, infecta maria traduntur, non sine piscium exitio, quos enectos æstus in proxima littora eiecit.

Statura fuit eminenti, pallido colore, corpore enormi, gracilitate maxima cervicis & crurum, & oculis & temporibus concavis, fronte lata & torva, capillo raro, ac circa verticem nullo, hirsutus cætera. Quare transeunte eo, prospicere ex superiore parte, aut omnino quacumque de causa *capram* nominare, criminofum & exitiale habebatur. Vultum vero

natura horridum ac tetrum etiam ex industria efferabat, componens ad speculum in omnem terrorem ac formidinem. Validudo ei neque animi, neque corporis consistit. Puer comitiali morbo vexatus: in adolescentia ita patiens laborum erat, ut tamen nonnumquam subita defectione ingredi, stare, colligere semet, ac sufferre vix posset. Mentis validudinem & ipse senserat: ac subinde de secessu, deq; purgando cerebro cogitavit. Creditur potionatus à Cæsonia uxore, amatorio quidem medicamento, sed quod in furorem verterit. Incitabatur insomnia maxime: neque enim plus, quam tribus nocturnis horis quiescebat: ac ne his quidem placida quiete, sed pauida miris rerum imaginibus: ut qui inter cæteras, pelagi quondam speciem colloquentem secum videre visus sit. Ideoque magna parte noctis vigilia cubandiq; tædio, nunc toro residens, nunc per longissimas porticus vagus, invocare identidem atq; expectare lucem

- II. consueverat. Non immerito mentis validudini attribuerim diversissima in eodem vitia, summam confidentiam, & contra, nimium metum. Nam qui Deos tantopere contentinere, ad minima tonitrua & fulgura connuere, caput obvoluerit, ad vero maiora proripere se è strato, sub lectumq; condere solebat. Peregrinatione quidem Siciliensi, irrisis multorum locorum miraculis, repente à Messana noctu profugit, Etnæi verticis fumo ac murmure pauefactus. Adversus Barbaros quoque minacissimus, cum trans Rhenum inter angustias densumq; agmen iter effedo faceret, dicente quodam, *Non mediocrem fore consternationem, si unde hostis appareat*, equum illico conscendit: ac propeere versus ad pontes, ut eos calonibus & impedimentis stipatos reperit, impatiens moræ, per manus ac super capita hominum translatus est. Mox etiam audita rebellionem Germaniæ, fugam & subsidia fugæ, classes apparabat: vno solatio acquiescens, transmarinas certe sibi super futuras provincias, si vi-
- ctores

flores Alpium iuga, vt Gimbri, vel etiam urbem, vt Seno-
 nes quondam, occuparent: vnde credo percussoribus eius
 pestea consilium natum, apud tumultuantes milites emen-
 tiendi ipsum sibi manus intulisse, nuntio malæ pugnae per-
 territum. Vestitu calceatuque, & cætero habitu, neq; patrio, LII.
 neq; civili, ac ne virili quidē, ac deniq; humano, semper vsus
 est. Saepe depictas gemmasq; indutus pænulas, manulea-
 tus & armillatus in publicum processit: aliquando serica-
 tus, & cycladatus, ac modo in crepidis vel cothurnis, modo
 in speculatoria caliga, nonnumquam socco muliebri, ple-
 rumque vero aurea barba fulmen tenens, ac fuscina, aut
 caduceum, deorum insignia, atq; etiam Veneris cultu con-
 spectus est. Triumphalem quidem ornatum etiam ante ex-
 peditionem assidue gestavit: interdum & Magni Alexandri
 thoracem repetitum ē conditorio eius. E disciplinis LIII.
 liberatibus minimum eruditioni, eloquentiæ plurimum at-
 tendit, quantumnis facundus & promptus: vtiq; si peroran-
 dum in aliquem esset, irato & verba & sententiæ suppete-
 bant: pronuntiatio quoque & vox, vt neque eodem loci
 præ ardore consisteret & exaudiretur à procul stantibus. Per-
 oraturus *stricturum se lucubrationis suæ solum* minabatur:
 Ictius comitiusq; scribendi genus adeo contemnens, vt Se-
 necam tum maximo placentem, *commissiones meas* com-
 ponere, & *hærentem esse sive calco* diceret. Solebat etiam,
 prosperis oratorum actionibus rescribere, & magnorum in
 Senatu reorum accusationes defensionesq; meditari: ac,
 prout *stylus cesserat, vel operare sententia sua quemque, vel*
subleuare: equestri quoque ordine ad audiendum inuita-
 to per edicta. Sed & aliorum generum artes studiosis LIV.
 sine, & diuersissimas exercuit. Thrax & auriga idem can-
 tor, atque saltator. Batuebat pugnatoris armis, aurigabat
 exstructo plurifariam circo. Canendi ac saltandi voluptate
 ita efferebatur, vt ne publicis quidem spectaculis tempera-
 ret,

ret, quo minus & tragædo pronuntianti concineret: & gestum histrionis quasi laudans vel corrigens palam effingeret. Nec alia de causa videretur eo die, quo periit, peruigilium indixisse, quam ut initium in scenam prodeundi licentia temporis auspicaretur. Saltabat autem nonnumquam etiam noctu. & quondam tres consulares secunda vigilia in palatium accitos, multa; & extrema metuentes super pulpium collocavit: deinde repente magno tibiarum & scabellorum crepitu, cum palla tunicaq; talari, prosiluit, ac desaltato cantico abiit. Atque hic tam docilis ad cætera, natate nesciit.

LV. Quorum vero studio teneretur, omnibus ad infamiam fauit. Mnestrem pantonimum etiam inter spectacula osculabatur: ac si quis saltante eo vel leniter obstreperet, detrahi iussu manu sua flagellabat. Equiti Romano tumultuanti, per centurionem denuntiavit, abiret sine mora Ostiam perferretq; ad Ptolemæum regem in Mauritaniam codicillos suos. Quorum exemplum erat: *Es, quem istuc misi, neque boni quidquam, neque mali feceris.* Thracos quosdam Germanis corporis custodibus præposuit. Millonum armaturas rescidit. Columbo victori, leuiter tamen faucio, venenum in plagam addidit, quod ex eo *Colambinum* appellavit. Sic certe inter alia venena scriptum ab eo repertum est. Præsumæ factioni ita addictus & deditus, ut cœnaret in stabulo assidue, & maneret. Agitatori Cythico commissatione quadam in apophoretis vicis us contulit. Incitato equo, cuius causa pridie Circenses, ne inquietaretur, viciniam silentium per milites indicere solebat, præter equile matmoreum, & præsepe eburneum, præterque purpurea tegumenta, ac monile e gemmis, domum etiam, & familiam, & supellectilem dedit, quo lautius nomine eius inuitati acciperentur: Consulatum quoque traditur destinasse. Ita bacchantem, atque grassantem non defuit plerisque animus adoriri. Sed vna alteraq; conspi-

LVI

ratione

ratione detecta, aliis per inopiam occasionis cunctantibus, duo consilium communicauerunt, perfeceruntque: non sine conscientia potentissimorum libertorum præfectorumque prætorii: quod ipsi quoque, etsi falso, in quadam conjunctione, quasi participes nominati, suspectos tamen se & inuisos sentiebant. Nam & statim seductis magnam fecit inuidiam, *districto gladio*, affirmans, *sponte se periturum, si & illis morse dignus videretur*: nec cessauit ex eo criminari alterum alteri, atque inter se omnes committere. Cum placuisset Palatinis ludis spectaculo egressum meridie aggredi, primas sibi partes Cassius Chærea tribunus cohortis prætorie depoposcit: quem Caius seniore iam, ut mollem & effœminatum denotare omni probro consuevit: & modo signum petenti, *Priapum aut Venerem dare*: modo, ex aliqua causa agenti gratias, osculandam manum offerre, formatam commotamque in obscœnum modum. Futuræ cædis multa prodigia exstiterunt. Olympiæ simulacrum Iouis, quod dissolui transferrique Romam placuerat, tantum cachinnum repente edidit, ut machinis labefactis, opifices diffugerint. Superuenitque illico quidam Cassius quoque nomine, iussum se somnio affirmans immolare taurum Ioui. Capitolium Capuæ Idibus Martiis de cœlo tactum est: item Romæ cella Palatini ætiensis. Nec defuerunt, qui coniectarent, altero ostento periculum à custodibus domino portendi: altero, eadem rursus insignem, qualis eodem die facta quondam fuisset. Consulenti quoque de genitura sua, Sulla mathematicus *certissimam necem appropinquare* affirmauit. Monuerunt & sortes Antiatinx, *ut a Cassio caueret*. Qua causa ille Cassium Longinum Asiæ tum præconsulem occidendum delegauerat, immemor Chæream Cassium nominari. Prædie quam periret, somniauit consistere se in cælo iuxta solium Iouis: impulsusque ab eo dextri pedis pollice, & in terras præcipitatum. Prodigiorum loco habitata sunt etiam,

LVII.

Ver. 40.

quæ forte illo ipso die paullo prius acciderant. Sacrificans respersus est phœnicopteri sanguine. Et pantomimus Mnester tragœdiam saltavit, quam olim Neoptolemus tragœdus ludis, quibus rex Macedonum Philippus occisus est, egerat. Et cum in Laureolo mimo, in quo actor præripiens se ruina sanguinem vomuit, ut plures secundarum certatim experimentum artis darent, eruore scena abundavit. Parabatur & in nocte spectaculum, quo argumenta inferorum per Ægyptios & Æthiopes explicarentur.

LVIII. Nono Kalendas Februarias, hora quasi septima cunctatus an ad prandium surgeret, marcente adhuc stomacho pridiani cibi onere, tandem, suadentibus amicis, egressus est. Cum in crypta, per quam transeundū erat, pueri nobiles ex Asia ad edendas in scena operas evocati præpararentur, ut eos inspiceret hortareturque, restitit. Ac nisi princeps gregis algere se diceret, redire ac repræsentare spectaculum voluit. Duplex dehinc fama est: alii tradunt alloquenti pueros à tergo Chæream ceruicem gladio casum grauitè percussisse, præmissa voce: *Hoc age.* Dehinc Cornelium Sabinum, alterum è coniuratis Tribunum, ex aduerso traiecisse pectus: alii, Sabinum, submota per conscios Centuriones turba, signum more militiæ petisse, & Caio Iouem dante Chæream exclamasse: *Accipe ratum:* respicientique maxillam ictu discidisse. Iacentem, contractisque membris clamitantem se viuere, cæteri vulneribus triginta confecerunt. Nam signum erat omnium, *Repete.* Quidam etiam per obscœna ferrum adegerunt. Ad primum tumultum læticiarii cum asseribus in auxilium adcurrerunt: mox Germani corporis custodes, ac nonnullos ex percussoribus, quosdam etiam Senatores innoxios, interemerunt.

LIX. Vixit annis XXIX. imperauit triennio & X mensibus, diebusque VII. Cadauer clam in hortos Laminianos asportatum, & tumultuario rogo semiambustum leui

leui cespitate obrutum est : postea per sorores ab exilio reversas erutum, crematum, sepultumque. Satis constat, prius quam id fieret, hortorum custodes umbris inquietatos: in ea quoque domo in qua occubuerit, nullam noctem sine aliquo terrore transactam, donec ipsa domus incendio consumpra sit. Periiit vna & vxor Cæsonia, gladio à centurione confossa; & filia parieti illisa. Conditionem temporum illorum etiam per hæc existimare quivis possit. Nam neque cæde vulgata statim creditum est. Fuitque suspicio, ab ipso Caio famam cædis simulatam & emissam: ut eo pacto erga se hominum mentes deprehenderet. Neque coniurati cuiquam imperium destinaverunt. Et Senatus in asserenda libertate adeo consensit, ut Coss. primo non in curiam, quia Iulia vocabatur, sed in Capitolium convocarent. Quidam vero sententiæ loco abolendam Cæsarum memoriam ac diruenda templa censuerunt. Observatum autem notatumque est in primis, Cæsares omnes, quibus Cæii prænomen fuit, ferro periisse, jam inde ab eo qui Cinnanis temporibus sit occisus.

C. S V E T O N I I T R A N Q V I L L I

LIB. V.

TI. CLAVDIVS DRVSVS CÆSAR V.

Cap. I.
714.



PATREM Claudii Cæsaris Drusum, olim Decimum, mox Neronem prænominè, Liuia, cum Augusto grauida nupsisset, intra mensem tertium peperit: fuitq; suspicio, ex vitrico per adulterii consuetudinem procreatum. Statim certe vulgatus est versus:

*felicioribus
Et crime-
Bres liberi.*

Tois & Tuxen & Tequnna paudiz.

Tacit. H. 1.

Is Drusus in Quæstura Præturæq; honore, dux Rhatice, deinde Germanice belli, Oceanum septentrionalem primus Romanorum ducum nauigauit: transq; Rhenum fossas noui & immensi operis effecit, quæ nunc adhuc Drusina vocantur. Hostem etiam frequenter cæsum, ac penitus in intimas solitudines actum, non prius destitit insequi, quam

*Virg. En. 11. 773. Tacit. 11. 21. 2
et En. 11. 654. Tacit. 11. 10
1. et 11. 0. 3. 2. In uenat. 211.
11. 2. 21.*

species Barbaræ mulieris, humana amplior, victorem tenere ultra, sermone Latino, prohibuisset. Quas ob res ouandi ius, & triumphalia ornamenta percepit: ac post Præturam confestim inito consulatu, atque expeditione repetita, supremum diem morbo obiit, in æstiuis castris, quæ ex eo

Liv. 1. 40. Liv. 2. 49.

Nep. in vita C. 1.

Scelexata sunt appellata. Corpus eius per municipiorum coloniarumq; primores, suscipientibus obuuiis scribarum decuriis, ad urbem deuectum, sepultum est in Martio campo. Cæterum exercitus honorarium ei tumulum excitauit: circa quem deinceps stato die quotannis miles decurreret,

*Virg. 3. v. 304. Kirchm.
1. 3. 27.*

Hieronymus. 1. 2. 19.

Gallia

Kirchm. 1. c. 3.

Virg. En. 11. u. 100.

Gallarumq; ciuitates publice supplicarent. Præterea Senatus inter alia complura, marmoreum arcum cum tropæis, viâ Appia decreuit, & Germanici cognomen ipsi posterisq; eius. Fuisse autem creditur non minus gloriosi, quam civilis animi. Nam ex hoste super victorias, *opima* quoque *spolia* captasse, summoque sæpius discrimine duces Germanorum tota acie infectatus: nec dissimulasse vîquam pristinum se Reip. statum quandoque restitutum, si posset. Vnde existimo nonnullos tradere ausos, suspectum eum Augusto, reuocatumq; ex prouincia: & quia cunctaretur, interceptum veneno. Quod equidem magis, ne prætermitterem, retuli, quam quia verum aut verisimile putem: eum Augustus tantopere & viuum dilexerit, vt coheredem semper filiis instituerit, sicut quondam in Senatu professus est: & defunctum ita pro concione laudauerit, vt Deos precatus sit, *Similes ei Cæsares suos facerent: sibiq; tam honestum quandoque exitum darent, quam illi dedissent.* Nec contentus elogium tumulo eius versibus à se compositis insculpsisse, etiam vitæ memoriam prosa oratione composuit. Ex Antonia minore complures quidem liberos tulit: verum tres omnino reliquit, Germanicum, Liuillam, Claudium. CLAVDIVS natus est, Iulo Antonio, Fabio Africano Coss. Kal. Augustis, Lugduni, eo ipso die, quo primum ara ibi Augusto dedicata est: appellatusq; *Tiberius Claudius Drusus*. Mox fratre maiore in Iuliam familiam adoptato, Germanici cognomen assumpsit. Infans autem relictus à patre, ac per omne ferè pueritiæ atque adolescentiæ tempus, variis & tenacibus morbis cõflictatus est: adeo vt ànimo simul & corpore hebetato, ne progressa quidem ætate, vlli publico priuatoq; muneri habilis existimaretur. Diu, atque etiam post tutelam receptam, alieni arbitrii & sub prædago fuit: quem *Barbarum & olim superuentarium, ex industria sibi appositum, vt se quibuscumq; de causis*

causis quam seuisſime coërceret, ipſe quodam libello con- queritur. Ob hanc eandem valitudinem & gladiatorio munere, quod ſimul cum fratre memoria patris edebit, pal- liolatus nouo more præſedit: & togæ virilis die, circa me- diam noctem, ſine ſoleni officio lectica in Capitolium

III. latus eſt. Diſciplinis tamen liberalibus ab atate prima non mediocrem operam dedit, ac ſæpe experimenta cuius- que etiam publicauit. Verum ne ſic quidem quidquam dignitatis aſſequi, aut ſpem de ſe commodiorem in poſte- rum facere potuit. Mater Antonia portentum eum hominis dictitabat, nec abſaluſum à natura, ſed tantum inchoatum: ac ſi quem ſocordix argueret, ſtultioreſ aiebat filio ſuo Clau- dia. Auia Auguſta pro deſpectiſſimo ſemper habuit: non affari, niſi rariffime: non monere, niſi acerbo & breui ſcri- pto, aut per internuntios ſolita. Soror Liuiſſa, cum audiſ- ſet quandoque imperaturum, tam iniquam & tam indi- gnam ſortem populo Rom. palam & clare deteſtata eſt. Nam & auunculus maior Auguſtus quid de eo in vtramque partem opinatus ſit, quo certius cognoſcatur, capita ex ipſiſ

IV. epiftolis poſui. Collocutus ſum Tiberio, ut mandaſti mea Linia, quid nepoti tuo Tiberio faciendum eſſet ludis Martiali- bus. Conſentit autem vterque noſtrum, ſemel eſſe nobis ſtatu- endum, quod conſilium in illo ſequamur. Nam ſi eſt ἀρετή, ut ita dicam, ὁλόκληρος, quid eſt quod dubitemus, quin per eos- dem articulos & gradus producendus ſit, per quos frater eius productus fuit? Sin autem ἡλατῶδες ſentiſſimus eum, ἢ βεβλάφθα, ἢ εἰς τὴν ἑσπέρην, ἢ εἰς τὴν τῆς ψυχῆς ἀβύσσον, præbenda mate- ria deridendi & illum, & nos, non eſt hominibus, * τὰ τοιαῦτα αἰώπτεν ἢ μυκταιζέειν τιωδόν. Nam ſemper aſtuabimus ſi de ſingu- lis articulis temporum deliberabimus, * μὴ περιποιημένοι ἡμῖς, poſſe eum gerere honores arbitremur nec ne. In præſentia tamen quibus de rebus conſulis, curare eum ludis Martialibus triclinium ſacerdotum, non diſplicet nobis, ſi eſt paſſurus ſe ab

Sitani

perfectus.
omnino ha-
bilis.
deſicere eum
& imminu-
quoad perfe-
ctionem tum
corporis tum
animi.
* iſta talia
cauillari &
iuridare ſo-
lent.
* eum non dum
deſinitum no-
tari ſit.

Silani filio, homine sibi affini, admoneri, ne quid faciat quod
 conspici & derideri possit. Spectare eum Civitenses ex pului-
 nari non placet nobis. Expositus enim in prima fronte specta-
 culorum conspicitur. In Albanum montem ire eum non placet
 nobis, aut esse Roma Latinarum diebus. Cur enim non præs-
 tatur urbi, si potest fratrem suum sequi in montem? Habes
 nostras, mea Livia, sententias, quibus placet semel de tota re
 aliquid constitui: ne semper inter spem & metum fluctuemus.
 Excipit autem, si voles, Antonia quoque nostra des hanc par-
 tem epistola huius legendam. Rursum alteris litteris: Tiberium
 adolescentem ego vero, dum tu aberis, quotidie inuitabo ad cæ-
 num, ne solus cænet cum suo Sulpicio & Athenodoro: qui vel-
 lem diligentius & minus peritiosus, deligeret sibi aliquem,
 cuius motum & habitum & incessum imitaretur misellus:
 ἄτυχόν τινος ἐπὶ τοῖσι κωμικοῖσι διὰ τὸ
 satis apparet * ἢ ἢ τὸς ἄτυχόν ἀντὶ δ' ἀνείη. Item tertiis litteris: Ti-
 berium nepotem tuum placere mihi declamantem potuisse,
 peream, nisi mea Livia admiror. Nam qui tam † ἀσώπως λό-
 quatur, qui possit, cum declamat, * ἀσώπως dicere, qua dicenda
 sunt, non video. Nec dubium est quin post hæc Augustus
 constituerit, & reliquerit eum nullo præter auguralis sacer-
 dotii honore impertitum: ac ne heredem quidem, nisi in-
 ter tertios, ac pæne extraneos, è parte sexta nuncupavit:
 legatoq; non amplius quam octingentorum sestertiorum
 profecutus. Tiberius patruus pærenti honores consu-
 laria ornamenta derulit. Sed instantius legitimos flagitan-
 ti, id solum codicillis rescripsit, *Quadraginta aureos in Sa-
 turnalia & Sigillaria misisse ei.* Tunc demum abiecta spe
 dignitatis, ad otium concessit, modo in hortis & suburba-
 na domo, modo in Campaniæ fecessu delitescens: atque
 ex contubernio sordidissimorum hominum super veterem
 segnitæ notam, ebrietatis quoque & alexæ infamiam subiit.
 Cum interim, quamquam hoc modo agenti, numquam

August. 45. et eo loco ubi
 huiusmodi dicitur collucta
 erat.
 quæ quæ pro salute con-
 siliis huiusmodi huiusmodi
 dicitur: cum huiusmodi
 huiusmodi aliter huiusmodi
 huiusmodi huiusmodi

Mirabiliter
 aus sine iudic-
 cio.

infelix est o-
 mino valde
 inter istos so-
 dales.

* animi eius
 bona indoles.

† obscure,
 inepte.

* perspicue,
 bene.

V.

Sigillaria huiusmodi
 huiusmodi huiusmodi
 huiusmodi huiusmodi
 huiusmodi huiusmodi
 huiusmodi huiusmodi

VI.
 aut

aut officium hominum, aut reuerentia publica defuit. Equeſter ordo bis patronum cum perferendæ pro ſe legationis elegit: ſemel cum deportandum Romam corpus Auguſti humeris ſuis à Coſſ. expoſceretur: iterum cum oppreſſum Scianū apud eodem gratularetur. Quin & ſpectaculis aduenienti aſſurgere, & lacernas deponere ſolebat. Senatus quoque, vt ad numerum ſodalium Auguſtialium forte ductorum extra ordinem adiiceretur, cenſuit: & mox vt domus ei, quam incendio amiſerat, publica impenſa reſtitueretur, dicendæque inter conſulares ſententiæ ius eſſet. Quod decretum abolitum eſt, excuſante Tiberio imbecillitatem eius, ac damnum liberalitate ſua reſarturum pollicente. Qui tamen moriens, & in tertijs heredibus cum ex parte tertia nuncupatum, legato etiam circa ſeſtertia vicies proſecutus, commendauit in ſuper exercitiſus, Senatui populoq; Rom. inter cæteras neceſſitudines nominatim.

VII. Sub Caio demum fratris filio ſecundam exiltiationem circa initia imperii omnibus lenocinijs colligente; honores auſpicatus, Conſulatum geſſit vna per duos meſes: euenitq; vt primitus ingredienti cum faſcibus forum, præteruolans aquila dexteriore humero conſideret. Sortitus eſt & de altero Conſulatu in quartum annum: præſeditq; nonnumquam ſpectaculis in Caii vicem, acclamante populo, Feliciter, partim patre Imperatoris, partim Germanici fratri. Nec eo minus contumeliis obnoxius vixit. Nam & ſi paullo ſerius ad prædictam cœnæ horam occuriſſet, non niſi ægre, & circuito demum triclinio, recipiebatur. Et quoties poſt cibum addormiſceret, quod ei fere accidebat, oleærum ac palmularum offibus inceſſebatur: interdum ſerula flagrove, velut per ludum, excitabatur à copreis. Solebant & manibus ſtertentis focci induci, vt repente expergefactus faciem ſibi confricaret. Sed

IX. ne discriminibus quidem caruit: primum in ipſo Conſulatu,

latu, quod Neronis & Drusi, fratrum Cæsaris, statuas segnius
 locandas ponendasq; curasset; pænehonore submotus est:
 deinde extraneo, vel etiam domesticorum aliquo deferente,
 assidue varieq; inquietatus. Cum vero detecta esset 793.
 Lepidi & Gætulici coniuratio, missus in Germaniam inter
 legatos ad gratulandum, etiam vitæ periculum adiit: indi-
 gnante ac fremente Caio; patrum potissimum ad se mis-
 sum, quasi ad puerum regendum: adeo ut non defuerint,
 qui traderent; præcipitatum quoque in flumen, sicut vesti-
 tus aduenerat. Atque ex eo numquam non in Senatu no-
 vissimus consularium sententiam dixit, ignominia causa
 post omnes interrogatus. Etiam cognitio falsi testamenti
 recepta est, in quo & ipse signauerat. Postremo etiam fester-
 tium octogies pro introitu noui Sacerdotii coactus impen-
 dere, ad eas rei familiaris angustias decidit, ut cum obliga-
 tam æratio fidem liberare non posset, in vacuum lege præ-
 diatoria venalis pependit sub edicto præfectorum. Per x.
 hæc ac talia, maxima ætatis parte transacta, quinquagesi-
 mo anno Imperium cepit, quantumuis mirabili casu. Ex-
 clusus inter cæteros ab insidiatoribus Caii, cum quasi secre-
 tum eo desiderante turbam submouerent, in diatam, cui
 nomen est Hermazum, recesserat. Neque multo post rumo-
 re cædis exterritus, prorepit ad solarium proximum: in-
 terq; prætenta foribus vela se abdedit: latentem discurrens
 forte gregarius miles animaduersis pedibus è studio scisci-
 tandi quisnam esset, agnouit, extractumque, & præmeru
 ad genua sibi accidentem, *Imperatorem* salutauit. Hinc ad 794.
 alios commilitones fluctuantes, nec quidquam adhuc
 quam frementes, perduxit. Ab his lecticæ impositus, &
 quia serui diffugerant, vicissim succollantibus in castra de-
 latus est, tristis ac trepidus; miserante obuia turba, quasi ad
 pœnam raperetur insons. Receptus intra vallum, inter ex-
 cubias militum pernoctauit, aliquanto minore spe, quam Herod. l. 1. 17.
 Y. fidu-

fiducia. Nam Consules cum Senatu & cohortibus vrbanis Forum Capitoliumq; occuparunt, asserturi communem libertatem: accitusq; & ipse per Tribunum pleb. in curiam ad suadenda quæ viderentur, *vis se & necessitate teneri* respondit. Verum postero die, Senatu segniore in exsequendis conatibus, per tædium ac dissensionem diuersa censentium, & multitudine, quæ circumstabat, unum rectorem iam & nominatim exposcente, armatos pro concione iurare in nomen suum passus est: promisitq; singulis quinadecim HS: primus Cæsarum fidem militis etiam præmio pignorat. Imperio stabilito nihil antiquius duxit, quam id biduum, quo de mutando Reip. statu hæsitatum erat, memoriam eximere. Omnium itaque factorum dictorumque in eo veniam & obliuionem in perpetuum sanxit, ac præstitit: Tribunis modo ac centurionibus paucis è coniatorum in Caium numero interentis, exempli simul causa, & quod suam quoque cædem depoposcisse cognouerat. Conuersus hinc ad officia pietatis, iusiurandum neque sanctius sibi neq; crebrius instituit quam *per Augustum*; Auiæ Liuiæ diuinos honores, & Circensi pompa currum elephantorum Augustino similem decernendum curauit. Parentibus inferias publicas: & hoc amplius, patri Circenses annuos natali die: matri carpentum, quod per Circum duceretur: & cognomen Augustæ, ab auiâ recusatum. Ad fratris memoriam per omnem occasionem celebratam, comædiam quoque Græcam Neapolitano certamine docuit, ac de sententia iudicum coronauit. Ne Marcum quidem Antonium inhonoratum, ac sine grata mentione transmissit: testatus quondam per edictum; *tanto impensius petere se, ut natalem patris Drusi celebrarent, quod idem esset & aui sui Antonii*. Tiberio marmoreum arcum iuxta Pompeii theatrum; decretum quidem olim à Senatu, verum omissum peregit. Caii quoque, etsi acta omnia rescidit, diem tamen

Caligula

A. d. d. d. d. 2. 6.
XI.

A. d. d. d. d. 11. 13. 14. 15.

viva

ramentum necis, quamvis exordium principatus sui, vetuit inter festos referri. Ac in semetipso augendo parcus atque civilis, XII
 prænominis *Imperatoris* abstinuit, nimios honores recusavit, sponsalia filiae natalemque geniti nepotis silentio, ac tantum domestica religione transegit. Neminem exsulum, nisi ex Senatus auctoritate, restituit: ut sibi in curiam præfectum Prætorii, Tribunosque militum secum inducere liceret, utque rata essent, quæ procuratores sui in iudicando statuerent, precario exegit. Ius nundinarum in privata prædia à Consulibus petiit: cognitionibus magistratum, Tit. 20.
 ut unus è consiliariis frequenter interfuit. Eisdem spectacula edentes, surgens & ipse cum cætera turba, voce ac manu veneratus est. Tribunis plebis adeuntibus se pro tribunali excusavit, quod propter angustias non posset audire eos nisi stantes. Quare in brevi spatio tantum amoris favorisque collegit, ut cum profectum cum Ostiam petiisse ex insidiis nuntiatum esset, magna consternatione populus, & militem quasi proditorem, & Senatum quasi parricidam, diris execrationibus incessere non ante destiterit, quam unus atque alter, & mox plures à magistratibus in Rostra producti, saluum & appropinquare confirmarent. Nec XIII
 tamen expers insidiarum usquequaque permansit, sed & à singulis, & per factionem, & denique civili bello infestatus est. E plebe homo, nocte media, iuxta cubiculum eius cum pugione deprehensus est: reperti & equestris ordinis duo in publico cum dolone ac venatorio cultro præstolantes, Liv. E. 7. 464
 alter ut egressum theatro, alter ut sacrificantem apud Martis ædem adoriretur. Conspirauerant autem ad res novas Gaius Asinius & Statilius Corvinus, Pollionis ac Messallæ oratorum nepotes, assumptis compluribus libertis ipsius atque seruis. Bellum civile movit Furius Camillus Scribonianus Dalmatiae legatus: verum intra quintum diem oppressus est, legionibus quæ sacramentum mutauerant, in præ-

nitentiam religione conuersis, postquam denuntiato ad no-
vum Imperatorem itinere, casu quodam, an diuinitus, neq;
aquila ornari, neque signa conuelli moueriq; potuerunt.

Stroz. 6. 17
Lips. Mil. Rom. 11. c. 6.

XIV. Consularatus super pristinum quatuor gessit: ex quibus duos
795. 796.
800. 804.
primos iunctim: sequentes per internallum, quarto quem-
que anno, semestrem nouissimum; bimestres ceteros, ter-
tium autem, nouo circa Principem exemplo, in locum de-

Jul. Cos. c. 43.

mortui susseptus. Ius & Consul & extra honorem laborio-
sissime dixit; etiam suis suorumq; diebus solennibus, non
numquam festis quoq; antiquitus, & religiosis. Nec sem-
per præscripta legum secutus, duritiam lenitatemve multa-
rum, ex bono & æquo; perinde vt afficeretur; moderatus
est. Nam & iis, qui apud priuatos iudices plus petendo for-
mula excidissent; restituit actiones: & in maiore fraude
conuictos, legitimam poenam supergressus, ad bestias con-

xv. demnauit. In cognoscendo autem ac decernendo, mi-
ra varietate animi fuit, modo circumspectus & sagax, modo
inconsultus ac præceps; nonnumquam friuolus, amentiq;
similis. Cum decurias rerum actu expungeret, eum qui
dissimulata vocatione quam beneficio liberorum habebat,
responderat, vt cupidum iudicandi dimisit: alium interpel-
latum ab aduersariis de propria lite, negantemq; cognitio-
nis rem, sed ordinarii iuris esse, agere causam confestim
apud se coëgit; proprio negotio documentum daturum

Respon. 2.
Lips. 1796.

quam æquus iudex in alieno negotio futurus esset. Fœmi-
nam non agnoscentem filium suum, dubia vtrinq; argu-
mentorum fide, ad confessionem compulit; indicto matri-
monio iuuenis. Absentibus secundum præsentem facillime

gratias
in istis.

dabat, nullo delectu, culpa ne quis, an aliqua necessitate
cessasset. Proclamante quodam, præcidendas falsario ma-
nus, carnificem statim acciri cum machæra mensaq; lanio-
nia flagitauit. Peregrinitatis reum, orta inter aduocatos leui
contentione, rogatumne au palliatum dicere causam oport-

teret,

teret, quasi æquitatem integram ostentans, mutare habitum
 sæpius, & prout accusaretur defendéreturve, iussit. De
 quodam etiam negotio ita ex tabella pronuntiassè creditur:
 SECUNDVM EOS SE SENTIRE, QVI VERA PROPO-
 SVISSENT. propter quæ vsque eo euiluit, vt passim ac pro-
 palam contemptui esset. Excusans quidam testem è pro-
 vincia ab eo vocatum, negavit præsto esse posse. Dissimula-
 ta diu caussa, ac post longas demum interrogaciones; *mor-
 tuus est*, inquit; *Puteolus*. Alius gratias agens, quod reum
 defendi pateretur, adiecit: *Et tamen fieri soles*. Illud quo-
 que à maioribus natu audiebam; adeo caussidicos patien-
 tia eius solitos abuti, vt descendente è tribunali non so-
 lum voce reuocarent; sed & lacinia togæ retenta; interdum
 pede apprehenso retinere. Ac ne cui hæc mira sint, liti-
 gatori Græculo vox in altercatione excidit; *καὶ οὐ γέγραφε, καὶ
 μὴ οὐκ*. Equitem quidem Romanum obscœnitatis in fœmina
 reum, sed falso; & ab impotentibus inimicis conficto
 crimine, satis constat, cum scorta meritoria citari aduersus
 se, & audiri pro testimonio videret; graphium & libellos,
 quos tenebat in manu; ita cum magna stultitiæ & sæuitiæ
 exprobratione iecisse in faciem eius, vt genam non leuiter
 perstrinxerit. Gessit & Censuram intermissam diu post
 Paullum Plancumq; censores: sed hanc quoque inæquali-
 ter; varioque & animo & euentu. Recognitione equitum
 iuuenem probri plenum; sed quem pater probatissimum
 sibi affirmabat, sine ignominia dimisit; *habere* dicens *censo-
 rem suum*. Alium corruptelis adulteriisq; famosum, nihil
 amplius quam monuit, *vt aut parcius atavula indulgeret,
 aut certe cautius*. Addiditque: *Quare enim ego scio, quam
 amicam habeas?* Et cum orantibus familiaribus demississet
 cuidam appositam notam, *Lituræ tamen*; inquit, *existet*.
 Splendidum virum, Græciæq; prouinciæ principem, verum
 Latini sermonis ignatum, non modo albo iudicium erasit,

*Et senex es
 Et stultus.*

XVI.
 800.
 801.

sed etiam in peregrinitatem redegit. Nec quemquam nisi sua voce, utcumque quis posset, ac sine patrono, rationem vitæ passus est reddere. Notauitq; multos, & quosdam inopinantes, & ex causa noui generis, quod se inscio ac sine com meatu Italia excessissent: quendam vero & quod comes regis in prouincia fuisset, referens, maiorū temporibus Rabirio Postumo, Ptolemæum Alexandriam crediti seruandi causa securo, maiestatis crimen apud iudices motum. Plures notare conatus, magna inquisitorum negligentia, sed suo maiore dedecore, innoxios fere reperit, quibuscunque coelibatum, aut orbitatem, aut egestatem obiiceret, maritos, patres, opulentos se probantibus: eo quidem, qui sibi met vim ferro intulisse arguebatur, illæsum corpus veste deposita ostentante. Fuerunt & illa in Censura eius notabilia, quod essedum argenteum sumtuose fabricatum ac venale ad Sigillaria, redimi concidique coram imperauit: quodq; vno die XX edicta proposuit: inter quæ duo, quorum altero admonerat, *ut vberi vinearum prouentu benedolia picarentur*: altero, *nihil eque facere ad vipera morsum, quam taxi arboris succum.* Expeditionem vnā omnino suscepit, eamq; modicam, cum decretis sibi à Senatu ornamentis triumphalibus leuiorem maiestati principali titulum arbitraretur, velletq; iusti triumphii decus, vnde acquireret, Britanniam potissimum elegit: neque tentatam vlli post Diuum Iulium, & tunc tumultuantem ob non redditos transfugas. Huc cum ab Ostia nauigaret, vehementi circio bis pæne demersus est prope Liguriam, iuxtaque Stoechadas insulas. Quare à Massilia Gessoriacum vsque pedestri itinere confecto, inde transmisit: ac sine vllō prælio aut sanguine intra paucissimos dies parte insulæ in dedicationem recepta, sexto quam profectus erat mense Romam rediit, triumphauitq; maximo apparatu. Ad cuius spectaculum commeare in urbem non solum præsidibus prouincia-

(ic. Orat. 29.

XVII.

Calig. 44

797.

vinciarum permisit, verum etiam exsulibus quibusdam: atque inter hostilia spolia, naualem coronam fastigio Palatinæ domus iuxta ciuicam fixit, traieci & quasi domiti Oceani insigne. Currum eius Messalina vxor carpento secuta est. Secuti & triumphalia ornamenta eodem bello adepti, sed cæteri pedibus & in prætexta: Crassus Frugi equo phalerato, & in veste palmata, quod enim honorem ita rauerat. **Vrbis annonæq; curam sollicitissime semper XVIII. egit.** Cum Æmiliana pertinacius arderent, in diribitorio duabus noctibus mansit: ac deficiente militum ac familiarum turba, auxilio plebem per magistratus ex omnibus vicis conuocauit: ac positis ante se cum pecunia fiscis, ad subueniendum hortatus est, repræsentaturus pro opera dignam cuique mercedem. Arctiore autem annona ob assiduas sterilitates detentus quondam medio Foro à turba, conuictisq; ac simul fragminibus panis ita instratus, vt ægre nec nisi postico euadere in Palatium valuerit: nihil non excogitauit ad inuehendos etiam in tempore hiberno commectus. Nam & negotiatoribus certa lucra proposuit suscepto in se damno, si cui quid per tempestates accidisset: & naues mercaturæ causa fabricantibus magna commoda constituit. **Pro conditione cuiusque ciuibus vacationem iei-** XIX.
gis Papiæ Poppeæ: Latinis ius Quiritum: foeminis ius qua-
tuor liberorum: quæ constituta hodie seruantur. Ope- XX.
ra magna potius, quam necessaria, quam multa perfecit: sed
vel præcipua, aquæ ductum à Caiso inchoatum: item emissari-
um Fucini lacus, portumque Ostiensem: quamquam sciret
ex his alterum ab Augusto precantibus assidue Marsis
negatum, alterum à D. Iulio sæpius destinatum, ac propter
difficultatem omissum: Claudiaæ aquæ gelidos & vberes
fontes, quorum alteri Cæruleo, alteri Curtio & Albulino
nomen est: simulq; rinum Anienis noui lapideo opere in
Vrbem perduxit, diuisitque in plurimos & ornatissimos
lacus.

utabant illi q palman mone

*discere idem quod in diribitorio
et diribitorum scilicet res.*

lacus. Fucinum aggressus est, non minus compendii spe, quam gloriæ, cum quidam priuato sumtu emissuros se repromitterent, si sibi siccati agri concederentur. Per tria autem passuum millia, partim effosso monte, partim exciso, canalem absoluit ægre, & post vñdecim annos, quamuis continuus triginta hominum millibus sine intermissione operantibus. Portum Ostiæ exstruxit, circumducto dextra sinistraq; brachio, & ad introitum profundo iam solo mole obiecta, quam quo stabilius fundaret, nauem ante demersit, qua magnus obeliscus ex Ægypto fuerat aduectus, congestisq; pilis superposuit altissimam turrin in exemplum Alexandrini Phari, vt ad nocturnos ignes cursum nauigia dirigerent. Congiaria populo sæpius distribuit. Spectacula quoque complura magnificaq; edidit, non vsitata modo, ac solitis locis, sed & commentitia, & ex antiquitate repetita, & vbi præterea nemo ante eum. Ludos dedicationis Pompeiani theatri quod ambustum restituerat, è tribunali posito in orchestra cõmisit, cum prius apud superiores ædes supplicasset, perq; mediani caueam sedentibus ac silentibus cunctis, descendisset. Fecit & sæculares, quasi anticipatos ab Augusto, nec legitimo tempori referuatos: quamuis ipse in historiis suis prodat, *intermissas eos Augustum multo post, diligentissime annorum ratione subducta, in ordinem rede gisse.* Quare vox præconis irrita est, inuitantis more solenni ad ludos, *quos nec spectasset quisquam, nec spectaturus esset:* cum superessent qui adhuc spectauerant, & quidam histrionum producti olim, tunc quoque producerentur. Circenses frequenter etiam in Vaticano commisit, nonnumquam interiecta per quinos, missus venatione. Circo vero maximo marmoreis carceribus, auratisq; metis, quæ vtraque & tophina ac lignea antea fuerant, exculto, propria Senatoribus constituit loca, promiscue spectare solitis. Ac super quadrigarum certamina, Troiæ lusum exhibuit, & Africanas confi-

conficiente turma Equitū prætorianorum, ducibus Tribu-
 nis, ipsoq; præfecto : præterea Theſſalos Equites, qui feros
 tauros per ſpatia circi agunt, inſiliuntq; deſeſſos, & ad ter-
 ram cornibus detrahunt. Gladiatoria munera plurifariam
 ac multiplicia exhibuit. Anniuerſarium in caſtris præto-
 rianis, ſine venatione apparatusque, iuſtum atq; legitimum
 in Septis, ibidem extraordinarium & breue, dierumq; pau-
 corum, quodq; appellare cœpit Sportulam : quia primum
 daturus edixerat, *velut ad ſubitam condijtãq; cœnulam in-
 vitare ſe populum.* Nec vllò ſpectaculi genere communior
 aut remiſſior erat, adco vt oblatos victoribus aureos prolata
 ſiniſtra pariter cum vulgo, voce digitisq; numeraret: ac sæpe
 hortando rogandoq; ad hilaritatem homines prouocaret,
domiros identidem appellans, immiſtis interdum frigidis &
 accerſitis iocis : Qualis eſt, vt cum Palumbum poſtulantibus,
daturum ſe, promiſit, ſi captus eſſet. Illud quoque pla-
 ne quantumuis ſalubriter & in tempore, cum eſſedario, pro
 quo quatuor filii deprecabantur, magno omnium fauore
 indulſiſſet rudem, tabulam illico miſit admonens popu-
 lum, *quantopere liberos ſuſcipere deberet, quos videret & gla-
 diatori præſidio gratiaq; eſſe.* Edidit & in Martio campo ex-
 pugnationem direptionemque oppidi ad imaginem belli-
 cam, & deditiõnem Britannia regum, præſeditq; paludatus.
 Quin & emiſſurus Fucinum lacum, naumachiam ante
 commiſit. Sed cum proclamantibus naumachiaris, *Aue
 Imperator, morituri te ſalutant,* reſpondiſſet, *Auete vos :*
 neque poſt hanc vocem, quaſi venia data, quiſquam dimi-
 care vellet, diu cunctatus, an omnes igni ferroq; abſume-
 ret, tandem è ſede ſua proſiluit: ac per ambitum lacus, non
 ſine fœda vacillatione, diſcurrens, partim minando, partim
 adhortando ad pugnam compulit. Hoc ſpectaculo claſſis
 Sicula & Rhodia concurrerunt, duodenarum trirēmium
 ſingulae, exciente buccina Tritone argenteo, qui è medio

XXII. lacu per m^achinam emerferat. Qu^adam circa cari-
monias, ciuilemq; & militare morem, itē circa omnium
ordinum statum, domi forisque, aut correxit, aut exoleta
reuocauit, aut etiam noua instituit. In cooptandis per col-
legia sacerdotibus: neminem nisi iuratus nominauit: ob-
seruauitq; sedulo, vt quoties terra in vrbe mouisset, ferias
aduocata concione pr^ator indiceret: vtq; dira aui in vrbe
aut in Capitolio visa, obsecratio haberetur, eamq; ipse iure
Max. Pont. commonito pro Rostris populo pr^airet, sub-

XXIII. motaq; operariorum seruorumq; turba. Rerum actum
diuisum antea in hibernos a^stiosque menses coniunxit.
Iurisdictionem de fidei commissis, quotannis, & tantum in
vrbe delegari magistratibus solitam, in perpetuum, atque
etiam per prouincias potestatibus demandauit. Capiti Pa-
pia^e Poppe^e legis, a Tiberio C^asare, quasi sexagenarii gene-
rare non possent, addito, abrogauit. Sanxit, vt pupillis extra
ordinem tutores a Coss. darentur, vtque hi, quibus a Ma-
gistratibus prouincia^e interdicerentur, vrbe quoque & Italia
submouerentur. Ipse quosdam nouo exemplo relegauit,
vt ultra lapidem tertium vetaret egredi ab vrbe. De maiore
negotio acturus, in curia medius inter Consulium sellas, tri-
bunitio subsellio sedebat. Commeatus a Senatu peti soli-
tos beneficii sui fecit.

XXIV. Ornamenta consularia etiam
procuratoribus ducenariis indulsit. Senatoriam dignita-
tem recusantibus, equestrem quoque ademit. Latum cla-
uum, quamuis initio affirmasset non lecturum Senatorem,
nisi ciuis R. abnepotem, etiam libertini filio tribuit: sed sub
conditione, si prius ab Equite R. adoptatus esset. Ac sic quo-
que reprehensionem verens, etiam App. C^acum generis sui
proauctorem, censorem, libertinorum filios in Senatum al-
legisse docuit: ignarus, temporibus Appii & deinceps ali-
quandiu *libertinos* dictos, non ipsos qui manumitterentur,
sed ingenuos ex his procreatos. Collegio Qu^astorum pro
stratu-

Aratura viarum gladiatorum munus iniunxit: detractaque Ostiensi & Gallica prouincia, curam ærarii Saturni reddidit, quam medio tempore Prætores, aut utique prætura functi sustinuerant. Triumphalia ornamenta Silano filix suæ sponso nondum puberi dedit. Maioribus vero natu, tam multis, tamq; facile, vt epistola communi legionum nomine exstiterit, petentiunt, *vt legatis consularibus simul cum exercitu & triumphalia darentur, ne causam belli quoquo modo quærent.* A. Plautio etiam ouatione facta decreuit: ingressoq; urbem obuiam progressus, & in Capitolium eunti, & inde rursus reuertenti latus texit. Gabinio Secundo, Chaucis, gente Germanica, superatis, *Chaucius* cognomen vsurpare concessit. Equestreis militias ita ordinauit, vt post cohortem, alam: post alam, tribunatum legionis daret: stipendiaq; instituit, & imaginariæ militiæ genus, quod vocatur *Supra numerum*, quo absentes, & titulo *tenus* fungerentur. Milites domos Senatorias salutandi causâ ingredi, etiam patrum decreto prohibuit. Libertinos, quæ se pro Equitibus Romanis agerent, publicauit. Ingratos & de quibus *patroni quærentur*, reuocauit in seruitutem: aduocatisq; eorum negauit se aduersus liberos ipsorum ius dicturum. Cum quidam ægra & affecta mancipia in insulam Æsculapii tædio medendi exponerent, omnes qui exponerentur, liberos esse sanxit, nec redire in ditionem domini, si conualuissent: quod si quis necare quem mallet, quam exponere, cædis crimine teneri. Viatores ne per Italiæ oppida, nisi aut pedibus, aut sella, aut lectica transirent, monuit edicto: *Puteolis & Ostiæ* singulas cohortes ad arcendos incendiorum casus collocauit. Peregrinæ conditionis homines vetuit vsurpare Romana nomina, dumtaxat gentilitia. Ciuitatem Romanam vsurpantes in campo Esquilino securi percussit. Prouincias Achaiam & Macedoniam, quas Tiberius ad curam suam transtulerat, Senatui reddidit. Lyciis ob exitiabiles

XXV.

inter se discordias libertatem ademit: Rhodiis ob pœnitentiam veterum delictorum reddidit: Iliensibus, quasi Romanæ gentis auctoribus, tributa in perpetuum remisit: recitata vetere epistola Græca Senatus populiq; R. Seleuco regi amicitiam, & societatem ita demum pollicentis, si consanguineos suos Ilienses ab omni onere immunes præstitisset.

Tiber. 26.

Iudæos, impulsore **CHRISTO** assidue tumultuantes, Roma expulit. Germanorum legatis in orchestra sedere

Tac. 2. 10. 54.

permisit, simplicitate eorum & fiducia motus, quod in popularia deducti, cum animaduertissent **Parthos & Armenios sedentes in Senatu**, ad eadem loca sponte transierant, nihilo deteriorem virtutem aut conditionem suam prædicantes: Druidarum religionem apud Gallos diræ immanitatis, & tantum civibus sub Augusto interdictam, penitus abolevit. Contra, sacra **Eleusina** etiã transferre ex Attica Romam conatus est. Templum quoque in Sicilia Veneris Erycinæ vetustate collapsum, vt ex arario populi R. reficeretur, auctor fuit.

Ju. J. 43. 510

Cum regibus fœdus in foro icit, porca cæsa, ac vetere fecialium præfatione adhibita. Sed & hæc & cætera, totumque adeo ex parte magna Principatum, non tam suo quam vxorum libertorumque arbitrio administravit: talis vbique plerumque, qualem esse eum aut expeditur

Lw.

XXVI.

illis aut liberet. Sponsas admodum adolescens duas habuit: **Emiliam Lepidam**, Augusti proneptem: item **Liuiam Medullinã**, cui & cognomẽ **Camillæ** erat, è genere antiquo Dictatoris **Camilli**. priorem, quod parentes eius Augustum offenderant, virginem adhuc repudiavit: posteriorem, ipso die, quæ erat nuptiis destinatus, ex valitudine amisit. Vxores deinde duxit **Plautiam Vrgulanillam**, triumphali; & mox **Æliam Petinam**, consulari patre. Cum vtraque diuortium fecit: sed cum **Petina**, ex leuibus offensis; cum **Vrgulanilla**, ob libidinum probra & homicidii suspicionem. Post has **Valeriam Messallinam**, **Barbati Messallæ** consobrini sui fi-

liam

Iam in matrimonium accepit. Quam cum comperisset
 super cætera flagitia atque dedecora, C. Silio etiam nupsisse, 801.
 dote inter auspices consignata, supplicio affecit: confirma-
 vitq; pro concione apud prætorianos, *Quatenus sibi matri-
 monia male cederent, permansurum se in cælibatu: ac nisi per-
 mansisset, non recusaturum confodi manibus ipsorum.* Nec du-
 rare valuit quin de conditionibus continuo tractaret, etiam
 de Petinæ, quam olim exigerat, deq; Lollinæ Paullinæ, quæ
 C. Cæsari nupta fuerat: Verum illecebris Agrippinæ, Ger-
 manici fratris sui filiæ; per ius osculi & blanditiarum occa-
 siones pellectus in amorem; subornavit proximo Senatu,
 qui censeret cogendum se ad ducendum eam vxorem, qua-
 si Reip. maxime interesset: dandamq; cæteris veniam ta-
 lium coniugiorum, quæ ad id tempus incesta habebantur.
 Ac vix vno interposito die; confecit nuptias: non repertis
 qui sequeretur exemplum, excepto libertino quodam, & al-
 tero primipilari, cuius officium nuptiarum & ipse cum Agrip-
 pina celebrauit. Liberos ex tribus vxoribus tulit: ex XXVII.
 Vrgulanilla Drusum & Claudiam: ex Petina Antoniam: ex
 Messallina Octauiam; & quem primo Germanicum, mox
 Britannicum cognominavit. Drusum Pompeiis impube-
 rem amisit, pyro per lusum in sublime iactato, & hiatu oris Mort. 11. 10.
 excepto strangulatum: cum ei ante paucos dies filiam Scia- 773.
 ni despondisset. Quo magis miror fuisse qui traderent, frau-
 de à Sciano necatum. Claudiam ex liberto suo Botere con-
 ceptam, quamuis ante quintum mensem diuortii natam,
 aliq; coeptam, exponi tamen ad matris ianuam, & nudam
 iussit abiici. Antoniam Cn. Pompeio Magno, deinde Fau-
 sto Sullæ, nobilissimis iuuenibus, Octauiam Neroni pri- 806.
 vigno suo collocavit, Silano ante desponsatam. Britanni-
 cum vigesimo imperii die, inque secundo consulatu natum
 sibi paruulum etiam tum, & militibus pro concione mani-
 bus suis gestans, & plebi per spectacula gremio, aut ante se

retinens, assidue commendabat, faustisq; omnibus cum
 203. acclamantium turba prosequeretur. E generis Neronem
 adoptavit: Pompeium atque Silanum non recusavit modo,

XXVIII. sed & interemit. Libertorum præcipue suspexit. Posi-
 den spadonem, quem etiam Britannico triumpho intermi-
 litares viros hasta pura donavit. Nec minus Felicem, quem
 Cohortibus & alis, provinciæque Iudææ proposuit, trium re-
 ginarum maritum. Et Harpocram, cui lectica per urbem
 vehendi, spectaculaq; publice edendi ius tribuit. Ac super
 hos Polybium à studiis, qui sæpe inter duos Coss. ambula-
 bat. Sed ante omnes, Narcissum ab epistolis, & Pallantem
 à rationibus: quos decreto quoque Senatus non præmiis
 modo ingentibus, sed & quæstoriis prætorisque ornamen-
 tis ornari libenter passus est: tantum præterea acquirere &
 rapere, ut querente eo quondam de fisci exiguitate, non ab-
 surde sit dictum, *Abundaturum, si à duobus libertis in con-*

XXIX. *sortium reciperetur.* His, ut dixi, vxoribusque addictus,

non principem se, sed ministrum egit. Compendio cuiusq;
 horum, vel etiam studio ac libidine, honores, exercitus, im-
 punitates, supplicia largitus est: & quidem insciens plerum-
 que & ignarus. Ac ne sigillatim minima quæque enume-
 rem, reuocatas liberalitates eius, iudicia rescissa, suppositos
 aut etiam palam immutatos datorum officiorum codicil-
 los, App. Silanum consocerum suum, Iuliasque, alteram
 Drusi, alteram Germanici filiam, crimine incerto, nec de-
 fensione vlla data, occidit. Item Cn. Pompeium, maioris
 filix virum, & L. Silanum minoris sponsum. Ex quibus
 Pompeius in concubitu dilecti adolescentuli confossus est.

202. Silanus abdicare se prætura antè quartum Kal. Ianuarias,
 morique initio anni coactus, die ipso Claudii & Agrippinæ
 nuptiarum. In quinque & triginta Senatores, trecentosq;
 amplius Equites Rom. tanta facilitate animaduertit, ut de
 nece consularis viri renuntiante centurione, *Factum esse*
 quod

quod imperasset, negaret quidquam se imperasse, nihilo minus *Tib. 22.*
 rem comprobaret; affirmantibus libertis, officio milites
 functos, quod ad ultionem Imperatoris ultro procurrissent.
 Nam illud omnem fidem excefferit, quod nuptiis, quas Mes- *C. 26.*
 sallina cum adultero Silio fecerat, tabellas dotis & ipse con-
 signauerit: inductus, quasi de industria simularentur, ad
 auertendum transferendumque periculum quod immine- *lib. 30.*
 re ipsi per quædam ostenta portenderetur. Auctoritas *xxx.*
 dignitasque formæ non defuit vel stanti, vel sedenti, ac præ-
 cipue quiescenti. Nam & prolixo, nec exili, corpore erat: &
 specie canitieq; pulchra, opimis ceruicibus. Cæterum & in-
 gredientem destituebant poplites minus firmi, & remisse
 quid vel serio agentem multa dehonestabant. Risus inde-
 cens: ira turpior, spumante rictu, humentibus naribus: præ- *lib. 0. 22.*
 terea linguæ titubantia, caputque, cum semper tum in quan-
 titocumque actu vel maxime tremulum. Valitudine *xxxv.*
 sicut olim graui, ita princeps perprospera vsus est, excepto
 stomachi dolore. Quo se correptum etiam de consciscen-
 da morte cogitasse dixit. Conuiuia agitauit & ampla *xxxvii.*
 & assidua, ac fere patentissimis locis, vt plerumque sexcen-
 teni simul discumberent. Conuiuatus & super emissarium
 Fucini lacus, ac pæne submersus, cum emissa impetu aqua
 redundasset. Adhibebat omni cœnæ & liberos suos cum
 pueris puellisq; nobilibus, qui more veteri ad fulcra lecto- *lib. 6. 4.*
~~rum sedentes vescerentur.~~ *Tib. 1. 4. 6.* Conuiuia, qui pridie scyphum
 aureum surripuisse existimabatur, reuocato in diem poste-
 rum, calicem fictilem apposuit. Dicitur etiam meditatus
 edictum, *quo veniam daret flatum crepitumque ventris in*
conuiuio emittendi: cum periclitatum quendam præ pудо-
 re ex continentia reperisset. Cibi viniq; quocumque *xxxviii.*
 & tempore & loco appetentissimus. Cognoscens quondam
 in Augusti foro, iustusque nidore prandii, quod in proxima
 Martis æde Saliis apparabatur, deserto tribunali, ascendit
 ad sã-

ad sacerdotes, vnaque discubuit. Nec temere vnumquam triclino abcessit, nisi distentus ac madens: & vt statim supino, ac per somnum hianti, pinna in os inderetur, ad exonerandum stomachum. Somni breuissimi erat. Nam ante mediam noctem plerumque euigilabat, vt tamen interdiu nonnumquam in iure dicendo obdormisceret, vixque ab aduocatis de industria vocem augentibus excitaretur. Libidinis in foeminas profusissimæ, marium omnino expertus. Aleam studiosissime lusit: de cuius arte librum quoq; emisit: solitus etiam in gestatione ludere, ita effedo alueoq; adaptatis, ne lusus confunderetur.

xxxiv. Sæuum & sanguinari-um natura fuisse, magnis minimisq; apparuit rebus. Tor-

menta quæstionum, poenasq; particidarum repræsentabat, exigebatque coram: Cum & spectare antiqui moris supplicium Tiburi concupisset, & deligatis ad palum noxiis carnifex deesset, accitum ab vrbe vesperam vsque operiri perseverauit: Quocumque gladiatorio munere, vel suo, vel alieno, etiam forte prolapsos iugulari iubebat: maximè retriarios, vt expirantium facies videret. Cum par quoddam mutuis ictibus concidisset, cultellos sibi paruulos ex utroq; ferro in vsum fieri sine mora iussit. Bestiariis meridianisq; adeo delectabatur, vt etiam prima luce ad spectaculum descenderet: & meridie, dimisso ad prandium populo, perfereret: præterq; destinatos, etiam leui subitaque de causa, quosdam committeret, de fabricorum quoque ac ministro-

quod per se
monetur.

rum, atque id genus numero, si αὐτόματον, vel pegna, vel quid tale aliud parum cessisset. Induxit & vnum ex nomenclatoribus suis, sicut erat togatus. Sed nihil æque quam timidus ac diffidens fuit. Primis imperii diebus, quamquam, vt diximus, iactator ciuilitatis, neque conuiuia inire ausus est, nisi vt spiculatores cum lanceis circumstant, militesq; vice ministrorum fungerentur: neq; agrum quemquam visitauit nisi explorato prius cubiculo, culcitisque, &

stragu-

Fragulis prætentatis, & excussis: reliquo autem tempore
 saluatoribus scrutatores semper apposuit, & quidem omni-
 bus, & acerbissimos. Sero enim, ac vix remisit ne foeminae
 prætextatiq; pueri & puellæ contrectarentur, & ne cuius
 comiti aut librario calamariæ aut graphiaræ thecæ adime-
 rentur. Motu civili, cum eum Camillus non dubitans etiam
 citra bellum posse terri, contumeliosa & minaci & con-
 tumaci epistola cedere imperio iuberet, vitamq; otiosam in
 priuata re agere: dubitavit, adhibitis principibus viris, an
 obtemperaret. Quasdam insidias temere delatas adeo ex- xxxvi.
 papuit, vt deponere imperium tentauerit. Quodam, vt supra
 retuli, cum ferro circa sacrificantem se depresso, Senatam
 per præcones prope conuocauit: lacrymisq; & vocifera-
 tione miseratus est conditionem suam, cui nihil tuti vsquam
 esset, ac diu publico abstinuit. Messallinae quoque amorem
 flagrantissimum, non tam indignitate contumeliarum,
 quam periculi metu abiicit, cum adultero Silio acquiri im-
 perium credidisset: quo tempore foedum in modum trepi-
 dus ad castra confugit, nihil tota via, quam *esset ne sibi sal-*
uum imperium, requires. Nulla adeo suspicio, nul- xxxvii.
 lus auctor tam leuis existit, à quo non mediocri scrupulo
 iniecto ad cauendum vlciscendumq; compelleretur. V-
 nus ex litigatoribus, seducto in salutatione affirmavit se
 vidisse per quietem, occidi eum à quodam: deinde paullo
 post, quasi percussorem agnosceret, libellum tradentem
 aduersarium suum demonstravit: confestimque is pro de-
 prehenso ad pœnam raptus est. Pari modo oppressum fe-
 runt App. Silanum: quem cum Messallina & Narcissus
 conspirassent perdere, diuisis partibus, alter ante lucem
 similis attonito, patroni cubiculum irrupit, affirmans so-
 mniasse se, vim ei ab Appio illatam; altera, in admira-
 tionem formata, sibi quoque eandem speciem aliquot iam
 noctibus obuersari retulit. Nec multo post ex compo-

sito irrumperet Appianus nuntiatus, cui pridie ad id temporis ut adesset præceptum erat, quasi plane repræsentaretur somnii fides, accessi statim ac mori iussus est. Nec dubitavit postero die Claudius ordinem rei gestæ perferre ad Senatorem, ac liberto gratias agere, quod pro salute sua etiam dormiens excubaret. Iræ atque iracundiæ conscius sibi, utrumque excusavit edicto: *distinxitque, pollicitus alteram quidem brevem & innoxiam, alteram non iniustam fore.* Ostiensibus, quia sibi subeunti Tiberim scaphas obviam non miserint, grauter correptis, eaque cum invidia, ut *in ordinem se coactum* conscriberet, repente tantum non satisfaciendis veniam modo dedit. Quosdam in publico parum tempestiue adentes manu sua repulit. Item scribam quæstorium, itemque prætura functum Senatorem, inauditos & innoxios, relegavit: quod ille aduersus priuatum se intemperantius affuisset: hic, in ædilitate inquilinos prædiorum suorum contra vetitum cœta vendentes multasset, villicumque interuenientem flagellasset. *Qua*

de causa etiam coërcitionem popinarum Ædilibus ademit. Ac ne stultitiam quidem suam retieuit, simulatamque à se ex industria sub Caio, quod aliter euasurus peruenurusque ad susceptam stationem non fuerit, quibusdam oratiunculis testatus est. Nec ante persuasit, quam intra breue tempus liber editus sit, cui index erat *Μαρῶν ἀνάστασις*, argumentum autem, *stultitiam neminem fingere.* Inter cætera in eo mirati sunt homines & obliuionem & inconsiderantiam: vel, ut Græce dicam, *μετῴρα καὶ ἀβελβία.* Occisa Messallina, paullo post quam in triclinio decubuit, *cur domina non veniret*, requisit. Multos ex iis quos capite damnauerat, postero statim die & in conuiuium & ad alexæ lusum admoueri iussit: & quasi morarentur, ut somniculosos per nuntium increpuit. Ducturus contra fas Agrippinam uxorem, non cessauit omni ratione *filiam*

XXXVIII.

*Stultorum
resurrectio.*
XXXIX.

*obliuionem
seu stultitiam
&
inconsiderantiam.*

&c.

& *alumnæ, & in gremio suo natam, atque educatam* prædicare. Adsciturus in nomen familiæ suæ Neronem, quasi parum reprehenderetur, quod adulto iam filio pruinum adoptaret, identidem diuulgauit, *neminem umquam per adoptionem familiæ Claudiæ inseruim.* Sermonis vero re- XL
rumque tantam sæpe negligentiam ostendit, vt nec quis, nec inter quos, quove tempore, ac loco verba faceret, scire accogitare existimaretur. Cum de laniis ac vinariis ageretur, exclamauit in curiâ: *Rogo vos, quis potest sine offula viuere?* descripsitque abundantiam veterum tabernarum, vnde solitus esset vinum olim & ipse petere. De quæstore quodam candidato inter caussas suffragationis suæ posuit, *quod pater eius frigidam agro sibi tempestiue dedisset.* Inducta teste in Senatu, *Hec, inquit, matris meæ liberta & ornatrice fuit: sed me patronum semper existimauit. Hoc ideo dixi, quod quidam sunt adhuc in domo meâ, qui me patronum non putant.* Sed & pro tribunali, Ostiensibus quiddam publice orantibus, cum excanduisset, *Nihil habere se vociferatus est, quare eos demeretur: si quem alium & se liberum esse.* Nam illa eius quotidiana, & plane omnium horarum & momentorum erant, *Quid, ego tibi Theogonius videor, & λογάται;* multa- *eloquentis-*
taque talia etiam priuatis deformia, ne dum principi, neque *simus aut*
infacundo, neque indocto, immo etiam pertinaciter libera- *sapientis-*
libus studiis dedito. Historiam in adolescentiâ, hor- *simus.*
tante T. Liuius, Sulpicio vero Plauo etiam adiuuante, scri- *XLI.*
bere aggressus est. Et cum primum frequenti auditorio commisisset, ægre perlegit, refrigeratus sæpe à semetipso. Nam cum initio recitationis defractis compluribus subse-
lliis, obesitate cuiusdam, risus exortus esset: ne sedato quidem tumultu temperare potuit, quin ex intervallo subinde facti reminisceretur, cachinnosque reuocaret. In principatu quoque & scripsit plurimum & assidue recitavit per lectorem. Initium autem sumsit historiæ post cæ-

dem Cæsaris Dictatoris. Sed & transit ad inferiora tempora, cœpitque à pace civili: cum sentiret neque libere neque vere sibi de superioribus tradendi potestatem relictam, correptus sæpe & à matre & ab auia. Prioris materiz duo volumina, posterioris vnum & quadraginta reliquit. Composuit & *de vita sua* octo volumina, magis inapte, quam ineleganter: Item *Ciceronis defensionem aduersus Asinii Galli libros*, satis eruditam. Nouas etiam commentus est litteras tres, ac numero veterum quasi maxime necessarias addidit. De quarum ratione cum priuatus adhuc volumen edidisset, mox princeps nõ difficulter obtinuit, vt in vsu quoque promiscuo essent. Exstat talis scriptura in

XLII. plerisque libris, ac diurnis titulisque operunt. Nec minore cura Græca studia secutus est, amorem præstantiamque linguæ occasione omni professus. Cuidam barbaro Græce & Latine differenti, *Cum utroque*, inquit, *sermone nostro sis peritus.* & in commendanda patribus conscriptis Achaia, gratam sibi prouinciam ait, communium studiorum commercio. Ac sæpe in Senatu legatis perpetua oratione respondit. Multum vero pro tribunali etiam Homericis locutus est versibus. Quoties quidem hostem vel insidiatorem vltus esset, excubitori tribuno signum de more poscenti, non temere aliud dedit quam,

Οδυσ. π.
 Virum & τί-
 σεις quan-
 do prior ille
 iniuriam
 intulerit.
 * de rebus
 Tyrheno-
 rum.
 † de rebus
 Carthagi-
 nis sum.

XLIII.

Ἄνδρ' ἐπαμύνασθαι, ὅτε τις πρότερος χαλεπώνη.

Denique & Græcas scripsit historias, * *Τυρρηνικῶν* XX. † *Καρχηδονιακῶν* VIII. Quarum caussa veteri Alexandria Museo alterum additum ex ipsius nomine institutumq; vt quotannis in altero *Τυρρηνικῶν* libri, altero *Καρχηδονιακῶν*, diebus statutis, velut in auditorio, recitarentur toti à singulis per vi- ces. Sub exitu vitæ, signa quædam nec obscura pœnitentis de matrimonio Agrippinæ, deq; Neronis adoptione dederat. Siquidem commemorantibus libertis, ac lau-
 danti-

stantibus cognitionem, qua pridie quandam adulterii ream
condemnauerat: *sibi quoque in fatis esse iactauit omnia impu-
dica, sed non impunita matrimonia.* Et subinde obuium sibi
Britannicum arctius complexus, hortatus est, *ut cresceret,
rationemque à se omnium factorum acciperet*, Græca insu-
per voce profecutus, *ὁ ἔπος δ' ἐπέειπε*. Cumque impubi *Amor vero
impellit.*
neroque adhuc, quando statura permitteret, togam dare
destinasset, adiecit: *ut tandem pop. Rom. verum Casarem
habeat.* Non multoque post testamentum etiam con-

XLIV.

scripsit, ac signis omnium magistratuum obsignauit. Prius
igitur quam ultra progredere, præuentus est ab Agrip-
pina, quam præter hæc, conscientia quoque, nec minus
delatores multorum criminum arguebant. Et veneno
quidem occisum conuenit: ubi autem & per quem da-
to, discrepat. Quidam tradunt, epulanti in arce cum sa-
cerdotibus, per Halorum spadonem prægustatorem: alii,
domestico conuiuio, per ipsam Agrippinam, quæ bole-
tum medicatum auidissimo ciborum talium obtulerat.
Etiam de subsequētib; diuersa fama est. Multi statim
hausto veneno obmutuisse aiunt, excruciatumque dolo-
ribus nocte tota, defecisse prope lucem. Nonnulli inter
initia consopitum, deinde cibo affluente euomuisse omnia,
repetitumque toxico, incertum pultine addito, cum velut
exhaustum refici cibo oporteret, an immisso per clysterem: *Herodian. 1. 12.*
ut quasi abundantia laboranti etiam hoc genere egestio-
nis subueniretur. Mors eius celata est, donec circa suc-
cessorem omnia ordinarentur. Itaque & quasi pro ægro
adhuc vota suscepta sunt, & inducti per simulationem
comœdi, qui velut desiderantem oblectarent. Excessit
III Idus Octobris, Asinio Marcello, Acilio Auiola Coss. *807.*
LXIV ætatis, imperio XIV anno: Futuratus est solen-
ni principum pompa, & in numerum deorum relatus.
Quem honorem, à Nerone destitutum abolitumque, re-

XLVI. cepit mox per Vespasianum. Præfagia mortis eius præcipua fuerunt : exortus crinitæ stellæ, quam cometam vocant : tactumque de cælo monumentum Drusi patris : & quod eodem anno ex omnium magistratum genere plerique mortem obierant. Sed ipse nec ignorasse, aut dissimulasse vltima vitæ suæ tempora videtur, aliquot quidem argumentis. Nam & cum Coss. designaret, neminem, vltra mensem, quo obiit, designavit : & in Senatu, cui nouissime interfuit, multum ad concordiam liberos suos cohortatus, vtriusque ætatem suppliciter patribus commendavit. Et in vltima cognitione pro tribunali, accessisse ad finem mortalitatis, quamquam abominantibus qui audiebant, semel atque iterum pronuntiauit...

C. SVE-

C. SVETONII TRANQVILLI

LIB. VI.

NERO CLAVDIVS CÆSAR VL



EX gente Domitia duæ familiæ claruerunt, Cal- Cap. I.
vinorum & Ænobarborum. Ænobarbi aucto- A. V. C.
rem originis itemq; cognominis habent L. Do- * 586.
mitium, *cui rure quondam reuertenti, iuuenes

*gemi*ni augustiore forma ex occurſu imperaſſe traduntur, nuntiareſ Senatuſ ac populo victoriam, de qua incertum adhuc erat : atque in fidem maiestatis , adeo permulsiſſe malas , vt è nigro rutilum ærique aſſimilem capillam redderent. Quod inſigne manſit & in poſteriſ eius , ac magna pars rutila barba fuerunt. Functi autem *conſulatus VII * 593. 632.
† triumpho *cenſuraque duplici, & inter patricios allecti 658. 660.
perſeuerarunt omnes in eodem cognomine. Ac ne præ- 700. 722.
nomina quidem vlla , præterquam Cnæi & Lucii uſurpa- 784. † 632.
runt : eaque ipſa notabili varietate, modo continuan- * 639. 665.
tes vnumquodque per ternas perſonas , modo alternantes per ſingulas. Nam primum ſecundamque ac tertium Æno-
barborum Lucios : rursus ſequentes tres ex ordine Cnæos accepimus : reliquos nonniſi viciffim, tum Lucios , tum Cnæos. Plures è familia cognoſci referre arbitror : quo facilius appareat ita degeneraſſe à ſuorum virtutibus Nerone , vt tamen vitia cuiuſque quaſi tradita & ingenerata reuer-
kerit. Vt igitur paullo altius reperam , atavus eius Cn. n.
Domitius in tribunatu pontificibus offeſſior, quod alium 651.
quam ſe in patris ſui locum cooptaſſent, ius ſacerdotum ſubro-

subrogandorum à collegiis ad populum transtulit : ac in
 flor. 3, 2. 632. consulatu Allobrogibus Aruernisque superatis, elephanto
 per prouinciam inuectus est : turbam militum, quasi inter so-
 lennia triumphi, prosequente. In hunc dixit Licinius
 Crassus orator, Non esse mirandum, quod aeneam barbam ha-
 696. beret, cui esset os ferreum, cor plumbeum. Huius filius præ-

tor C. Cæsarem abeuntem Consulatu, quem aduersus au-
 spicia legesque gessisse existimabatur, ad disquisitionem

700. Senatus vocauit : mox Consul imperatorem ab exercitibus
 Gallicis retrahere tentauit : successorque ei per factionem
 nominatus, principio ciuilibus belli ad Corfinium captus est.

Vnde dimissus, Massilienses obsidione laborantes cum ad-
 ventu suo confirmasset, repente destituit. Acieq; demum
 Pharsalica occubuit. Vir neque satis constans, & ingenio

truci : in desperatione rerum, mortem timore appetitam
 ita expauit, vt haustum venenum poenitentia euomuerit,

medicumque manumiserit, qui id sibi prudens ac sciens
 minus noxium temperasset. Consultante autem Cn. Pom-

peio de medijs ac neutram partem sequentibus, solus cen-

III. suit hostium numero habendos. Reliquit filium omni-

711. bus gentis suæ proculdubio præferendum. Is inter con-
 scios Cæsarianæ necis, quamquam insons, damnatus le-
 ge Pedia, cum ad Cassium Brutumque se, propinqua sibi

cognatione iunctos, contulisset, post vtriusque interitum
 classis olim commissam retinuit : auxit etiam : nec nisi

partibus vbique profligatis, M. Antonio sponte, & ingentis
 meriti loco, tradidit. solusque omnium ex iis qui pari lege

damnati erant, restitutus in patriam, amplissimos honores
 percucurrit. ac subinde redintegrata dissensione ciuili, eidem

Antonio legatus, delatam sibi summam imperii ab iis quos
 Cleopatraz pudebat, neque suscipere neque recusare fiden-

723. ter, propter subitam valitudinem, ausus, transiit ad Augu-

stum : & in diebus paucis obiit, nonnulla & ipse infamia
 adspers-

adpersus. Nam Antonius cum desiderio amicæ Seruiliæ
 Naidis transfugisse iactavit. Ex hoc Domitius nasci- IV.
 tur, quem emtorem familiæ pecuniæque in testamento
 Augusti fuisse, mox vultu notatum est: non minus aurigandi arte in adolescentia clarus, quam deinde ornamentis
 triumphalibus ex Germanico bello. Verum arrogans, pro-
 fusus, immitis, censorem L. Plancium via sibi decedere
 Aedilis coëgit: Præturæ Consulatusque honore Equites R.
 matronasque ad agendum mimum produxit in scenam:
 venationesque & in circo & in omnibus vrbis regionibus
 dedit. Muus etiam gladiatorium: sed tanta sæuitia, vt
 necesse fuerit Augusto clam frustra monitum edicto coër-
 cere. Ex Antonia maiore patrem Neronis procreavit, V.
 omni parte vitæ detestabilem. Siquidem comes ad orien-
 tem C. Cæsaris iuuenis, occiso liberto suo, quod potare
 quantum iubebatur, recusarat, dimissus è cohorte amico-
 rum nihilo modestius vixit. Sed & in viæ Appiæ vico re-
 pente puerum citatis iumentis haud ignarus obtruit: &
 Romæ, medio foro cuidam Equiti R. liberius iurganti ocu-
 lum cruit. perfidiæ vero tantæ, vt non modo argentarios
 pretiis rerum coëmtrarum, sed & in prætura mercede pal-
 marum aurigarios fraudauerit. Notatus ob hæc & sororis
 ioco, querentibus dominis factionum, *representanda pra-*
mia in posterum fanxit. Maiestatis quoque & adulteriorum,
 incestique cum sorore Lepida sub excessu Tiberii reus, mu-
 tatione temporum euasit: decessitque Pyrgis morbo aquæ
 intercutis, sublato filio Nerone ex Agrippina Germanico
 genita. Nero natus est Antii post IX menses quam Ti-
 berius excessit, XVIII Kal. Ianuarias: tantum quod exo-
 riente Sole, pene vt radiis, prius quam terra contingeretur.
 De genitura eius statim multa & formidolosa multis con-
 iectantibus, præfatio fuit etiam Domitii patris vox, inter
 gratulationes amicorum, negantis quidquam ex se & A- *Tiberii.*

~~grippina nisi detestabile & malo publico nasci potuisse.~~
 Eiusdem futuræ infelicitatis signum, euidens die Iustico ex-
 stitit: nam C. Cæsar, rogante sorore vt infanti quod vellet,
 nomen daret, intuens Claudium patrum suum, à quo mox
 principe Nero adoptatus est, eius se dixit dare: neque id ipse
 serio, sed per iocum, & aspernante Agrippina, quod tum
Claudius inter ludibria aulæ erat. Trimulus patrem amisit:

cuius ex parte tertia heres ne hanc quidem integram cepit,
 correptis per coheredem Caium vniuersis bonis, & subinde
 matre etiã relegata, pæne inops atque egens apud ami-
 tam Lepidam nutritus est, sub duobus pædagogis, saltatore
 atque tonsore. Verum Claudio Imperium adepto, non so-
 lum paternas opes recuperauit: sed & Crispi Passieni vitrici
 sui hereditate ditatus est. Gratia quidem & potentia reuo-
 cata restitutæq; matris vsque eo floruit, vt emanaret in vul-
 gus, missos à Messallina vxore Claudii, qui cum meridiam-
 tem quasi Britannici æmulum strangularent. Additum
 fabulæ est, eosdem dracone è puluino se proferente conter-
 ritos refugisse. Quæ fabula exorta est, deprehensis in lecto
 eius circum ceruicalia serpentis exuuiis: quas tamen aureæ
 armillæ ex voluntate matris inclusas dextro brachio gesta-
 vit aliquandiu: ac tædio tandem maternæ memoriæ abie-
 cit: rursusq; extremis suis rebus frustra requisit. Tener

VII.

adhuc, necdum matura pueritia, circensibus ludis Troiam
 constantissime favorabiliterq; lusit. Vndecimo ætatis anno
à Claudio adoptatus est. Annæoque Senecæ iam tunc Sena-
tori in disciplinam traditus. Ferunt Senecam proxima
 nocte visum sibi per quietem, C. Cæsari præcipere: & fidem
 somnio Nero breui fecit, prædita immanitate naturæ, qui-
 bus primum potuit experimentis. Namque Britannicum
 fratrem, quod se post adoptionem Ænobarbum ex con-
 suetudine salutasset, vt subditium apud patrem arguere co-
 natus est. Amitam etiã Lepidam, ream testimonio coram
 affli-

afflixit, gratificans matri, à qua rea premebatur. Deductus in forum tiro, populo congiarium, militi donatium proposuit: indistaque decursione prætorianis, scutum sua manu prætulit: exinde patri gratias in Senatu egit. Apud eundem consulem pro Bononiensibus Latine, & pro Rhodiis atque Hiensibus Græce verba fecit. Auspicatus est & iurisdictionem Præfectus vrbis sacro Latinarum, celeberrimis patronis non translatis, vt assolet, & breues, sed maximas plurimasque postulationes certatim ingerentibus; quamuis interdictum à Claudio esset. Nec multo post duxit uxorem Octauiam: ediditque pro Claudii salute circenses, & venationem. Septemdecim natus annos, vt de Claudio palam factum est, inter horam sextam septimamque processit ad excubitores: cum ob totius diei diritatem non aliud auspicandi tempus accommodatius videretur: proque Palatii gradibus IMPERATOR consulatus, lectica in castra, & inde raptim appellatis militibus in curiam delatus est: discessitque iam vesperi; ex immensis quibus cumulabatur honoribus, tantum Patris Patriæ nomine recusato, propter ætatem. Orsus hinc à pietatis ostentatione, Claudium apparatissimo funere elatum laudauit, consecrauitque. Memoriam Domitii patris honores maximos habuit. Matri summam omnium rerum publicarum priuatarumque permisit: Primo etiam Imperii die signum excubanti tribuno dedit, *Optimam matrem*: ac deinceps eiusdem sæpe lectica per publicum simul vectus est. Antium coloniam deduxit, adscriptis veteranis è prætorio, additisque per domicilii translationem ditissimis primipilariis, vbi & portum operis sumtuosissimi fecit. Atque, vt certiozem adhuc indolem ostenderet, ex Augusti præscripto imperaturum se professus, neque liberalitatis, neque elementiarum, nec comitatus quidem exhibendæ vllam occasionem omisit. Graviora yectigalia aboleuit, aut minuit. Præmia delatorum

Papiae legis ad quartas redegit. diuifis populo viritim quingenis nummis: Senatorum nobilissimo cuique, sed à re familiari destituto, annua salaria, & quibusdam quingena constituit. Item praetorianis cohortibus frumentum mensuratum gratuitum. Et cum de supplicio cuiusdam capite damnati, vt ex more subscriberet, admoneretur:

Quam vellem, inquit, nescire literas. Omnes ordines subinde, ac memoriter, salutauit: Agenti Senatui gratias, respondit: *Cum meruero.* Ad campestris exercitationes suas admisit & plebem. declamauit & saepius publice: recitauit & carmina, non modo domi, sed in theatro; tanta vniuersorum lætitia, vt ob recitationem supplicatio decreta sit, eaque pars carminum aureis litteris Ioui Capitolino dicata.

XI. Spectaculorum plurima & varia genera edidit: Iuuenales, Circenses, scemicos ludos, gladiatorum munus. Iuuenalibus fenes quoque consulares anusque matronas recepit ad lûsum. Circensibus loca Equiti secreta à cæteris tribuit: commisitque etiam camelorum quadrigas. Ludis, quos pro æternitate Imperii susceptos appellari *Maximos* voluit, ex vtroque ordine & sexu plerique ludicras partes sustinuerunt. Notissimus Eques R. Elephanto supersedens per catadromum decucurrit. Inducta est & *Afrani* togata, quæ *Incendium* inscribitur: concessumque, vt scenici ardentis domus supelllectilem diriperent, ac sibi haberent. Sparsa & populo missilia omnium rerum per omnes dies, singula quotidie milia. Auium cuiusque generis multiplex penus; tessera frumentaria, vestis, aurum, argentum, gemmae, margaritæ, tabulae pictæ, mancipia, iumenta, atque

XII. etiam mansuetæ ferae: nouissime naues, insulae, agri. Hos ludos spectauit è proscenii fastigio. Munere quod in Amphitheatro ligneo, in regione Martii campi intra anni spatium fabricato, dedit, neminem occidit, ne noxiorum quidem. Exhibuit autem ad ferrum etiam quadringentos Senatores,

310.
Gij. 250.

Sexcentosque Equites R. & quosdam fortunæ atque existimationis integræ ex iisdem ordinibus, confectoresque ferarum, & ad varia arenæ ministeria. Exhibuit & nauarchiam, marina aqua innantibus bellæ: item Pyrrichas quasdam è numero epheborum, quibus post editam operam diplomata ciuitatis Romanæ singulis, obtulit. Inter Pyrricharum argumenta, taurus Pasiphaën ligneo iuuenca simulacro abditam iniit, vt multi spectantium crediderunt. Icarus primo statim conatu iuxta cubiculum eius decidit, ipsumque cruore resperfit. Nam perraro præsidere, ceterum accubans: priuim paruis foraminibus, deinde toto podio ad aperto spectare consueuerat. Instituit & quinquennale certamen primus omnium Romæ, more Græco triplex, musicum, gymnicum, equestre, quod appellauit *Neronia*. Dedicatisque thermis atque gymnasio, Senatui quoque & Equiti oleum præbuit. Magistros toti certamini præposuit consulares sorte, sede Prætorum: deinde in orchestra Senatūque descendit, & orationis quidem carminisque Latini coronam, de qua honestissimus quisque contenderat, ipsorum consensu contessam sibi recepit. Citharam autem à iudicibus ad se delatam adorauit, ferrique ad Augusti statuam iussit. Gymnico, quod in Septis edebat, inter buthyiæ apparatus, barbam primam posuit, conditamque in auream pyxidem, & pretiosissimis margaritis adornatam Ioui Capitolino consecrauit. Ad athletarum spectaculum inuocauit & virgines Vestales: quia Olympiæ Cereris sacerdotibus spectare conceditur. Non immitte-
819.
819.
XIII
819.

habitu, inter signa militaria, atque vexilla: & primo per vexum pulpitum subeuntem admisit ad genua, alleuatumque dextra exoscularus est: dein precanti, tiara deducta, diadema imposuit, verba supplicis interpretata prætorio viro multitudini pronuntiante. Perducum deinde in theatrum, ac rursus supplicentem, iuxta se latere dextro collocauit. Ob quæ imperator consalutatus, laurea in Capitolium lata, Ianum geminum clausit tam nullo quam residuo bello.

XIV. Consulatatus quatuor gessit: primum bimestrem, secundum & nouissimum semestres, tertium quadrimestrem: medios duos continuauit, reliquos inter annua spatia variauit. In iurisdictione postulatoribus nisi sequenti die, ac per libellos, non temere respondit. In cognoscendo morem eum tenuit, vt continuis actionibus omissis, sigillatim quæque per vices ageret. Quoties autem ad consultandum secederet, neque in commune quidquam, neque propalam deliberabat: sed & conscriptas ab unoquoque sententias tacitus ac secreto legens, quod ipsi libuisset, perinde atque pluribus idem videretur, pronuntiabat.

In Curiam libertinorum filios diu non admisit: admissisque à prioribus principibus honores denegauit. Candidatos qui supra numerum essent, in solatium dilationis ac moræ, legionibus præposuit. Consulatum in senos plerumque menses dedit. Defunctoque circa Kal. Ianuarias altero è Coss. neminem substituit: improbens exemplum vetus Caninii Rebili, vno die Consulis. Triumphalia ornamenta, etiam quæstoris dignitatis, & nonnullis ex Equestri ordine tribuit: nec vtique de causa militari. De quibusdam rebus rationes ad Senatum missas, præterito Quæstoris officio, per

XVI. Coss. plerumque recitabat. Formam ædificiorum, Urbis nouam excogitauit: & vt ante insulas ac domos porticus essent, de quarum solariis incendia arcerentur: easque sumptu suo exstruxit. Destinatas etiam Ostia tenus mœnia promo-

808. 810.
811. 813.

Caesar 76 -

promouere, atque inde fossa mare veteri Vrbi inducere. Multa sub eo & animaduersa seueræ, & coërcita, nec minus instituta: adhibitus sumptibus modus: publicæ cœnæ ad sportulas redactæ: interdictum ne quid in popinis cocti præter legumina aut olera veniret, cum antea nullum non opsonii genus proponeretur: afflicti supplicii *Christiani*, genus hominum superstitionis nouæ ac maleficæ: vetiti quadrigariorum lusus, quibus inueterata licentia passim vagantibus, fallere ac furari per iocum ius erat: pantomimorum factiones cum ipsis simul relegatæ. Aduersus falsarios tunc primum repertum, ne tabulæ nisi pertusæ, ac ter lino per foramina traiccto, obsignarentur. Cautum ut in testamentis primæ duæ cœræ, testatorum modo nomine inscripto, vacuæ signaturis ostenderentur: ac ne quis alieni testamenti scriptor legatum sibi adscriberet. Item ut litigatores pro patrociniis certam iustamque mercedem, pro subcellis nullam omnino darent, præbente ærario gratuita: utque rerum actu ab ærario causæ ad forum, ac recuperatores transferrentur: & ut omnes appellationes à iudicibus ad Senatum fierent. Augendi propagandique Imperii neque voluntate vlla neque spe motus vniquam, etiam ex Britannia deducere exercitum cogitauit: nec nisi verecundia, ne obrectare parentis gloriæ videretur, destitit. Ponti modo regnum concedente Polemone, item Alpium, defuncto Cottio in prouinciæ formam rededit. Peregrinationes duas omnino suscepit, Alexandrinam & Achaicam: sed Alexandrina ipso profectiois die destitit turbatus religione simul ac periculo. Nam circuitis templis cum in æde Vestæ resedisset, consurgenti ei primum lacrima obhæsit: deinde tanta oborta caligo est, ut despicere non posset. In Achaia Isthmum perfodere aggressus, prætorianos pro concione ad inchoandum opus cohortatus est: tubaque signo dato, primus rastello humum effodit, & corbulæ congestam

gestam humeris extulit. Parabat & ad Caspias portas expeditionem, conscripta ex Italicis senum pedum tyronibus noua légione, quam *Magni Alexandri phalangem* appellabat. Hæc partim nulla reprehensione, partim etiam non mediocri laude digna in vnum contuli : vt fecernerem à

xx. probris ac sceleribus eius, de quibus dehinc dicam. Inter ceteras disciplinas pueritiæ tempore imbutus & musica, statim vt Imperium adeptus est, Terpnum citharœdum vigentem tunc præter alios, accersit : diebusque continuis post coenam canenti in multam noctem assidens, paullatim & ipse meditari, exerceri que cœpit : nec eorum quidquam omittere, quæ generis eius artifices, vel conseruandæ vocis causa vel augendæ factitarent. Sed & plumbeam chartam supinus pectore sustinere, & clystere vomituque purgari, & abstinere pomis cibusque officientibus : donec blandiente profectu (quamquam exiguæ vocis, & fuscæ) prodire in scenam concupiuit : subinde inter familiares Græcum prouerbum iactans, *occulta musica nullum esse respectum*. Et prodiit Neapoli primum : ac ne, concusso quidem repente motu, terræ theatro, ante cantare desistit quam inchoatum absolueret *vó μού*. Ibidem sæpius & per complures cantauit dies : sumto etiam ad reficiendam vocem breui tempore, impatiens secreti à balneis in theatrum transit, mediaque in orchestra frequente populo epulatus *si paullum subbibisset, aliquid se sufferti siniturum*, Græco sermone promisit. Captus autem modulatis Alexandrinorum laudationibus, qui de nouo comœatu Neapolim confluerant, plures Alexandria euocauit. Neque eo segnius adulescentulos Equestris ordinis, & quinque amplius millia è plebe robustissimæ iuuentutis, vndique elegit, qui diuisi in factiones, plausuum genera condicerent, (*chantos, & imbrices, & restas* vocabant) operamq; nauarent cantanti sibi, insignes pinguis coma, & excellentissimo cultu pueri, nec

nec sine anulo læuis: quorum duces quadragena millia h̄s merebant. Cum magni æstimaret cantare, etiam Romæ **XXL** Neroneum agona ante præstitutam diem reuocauit. Flagitantibusque cunctis *caelestem vocem*, respondit quidem, *in horticis se copiam volentibus facturum*: sed adiuuante vulgi preces etiam statione militum, quæ tunc excubabat, repræsentaturum se pollicitus est libens: ac sine mora nomen suum in albo profitentium citharæodorum iussit adscribi: forticulaque in vrnâ cum cæteris demissa intrauit ordine suo, simulque Præfecti Prætorii citharam sustinentes, post tribuni militum, iuxtaque amicorum intimi. Utque constitit peracto principio, Nioben se cantaturum per Cluuium Rufum consularem pronuntiauit, & in horam fere decimam perseuerauit: coronamque eam, & reliquam certaminis partem in annum sequentem distulit, vt sæpius canendi occasio esset. Quod tunc tardum videretur, non cessauit identidem se publicare. Non dubitauit etiam priuatis spectaculis operam inter scenicos dare, quodam prætorum h̄s decies offerente. Tragoedias quoque cantauit personatus: heroum Deorumque, item heroidum ac Dearum personis effictis ad similitudinem oris sui, & sæminæ, prout quamque diligeret. Inter cætera cantauit *Canacem parturientem, Orestem matricidam, Oedipodem excacatum, Herculem insanum*. In qua fabula fama est tirunculum militem positum ad custodiam aditus, cum cum ornari ac vinciri cætenis, sicut argumentum postulabat, videret, accurrisse ferendæ opis gratia. Equorum studio vel præcipue ab in- **XXII** cunte ætate flagrauit, plurimusque illi sermo, quamquam vetaretur, de circensibus erat: & quondam tractum Prasinum agitatore inter condiscipulos querens, obiurgante magistro, de Hectore se loqui e mentitus est. Sed cum inter initia Imperii eburneis quadrigis quotidie in abaco luderet, ad omnes etiam minimos Circenses commeabat secessu, pri-

fu, primo clam, deinde propalam: ut nemini dubium esset eo die utique affuturum. Neque dissimulabat velle se palmarum numerum ampliare: quare spectaculum multiplicatis missibus in ferum protraheretur, ne dominis quidem iam factionum dignantibus, nisi ad totius diei cursum, greges ducere. Mox & ipse aurigare, atque etiam spectari sepius voluit: positoque in hortis inter seruitia & sordidam plebem rudimento, vniuersorum se oculis in Circo maximo præbuit, aliquo liberto mittente mappam, vnde Magistratus solent. Nec contentus harum artium experimenta Romæ dedisse, Achaiam, ut diximus, petit, hinc maxime motus: Instituerant ciuitates, apud quas musici agones eduntur, omnes citharæcorum coronas ad ipsum mittere. Eas adeo grate recipiebat, ut Legatos, qui pertulissent, non modo primos admitteret, sed etiam familiaribus epulis interponeret. A quibusdam ex his rogatus, ut cantaret super coenam, exceptusque effusius: solos scire audire Græcos, solosque se & studiis suis dignos ait. Nec profectioe dilata, ut primum Cassiopen traiecit, statim ad aram Iouis Cassii cantare auspicatus est. Certamina deinceps obiit omnia. Nam & quæ diuersissimorum temporum sunt, cogi in vnum annum, quibusdam etiam iteratis, iussit. Olympiæ quoque præter consuetudinem musicum agona commisit. Ac, ne quid circa hæc occupatum auocaret detineretve, cum præsentia eius vrbicas res egere à liberto Helio admoneretur, rescripsit his verbis: *Quamuis nunc tuum consilium sit & votum, celeriter reuerti me: tamen suadere & optare potius debes, ut Nerone dignus reuertar.* Cantante eo, ne necessaria quidem causa excedere theatro licitum erat. Itaque & enixæ quædam in spectaculis dicuntur, & multi tædio audiendi laudandique, clausis oppidorum portis, aut furtim defiluisse de muro, aut morte simulata funere elati. Quam autem trepide anxieque certauerit, quanta aduersariorum

Articul. 12. 29.
Inuent. 11. 191.

XXIII.

Jacob. XVI. 5.

riorum æmulatione, quo metu iudicum, vix credi potest. Aduersarios quasi plane conditionis eiusdem, obseruare, captare, infamare secreto, nonnumquam ex occurſu maledictis incesſere: ac, si qui arte præcellerent, corrumpere etiam solebat. Iudices autem prius quam inciperet, reuerentiſſime alloquebatur: *omnia se faciendafeciſſe, sed euentum in manu eſſe Fortuna: illos, ut ſapientes & doctos viros fortuita debere excludere*: atque vt auderet hortantibus, æquiore animo recedebat: ac ne ſic quidem ſine ſolicitudine, taciturnitatem pudoremque quorundam pro triſtitia ac malignitate arguens, ſuſpectosque ſibi dicens. In certando vero ita legi obediebat, vt numquam excreare auſus, fudorem quoque frontis brachio detergeret: atque etiam in quodam tragico actu, cum elapſum baculum cito reſuſciſſet, pauidus & metuens, ne ob delictum certamine ſubmoueretur, non aliter confirmatus eſt quam adiurante hypocrita, non animaduerſum id inter exultationes ſucclamationesque populi. Victorem autem ſe ipſe pronuntiabat. Qua de cauſa & præconio vbique contendit. Ac, ne cuius alterius hieronicarum memoria, aut veſtigium exſtaret vſquam, ſubuerti & vncō trahi, abiicique in latrinas omnium ſtatuas & imagines imperauit. Aurigauit quoque plurifariam, Olympiis vero etiam decemiugem: quamuis idipſum in rege Mithridate, carmine quodam ſuo reprehendiſſet. Sed excuſſus curru, ac ruruſus reſoſitus, cum perdurare non poſſet, deſtitit ante decurſum: nec eo ſecius coronatus eſt. Decedens deinde, prouinciam vniuerſam libertate donauit: ſimulq; iudices ciuitate Romana, & pecunia grandi. Quæ beneficia è medio ſtadio, Iſthmiorum die ſua ipſe voce pronuntiauit. Reuerſus è Græcia Neapolim, quod in ea primum artem protulerat, albis equis introiit, diſiecta parte muri, vt mos hieronicarum eſt. Simili modo Antium, inde Albanum, inde Romam. Sed

Tacit. XVI. 4.

XXIV.

XXV.

& Romam eo curru quo Augustus olim triumphauerat, & in veste purpurea, distinctaque stellis aureis chlamyde, coronamque capite gerens Olympiacam, dextra manu Pythiam, præeunte pompa cæterarum cum titulis; vbi, & quos, quo cantionum, quove fabularum argumento vicisset: sequentibus currum ouantium ritu plausoribus, *Augustianos*, militesque se triumphi eius clamitantibus. Dehinc diruto Circi maximi arcu, per Velabrum Forumque, Palatium & Apollinem petiit. Incedenti passim victimæ cæsæ, sparsæ per vias identidem croco, ingestæque aues, ac Iemnisci, & bellaria. Sacras coronas in cubili circum lectos posuit. Item statuas suas citharœdico habitu: qua nota etiam nummum percussit. Ac post hæc tantum abfuit à remittendo laxandoque studio: vt conseruandæ vocis gratia, neque milites vmquam, nisi absens, aut alio verba pronuntiante appellaret: neque quidquam serio iocove egerit, nisi adstante phoñasco, qui moneret, parceret arteriis, ac sudarium ad os applicaret: multisque vel amicitiam suam obtulerit, vel similitatem indixerit, prout quisque se magis parciusve laudasset. Petulantiam, libidinem, luxuriam, avaritiam, crudelitatem sensim quidem primo & occulte, velut iuuenili errore, exercuit: sed vt tunc quoque dubium nemini foret, naturæ illa vitia, non ætatis esse. Post crepusculum statim arrepto pileo vel galero, popinas inibat: circumque vicos vagabatur ludibundus, nec sine pernicie tamen. Siquidem redeuntes à cœna verberare, ac repugnantes vulnerare, cloacisque demergerè assueuerat: tabernulas etiam effringere & expilare: quintana domi constituta, vbi partæ ad licitationem diuidendæ prædæ pretium assumeretur. Ac sæpe in eiusmodi rixis, oculorum & vitæ periculum adiit, à quodam laticlauiio, cuius vxorem attræctauerat, prope ad necem cæsus. Quare numquam postea se publico illud horæ sine tribunis commisit, procul & occulte subsequen-

quentibus. Interdiu quoque clam gestatoria sella delatus in theatrum, seditionibus pantomimorum ex parte scenii superiori, signifer simul ac spectator aderat. Et cum ad manus ventum esset, lapidibusque & subfelliorum fragminibus decerneretur, multa & ipse iecit in populum, atque etiam prætoris caput consauciauit. Paullatim vero in- XXVII.

valescentibus vitiiis, iocularia & latebras omisit, nullaque dissimulandi cura ad maiora palam erupit. Epulas à medio die ad mediam noctem protraherebat: resotus sæpius calidis piscinis, ac tempore æstiuo niuatis. Coenitabatq; nonnumquam & in publico, Naumachia præclusa, vel Martio campo, vel Circo maximo, inter scortorum totius Urbis ambubaiarumque ministeria. Quoties Ostiam Tiberi deflueret, aut Baianum sinum præternavigaret, dispositæ per litora & ripas diuersoriae tabernæ parabantur, insignes ganæ & matronarum institorio copas imitantium, atque hinc inde hortantium vt appelleret. Indicebat & familiaribus cœnas, quorum vni mitellita quadragies HS constitit; alteri pluris aliquanto absortio rosaria. Super ingenuorum pæ- XXVIII.

dagogia, & nuptiarum concubinitus, Vestali virgini Rubriæ vim intulit. Acten libertam paullum abfuit quin iusto matrimonio sibi coniungeret: submissis consularibus viris qui regio genere ortam peierarent. Puerum Sporum, ex scetis testibus, etiam in muliebrem naturam transfigurare conatus est: cum dote & flameo per solenne nuptiarum celeberrimo officio, deductum ad se pro vxore habuit. Exstatque cuiusdam non incitus iocus; *Bene agi potuisse cum rebus humanis, si Domitius pater talem habuisset uxorem.* Hunc Sporum Augustarum ornamentis excultum, lecticaq; vestum, & circa conuentus mercatusque Græciæ, ac mox Romæ circa Sigillaria, comitatus est, identidem exosculans. Nam matris concubitum appetisse, & ab obtræctoribus eius, ne ferox & impotens mulier & hoc genere gratiæ præualeret,

deterritum nemo dubitavit: utique postquam meretricem, quam fama erat Agrippinæ simillimam, inter concubinas recepit. Olim etiam quoties lectica cum matre veheretur, libidinum inceste, ac maculis vestis proditum affirmant.

S. o
 XXIX. Suam quidem pudicitiam vsque adeo prostituit, ut contaminatis pæne omnibus membris, nouissime quasi genus luxus excogitaret: quatenus feræ pellæ contactus emitteretur è cauea, virorumque ac foeminarum ad stipitem deligatorum inguina inuaderet: & cum affatim defauisset, conficeretur à Doryphoro liberto: cui etiam, sicut ipsi Sporus, ita ipse denupsit: voces quoque & eiulatus vim patientium virginum imitatus. Ex nonnullis comperi, persuasissimum habuisse eum, neminem hominem pudicum, aut vlla corporis parte purum esse: verum plerosque dissimulare vitium, & calliditate obtegere: ideoque professis apud se ob-

XXX. scœnitatem, cætera quoque concessisse delicta. Diuitiarum & pecuniæ fructum non alium putabat quam profusionem: sordidos ac deparcos esse, quibus ratio impensarum constaret: prælauros vereque magnificos qui abuterentur ac perderent. Laudabat mirabaturque auunculum

all. 157. Caium, nullo magis nomine quam quod ingentes à Tiberio relictas opes in breui spatio prodegisset. Quare nec

c. 12. largiendi nec absumentendi modum tenuit. In Tiridatem, quod vix credibile videatur, octingena nummum millia diurna erogauit, abeuntique super his millies contulit. Menecratem citharœdum & Spicillum mirmillonem triumphalium virorum patrimoniis ædibusque donauit. Cercopithecum Panerotem foeneratorem, & vrbanis rusticisque prædiis locupletatum prope regio extulit funere. Nullam vestem bis induit. Quadringenis in punctum his aleam lusit. Piscatus est rete aurato, purpura coccoque funibus nexis. Nunquam carrucis minus mille fecisse iter traditur, soleis mularum argenteis, canusinatis mulionibus, armillata &

phale.

phalerata cum Mazacum turba, atque cursorum. Non in alla re damnosior quam in ædificando. Domum à Palatio Equilias vsque fecit. Quam primo *Transitoriam*; mox, incendio absumtam, restitutamque, *Auream* nominavit. De cuius spatio atque cultu suffecerit hoc retulisse. Vestibulum eius fuit, in quo colossus centum viginti pedum staret ipsius effigie: tanta laxitas, vt porticus triplices milliarias haberet: item stagnum maris instar, circumseptum ædificiis ad vrbium speciem. Rura insuper aruis atque vinetis & pascuis, siluisque, varia cum multitudine omnis generis pecudum ac ferarum. In cæteris partibus cuncta auro lita, distincta gemmis vnionumq; conchis erant. Cœnationes laqueatæ tabulis eburneis versatilibus, vt flores fistulis, vt vnguenta desuper spargerentur. Præcipua cœnationum rotunda, quæ perpetuo diebus ac noctibus vice mundi circumageretur: balinæ marinis & Albulis fluentes aquis. Eiusmodi domum cum absolutam dedicaret, hæctenus comprobavit, vt se diceret *quasi hominem tandem habitare capisse*. Præterea inchoabat piscinam à Miseno ad Auernum lacum, contactam, porticibus conclusam, quo quidquid totis Baiis calidarum esset conuerteretur. Fossam ab Auerno Ostiam vsque, vt nauibus nec tamen mari iretur, longitudinis per centum sexaginta millia: latitudinis, quæ contrariæ quinqueremes commearent. Quorum operum perficiendorum gratia, quod ubiq; esset custodiæ in Italiam deportari, etiam scelere conuictos, non nisi ad opus damnari, præceperat. Ad hunc impendiorum furor, in super fiduciam imperii, etiam spe quadam repentina immensarum & reconditarum opum impulsus est: ex indicio Equitis Rom. pro comperto pollicentis, thesauros antiquissimæ gazæ, quos Dido regina fugiens Tyro secum extulisset, esse in Africa vastissimis specubus abditos, ac posse erui paruulæ molientium opera. Verum vt spes sefellit, desitutus,

Non xxxl. Populi Africe.

Hist. lib. c. 15.

xxxii.

atque

Calig. 24.

atque ita iam exhaustus & egens, vt stipendia quoque militum, & commoda veteranorum protrahi ac differri necesse esset, calumniis rapinisque intendit animum. Ante omnia instituit, vt è libertorum defunctorum bonis pro semisse dodrans cogeretur ei, si qui sine probabili causa eo nomine essent, quo fuissent illarum familiarum quas ipse contingeret: deinde vt ingratorum in principem testamenta ad fiscum pertinerent: ac ne impune esset studiosis iuris qui scripsissent vel dictassent ea: tum vt lege maiestatis facta dictaque omnia, quibus modo delator non deesset, tenerentur. Revocavit & premia coronarum, quae vnumquam sibi in certaminibus ciuitates detulissent. Et cum interdixisset usum amethystini ac Tyrii coloris, submisissetque qui nundinarum die pauculas uncias venderet: praclusit cunctos negotiatores. Quinetiam inter canendum animaduersam matronam è spectaculis, vetita purpura cultam, demonstrasse procuratoribus suis creditur: detractamque illico, non veste modo sed & bonis exiit. Nulli delegauit officium, vt non adiceret: *scis quid mihi opus sit: &, hoc agamus, ne quis quidquam habeat.* Vltimo, templis compluribus dona detraxit, simulacraque ex auro vel argento fabricata conflauit: in his **XXXIII.** Penatium deorum, quae mox Galba restituit. Parricidia & caedes à Claudio exorsus est: cuius necis, etsi non auctor, at conscius fuit: neque dissimulanter, vt qui boletos, in quo cibi genere venenum is acceperat, quasi *deorum cibum*, posthac prouerbio Graeco collaudare sit solitus. Certe omnibus rerum verborumque contulit mortuum insectatus est, modo stultitiae, modo saeuitiae arguens. Nam & *morari eum inter homines desisse*, producta prima syllaba iocabatur: multaue decreta & constituta, vt insipientis atque deliri, pro irritis habuit. Denique bustum eius consepit, nisi humili leuique materia, neglexit. Britannicum, non minus aemulatione vocis quae illi iucundior suppetebat,

bat, quam metu ne quandoque apud hominum gratiam paterna memoria prævaleret, veneno aggressus est. Quod acceptum à quadam Locusta, venenariorum indice, cum opinione tardius cederet, ventre modo Britannici moto: accessit mulierem sua manu verberavit, arguens pro veneno remedium dedisse. Excusantique, minus datum ad occultandam facinoris invidiam: *Sant*, inquit, *legem Iuliam timo*: coëgitq; se coram in cubiculo quam posset velocissimum ac præsentaneum coquere. Deinde in hædo expertus, postquam is quinque horas protraxit; iterum ac sæpius recoctum, porcello obiecit. Quo statim exanimato, inferri in triclinium, datiq; cœnanti secum Britannico imperavit. Et cum ille ad primum gustum concidisset, comitiali morbo ex consuetudine correptam apud conuiuas ementitus, postero die raptim inter maximos imbres translatus extulit funere. Locustæ pro nauata opera, impunitatem prædiq; ampla, sed & discipulos dedit. *Matrem*, xxxiv. dicta factaque sua exquirentem acerbius & corrigentem, hæctenus primo grauabatur, vt inuidia identidem oneraret, quasi cessurus imperio, Rhodumq; abiturus: mox & honore omni & potestate priuauit: abductaq; militum & Germanorum statione, contubernio quoque ac palatio expulit. Neque in diuexanda quidquam pensi habuit: submissis & qui Romæ morantem litibus, & in secessu quiescentem, per conuiuia & iocos, terra mariq; præteruchentes inquietarent. Verum minis eius ac violentia territus perdere statuit. Et cum veneno terrentasset, sentiretq; antidotis præmunitam, lacunaria, quæ noctu super dormientem laxata machina deciderent, parauit. Hoc consilio per conscios parum celato, solubilem nauem, cuius vel naufragio vel cameræ ruina periret commentus est. Atq; ira reconciliatio- *Tac. lib. 15. p. 14.* ne simulata, iucundissimis litteris Baias euocauit ad solennia Quinquagesimum simul celebranda: datoque negotio

trietarchis, qui Liburnicam, qua aduecta erat, velut fortuito concursu confringerent, protraxit conuiuium. Repetentiq; Baulos, in locum corrupti nauigii, machinosum illud obtulit, hilare profecutus: atque in digressu papillas quoque exosculatus, reliquum temporis cum magna trepidatione vigilauit, coeptorum opperiens exitum. Sed vt diuersa omnia, nandoq; euasisse eam, comperit, inops consilii, L. Agerinum, libertum eius, saluam & incolumem cum gaudio nuntiantem, obiecto clam iuxta pugione, vt percussorem sibi subornatum arripi constringiq; iussit, matremq; occidi: quasi deprehensum crimen voluntaria morte vitasset. Ad duntur his atrociora, nec incertis auctoribus: ad visendam interfectæ cadauer accurrisse, contrectasse membra, alia vituperasse, alia laudasse, sitiq; interim oborta, bibisse. Neq; tamen sceleris conscientiam, quamquam & militum & Senatus populiq; gratulationibus confirmaretur, aut statim aut vniquam postea, ferre potuit: sæpe confessus exagitari se materna specie, verberibus Furiarum, ac tædis ardentibus. Quin & facto per Magos sacro euocare Manes, & exorare tentauit. Peregrinatione quidem Græciæ, Eleusiniis sacris, quorum initiatione impii & scelerati voce præconis submouerentur, interesse non ausus est. Iunxitq; patricidio matris amittæ necem. Quam cum ex duritia alui cubantem visiteret, & illa tractans lanuginem eius, vt assollet, iam grandis natu, per blanditias forte dixisset, *Simul hanc excepero, mori volo*: conuersus ad proximios, confestim se positurum velut irridens ait: præcepitque medicis vt largius purgarent ægram. Nam necdum defunctæ bona inuasit, suppresso testamento, ne quid abscederet.

xxxv. Vxores præter Octauiam duas postea duxit. Popæam Sabinam, quæstorio patre natam, & Equiti Romano ante nuptam: deinde Statiliam Messallinam Tauri bis Consulis ac triumphalis abneptem. Qua vt potiretur, virum
 eius

eius Atticum Vestinum Cos. in honore ipso trucidavit, Octaviæ consuetudinem cito aspernatus, corripientibus amicis, sufficere illi debere respondit vxoria ornamenta. Eandem mtox sæpe frustra strangulare meditatus, dimisit vt sterilem: sed improbante diuortium populo, nec parente conuitiis, etiam relegauit. Denique occidit sub crimine adulteriorum, adeo impudenti falsoque, vt in quæstione pernegantibus cunctis Anicetum pædagogum suum indicem subiecerit, qui dolo stupratam à se fateretur. Poppæam duodecimo die post diuortium Octaviæ in matrimonium acceptam, dilexit vnice. Et tamen ipsam quoque ictu calcis occidit: quod se ex auigatione sero reuersum, grauida & ægra conuitiis inceserat. Ex hac filiam tulit Claudiam Augustam, emisitq; admodum infantem. Nul- lum adeo necessitudinis genus est, quod non scelere percu- lerit. Antoniam Claudii filiam recusantem post Poppææ mortem nuptias suas, quasi molitricem nouarum rerum, interemit. Similiter interemit cæteros, aut affinitate ali- qua sibi aut propinquitate coniunctos. In quibus Aulum Plantium iuuenem: quem cum ante mortem per vim con- stuprasset, *Eat nunc, inquit, mater mea, & successorem meum osculetur*: iactans dilectum ab ea, & ad spem imperii impulsus. Priuignum Rufinum Crispinum, Poppæa na- tum, impuberem adhuc, quia ferebatur ducatus & imperia ludere, mergendum mari, dum piscaretur, seruis ipsius de- mandauit. Tuscum nutricis filium relegauit, quod in pro- curatione Ægypti, balneis in aduentum suum exstructis lauisset. Senecam præceptorem ad necem compulit: quam- uis sæpe com meatum petenti, bonisq; cedenti, per sancte iurasset, *suspectum se frustra, periturumque potius quam nociturum ei*. Burro præfecto remedium ad fauces pollicis- tus, toxicum misit. Libertos diuites & senes olim adoptio- nis, mox dominationis suæ fautores, atque rectores, veneno

Tacit. 14, 53.

Tacit. 14, 51.

Tacit. 14, 60.

xxxvi. partim cibus partim potionibus indito interceptis. Nec
 minore famina foris & in externos grassatus est. Stella cri-
 mita, quæ summis potestatibus exitium portendere vulgo
 putatur, per continuas noctes oriri cœperat. Anxius ea re,
 ut ex Babito astrologo didicit, solere reges talia ostenta cæde
 aliqua illustri expiare, atque à semet in capita procerum de-
 pellere: nobilissimo cuique exitium destinavit. Enimvero
 multo magis & quasi per iustam causam, diabus coniu-
 rationibus promulgatis: quarum prior maiorq; Pisoniana,
 Romæ: posterior, Vinicianæ, Beneventi constata atque de-
 lecta est. Coniurati è vinculis triplicium catenarum dixe-
 re causam: cum quidam crimen vitro faterentur, nonnulli
 etiam imputarent, tanquam aliter illi non possent nisi mor-
 te succurrere, dedecorato flagitiis omnibus. Damnato-
 rum liberi urbe pulsî, enectique veneno aut fame. Constat
 quosdam cum pædagogis & castariis vno prandio pariter

xxxvii. necatos, alios diurnum victum prohibitos quærentes. Nul-
 lus posthac adhibitus delectus aut modus interimendi quos-
 cumque libuisset, quacumque de causa. Sed ne de pluri-
 bus referam, Saluidieno Orfito obiectum est quod tabernas
 tres de domo sua circa forum cinitatibus ad stationem lo-
 casset: Cassio Longino Iuriscorsulto, ac luminibus orba-
 to, quod in vetere gentili stemmate C. Cassii percussoris
 Cæsaris imagines restituisset: Pato Thrasæ, tristior & pæ-
 dagogi vultus. Mori iussis non amplius quam horarum
 spatium dabat. Ac ne quid moræ interueniret, medicos
 admouebat, qui cunctantes continuo curarent. Ita enim
 vocabat, venas mortis gratia incidere. Creditur etiam po-
 lyphago quidam Aegyptii generis, crudam carnem & quid-
 quid daretur mandere assucto, concupisse viuos homines
 laniandos absumendosque oblicere. Elatus inflatusque
 tantis velut successibus, negavit quemquam Principum scis-
 se, quid sibi liceret. Multasque nec dubias significationes
 sæpe

sæpe fecit, ne reliquis quidem se passuram Senatoribus :
 eumque ordinem sublaturum quandoque è Rep: ac pro-
 vincias & exercitus Equiti Rom. ac libertis permissurum.
 Certe neque adueniens, neque proficiscens, quemquam
 osculo impertiuit, ac ne resalutatione quidem. Et in suspi-
 cando opere Istmi, magna frequentia clare, *Vt sibi ac pop.*
Rom. beneres verteres, optauit: dissimulata Senatus men-
 tione. **Sed nec populo aut moenibus patriæ pepercit.** XXXVIII
 Dicente quodam in sermone communi,

Εὐς ἑστὶν ὁ γαῖα ἰσχυρὸς πῦρ.

*Me mortuo
 misceatur sar-
 ra igne.
 * Me vincto.*

imo, inquit, ** ἰμὺς ἑστὶν ὁ.* Planeque ita fecit: nam quasi
 offensus deformitate veterum ædificiorum, & angustiis fle-
 xurisque vicorum, incendit urbem tam palam, vt plerique
 consulares, cubicularios eius, cum stupa tædaque, in prædiis
 suis deprehensos non attigerint: & quædam horrea circa
 domum Auream, quorum spatium maxime desiderabat, vt
 bellicis machinis labefactata, atque inflammata sint, quod
 saxeo muro constructa erant. Per sex dies, septemq; noctes
 ea clade scuitum est, ad monumentorum bustorumque
 diuersoria plebe compulsa. Tunc præter immensum nu-
 merum insularum, domus prisorum ducum arserunt, ho-
 stilibus adhuc spoliis adornata, deorumq; ædes ab regibus,
 ac deinde Punicis ac Gallicis bellis votæ dedicatæque: &
 quidquid visendum atque memorabile ex antiquitate du-
 rauerat. Hoc incendium è turri Mæcenatiana prospectans,
 lætusque *flamme*, vt aiebat, *pulchritudine*, *ἔδων Ἰλλί* in il-
 lo suo scenico habitu decantauit. Ac ne non hinc quoq;
 quantum posset prædæ & manubiarum innaderet, pollici-
 tus cadauerum & ruderum gratuitam egestionem, nemini
 ad reliquias rerum suarum adire permisit: collationibusq;
 non receptis modo, verum & efflagitatis, prouincias priua-
 torumq; census prope exhaustit. **Accesserunt tantis ex** XXXIX

incidium.

principe malis, probrisque, quædam & fortuita: pestilentia vnius autumnus, qua triginta funerum milia in rationem Libitinæ venerunt: clades Britannica, qua duo præcipua oppida, magna civium sociorumque; eæde direpta sunt: ignominia ad Orientem; legionibus in Armenia sub iugum missis, ægreg; Syria retenta. Mirum, & vel præcipue notabile inter hæc fuit, nihil eum patientius quam maledicta & convitia hominum tulisse: neque in vltos leniorem quam qui se dictis aut carminibus laceffissent, extitisse. Multa Græce Latineque proscripita, aut vulgata sunt, sicut illa:

Nero, Orestes,
Alcraon,
matricida.
Neram μη-
πραν Nero,
propriam ma-
triam inter-
fecit.

Νέρων, Ὀρέστης, Ἀλκμαίων, μητροκτόροι.
Νεόνυμφον Νέρων, ἰδίαν μητέρα ἀπέκλειψεν.

*Quis negat Aenea magna de stirpe Neronem?
Sustulit hic matrem, sustulit ille patrem.*

*Dum tendit citharam noster, dum cornua Parthus,
Noster erit Paan, ille Ἐκαστοβόλις.*

Longe iam
lata.

*Roma domus fiet: Veios migrate Quirites,
Si non. & Veios occupat ista domus.*

Bene vale pater,
bene vale mater.

Sed neque auctores requisivit: & quosdam per indicem delatos ad Senatum, affici grauiore poena prohibuit. Transcurrens eum Isidorus Cynicus in publico clara voce corripuerat, quod Nauplii mala bene cantitaret, sua bona male disponderet: Et Datus Atellanarum histrio in cantico quodam, ὕμναινε πάτερ, ὕμναινε μήτηρ, ita demonstrauerat, vt bibentem natantemque faceret, exitum C. Claudii Agrippinaeque significans: & in nouissima clausula,

Orcus vobis ducit pedes,

Senatum gestu notaret: histriionem & philosophum Nero nihil amplius quam vrbe Italiaque submouit, vel contemptu
omnis

omnis infamiae, vel ne fatendo dolorem, irritaret ingenia. Talem principem paullo minus XIV annos perpeſſus ter-
 rarum orbis, tandem deſtituit: initium facientibus Gallis,
 duce Iulio Vindice, qui tum eam provinciam pro Prætorè
 obtinebat. Prædictum à mathematicis Neroni olim erat, fo-
 re ut quandoque deſtitueretur: unde illa vox eius celeberrima,
 το τίχτοι πῶτα γαῖα τριχθη. quo maiore venia meditare-
 tur citharœdicam artem principi ſibi gratam, privato ne-
 ceſſariam. Sponſerunt tamen quidam deſtituto ei do-
 minationem Orientis, nonnulli nominatim regnum Hieroſolymorum,
 plures omnis priſtinæ fortunæ reſtitutionem. Cui ſpei pronior,
 Britannia Armeniæque amiſſa, ac ruruſus utraq; recepta,
 deſunctum ſe fatalibus malis exiſtimabat. Ut vero conſulto Delphiſ Apolline,
 ſeptuagēſimum ac tertium annum cauendum ſibi audiuit,
 quaſi eodem obiturus, ac nihil coniectans de ætate Galbæ,
 tanta fiducia, non modo ſenectam, ſed etiam perpetuam ſingularē
 que concepit felicitatem, ut amiſſis naufragio pretioſiſſimis
 rebus, non dubitauerit inter ſuos dicere, *piſces eaſ ſibi
 relaturos.* Neapoli de motu Calliarum cognouit die ipſo
 quo matrem occiderat: adeoque lente ac ſecure tulit, ut
 gaudentis etiam ſuſpicionem præberet, tamquam occaſione
 nata ſpoliandarum iure belli opulentiffimarum provinciarum.
 Statimque in gymnaſium progreſſus, certantes athletas
 effuſiſſimo ſtudio ſpectauit. Cœnæ quoque tempore
 interpellatus, tumultuoſioribus litteris, hætenus excanduit,
 ut malum iis qui deſciſſent, minaretur. Deniq; per octo
 continuos dies non reſcribere cuiquam, non mandare quid
 aut præcipere conatus, rem ſilentio obliterauit. Edictis
 tandem Vindicis contumelioſis, & frequentibus permotus,
 Senatū epistoſa in ultionem ſui rei que publicæ adhortatus
 eſt, excuſato languore faucium, propter quem non adefſet.
 Nihil autem æque doluit quam ut *citharædum malum*

Artem
 quam ſer-
 ua alit.

Calig. 57.
 Herod. l. 3.
 Val. Max. l. 6. c. 9.

XLI.

- C. I. *malum* se increpitum, ac pro Nerone *Enobarbum* appellatum. Et nomen quidem gentile, quod sibi per contumeliam exprobraretur, resumitur se professus est, deposito adoptiuo. Cetera conuitia vt falsa, non alio argumento refellebat, quam quod etiam inscitia tantopere laborata perfectæque à se artis obiiceretur, singulos subinde rogitans, *noissentne quemquam præstantiorem?* Sed urgentibus aliis super alios nuntiis, Romam prætrepidus rediit. Leuiterque modo in itinere frivolo auspicio mente recreata, cum annotasset insculptum monumento militem Galium ab Equite Rom. oppressum, trahi crinibus: ad eam speciem exiuit gaudio, cœlumq; adorauit. Ac ne tunc quidem aut Senatu, aut populo coram appellato, quosdam è primoribus viris domum euocauit: transactaq; raptim consultatione, reliquam dici partem per organa hydraulica noui & ignoti generis circumduxit. Ostendensq; singula, de ratione ac difficultate cuiusque disserens iamque se etiam prolaturum omnia in theatrum affirmauit, si per Vindicem liceat. Postquam deinde etiam Galbam & Hispanias descivisse cognouit, collapsus, animoque male fracto, diu & sine voce & prope intermortuus iacuit. Vtque resipuit, veste descissa, capite conuerberato, actum de se pronuntiauit. Consolantique nutricula, & aliis quoque iam principibus similia accidisse memoranti, *Se vero præter ceteros inaudita & incognita pati respondit, qui suum imperium viuus amitteret.* Nec eo secius quidquam ex consuetudine luxus atque desidia omisit vel imminuit. Quin immo, cum prosperi quiddam ex prouinciis nuntiatum esset, super abundantissimam coenam iocularia in defectio- nis duces carmina, lasciuæque modulara, quæ vulgo innotuerunt, etiam gesticulatus est: ac spectaculis theatri clam illatus, cuidam scenico placenti nuntium misit, *abuti cum*
- XLII. *occupationibus suis.* Initio statim tumultus, multa & im-
- mania

Aug. t.

Adiur. vob.
propterea

mania, verum non abhorrentia à sua natura, creditur destinasse. Successores, percussoresque submittere exercitus & prouincias regentibus quasi conspiratis, idemque & vnum sentientibus: quicquid vbique exfulum, quidquid in vrbe hominum Gallicanorum esset, contrucidare: illos, ne desciscantibus aggregarentur: hos, vt consciòs popularium suorum, atque fautores. Gallias exercitibus diripiendas permittere: Senatum vniuersum veneno per conuiuia necare: urbem incendere feris in populum immisis, quo difficilius defenderetur. Sed absterritus, non tam poenitentia quam perficiendi desperatione, credensq; expeditionem necessariam, Coss. ante tempus priuauit honore: atque in vtriusque locum solus iniit consulatum, quasi fatale esset, non posse Gallias debellari nisi à Consule. Ac susceptis fascibus, cum post epulas triclinio digrederetur, innixus humeris familiarium, affirmauit, simul ac primum prouinciam attigisset, inermem in conspectum exercituum proditurum, nec quidquam aliud quam fleturum. Reuocatisq; ad poenitentiam defectoribus, sequenti die lætum inter lætos cantaturum epinicia, quæ iam nunc sibi componi oporteret. In præparanda expeditione XLIV. primam curam habuit deligendi vehicula, portandis scenicis organis, concubinasque, quas secum educeret, tendendi ad virilem modum, & securibus, peltisque Amazonicis instruendi. Mox tribus urbanas ad sacramentum citauit: ac nullo idoneo respondente, certum dominis seruorum numerum indixit: nec nisi ex tota cuiusque familia probatissimos, ne dispensatoribus quidem, aut amanuensibus exceptis, recepit. Partem etiam census omnes ordines conferre iussit: & insuper inquilinos priuatarum ædium atque insularum, pensionem annuam repræsentare fisco. Exegitque ingenti fastidio & acerbitate numum asperum, argentum postulatum, aurum ad obrusam: vt ple-

Ec rique

rique omnem collationem palam recusarent, consensu flagrantibus, à delatoribus potius reuocanda præmia quæcumque cepissent. Ex annonæ quoque caritate luctantium accreuit inuidia. Nam & forte accidit, vt in publica fame Alexandrina naus nuntiaretur puluerem luctatoribus aulicis aduexisse. Quare omnium in se odio concitato, nihil contumeliarum defuit quin subiret. Statuæ eius à vertice currus appositus est cum inscriptione Græca, *Nunc demum agona esse, &, Traheret tandem.* Alterius collo & ascopera deligata, simulque titulus, *Ego quid potui? sed tu culeum meruisti.* Adscriptum & columnis, *Etiam Gallos eum cantando excitasse.* Iam noctibus iurgia cum seruis plerique simulantes, crebro *Vindicem* poscebant. Terrebatur ad hæc eidentibus portentis somniorum & auspicio- rum, & ominum, tum veteribus tum nouis: *numquam antea somnare solitus.* Occisa demum matre, vidit per quietem, nauem sibi regenti extortum gubernaculum: trahique se ab Octauiæ vxore in arctissimas tenebras, & modo pennatarum fornicarum multitudine oppleri; modo à simulacris gentium ad Pompeii theatrum dedicatarum circui, arcerique progressu. Asturconem, quo maxime lætabatur, posteriore corporis parte in simiæ speciem transfiguratum, ac tantum capite integro hinnitus edere canoros. De Mausoleo sponte foribus patefactis exaudita vox est, nomine eum cientis. Kal. Ianuarii exornati Lares in ipso sacrificii apparatu conciderunt. Auspicanti Sporus anulum muneris obtulit: cuius gemmæ sculptura erat, Proserpiæ raptus. Votorum nuncupatione, magna iam ordinum frequentia, vix repertæ Capitolii clauis. Cum ex oratione eius, qua in *Vindicem* perorabat, recitaretur in Senatu, *dazuros pænas sceleratos, ac breui dignum exitum facturos,* conclamatum est ab vniuersis: *Tu facies Auguste.* Obser-
vatura

vatum etiam fuerat, nouissimam fabulam cantasse cum publice Oedipodem exsulem, atq; in hoc decidisse versu,

Θάψιν μ' ἀργα Κύραμ', μήτηρ, πατήρ.

Mori me ad-
egit exor, ma-
ter, pater.
XLVII.

Nuntiata interim etiam cæterorum exercituum defectione, litteras prandenti sibi redditas conceperit, mensam subuertit: duos scyphos gratissimi vsus, quos *Homericos* à cœlatura carminum Homeri vocabat, solo illisit: ac sumto à Locusta veneno, & in auream pyxidem condito, transit in hortos Seruilianos. Vbi præmissis libertorum fidiſſimis Ostiam, ad classem præparandam, tribunos centurionesque prætorii de fugæ societate tentauit. Sed partim tergiuersantibus, partim aperte detrectantibus, vno vero etiam proclamante,

Vsque adeone mori miserum est? Virg. Æn. 12. 640.

varia agitauit: Parthosne an Galbam supplex peteret, an atratus prodiret in publicum, proq; Rostris quanta maxima posset miseratione veniam præteritorum precaretur: ac ni flexisset animos, vel Ægypti præfecturam concedi sibi oraret. Inuentus est postea in scrinio eius hac de re sermo formatus. Sed deterritum putant, ne prius quam in forum perueniret, discerperetur. Sic cogitatione in posterum diem dilata, ad mediam fere noctem excitatus, vt comperit stationem militum recessisse, profiluit è lecto, misitq; circum amicos. Et quia nihil à quoquam renuntiabatur, ipse cum paucis hospitia singulorum adiit. Verum clausis omnium foribus, respondente nullo, in cubiculum rediit: vnde iam & custodes diffugerant, direptis etiam strangulis, athota & pyxide veneni. Ac statim Spiculum mirmillonem, vel quemlibet alium percussorem, cuius manu periret, requisit. Et nemine reperto: *Ergo ego, inquit, nec amicum habeo, nec inimicum?* procurritq; quasi præcipita-

Ec 2 turus

XLVIII. turus se in Tiberim. Sed reuocato rursus impetu, aliquid secretioris latebræ ad colligendum animum desiderauit: & offerente Phaonte liberto suburbanum suum inter Salariam & Nomentanam viam circa quartum miliarium, vt erat nudo pede atque tunicatus, pænulam obsoleti coloris superinduit: adopertoque capite, & ante faciem obtento sudario, equum inscendit, quatuor solum comitantibus, inter quos & Sporus erat. Statimq; tremore terræ, & fulgure aduerso paucifactus, audiit ex proximis castris clamorem militum, & sibi aduersa & Galbæ prospera omniantium, etiam ex obuiis viatoribus quendam dicentem, *Hi Neronem persequuntur: alium sciscitantem, Ecquid in urbe noui de Nerone?* Equo autem odore abiecti in via cadaueris consternato, detecta facie agnitus est à quodam Mifficio pratoriano, & salutatus. Vt ad diuerticulum ventum est, dimissis equis inter fruticeta ac vepres, per arundineti semitam ægre, nec nisi strata sub pedibus veste, ad aduersam villæ parietem euasit. Ibi hortante eodem Phaonte, vt interim in specum egestæ harenæ concederet, negauit se vivum sub terram iturum: ac parumper commoratus, dum clandestinus ad villam introitus pararetur, aquam ex subiecta lacuna potaturus manu hausit: & *Hæc est*, inquit, *Neronis decocta.* Deinde diuisa sentibus pænula traictos surculos rasit: atque ita quadrupes per angustias effossæ cauernæ receptus, in proximam cellam decubuit super lectum modicella culcita, vetere pallio strato instructum. Fameq; interim & siti interpellante, panem quidem sordidum oblatum aspernatus est, aquæ autem tepidæ aliquantulum bibit. Tunc vnoquoq; hinc inde instante, vt quam primam se impendentibus contumeliis eriperet, *scrobem* coram fieri imperauit, dimensus ad corporis sui modulum: componique simul, si qua inuenirentur, frustra marmoris, & aquam simul ac ligna conferri, curando mox cadaueri, flens ad sin-

XLIX.

Furor.

Nicht in l. 3. Furor.
c. 14.

ad singula, atque idem idem dictitans: *Qualis artifex pereo!*
 Inter moras perlato à cursore Phaontis codicillos præri-
 puit, legitque se hostem à Senatu indicatum & quæri, vt
 puniatur more maiorum. Interrogauitq; quale id genus
 esset pœnæ? Et cum comperisset nudi hominis ceruicem
 inferi furcæ, corpus virgis ad necem cædi: conterritus, duos
 pugiones, quos secum tulerat, arripuit: tentataq; vtriusque
 acie, rursus condidit, caussatus nondum adesse fatalem ho-
 ram. Ac modo Sporum hortabatur, vt lamentari ac plan-
 gere inciperet: modo orabat, vt se aliquis ad mortem capes-
 sendam exemplo iuaret: interdum segnitiem suam his
 verbis incerpabat: *Viva deformiter ac surpiter.*

*J. Bell. jal.
 Sest. Capit. 52.
 Claudij. 20
 v. 35. l. 3. de iure*

Ὁμοίως ἡρώων δὲ ἐν τοῖς ταύτοις. ἀγὰ ἕνεκεν οὐανίλορ. Iamq; Equi-
 tes appropinquabant, quibus præceptum erat vt viuum cum
 attraherent. Quod vt sensit, trepidanter effatus,

*Non decet No-
 ronem: non
 decet. vigi-
 lare oportet im-
 talibus. ago. 2422
 necita re-
 psum. 7 vidend*

Ἐπιπυρ μὲ ἰκλυπόδων ἀμφὶ κλύπῳ ἕατα βάνδα. Non. H. 10. v. 4.

*Equorum ca-
 leripedum
 sonitus au-
 res circum-
 tundit. magister. hysali
 a. h. m.*

ferrum iugulo adegit, iuuantem Epaphrodito, à libellis.
 Semianimisq; adhuc interrumpenti centurioni, & pænula
 ad vultus apposita, in auxilium se venisse simulanti, non
 aliud respondit, quam *fero*, & *Hæc est fides*. Atque in ea
 voce defecit, exstantibus rigentibusq; oculis vsque ad hor-
 rorem formidinemque visentium. Nihil prius ac magis
 à comitibus exegerat, quam ne potestas cuiquam capitis sui
 fieret. sed vt, quoquo modo, totus cremaretur. Permisit
 hoc Icelus Galbæ libertus, non multo ante vinculis exsolu-
 tus, in quæ primo tumultu coniectus fuerat. Funera
 tus est impensa ducentorum millium, stragulis albis auro
 intextis, quibus vsus Kal. Ianuarii fuerat. Reliquias Eclo-
 ge & Alexandra nutrices cum Acte concubina gentili Do-
 mitiorum monumento condiderunt: quod prospicitur è
 campo Martio impositū colle hortorum. In eo monumen-
 to solium Porphyretici marmoris superstanti Lunensi ar-
 a

- LI. circumseptū est lapide Thasio. Statura fuit pæne iusta: corpore maculoso & foedo; sufflavo capillo; vultu pulcro magis e quā venusto; oculis cæsis & hebetiorib⁹; ceruice obesa, ventre proiecto, gracillimis cruribus, valitudine prospera. Nam qui luxuriæ immoderatissimæ esset, ter omnino per XIV annos languit: atq; ita, vt neq; vino, neq; consuetudine reliqua abstineret. Circa cultum habitumq; adeo pudendus, vt comam semper in gradus formatam, peregrinatione Achaica etiam pone verticem summisserit: ac plerumq; synthefinam indutus, ligato circum collum sudario prodierit in publicum, sine cinctu, & discalceatus. Liberales disciplinas omnes fere puer attigit. Sed à philosophia eum mater auertit: molens, *imperaturo consociam esse*: à cognitione veterum oratorum Seneca præceptor, quo diutius in admiratione sui detineret. Itaq; ad poëticam pronus carmina e libenter ac sine labore composuit: nec, vt quidam putant, e aliena pro suis edidit. Venere in manus meas pugillares libellique cum quibusdam notissimis versibus ipsius chirographo scriptis: vt facile apperoret, non translatos, aut distante aliquo exceptos: sed plane quasi à cogitante atque generante exaratos: ita multa & deleta, & inducta & super-scripta inerant. Habuit & pingendi fingendiq; maxime non mediocre studium. Maxime autem popularitate effectebatur, omnium æmulus, qui quoquo modo animum vulgi mouerent. Exiit opinio post scenicas coronas proximo lustro descensurum eum ad Olympia inter athletas. Nam iuctabatur assidue: nec aliter certamina gymnica Græcia tota spectauerat, quam brabeutarum more in stadio humi assidens: ac si qua paria longius recessissent, in medium manibus suis protrahens. Destinauerat etiam qui Apollinem cantu, Solem aurigando æquiparare existimaretur, imitari & Herculis facta. Præparatumque leonem aiunt, quem vel claua vel brachiorum nexibus Amphitheatri harena spectan-

Seneca. de brev. vit. c. 12.
 et sic in intrid. mis. iuste.
 benti.

et studio placendi vulgi

spectante populo nudus elideret. Sub exitu quidem LIV.
 vitæ palam vouerat, si sibi incolumis status permansisset,
 proditurum se partæ victoriæ ludis, etiam hydraulam & cho-
 raulam, & utricularium, ac nouissimo die histriõnem; salta-
 turumq; Virgiliti Turnum. Et sunt qui tradant Parident
 histriõnem occisum ab eo, quasi grauem aduersarium.
 Erat illi æternitatis perpetuæque famæ cupido, sed incon- LV.
 sulta. Ideoque multis rebus ac locis veterè appellatione
 detracta, nouam induxit ex suo nomine. Mensẽ quoque
 Aprilem, *Neroneum* appellauit. Destinauerat & Romam
Neropolim nuncupare. Religionum vsquequaque con- LVV.
 temptor, præter vnus deæ Syriæ. Hanc mox ita spreuit, vt
 vrina contaminaret: alia superstitione captus, in qua sola
 pertinacissime hæsit. Siquidem icunculam puellarem,
 cum quasi remedium insidiarum à plebeio quodam &
 ignoto muneri accepisset, detecta confestim coniuratione
 pro summo numine trinisque in die sacrificiis colere per-
 seuerauit: volebatque credi monitione eius futura præ-
 noscere. Ante paucos quam periret menses, attendit &
 exstispicio, nec vnuquam litauit. Obiit secundo & trige- LVII.
 simo ætatis anno, die quo quondam Octauiam interemerat. 821.
 Tantumque gaudium publice præbuit, vt plebs pileata tota
 vrbe discurreret. Et tamen non defuerunt qui per longum
 tempus vernis æstiuisque floribus tumulum eius ornarent:
 ac modo imagines prætextatas in Rõstris proferrent, modo
 edicta, quasi viuentis, & breui magno inimicorum malo
 reuersuri. Quinetiam Vologesus Parthorum rex, missis ad
 Senatum Legatis de instauranda societate, hoc etiam ma-
 gnopere orauit, vt *Neronis memõria coleretur*: Deniq; cum
 post viginti annos adolescente me exstisset conditionis in-
 certæ, qui se Neronem esse iactaret, tam fauorabile nomen
 eius apud Parthos fuit, vt vehementer adiutus, & vix reddi-
 tus sit.

*o. Carr. l. i.
 h. i. subij. u. p.*

*Yatq; est, aut Nero,
 nix ultimis quib
 Vestibulum primis
 temporibus*

C. SVE- *Patris exemplis parvitas
 militum ad quædam fact*

*Imperatoris ad ducem magister Epistola h. i. p. 11
 Imperatoris ad ducem magister Epistola h. i. p. 11*

C. S V E T O N I I T R A N Q V I L L I

LIB. VII.

SER. SVLPICIUS GALBA CÆSAR VII.

Cap. I.



ROGNIUS Cæsarum in Nerone defecit. quod futurum compluribus quidem signis, sed euidētissimis duobus, apparuit. Liviæ olim post Augusti statim nuptias Veientanum suum reuifenti, præteruolans aquila, gallinam albam, ramulum lauri rostro tenentem, ita vt rapuerat, demisit in gremium: cumq; nutrirî alitem, pangiq; ramulum placuisset, tanta pullorum soboles prouenit, vt hodie quoque ea villa *ad Gallinas* vocetur: tale vero lauretum, vt triumphaturi Cæsares inde laureas decerperent: fuitque mos triumphantibus, alias confestim eodem loco pangere: & obseruatum est sub cuiusque obitum, arborem ab ipso institutam, elanguisse. Ergo nouissimo Neronis anno, & silua omnis exaruit radicitus, & quidquid ibi gallinarum erat, interiit: ac subinde tacta de cælo Cæsarum æde, capita omnibus simul statuis deciderunt: Augustiq; sceptrum è manibus excussum est. **II.** Neroni GALBA successit nullo gradu contingens Cæsarum domum: sed haud dubie nobilissimus, magnaue & vetere prosapia; vt qui statuarum titulis *Pronepotem. Q. Catuli Capitolini* semper adscripserit: Imperator vero etiam stemma in atrio proposuerit, quo paternam originem ad Iouem; **III.** maternam, ad Pasiphaën Minois vxorem referret. Imagines & elogia vniuersi generis exsequi longum est: familiæ breui-

A. V. C.
811.

breuiter attingam. Qui primus Sulpiciorum cognomen Galbæ tulit, cur, aut vnde traxerit, ambigitur. Quidam putant, quod oppidum Hispaniæ frustra diu oppugnatum illitis demum *galbano* facibus succenderit: alii quod in diurna valitudine *galbeo*, id est, remediis lana inuolutis assidue vteretur: nonnulli quod præpinguis fuerit visus, quem *galbam* Galli vocent: vel contra, quod tam exilis, quam sunt animalia, quæ in esculis nascuntur, appellanturque *galba*. Familiam illustrauit *Ser. Galba consularis*, temporum suorum *eloquentissimus*: quem tradunt, Hispaniam ex prætura obtinentem, XXX Lusitanorum millibus perfidia trucidatis, Viriati-
 ni belli causam extitisse. Eius nepos ob repulsam consularatus infensus Iulio Cæsari, cuius Legatus in Gallia fuerat, conspirauit cum Cassio & Bruto: propter quod *Pedia* lege damnatus est. Ab hoc sunt Imperatoris Galbæ auus & pater. Auus clarior studiis quam dignitate: non enim egressus præturæ gradum, multiplicem nec incuriosam historiam edidit. Pater consulatu functus, quam breui corpore atque etiam gibber modicæque in dicendo facultatis, causas industrie agitauit. Vxores habuit Mummiam Achaicam, neptem Catuli, proneptem L. Mummii, qui Corinthum excidit: item Liuiam Ocellinam, diem admodum & pulcram. à qua tamen nobilitatis causa appetitus vltro existimatur, & aliquanto enixius, postquam subinde instanti vitium corporis secreto posita veste detexit, ne quasi ignaram fallere videretur. Ex Achaica liberos, Caium & Seruium procreauit. Quorum maior Caius attritis facultatibus vrbe cessit: prohibitusque à Tiberio sortiri anno suo proconsularum, voluntaria morte obiit. *SER. Galba Imperator, IV.*
M. Valerio Messalla Cn. Lentulo Coss. natus est, IX Kal. Ianuarii, in villa colli supposita, prope Terracinam sinistrorsum Fundos petentibus. Adoptatus à nouerca sua *Liuis* nomen, & *Ocella* cognomen assumpsit, mutato prænomine.

Ff

Nam

Nam & Lucium mox pro Seruio vsque ad tempus imperiū
 vsurpauit. Constat Augustum puero adhuc salutanti se in-
 ter æquales, apprehensa buccula dixisse, *ὅτι οὐ τρένον ἢ ἀρχὴν ἡ-*
μῆς ἐδέξατο. Sed & Tiberius, cum comperisset imperatu-
 rum eum, verum in senectā: *Viuat sane*, ait, *quando id ad*
uos nihil pertinet. Auo quoque eius fulgur procuranti,
 cum exsta de manibus aquila rapuisset, & in frugiferam
 quercum contulisset, *summum sed seruum imperium portendi*
familia responsum est. Et ille irridens: *Sane*, inquit, *cum*
mula peperit. Nihil æque postea Galbam tentantem res
 nouas confirmauit, quam mulæ partus: cæterisque vt ob-
 scœnum ostentum abhorrentibus, solus pro latissimo accep-
 pit, memor sacrificii, dictique aui. Sumpta virili toga,
 fomniavit fortunam dicentem, *stare se ante fores defessam;*
& nisi ocyus reciperetur, cuiuscumque obuiso præda futuram.
 Vtque euigilauit aperto atrio, simulacrum æneum Deæ
 cubitali maius iuxta limen inuenit: idque gremio suo Tu-
 sculum, vbi æstiuare consueuerat, auexit: & in parte ædium
 consecratum, mensuris deinceps supplicationibus & per-
^{alig. et.} *vigilio anniuersario coluit.* Quamquam autem nondum
 ætate constanti, veterem ciuitatis exoletumque morem, ac
 tantum in domo sua hærentem, obstinatissime retinuit: vt
 liberti seruiq; bis die frequentes adessent, ac mane *saluere*,
 v. *vesperi valere* sibi singuli dicerent. Inter liberales disci-
 plinas attendit & iuri. Dedit & matrimonio operam: ve-
 rum amissa vxore Lepida, duobusque ex ea filiis, remansit
 in coelibatu, neq; sollicitari vlla ^{ca.} *conditione* amplius potuit,
 ne Agrippinæ quidem viduatæ morte Domitii: quæ mari-
 tum quoque adhuc necdum cælibem Galbam, adeo omni-
 bus sollicitauerat modis, vt inter conuentum matronarum
 correpta iurgio, atq; etiam manu pulsata sit à matre Lepida.
 Obseruauit ante omnes Liuiam Augustam: cuius & viuæ
 gratia plurimum valuit, & mortuæ testamento pæne ditatus
 est.

Tacit. 6, 20, 9. Et Tu, fili,
 imperium
 nostrum
 degustabū.

est. *ns* namque quingentis cum præcipuum inter Legatarios habuisset, quia notata non perscripta erat summa, here- *Tit. Vesp. c. 23.*
de Tiberio Legatum ad quingenta reuocante, ne hoc quidem accepit. Honoribus ante legitimum tempus in- *VI.*

ris, præter commissione ludorum Floralium, nouum spe- *adant. h. c. 20.*
ctaculi genus, elephantos funambulos edidit: exin prouin- *Pin. v. 2079.*

ciæ Aquitanix anno fere præfuit: mox consulatum per sex
menses ordinarium gessit. Euenitq; vt in eo ipse L. Do- *786.*

mitio patri Neronis, ipsi Saluius Otho pater Othonis succe-
deret, velut præfagium insequentis casus, quo medius inter
vtriusque filios extitit Imperator. A Caio Cæsare, Gatulico
substitutus postredie quam ad legiones venit, solenni
forte spectaculo plaudentes inhibuit data tessera, vt manus *v. p. 2. N. lib. Rom. 59.*
parulis continerent. Statim per castra iactatum est;

Disce miles militare; Galba est, non Gatulicus.

Pari seueritate interdixit commeatus peti. Veteranum ac
tironem militem opere assiduo corroborauit: matureque
barbaris, qui iam in Galliam vsque proruperant, coërcitis,
præsenti quoque Caio talem & se & exercitum approbavit,
vt inter innumeras contractasq; ex omnibus prouinciis co-
pias, neque testimonium neque præmia ampliora vlli per-
ciperent: Ipse maxime insignis, quod campestem decur- *dy. c. 26*
sionem scuto moderatus, etiam ad essedum Imperatoris per
viginti passuum millia cucurrit. Cæde Cæii nuntiata, *VI.*

multis ad occasionem stimulantibus, quietem prætulit. Per *794*

hoc gratissimus Claudio, receptusque in cohortem amico-
rum, tantæ dignationis est habitus, vt cum subita ei valitudo
nec adeo grauis incidisset, dilatus sit expeditionis Britanni-
cæ dies, Africam pro Consule bienno obtinuit, extra for-
tem electus ad ordinandam prouinciam, & intestina dissen-
sione & barbarorum tumultu inquietam. Ordinauitque
magna seueritatis ac iustitiæ cura, etiam in paruulis rebus.

Militi, qui per expeditionem annona arctissima residuum

Plin. l. 9, c. 57

cibariorum tritici modium centum denariis vendidisse arguebatur, vetuit, simulatque indigere cibo cepisset, à quam opem ferri: & is fame extabuit. At in iure dicendo, cum de proprietate iumenti quæreretur, leuibus vtriusque argumentis, & testibus, ideoque difficili coniectura veritatis, ita decreuit, vt ad lacum, vbi adaquari solebat, duceretur capite inuoluto: atque ibidem reuelato, eius esset ad quem sponte se à potu recepisset.

VIII.

Ob res, & tunc in Africa, & olim in Germania gestas, ornamenta triumphalia accepit, & sacerdotium triplex, inter XV viros, sodalesque Titios item Augustales cooptatus: atque ex eo tempore prope ad medium Neronis principatum in secessu plurimum vixit: ne ad gestandum quidem vniquam iter ingressus, quam vt secum vehiculo proximo decies HS in auro efferret, donec in oppido Fundis moranti Hispania Tarraconensis oblata est. Acciditque, vt cum prouinciam egressus sacrificaret intra ædem publicam, puero è ministris acerram tenenti, capillus repente toto capite canesceret, Nec defuerunt qui interpretarentur: *significari rerum mutationem, successurumque iuueni senem*; hoc est, ipsum Neroni. Nec multo post in Cantabria locum fulmen decidit: repertæque sunt duodecim secures, haud ambigunt summi Imperii signum.

IX.

Per octo annos varie & inæquabiliter prouinciam rexit. Primo acer, vehemens, & in coercendis quidem delictis vel immodicus. Nam & nummulario non ex fide versanti pecunias, manus amputauit, mensæque eius affixit. Et, tutorem, quod pupillum, cui substitutus heres erat, veneno necasset, cruce affecit: implorantiq; leges, & *ciuem Romanum se* testificanti, quasi solatio & honore aliquo poenam leuaturus, mutari, multoque præter cæteras altiores & dealbatam statui crucem iussit. Paullatim in desidia segnitiamq; conuersus est, ne quid materiæ præberet Neroni: & vt dicere solebat, *quod nemo rationem otii sui reddere cogere*.

Ky, p. 309. Antig.

resur.

retur. Carthagine noua conuentum agens, tumultuari Gallias comperit. Legato Aquitanix auxilia implorante, superuenerunt Vindicis litteræ, hortantis, vt humano generi assertorem ducemque se accommodaret. Nec diu cunctatus conditionem partim metu, partim spe recepit. Nam & mandata Neronis de nece sua ad procuratores clammissa deprehenderat: & confirmabatur cum secundissimis auspiciis, & omnibus; tum virginis honestæ vaticinatione: tanto magis, quod eadem illa carmina sacerdos Iouis Clunix ex penetrali somnio monitus eruerat, ante ducentos annos similiter à fatidica puella pronuntiata. Quorum carminum sententia erat: *Oriturum quandoque ex Hispania principem, dominumque rerum.* Igitur cum quasi manumissioni vacaturus conscendisset tribunal, propositis ante se damnatorum occisorumque à Nerone quam plurimis imaginibus, & adstante nobili puero, quem exulantem ex proxima Baleari insula, ob id ipsum acciuerat, deplorauit temporum statum, consalutatusque Imperator, *Legatum se Senatus ac populi R.* professus est. Deinde iustitio indicto, è plebe quidem prouinciæ legiones & auxilia conscripsit, super exercitum veterem legionis vnius, duarumque alarum, & cohortium trium. Ac è primoribus prudentia atque ætate præstantibus, velut instar Senatus, ad quos de maiore re, quoties opus esset, referretur, instituit. Delegit & Equestris ordinis iuuenes, qui manente anulorum auctorum vsu, *Euocati* appellarentur, excubiasque circa cubiculum suum vice militum agerent. Etiam per prouincias edicta dimisit, auctor singulis vniuersisque conspirandi simul, & vt qua posset quisque opera, communem causam iuarent. Per idem fere tempus in munitione oppidi, quod sedem bello delegerat, repertus est anulus opere antiquo, sculptura gemmæ *victoriam cum trophæo* exprimente. Ac subinde Alexandrina nauis Dertosam ap-

pulit armis onusta, sine gubernatore, sine naua, ac vectore
 villo: vt nemini dubium esset, iustum piūque, & fauenti-
 bus diis, bellam suscipi: cum repente ex inopinato prope
 cuncta turbata sunt. alarum altera castris appropinquan-
 tem, poenitentia mutati sacramenti, destituere conata est,
 & greque retenta in officio: & serui, quos à liberto Nerōnis
 ad fraudem præparatos muneri acceperat, per angiportum
 in balneas transeuntem p̄ne interemerunt: nisi cohortan-
 tibus inuicem, ne occasionem omitterent, interrogatisque
 de qua occasione loquerentur, expressa cruciatu confessio
 xli. esset.

Accessit ad tanta discrimina mors. Vindicis, qua
 maxime consternatus, destitutoq; similis, non multum ab-
 fuit quin vitæ renuntiaret. Sed superuenientibus ab vrbe
 nuntiis, vt occisum Nerōnem cunctosq; in verba sua iuraf-
 se cognouit: deposita, Legati, suscepit *Caesaris* appella-
 tionem. Iterq; ingressus est paludatus, ac dependente à cer-
 vicibus p̄ngione ante pectus: nec prius vsū togæ recupe-
 rauit quam oppressis, qui nouas res moliebantur; præfecto
 Prætorii Nymphidio Sabino, Romæ; in Germania, Fon-
 teio Capitone; in Africa Clodio Macro, Legatis.

Præ-
 xlii. cesserat de eo fama sænitæ simul atque auaritiæ: quod ciui-
 tates Hispaniarum Galliarumque, quæ cunctantius sibi ac-
 cesserant, grauioribus tributis, quasdam etiam murorum
 destructione punisset: & præpositos procuratoresq; suppli-
 cio capitis affecisset cum coniugibus ac liberis: quodque
 oblatam à Tarraconensibus è veteri templo Iouis coro-
 nam auream librarum quiddecim conlisset, ac tres vncias
 quæ ponderi deerant, iussisset exigi. Ea fama & confirmata
 & aucta est, vt primum urbem introiit. Nam cum classia-
 rios, quos Nero ex remigibus iustos milites fecerat, redire
 ad pristinum statum cogeret: recusantes, atque insuper a-
 quilam, & signa pertinacius flagitantes, non modo immisso
 equite disiecit, sed decimauit etiam. Item Germanorum
 cohor-

cohortem à Cæsaribus olim ad custodiam corporis institutam, multisq; experimentis fidelissimam, dissoluit, ac sine villo commodo remisit in patriam: quasi Cn. Dolabellæ, iuxta cuius hortos tendebat, proniorem. Illa quoque, venene an falso, per ludibrium iactabantur, apposita lautiore cœna ingemuisse eum. Et ordinario quidem dispensatori breuiarium rationum offerenti, parâ spidem leguminis profedulitate ac diligentia porrexisset. Cano autem choraulæ, mire placenti, denarios quinque donasse prolatos manu sua è peculiaribus loculis suis. Quare aduentus eius non XIII. perinde gratus fuit: idq; proximo spectaculo apparuit. Si quidem Atellanis notissimum canticum exorsus, *Venit io Simus à villa*: cuncti simul spectatores consentiente voce reliquam partem retulerunt, ac sæpius versu repetito egerunt. Maiore adeo & fauore & auctoritate adeptus est XIV. quam gessit, Imperium: quamquam multa documenta egregii principis daret: sed nequaquam tam grata erant, quam inuisa quæ secus fierent. Regebatur trium arbitrio, quos vna & intra Palatium habitantes, nec vquam non adherentes, *padagogos* vulgo vocabant. Hi erant T. Vinius Legatus eius in Hispania, cupiditatis immensæ: Cornelius Laco, ex assessore præfectus Prætorii, arrogantia socordiaq; intolerabilis: libertus Icelus, paullo ante anulis aureis & Martiani cognomine ornatus, ac iam summi Equestris gradus candidatus. His diuerso vitiorum genere grassantibus, adeo se abutendum permisit & tradidit, vt vix sibi ipsi constaret: modo acerbior parciorque, modo remissior ac negligentior quam conueniret principi electo, atq; illius ætatis. Quosdam clatos ex vtroque ordine viros suspitione minima, inauditos condemnauit. Ciuitatem Romanam raro dedit. Iura trium liberorum vix vni atque alteri: ac ne his quidem, nisi ad certum præfinitumque tempus. Iudicibus sextam decuriam adiiciprecantibus, non modo negauit: sed etiam

de vna q. de vna com. de v. in vna q. de vna q. de vna q.

Jul. Cas. c. 20.

- etiam concessum à Claudio beneficium, ne hieme initioq;
 xv. anni ad iudicandum euocarentur, eripuit. Existimaba-
 tur etiam Senatoria & Equestria officia biennii spatio deter-
 minaturus, nec daturus nisi inuitis ac recusantibus. Libera-
 litates Neronis non plus decimis concessis, per quinquagiu-
 ta Equites Rom. ea conditione reuocandas curauit exigen-
 dasque: vt & si quid scenici aut xystici, donatum olim ven-
 didissent, auferretur emtoribus, quando illi absumto pre-
 tio soluere nequirent. At contra, nihil non per cõnites
 atque libertos pretio adipisci, aut donari gratia passus est.
 vectigalia, immunitates, pœnas innocentium, impunita-
 res noxiorum. Quinetiam pop. R. deposcente supplicium
 Haloti & Tigillini, solos ex omnibus Neronis emissariis vel
 maleficientissimos incolumes præstitit: atque insuper Ha-
 lotum procuratione amplissima ornauit. Pro Tigillino
 xvi. etiam scuitiæ populam increpuit edicto. Per hæc pro-
 pe vniuersis ordinibus offensus, vel præcipua flagrauit inui-
 dia apud milites. Nam cum in verba eius absentis iuran-
 tibus donatiuum grandius solito præpositi promuntiaffent:
 neque ratam rem habuit, & subinde iactauit, *legere se mi-*
Tacit. H. 4. 9. 5. *litem, non emere consuesse.* Atq; eo quidem nomine omnes
 qui vbique erant exacerbauit. Cæterum prætorianos etiam
 metu & indignitate commouit, remouens subinde plerosq;
 vt suspectos, & Nymphidii socios. Sed maxime fremebat
 superioris Germaniæ exercitus, fraudari se præmiis nauatæ
Tacit. H. 11. 12. aduersus Gallos & Vindicem operæ. Ergo primi obsequium
 rumpere ausi, Kalend. Ianuarii adigi sacramento nisi in no-
 men Senatus, recusarunt: statimque legationem ad præto-
 rianos cum mandatis destinauerunt, *displacere Imperatorem*
in Hispania factum, eligerent ipsi, quem cuncti exercitus com-
 xvii. *probarent.* Quod vt nuntiatum est, despectui esse non
Tacit. 3. 16. 3. tam senectam suam, quam orbitatem ratus, Pisonem Frugi
 Licinianum, nobilem egregiumque iuuenem, ac sibi olim proba-

probatissimum, testamentoque semper in bona & nomen,
 adscitum, repente è media salutantium turba apprehendit:
filiumque appellans, perduxit in castra, ac pro concione ad-
 optavit: ne tunc quidem donatiui ylla mentione facta: quo
 faciliorem occasionem M. Saluio Othoni præbuit perfi-
 ciendi conata, intra sextum adoptionis diem. Magna XVIII.
 & assidua monstra iam inde à principio exitum ei, qualis
 euenit, portenderant. Cum per omne iter dextra sinistraq;
 oppidatim victimæ cæderentur, taurus securis i&u conster-
 natus, rupto vinculo, effedum eius inuasit: elatisq; pedibus
 totum cruore perfudit, ac descendentem spiculator impul-
 su turbæ lancea prope vulnerauit. Urbem quoque, & de-
 inde Palatium ingressum, excepit terra tremore, & assimilis
 quidam mugitui sonus. Secuta sunt aliquanto manifestio-
 ra. Monile margaritis gemmisq; confertum ad ornandum
 Fortunam suam Tusculanam, ex omni gaza secreuerat: id
 repente quasi augustiore dignius loco Capitolinæ Veneri
 dedicauit: ac proxima nocte somniauit speciem Fortunæ
 querentis fraudatam se dono destinato, minantisq; ereptu-
 ram & ipsam quæ dedisset. Cumque exterritus luce prima
 ad expiandum somnium, præmissis qui rem diuinam ap-
 pararent, Tusculum excueurrisset, nihil inuenit præter te-
 pidam in ara fauillam, atratumque iuxta senem in catino
 vitreo thus tenentem, & in calice fictili merum. Obser-
 uatum etiam est Kal. Ianuariis sacrificanti coronam de ca-
 pite excidisse: auspici pullos euolasse: adoptionis die,
 neque milites allocuturo castrensem sellam de more posi-
 tam pro Tribunali, oblitis ministris, & in Senatu curulem
 peruerse collocatam. Prius vero quam occideretur, sa- XIX.
 crificantem mane haruspex idemtidem monuit, *caueret pe-
 riculum: non longe percussores abesse.* Haud multo post co-
 gnoscietneri castra, ab Othone: ac plerisq;, *ut eodem quam-
 primum pergeret suadentibus (posse enim auctoritate &*

presentis praualere) nihil amplius quam continere se stauit: & legionariorum firmare praesidiis, qui multifariam diuersaque tendebant. *Loricam tamen induit linteam, quamquam haud dissimulans parum aduersus eos mucrones profuturam.* Sed extractus rumoribus falsis, quos conspirati, ut eum in publicum elicerent, de industria dissipant, paucis temere affirmantibus transactum negotium, oppressos qui tumultuarentur, aduenire frequentes caeteros gratulabundos, & in omne obsequium paratos: his ut occurreret, prodiit tanta fiducia, ut militi cuiquam occisum a se Othonem gloriantem, *Quo auctore?* responderit, atque in Forum usque processit. Ibi Equites, quibus mandata caedes erat, cum per publicum dimota paganorum turba equos adegissent, viso procul eo, parumper restiterunt: deinde rursus incitati, desertum a suis contrucidarunt. Sunt qui tradant ad primum tumultum proclamasse eum, *Quid agitis commilitones? ego vester sum, & vos mei:* donatium etiam pollicitum. Plures autem prodiderunt, obtulisse ultro iugulum: & *ut hoc agerent, ac ferirent, quando ita videretur,* hortatum. Illud mirum admodum fuerit, neque praesentium quempiam opem Imperatori ferre conatum: & omnes qui accersirentur spreuisse nuntium, excepta Germanicorum vexillatione. Hi ob recens meritum, quod se aegros & inualidos magnopere fouisset, in auxilium aduolauere; sed serius: itinere deuius per ignorantiam locorum retardati. Iugulatus est ad lacum Curtii, ac relictus, ita uti erat: donec gregarius miles a frumentatione rediens abiectio onere caput ei amputauit. Et quoniam capillo praecaluitic arripere non poterat, in gremium abdidit. Mox inserto per os pollice, ad Othonem detulit. Ille laxis calonibusque donauit: qui hasta suffixum, non sine ludibrio circum castra portarunt, acclamantes idem talem, *Galba cupide fruaris atate tua.* Maxime irritati ad talem iocorum petu-

petu-

petulantiam quod ante paucos dies exierat in vulgus, laudanti cuidam formam suam, vt adhuc floridam & vegetam, respondisse cum : *ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις*. Ab his Patrobii

*Adhuc viri. Hic
hi firmum Fortis & h
est robur. Non sicut*

Neroniani libertus, centum aureis redemptum, eo loco vbi iussu Galbæ animaduersum in patronum fuerat, abiecit. Sero tandem dispensator Argius, & hoc & ceterum truncum in priuatis eius hortis Aureliæ viæ sepulturæ dedit. Sta-

xxi.

tura fuit iusta, capite præcaluo, oculis cæruleis, adunco naso, manibus pedibusque articulari morbo distortissimis: vt neque calceum perpeti, neque libellos euoluere aut tenere omnino valeret. Excreuerat etiam in dexteriore latere eius caro, propendebatque adeo, vt ægre fascia substringeretur.

Cibi plurimi traditur, quem tempore hiberno etiam ante lucem capere consueuerat: inter coenam vero vsque eo abundantē, vt congestas super manus reliquias circumferri iuberet, spargique ad pedes stantibus. Libidinis in ma-

xxii.

res pronior: & eos non nisi præduros, exoletosque. Ferebant in Hispania Icelum ē veteribus concubinis, de Neronis exitu nuntiantem, non modo arctissimis osculis palam exceptum ab eo, sed vt sine mora velleretur oratum, atq;

seductum. Perit tertio & septuagesimo ætatis anno, Imperii mensē septimo. Senatus vt primum licitum fuit, statuam ei decreuerat rostratæ columnæ superstantem in parte

xxiii.

Fori, qua trucidatus est. Sed decretum Vespasianus aboleuit, percussores sibi ex Hispania in Iudæam submisisse opinatus.

812

C. SVETONII TRANQVILLI

M. SALVIVS OTHO VIII.

Cap. I.



MAIORES Othonis orti sunt oppido Ferentino, familia vetere & honorata, atque ex principibus Etruriæ. Auus M. Saluius Otho, patre Equite Rom. matre humili, incertum an ingenua, per gratiam Liuæ Augustæ, in cuius domo creuerat, Senator est factus, nec præturæ gradum excessit. Pater L. Otho materno genere præclaro, multarum & magnarum propinquitatum, tam charus, tamque non absimilis facie Tiberio principi fuit, vt plerique procreatum ex eo crederent. Vrbanos honores, Proconsulatam Africæ, & extraordinaria imperia, seuerissime administravit. Ausus etiam est in Illyrico milites quosdam, quod motu Camilli ex pœnitentia, præpositos suos, quasi defectionis aduersus Claudium auctores, occiderant, capite punire: & quidem ante principia se coram: quamuis ob id ipsum promptos in ampliorem gradum à Claudio sciret. Quo facto, sicut gloriam auxit, ita gratiam minuit: quam tamen mature recuperavit, detecta Equitis R. fraude, quem prodentibus seruis necem Claudio parare compererat. Namque & Senatus honore rarissimo, statua in Palatio posita, profecutus est eum: & Claudius allectum inter patricios collaudans amplissimis verbis, hoc quoque adiecit: *Vir quo meliores liberos habere ne opto quidem.* Ex Albia Terentia foemina duos tulit filios, L. Titianum, & minorem Marcum cognominem sibi, Tulit & filiam,

filiam, quam nondum nubilem, Druso Germanici filio despondit. Otho Imperator IV. Kal. Maii natus est Camillo Aruntio, Domitio Ænobarbo, Coss. A prima adolescentia prodigus, ac procax, adeo ut sæpe flagris obiurgaretur à patre. Ferebatur & vagari noctibus solitus: atque inuvalidum quemque obuiorum vel potulentum corripere: ac distento fago impositum in sublime iactare. Post patris deinde mortem, libertinam aulicam gratiosam, quo efficacius coleret, etiam diligere simulauit, quamuis anam, æque pæne decrepitam. Per hanc insinuatus Neroni, facile summum inter amicos locum tenuit congruentia morum: ut vero quidam tradunt, & consuetudine mutui stupri: ac tantum potentia valuit, ut damnatum repetundis consularem virum, ingens præmium pactus, prius quam plane restitutionem ei impetrasset, non dubitaret in Senatum ad agendas gratias introducere.

Omnium autem consiliorum secretorumque particeps, die, quem Nero necandæ matri destinauerat, ad auertendas suspiciones, coenam utrique exquisitissimæ comitatis dedit. Item Poppæam Sabinam, tunc adhuc amicam eius, abductam marito, demandatamque interim sibi, nuptiarum specie recepit. Nec corruptisse contentus, adeo dilexit, ut ne riualem quidem Neronem æquotulerit animo. Creditur certe non modo missos ad arcessendam non recepisse, sed ipsum etiam exclusisse quondam pro foribus adstantem, miscentemque frustra minas & preces, ac depositum reposcentem. Quare ducto matrimonio, sepositus est per causam legationis in Lusitaniam. Id satis visum, ne poena acrior mimum onanem diuulgaret: qui tamen sic quoque hoc disticho enotuit.

Cur Otho merito sit quaritis exsul honore?

Vxoris machus caperat esse sua.

Præuinciam administravit quæstorius per decem annos, moderatione atque abstinentia singulari. Ut tandem

811. ultionis occasio data est, conaribus Galbæ primus accessit: eodemque momento & ipse spem Imperii cepit: magnam quidem & ex conditione temporum, sed aliquanto maiorem ex affirmatione Seleuci mathematici. Qui cum eum olim superstitem Neroni fore spondisset, tunc ultro inopinatus aduenerat, imperaturum quoque breui repromittens. Nullo igitur officii, aut ambitionis in quemquam genere omisso, quoties cæna principem acciperet, aureos excubanti cohorti viritim diuidebat: nec eo minus aliam alia via militum demerebatur. Cuidam etiam de parte finium cum vicino litiganti, adhibitus arbiter, totum agrum redemit, emancipauitque: ut iam vix ullus esset, qui non & sentiret & prædicaret, *solum successione Imperii dignum.*
- V. Sperauerat autem fore ut adoptaretur à Galba: idque in dies expectabat. Sed postquam, Pisone prælato, spe decidit, ad vim conuersus est: instigante super animi dolorem etiam magnitudine æris alieni. Neque enim dissimulabat, *nisi principem, se stare non posse: nihilque referre, ab hoste in acie, an in foro sub creditoribus, caderet.* Ante paucos dies seruo Cæsaris pro impetrata dispensatione decies sestertium expresserat. Hoc subsidium tanti cœpti fuit: ac primo quinque spiculatoribus commissa est res, deinde decem aliis, quos singuli binos produxerant: omnibus dena sestertia re præsentata, & quinquagena promissa. Per hos sollicitati reliqui, nec adeo multi: haud dubia fiducia in ipso negotio
- VI. pluribus affuturis. Erat animus post adoptionem statim Castra occupare, cœnantemque in Palatio Galbam agredi: sed obstitit respectus cohortis, quæ tunc excubabat ne oneraretur inuidia, quod eiusdem statione & Caius fuerat occisus, & Nero ^{adert}. Medium quoque tempus religio & Selocus exemit. Ergo destinata die, præmonitis consociis, ut se in Foro sub æde Saturni ad Miliarium aureum opperirentur, mane Galbam salutauit: utque consueuerat, oseulo

exce-

exceptis, etiam sacrificanti interfuit, audinitque prædictæ
 haruspiciis. Deinde liberto adesse architectos nuntiante,
 quod signum conuenerat, quasi vanalem domum inspe-
 cturus abscessit: proripuitque se postica parte Palatii ad con-
 situtum. Alii febrem simulasse aiunt, eamque exalta-
 tionem proximis mandasse, si quæreretur. Tunc abdiens pro-
 pere muliebri sella in Castra contendit: ac deficientibus Ie-
 cticariis, cum descendisset, cursumque cepisset, laxato cal-
 ceo restitit, donec omiſſa mora succollatus, & à præſente
 comitatu IMPERATOR conſalutatus, inter fauſtas acclama-
 tiones ſtriſtosque gladios ad principia deuenit: obuiò quo-
 que non aliter ac ſi conſcius & particeps foret, adhærente.
 Ibi miſſis qui Galbam & Piſonem trucidarent, ad conci-
 liandos pollicitationibus militum animos nihil magis pro-
 concione teſtatus eſt, quam *id demum ſe habiturum, quod ſibi
 illi reliquiſſent.* Deinde vergente iam die ingreſſus Se-
 natum, poſitaque breui ratione, *quasi raptus de publico, &
 ſuſcipere Imperium vi coactus, geſturusque communi omnium
 arbitrio,* Palatium petit. Ac ſuper cæteras gratulantium
 adulantiumque blânditias, ab infima plebe appellatus. Nero,
 nullum indicium recuſantis dedit: immo vt quidam tradi-
 derunt, etiam diplomatis primisq; epistoſis ſuis ad quos-
 dam prouinciarum Præſides, Nerónis cognomen adiecit.
 Certe & imagines ſtatuasque eius reponi paſſus eſt: & pro-
 curatores atque libertos ad eadem officia reuocauit. Nec
 quidquam prius pro poteſtatè ſubſcripſit, quam quingentiſ
ties HS ad peragendam Auream domum. Dicitur ea no-
 cte per quietem pauefactus gemitus maximos edidiſſe: re-
 pertusque à concurſantibus humi ante lectum iacens,
 per omnia piaculorum genera manes Galbæ, à quo de-
 turbari expellique ſe viderat, propitiare tentariſſe: poſtri-
 die quoque in augurando tempeſtate orta grauiter pro-
 lapſum, idemtidem obmurmuraſſe: *Τὸ θεοὶ μοι ἐμαχρῶτε ἀλλ' ὄτε γ*

811.

VII.

12 Inactum dicitur

Quid enim H. m. dicitur
 mihi cum lan-
 gas tibi?

Sub

- viii. Sub idem vero tempus, Germaniciani exercitus in Vitellii verba iurauerant. Quod ut comperit, auctor Senatui fuit mittenda legationis, quæ doceret, electum iam principem: quietem & concordiam suaderet. Et tamen per internuntios ac litteras, consortem Imperii, generumque se Vitellio obtulit. Verum haud dubio bello, iam ducibus & copiis, quas Vitellius præmiserat, appropinquantibus, animum fidemque prætorianorum erga se pæne internecone amplissimi ordinis expertus est: & placuerat per classarios arma transferri, remittiq; nauibus. Ea cum in castris sub noctem promerentur, insidias quidam suspicati, tumultum excitauerunt: ac repente omnes, nullo certo duce, in Palatium cucurrerunt, cædem Senatus flagitantes: repulsisque tribunorum, qui inhibere tentabant, nonnullis & occisis, sicut erat cruenti, *ubinam Imperator esses*, requirentes; perruperunt in triclinium vsque, nec nisi viso destiterunt. Expeditionem autem impigre atque etiam præpropere inchoauit: nulla ne religionum quidem cura, sed & motis nec dum conditis ancilibus, quod antiquitus insanstum haberetur: & die, quo cultores Deum matris lamentari & plangere incipiunt: præterea aduersissimis auspiciis. Nam & victimas Diti patri cæsas litauit: cum tali sacrificio contraria exsta potiora sint. Et primo egressu inundationibus Tiberis retardatus, ad XX etiam lapidem ruina ædificiorum
- ix. præclusam viam offendit. Simili temeritate, quamuis dubium nemini esset quin trahi bellum oporteret, quando & fame & angustiis locorum vrgeretur hostis, quam primum tamen decertare statuit: siue impatiens longioris sollicitudinis, speransque ante Vitellii aduentum profligari plurimum posse; siue impar militum ardori, pugnam deposcentium. Nec illi pugne affuit, substititque Brixelli. Et tribus quidem, verum mediocribus præliis, apud Alpes, circaque Placentiam, & ad Castoris, quod loco nomen est, vicit:

vicit: nouissimo maximoque apud Bebriacum fraude superatus est; cum spe colloqui facta, quasi ad conditionem pacis militibus eductis, ex improviso, atque in ipsa consalutatione, dimicandum fuisset, ac statim moriendi impetum cepit: vt multi, nec frustra, opinantur, magis pudore, ne tanto rerum hominumque periculo dominationem sibi asserere perseveraret, quam desperatione vlla, aut diffidentia copiarum: quippe residuis, integrisque etiam nunc, quas secum ad secundos casus detinuerat, & superuenientibus aliis è Dalmatia, Pannoniaque & Mœsia: ne victis quidem adeo afflictis, vt non in ultionem ignominiaë quiduis discriminis ultro, & vel solæ subirent. Interfuit huic bello **X** pater meus Suetonius Lepis, tertiae decimæ legionis Tribunus angusticlauius. Is mox referre crebro solebat, Othonem etiam priuatum vsque adeo detestatum ciuilia arma, vt memorante quodam inter epulas de Cassii Brutique exitu, cohorrerit: nec concursurum cum Galba fuisse, nisi consideret sine bello rem transigi posse. Tunc ad despiciendam vitam exemplo manipularis militis concitatum: qui cum cladem exercitus nuntiaret, nec cuiquam fidem faceret, ac nunc mendacii, nunc timoris, quasi fugisset ex acie, argueretur, gladio ante pedes eius incubuerit: hoc viso proclamasse cum aiebat; *non amplius se in periculum tales tamque benemeritis coniecturum.* Fratrem igitur, fratrisque filium, & singulos amicorum cohortatus, vt sibi quisque pro facultate consuleret, ab amplexu & osculo suo dimisit omnes; secretoque captato, binos codicillos exarauit ad sororem consolatorios. Sed & ad Messalinam Neronis, quam matrimonio destinauerat, commendans reliquias suas, & memoriam. Quidquid deinde epistolarum erat, ne cui periculo aut noxæ apud victorem forent, concremauit. Diuisit & pecunias domesticis ex copia præsentis. Atque ita **XI** raturus, intentusque iam morti, tumultu inter moras exorto,

Hh

vt eos

vt eos qui discedere & abire cœptabant, corripit quasi deser-
tores, detinerique sensit: *Adiciamus*, inquit, *vita & hanc*
noctem, his ipsis, totidemque verbis; vetuitq; vim cuiquam
fieri: & in serum vsque patente cubiculo, si quis adire vel-
let, potestatem sui præbuit. Post hæc sedata siti gelidæ aquæ
porione, arripuit duos pugiones, & explorata vtriusque acie,
cum alterum puluino subdidisset, foribus adopertis arctis-
simo somno quieuit. Et circa lucem demum expergesa-
ctus, vno se traiecit ictu infra læuam papillam: irrumpen-
tibusque ad primum gemitum, modo celans, modo dete-
gens plagam, exanimatus est: & celeriter (nam ita præce-
perat) funeratus, XXXVIII ætatis anno, & XCV imperii
812. XII. die. Tanto Othonis animo nequaquam corpus aut ha-
bitus competiit. Fuisse enim traditur & modicæ staturæ, &
male pedatus, scambusque. Munditiarum vero pæne mu-
liebrium; vulso corpore: galericulo capiti propter rarita-
tem capillorum adaptato & annexo, vt nemo dignosceret.
Juvenal. Quin & faciem quotidie rasitare, ac pane madido linere
consuetum: idq; instituisse à prima lanugine, ne barbarus
vmquam esset. Sacra etiam Iſidis sæpe in lintea religiosaq;
veste propalam celebrasse. Per quæ factum putem vt mors
eius minime congruens vitæ, maiori miraculo fuerit. Mul-
ti præsentium militum cum plurimo fletu manus ac pedes
iacentis exosculati, *fortissimum virum, unicum Imperato-*
rem prædicantes, ibidem statim, nec procul à rogo vim suæ
vitæ attulerunt. Multi & absentium, accepto nuntio præ-
dolore armis iinter se ad internecionem concurrerunt. De-
nique magna pars hominum, incolumem grauissime de-
testata, mortuum laudibus tulit: vt vulgo iactatum sit
etiam, *Galbam ab eo non tam dominandi, quam Reip. ac liber-*
tatis restituenda causa interemtum.

Nep. in Iſid.

C. SVETONII TRANQVILLI

A. VITELLIVS IX

VITELLIORVM originem alii aliam, & quidem Cap. I.
diuersissimam, tradunt: partim veterem & no-
bilem; partim vero nouam & obscuram, atque
etiam sordidam. Quod ego per adulatores ob-

trectatoresque Imperatoris Vitellii euenisse opinarer: nisi
aliquanto prius de familiae conditione variatum esset. Ex-
stat Q. Eulogii ad Q. Vitellium, Dni Augusti quaestorem,
libellus, quo continetur, *Vitellios Fanno, Aboriginum rege,
& Vitellia, qua multis locis pro numine coleretur, ortos, toto
Latia imperasse. Horum residuam stirpem ex Sabinis transisse
Romam, atq. inter patricios allectam. indicia stirpis diu man-
fisse, viam Vitelliam ab Ianiculo ad mare usque: item coloniam
eiusdem nominis, quam gentili copia aduersus Equiculos tu-
tandam olim depoposcissent: tempore deinde Samnitici belli
praesidio in Apuliam misso, quosdam ex Vitelliis subsedisse Nu-
ceria, eorumque progeniem longo post interuallo reperisse vr-
bem, atq. ordinem Senatorium.*

Contra plures auctorem II.
generis libertinum prodiderunt. Cassius Seuerus, nec mi-
nus alii, eundem & sutorem veteramentarium: cuius filius
sektionibus & cognituris vberius compendium nactus, ex mu-
liere vulgari, Antiochi cuiusdam furnariam exercentis filia,
Equitem Rom. genuerit. Sed quod discrepat, sit in medio.

Cæterum P. Vitellius domo Nuceria, siue ille stirpis anti-
quæ, siue pudendis parentibus atque auis, Eques certe Ro-
manus, & rerum Augusti procurator, quatuor filios amplif-

- simæ dignitatis, cognomines ac tantum prænominibus distinctos reliquit, Aulum, Quintum, Publium & Lucium. A.V.C. AVLVVS in consulatu obiit, quem cum Domitio
785. Neronis Cæsaris patrè inierat: præfautus alioqui, famosusq; cœnarum magnificentia. QVINTVS caruit ordine, cum auctore Tiberio secerni minus idoneos Senatores, remoueriq; placuisset. PVBIVS Germanici comes Cn. Pisonem inimicum & interfectorem eius, accusauit condemnauitq; ac post præturæ honorẽ inter Seiani conscios arreptus, & in custodiam fratri datus, scalpro librario venas sibi incidit: nec tam mortis pœnitentia quam suorũ obtestatione obligari curarique se passus, in eadem custodia morbo periit.
788. LVCIVS ex consulatu Syriæ præpositus, Artabanum Parthorum regem summis artibus, non modo ad colloquium suum, sed etiam ad veneranda legionum signa pellexit. Mox cum Claudio principe, duos insuper ordinarios consulatus, 796. censuramque gessit. Curam quoque imperii sustinuit, ab-
300. sente eo, expeditione Britannica: vir innocens & industrius,
797. sed amore libertinæ perinsanis, cuius etiam saluis melle commistis, nec clam quidem aut raro, sed quotidie ac palam arterias & fauces pro remedio fouebat. Idem, miri in adu- lando ingenii, primus C. Cæsarem adorari vt Deum instituit: cum reuersus ex Syria non aliter adire ausus esset quam capite velato, circumuertensque se, deinde procumbens. Claudium vxoribus libertisque addictum ne qua non arte demereretur, pro maximo munere à Messallina petiit: *vt sibi pedes praberet excalceandos*: detractumq; focculum dextrum, inter togam tunicasque gestauit assidue, nonnumquam osculabundus. Narcissi quoque & Pallantis imagines aureas inter Lares coluit. Huius & illa vox est, *Sape facias*, cum sæculares ludos edenti Claudio gratularetur.
- III. Decessit paralyti altero die quam correptus est, duobus filiis superstitibus, quos ex Sextilia probatissima, nec ignobili

fœmi-

femina, editos Consules vidit: & quidem eodem ambobus
 totoque anno, cum maiori minor in VI menses successisset,
 Defunctum Senatus publico funere honorauit: Item statua
 pro Rostris, cum hac inscriptione: *PIETATIS IMMOBILIS*
ERGA PRINCIPEM. Aulus Vitellius L. filius IMP, natus
 est VIII Kal. Octobris, vel, ut quidam, VII Idus Septembris,
 Druso Cesare, Norbano Flacco Coss. Genituram eius præ- 768
 dictam à mathematicis, ita parentes exhorruerunt, ut
 magnopere semper contenderit pater, *ne qua es prouincia*
uino committeretur: & mater missum ad legiones, & appel-
 latum *Imperatorem* pro afflicto statim lamentata sit. Pue-
 ritiam primamque adolescentiam Capreis egit, inter Tibe-
 riana scorta, & ipsi perpetuo *Spintria* cognomine notatus:
 existimatusque corporis gratia initium & causa incremen-
 torum patri fuisse. Sequenti quoque ætate omnibus IV.
 probis contaminatus, præcipuum in aula locum tenuit:
 Caio per aurigandi, Claudio per alex studium familiaris.
 Sed aliquanto Neroni acceptior, cum propter eadem hæc
 tum peculiari merito: quod præsidens certamini Neroneo,
 cupientem inter citharædos contendere, nec quamuis fla-
 gitantibus cunctis promittere audentem, ideoque egressum
 theatro, reuocauerat quasi perseverantis populi legatione
 suscepta, exorandumq; præbuerat. Trium itaque prin- V.
 cipium indulgentia, non solum honoribus, verum & sacer-
 dotiis amplissimis auctus, proconsulatum Africæ post hæc,
 eamq; operum publicorum administrauit: & voluntate
 dispari, & existimatione. In prouincia singularem innocen-
 tiam præstitit biennio continuato, cum succedenti fratri
 Legatus substitutus esset. At in urbano officio dona atque
 ornamenta templorum surripuisse, & commutasse qua-
 dam, ferebatur: proque auro & argento, stannum & auri-
 chalcum supposuisse. Vxorem habuit Petroniam, con- VI.
 sularis viri filiam, & ex ea filium Petronianum, captum.

altero oculo. Hunc heredem à matre sub conditione institutum, si de potestate patris exisset, manu emisit: breuique, ut creditum est, interemit, insimulatum insuper parricidii, & quasi paratum ad scelus venenum ex conscientia hausisset. Duxit mox Galeriam Fundanam prætorio patre. Ac de hac quoque liberos vtriusque sexus tulit: sed matrem, titubantia oris prope mutum, & elinguem. A Galba inferiori Germaniam contra opinionem missus est. Ad iutum putant T. Vinii suffragio, tunc potentissimi, & cui iam pridem per communem factionis suæ fauorem conciliatus esset: nisi quod Galba præ se tulit, *nullos minus mesuendos quam qui de solo victu cogitarent; de posse provincialibus copiis profundam eius expleri gulam: ut cuius euidens sit; contentu magis quam gratia electum.* Satis constat exituro viaticum defuisse, tanta egestate rei familiaris, ut vxore & liberis, quos Romæ relinquebat, meritorio coenaculo abditis, domum in reliquam partem anni ablocaret: utque ex aure matris detractum vnionem pignerauerit ad itineris impensas. Creditorum quidem præstolantium ac detinentium turbam, & in iis Sinuessanos Formianosque, quorum publica vectigalia interuerterat, non nisi terrore calumniæ amouit: cum libertino cuidam acerbius debitum reposcenti, iniuriarum formulam, quasi calce ab eo percussus, intendisset, nec aliter quam extortis quinquaginta HS remisisset. Aduentem male animatus erga principem exercitus, pronusque ad res novas, libens ac supinis manibus excepit, *velut dono Deum oblatum ser consulis filium, atate integra, facili ac prodigo animo.* Quam veterem de se persuasionem Virellius recentibus etiam de se experimentis auxerat, tota via caligatorum quosque militum omnibus exosculans: perque stabula ac diuersoria, mulionibus ac viatoribus præter modum comis: ut mane singulos *iamue ient assent* sciscitaretur, VIII. sequē fecisse ructu quoque ostenderet. Castra vero ingressus

gressus nihîl cuiquam poscenti negavit: atque etiam vltro ignominiosis notas, reis sordes, damnatis supplicia demisit. Quare vixdum mense transacto, neque diei, neque temporis habira ratione, ac iam vespere, subito à militibus è cubiculo raptus, ita vt erat in veste domestica *Imperator* est consalutatus: circumlatusque per celeberrimos vicos, strictum Diui Iulii gladium tenens, detractum delubro Martis, atque in prima gratulatione porrectum sibi à quodam: nec ante in Prætorium rediit quam flagrante triclinio ex conceptu camini: tum quidem consternatis, & quasi omine aduerso anxiiis omnibus inquit; *Bono animo estote, nobis alluxit: nullo sermone alio apud milites vsus.* Consentiente deinde etiam superioris prouinciæ exercitu, qui prius à Galbæ ad Senatum defecerat, cognomen *Germanici* delatum ab vniuersis cupide recepit; *Augusti* distulit: *Casarûs* in perpetuum recusauit. Ac subinde eadē Galbæ annuntiata, compositis Germanicis rebus partitus est copias, quas aduersus Othonem præmitteret, quasq; ipse perduceret. Præmissis agmini lærum euenit auspiciûm: siquidem à parte dextra repente aquila aduolauit; lustrisque signis, ingressos viam sensim antecessit. At contra ipso mouente, statuæ equestres cum plurifariam ei ponerentur, fractis repente cruribus pariter corruerunt: & laurea, quam religiosissime circumdederat, in profluentem excidit. Mox Viennæ pro tribunali iura reddenti gallinæ supra humerum, ac deinde in capite adstitit. Quibus ostentis par respondit exitus; nam confirmatum per Legatos suos imperium, per se retinere non potuit. De Bebriacensi victoria & Othonis exitu, cum adhuc in Gallia esset, audiit: nihilq; cunctatus, quidquid prætorianorum cohortium fuit, vt pessimi exempli, vno exauctorauit edicto, iussas tribunis tradere arma. Centum autem atque viginti, quorum libellos Othoni datos inuenerat, exposcentium præmia, ob editam in eadē Galbæ

ope-

operam, conquiri, & supplicio affici imperavit: egregie profus, atque magnifice, & ut summi principis spem ostenderet, nisi cetera magis ex natura, & priore vita sua, quam ex Imperii maiestate gessisset. Namque itinere inchoato, per medias civitates ritu triumphantium vectus est: perque flumina delicatissimis nauigiis, & variarum coronarum genere redimitis inter profusissimos opsoniorum apparatus, nulla familiæ aut militis disciplina, rapinas ac petulantiam omnium in iocum vertens: qui non contenti epulo vbique publice præbito, quoscumque libuisset, in libertatem asserbant, verbera & plagas; sæpe vulnera, nonnumquam necem repræsentantes aduersantibus. Utque campos, in quibus pugnatum est, adiit, abhorrentes quosdam cadauerum tabem, detestabili voce confirmare ausus est: *Optime olere occisum hostem, & melius cinem.* Nec eo secius ad leniendam grauitatem odoris plurimum meri propalam hausit, passimque diuisit pari vanitate, atque insolentia. Lapidem memoriæ Othonis inscriptum intuens, *dignum eo Mausoleo* ait: pugionemque, quo se is occiderat, in Agrippinensem coloniam misit, Marti dedicandum.

XI. In Apennini quidem iugis etiam peruigilium egit. Urbem denique ad classicum introiit paludatus, ferroque succinctus, inter signa atque vexilla, sagulatis comitibus, ac detectis commilitonum armis. Magis deinde ac magis, omni diuino humanoque iure neglecto, Alliensis die pontificatum maximum cepit: comitia in X annos ordinauit, seque perpetuum Consulē. Et ne cui dubium foret, quod exemplar regendæ reip. eligeret, medio Martio campo adhibita publicorum sacerdotum frequentia, inferias Neroni dedit: ac solenni conuiuio citharædum placentem palam admonuit, *ut & aliquid de Domitio diceret*: inchoantique Neroniana canticâ, primus exsultans etiam plausit.

XII. Talibus principiis magnam Imperii partem, non nisi consilio & arbitrio

bitrio vilissimi cuiusque histrionum & aurigarum administravit: & maxime Asiatici liberti. Hunc adolescentulum mutua libidine constupratum, mox tædio profugum, cum Puteolis poscam vendentemprehendisset, coniecit in compedes, statimque soluit, & rursus in deliciis habuit: iterum deinde ob nimiam contumaciam & ferocitatem gravatus, circumforaneo lanistæ vendidit, dilatatumque ad finem muneris repente surripuit, & prouincia demum accepta manumisit: ac primo imperii die aureis donauit anulis super coenam, cum mane rogantibus pro eo cunctis, detestatus esset seuerissime *talem Equestris ordinis maculam.* Sed XIII. vel præcipue luxuriæ scruitæque deditus, epulas trifariam semper, interdum quadrifariam dispartiebat: in ~~ientacula & prandia & coenas, comissionesque~~: facile omnibus sufficiens, vomitandi consuetudine. Indicebat autem aliud alii eadem die: nec cuiquam minus singuli apparatus quadringenis millibus nummum constiterunt. Famosissima super cæteras fuit coena ei data aduentitia à fratre: in qua duo millia lectissimorum piscium, septem autum apposita traduntur. Hanc quoque exsuperavit ipse dedicatione patinæ, quam ob immensam magnitudinem *Clypeum* & *Μίνερνα*, *Αίγυπτος* πολύχρησι dicebatur. In hac scarorum iocinora, phasianorum & pauonum cerebella, linguas phœnicopterum, murænarum lactes, à Carpathio vsque, retroque Hispania, per nauarchos ac triremes petitarum, commiscuit. Ut autem homo non profundæ modo, sed intempestiæ quoque ac sordidæ gulæ, ne in sacrificio quidem vmquam, aut itinere villo temperauit, quin inter altaria ibidem statim viscus & farra rapta è foco manderet, circaque viarum popinas fumantia opsonia, vel pridiana atque semesa. Pro- XIV. pins vero ad cuiusque & quacumque de causâ, necem atque supplicium: nobiles viros, condiscipulos & æquales suos, omnibus blanditiis tantum non ad societatem imperii

perii allicefactos, vario genere fraudis occidit: etiam vnum veneno manu sua porrecto in aquæ frigidæ potione, quam is affectus febre poposcerat. Tum foeneratorum & stipulatorum publicanorumque qui vniquam se aut Romæ debitum, aut in via portorium flagitassent, vix vlii pepercit. Ex quibus quendam in ipsa salutatione supplicio traditum, statimq; reuocatum cunctis clementiana laudantibus, coram interfici iussit, *velle se* dicens *passere oculos*: alterius poenæ duos filios adiecit, deprecari pro patre conatos. Sed & Equitem Romanum proclamantem, cum raperetur ad poenam, *Heres meus es*, exhibere testamenti tabulas coëgit: utq; legit coheredem sibi libertum eius adscriptum, iugulari eum liberto imperavit. Quosdam & de plebe ob id ipsum, quod Venetæ factioni clare maledixerant, interemit: contentu sui & noua spe id ausos opinatus. Nullis tamen infensior quam vernaculis & mathematicis, ut quisque deferretur, inauditum capite puniebat: exacerbatus, quod post edictum suum, quo iubebat *intra Kal Octobris vrbe Italiaque mathematici excederent*; statim libellus est propositus: *& Chaldaos dicere, Bonum factum, ne Vitellius Germanicus intra eundem Kalendarum diem vsquam esset*. Suspectus & in morte matris fuit, quasi ægræ præberi cibum prohibuisset: vaticinante Catta muliere, cui velut oraculo acquiescebat, ita demum firmiter ac diutissime imperaturum, si superstes parenti exstitisset. Alii tradunt, ipsam tædio præsentium, & imminentium metu, xv. venenum à filio impetrasse, haud sane difficulter. Octauo imperii mense deficiuerunt ab eo exercitus Mœsiarum, atq; Pannoniæ: item ex transmarinis, Iudaicus & Syriacus: ac pars in absentis, pars in præsentis Vespasiani verba iurarunt. Ad retinendum ergo cæterorum hominum studium ac favorem, nihil non publice priuatimq; nullo adhibito modo largitus est. Delectum quoque ea conditione in vrbe egit,

vt voluntariis non modo missionem post victoriam, sed etiam veteranorum iustæ militiæ commoda polliceretur. Urgeant deinde terra mariq; hosti, hinc fratrem cum classe, ac tironibus & gladiatorum manu opposuit: hinc & Bedriacenses copias & duces. Atque ubique aut superatus aut proditus, salutem sibi & millicibus à Flavio Sabino Vespasiani fratris pepigit: statimq; pro gradibus Palatii apud frequentes milites, *cedere se imperio, quod innisus recepisset*, professus, cunctis reciamantibus rem distulit: ac nocte interposita, primo diluculo sordidatus descendit ad Rostra: multisque cum lacrymis eadem verba, verum è libello testatus est. Rursus interpellante milite, ac populo, & ne deficeret hortante; omnemque operam suam certatim pollicente, animum resumpsit, Sabinumque & reliquos Flavianos nihil iam metuentes, vi subita in Capitolium compulsi; succensoque templo Iouis Opt. Max. oppressit: cum & *Tact.* prælium & incendium è Tiberiana prospiceret domo inter epulas. Non multo post poenitens facti, & in alios culpam conferens, vocata concione iuravit, coëgitque iurare ceteros, *nihil sibi antiquius quiete publica fore*. Tunc solum à latere pugionem, Consuli primum, deinde illo recusante, magistratibus, ac mox senatoribus singulis porrigens: nulla recipiente, quasi in æde Concordiæ positurus abscessit. Sed quibusdam acclamantibus, *ipsum esse concordiam*, rediit: nec solum retinere se ferrum affirmavit, verum etiam *Concordiæ* recipere cognomen. Suasit Senatui vt Legatos xvi cum Virginibus Vestalibus mitterent, *pacem aut certe tempus ad consultandum*, petituros. Postridie responsa oppeditanti nuntiatum est per exploratorem, hostem appropinquare. Continuo igitur abstrusus gestatoria sella, duobus solis comitibus, pistore & coquo, Auentinum & paternam domum clam petiit, vt inde in Campaniam fugeret. Mox leui rumore & incerto tanquam pax impetrata esset, referri

se in palatium passus est: vbi cum deserta omnia reperisset, dilabentibus etiam qui simul erant, zonâ se aureorum plena circumdedit, confugitque in cellulam ianitoris, religato
 XVII. pro foribus cane lectoque & culcitra obiectis. Irruperant iam agminis antecessores: ac nemine obuiò rimabantur, vt sit, singula. Ab iis extractus è latebra, sciscitantes quis nam esset (nam ignorabatur) & vbi esse Vitellium sciret, mendacio elusit; deinde agnitus rogare non desistit, *quasi quadam de salute Vespasiani dicturus, vt custodiretur interim vel in carcere*: donec religatis post terga manibus, iniecto cervicibus laqueo, veste discissa seminudus in Forum tractus est, inter magna rerum verborumque ludibria, per totum viâ Sacræ spatium, reducto coma capite, ceu noxii solent, atque etiam mento mucrone gladii subiecto, vt visendam præberet faciem, neue submitteret: quibusdam stercore & cœno incessentibus, aliis *incendiarium & patinarium* vociferantibus; parte vulgi etiam corporis vitia exprobrante (erat enim in eo enormis proceritas, facies rubida plerumque ex vinolentia, venter obesus, alterum femur subdebile, impulsu olim quadrigæ, cum auriganti Cæio ministratorem exhiberet) tandem apud Gemonias minutissimis ictibus excarnificatus atque confectus est, & inde vnco tractus in
 XVIII. Tiberim. Perit cum fratre & filio, anno vitæ VII &
 822. quinquagesimo: nec fecellit coniecturam eorum, qui augurio, quod factum ei Viennæ ostendimus, non aliud portendi prædixerant, quam *venturum in alicuius Gallicani potestatem*: siquidem ab Antonio Primo aduersarum partium duce oppressus est: cui Tolosæ nato cognomen in pueritia *Beccæ* fuerat. id valet gallinacei rostrum.

C. S V E T O N I I T R A N Q V I L L I

LIB. VIII.

T. FLAVIUS VESPASIANVS

AVGVSTVS. X.

REBELLIONE trium principum & cæde incer- Cap. II
 tum diu, & quasi vagum imperium, suscepit
 firmavitq; tandem gens Flavia: obscura illa qui-
 dem, ac sine vllis maiorum imaginibus; sed ta-
 men Reip. nequaquam poenitenda: constat licet Domitia-
 num cupiditatis ac sæuitiæ merito poenas luisse. Titus
 Flavius Petronius municeps Reatinus, bello ejuili Pompe-
 ianarum partium centurio, incertum sponte an euocatus,
 profugit ex Pharſalica acie, domumque se contulit. Vbi
 deinde venia & missione impetrata, coactiones argentarias
 factitavit. Huius filius cognomine Sabinus, expers militia
 (etsi quidam eum primipilarem: nonnulli, cum adhuc or-
 dines duceret, sacramento solum percausam valitudinis
 tradunt) publicum quadragesimæ in Asia egit. Manebantq;
 imagines à ciuitatibus ei positæ sub hoc titulo: ΚΑΛΩΣ ΤΕ-
 ΛΩΝΗΣΑΝΤΙ. Postea fœnus apud Helucios exercuit, ibi-
 que diem obiit, superstitibus vxore Vespasia-Polla, & duo-
 bus ex ea liberis: quorum maior Sabinus ad præfecturam
 Urbis, minor Vespasianus ad principatum vsque processit.
 Polla Nursiæ honesto genere orta, patrem habuit Vespasium
 Pollionem, ter tribunum militum, præfectumque castro-
 rum, fratremque Senatorem prætoris dignitatis. Locus
 etiam nunc ad sextum miliarium à Nursia Spoletum eun-
 ti bus

tibus in monte summo appellatur Vespasiz: vbi Vespasiorum complura monumenta existant, magnum indicium splendoris familiar, & vetustatis. Non negauerim iacturam à quibusdam, Petronii patrem è regione Transpadana fuisse **mancipem operarum**, quæ ex Umbria in Sabinos ad culturam agrorum quotannis commeare solerent: subsedisse autem in oppido Reatino, vxore ibidem ducta. Ipse ne vestigium quidem de hoc, quamuis satis curiose inquirerem, in-

id. infra in Cornelia
p. 174.

II. veni. Vespasianus natus est in Sabinis vltra Reate, vico modico, cui nomen est Phalacrine, XV Kal. Decemb. vespere, Q. Sulpicio Camerino, C. Poppæo Sabino Coss. quinquennio ante quam Augustus excederet: educatus sub paterna auia Tertulla, in prædiis Cosanis. Quare princeps quoque & locum incunabulorum assidue frequentauit; manente villa qualis fuerat olim: ne quid scilicet oculorum consuetudini deperiret: & auiaz memoriam tantopere dilexit, vt solennibus ac festis diebus pocillo quoque eius argenteo potare perseuerauerit. Sumta toga virili, latum clauum, quamquam fratre adepto, diu auersatus est: nec vt tandem appeteret, compelli nisi à matre potuit. Ea demum extudit, magis conuicio quam precibus vel auctoritate, dum cum idemdem per contumeliam *anteambulonem fratris* appellat. Tribunatu militum in Thracia meruit. Quæstor Cretam & Cyrenas prouinciam sorte cepit: ædilitatis ac mox præturæ candidatus, illam non sine repulsa, sextoque loco vix adeptus est: at prima statim petitione, & in primis prætor, in senatus, Caium ne, quo non genere demereretur, ludos extraordinarios pro victoria eius Germanica depoposcit, poenæque coniuratorum addendum censuit, *vt insepulti prosicerentur*. Egit & gratias ei apud amplissimum ordinem, *quod se honore cæna dignatus esset*.

III. Inter hæc Flauiam Domitillam duxit vxorem Statilii Capellæ Equitis Rom. Sabratenfis ex Africa delegatam olim, Latinæque

tinq; conditionis, sed mox ingenuam, & ciuem Romanam
 recuperatorio iudicio pronuntiatam: patre asserente Flavio
 Liberale Ferenti genito, nec quidquā amplius, quam Qua-
 storis scriba. Ex hac liberos tulit, Titum & Domitianum,
 & Domitillam. Vxori ac filiaz superstes fuit: atque vtratinq;
 adhuc priuatus amisit. Post vxoris excessum, Cænidem An-
 toniaz libertam, & à manu, dilectam quondam sibi, remo-
 cauit in contubernium: habuitq; etiam Imperator pæne
 iustæ vxoris loco. Claudio principe Narcissi gratia Le- IV.
 gatus Regionis in Germaniam missus est: inde in Britan-
 niam translatus tricies cum hoste conflixit. Duas validis-
 simas gentes, superq; XX oppida, & insulam Vectem Bri-
 tanniaz proximam in deditionem redegit: partim Auli
 Plautii consularis Legati, partim Claudii ipsius ductu. Qua-
 re triumphalia ornamenta, & in spatio breui duplex sacer-
 dotium accepit. Præterea consulatum, quem gessit per 804.
 duos nouissimos anni menses: medium tempus ad Procon-
 sulatum vsque in otio secessuque egit: Agrippinam timens
 potentem adhuc apud filium, & defuncti quoque Narcissi
 amicos perosam. Exin sortitus Africam, integerrime, nec
 sine magna dignatione administravit: nisi quod Adrumeti
 seditione quadam, rapa in eum iacta sunt: Rediit certe
 nihilo opulentior, vt qui prope labefactata iam fide, omnia
 prædia fratri obligarit: necessarioque ad mangonicos qua-
 stus sustinendæ dignitatis causa descendit, propter quod
 vulgo *Mula* vocabatur. Conuictus quoque dicitur du-
 centa HS expressisse iuueni, cui latum clauum aduersus pa-
 tris voluntatem impetrarat, eoque nomine grauiter incre-
 pitus. Peregrinatione Achaica inter comites Neronis, cum
 cantante eo aut discederet sæpius, aut præsens obdormisce-
 ret, grauissimam contraxit offensam: prohibitusque non
 contubernio modo, sed etiam publica salutatione, secessit
 in parnam ac denjam ciuitatem, quoad latent, etiamque
 - extre-

extrema metuenti, prouincia cum exercitu oblata est. Percrebuerat Oriente toto vetus & constans opinio: *esse in factis ut eo tempore Iudæa profecti rerum potirentur.* Id de Imp̄ratore Rom. quantum euentu postea patuit prædictum, Iudæi ad se trahentes, rebellarunt: cæsoque præposito, Legatum insuper Syriæ consularem suppetias ferentem, rapta aquila fugauerunt. Ad hunc motum comprimendum cum exercitu ampliore, & non instrenuo dace, *cui tamen tuto tanta res committeretur,* opus esset, ipse potissimum delictus est: *vt & industria experte, nec metuendus villo modo ob humilitatem generis ac nominis.* Additis igitur ad copias duabus legionibus, octo alis, cohortibus decem, atque inter Legatos maiore filio assumpto, vt primum prouinciam attingit, proximas quoque conuertit in se: correcta statim castrorum disciplina; vno quoque & altero prælio tam constanter inuito, vt in oppugnatione castelli lapidis ictum genu, v. scuto sagittas aliquot exceperit. Post Neronem Galbamque, Othone atque Vitellio de principatu certantibus, in spem imperii venit, iam pridem sibi per hæc ostenta conceptam. In suburbano Flauiorum quercus antiqua, quæ erat Marti sacrata, per tres Vespasie partus, singulos repente ramos à frutice dedit, haud dubia signa futuri cuiusque facti. Primum, exilem, & cito arefactum: ideoque puella nata non perannauit: secundum, præualidum ac prolixum, & qui magnam felicitatem portenderet: Tertium vero, instar arboris. Quare patrem Sabinum fertent haruspicio insuper confirmatum renuntiasse matri, *nepotem ei Cæsarem genitum:* nec illam quidquam aliud quam cachinnasse, mirantem, quod adhuc se mentis compote deliraret iam filius suus. Mox cum ædilem eum C. Cæsar succensens, propter curam verrendis viis nō adhibitā, luto inuisset oppleri, congesto per milites in prætextæ sinum: non desuerunt qui interpretarentur, *quandoque præcalcatam desertaque Remp. cinili*

v. ill. c. 7.

ciuili aliqua perturbatione in tutelam eius, ac velut in gremium, deuenturam. Prandente eo quondam, canis extrarius è triuio manum humanam intulit, mensæq; subiecit. Cœnante rursus, bos arator decusso iugo, triclinium irrupit: ac fugatis ministris, quasi repente defessus, procidit ad ipsos accumbentis pedes, ceruicemq; submisit. Arbor quoque cupressus in agro auito sine vlla vi tempestatis radicitus euulsa atque prostrata, insequenti die viridior ac firmior resurrexit. At in Achaia somniauit, initiû sibi suisq; felicitatis futurum, *simul ac dens Neroni exemptus esset: euenitq; vt sequenti die progressus in atrium medicus dentem ei ostenderet tantum quod exemptum.* Apud Iudæam Carmeli Dei oraculum consulentem, ita confirmare sortes: *vt quicquid cogitaret volueretque animo, quantumlibet magnum, id esse prouenturum* pollicerentur. Et vnus ex nobilibus captiuus Iosephus, cum coniceretur in vincula, constantissime asseruit, *fore vt ab eodem breui solueretur, verum iam Imperatore.* Nuntiabantur & ex Vrbe præfagia: Neronem diebus ultimis monitum per quietem, vt thesaurum Iouis Opt. Max. è sacrario in domum Vespasiani, & in Circum deduceret. Ac non multo post, comitia secundi Consulatus ineunte Galba, statua Diui Iulii ad Orientem sponte conuersa: acieq; Bedriacensi, prius quam committeretur, duas aquilas in conspectu omnium confixisse: victaque altera, superuenisse tertiam à Solis ortu, ac victricem abegisse. Nec tamen quidquam ante tentauit, promtissimis atque vi. etiam instantibus suis, quam sollicitatus quorundam & ignotorum & absentium fortuito fauore. Mœsiaci exercitus bina è tribus legionibus millia missa auxilio Othoni, postquam iter ingressis nuntiatum est, victum eum, ac vim vitæ suæ attulisse; nihilo secius Aquileiam vsque perseuerauerunt, quasi rumori minus crederent. Ibi per occasionem ac licentiam, omni rapinarum genere grassati, cum

timerent ne sibi reuersis reddenda ratio, ac subeunda pœna
 esset, consilium inierunt *eligendi creandique Imperatoris.*
Neque enim deteriores esse, aut Hispaniensi exercitu, qui Gal-
bam; aut Pratoriano, qui Othonem; aut Germaniciano, qui
Vitellium fecissent. Propositis itaque nominibus Legato-
 rum consularium, quot ubiq; tunc erant, cum ceteros alii
 alium alia de causa improbarent: & quidam è legione ter-
 tia, quæ sub exitu Neronis translata ex Syria in Mœsiam
 fuerat, Vespasianum laudibus ferrent: assensere cuncti, no-
 menque eius vexillis omnibus sine mora inscripserunt. Et
 tunc quidem compressa res est, reuocatis ad officium nu-
 meris parumper: ceterum diuulgato factò, Tiberius Alex-
ander Præfectus Ægypti primus in verba Vespasiani le-
 giones adegit Kal. Iulii: qui principatus dies in posterum
 obseruatus est. Iudaicus deinde exercitus, V Idus Iulii apud
 ipsum iurauit. Plurimum cœptis contulerunt, iactatum
 exemplar epistolæ, veræ siue falsæ, defuncti Othonis ad
 Vespasianum, extrema obtestatione *ultionem* mandantis, &
ut Reip. subueniret, optantis: simul rumor dissipatus, *de-*
stinasse Vitellium victorem permutare hiberna legionum, &
Germanicas transferre in Orientem ad securiorem mollioremq;
militiam: præterea ex præsidibus prouinciarum Licinius
 Mucianus; & è regibus Vologesus Parthus: ille deposita
 simultate, quam in id tempus ex æmulatione non obscure
 gerebat, Syriacum promisit exercitum: hic quadraginta
 VII. millia sagittariorum. Suscepto igitur ciuili bello, ac
 ducibus copiisque in Italiam præmissis, interim Alexan-
 driam transiit, vt claustra Ægypti obtineret. Hic cum de
 firmitate imperii capturus auspiciam, ædem Serapidis, sub-
 motis omnibus, solus intrasset: ac propitiato multum Deo,
 tandem se conuertisset, verbenas coronasque & panificia,
 vt illic assolet, Basilides libertus obrulisse ei visus est: quem
 neq; admissum à quoquam: & iam pridem propter neruo-
 rum

rum

rum valitudinem vix ingredi, longeque abesse constabat. Ac statim aduenere literæ, *fusas apud Cremonam Vitellii copias, ipsum in Vrbe interemtum nuntiantes.* Auctoritas & quasi maiestas quædam, vt scilicet inopinato & adhuc nouo principi, decrat: hæc quoque accessit. E plebe quidam luminibus orbatus, item alius debili crure, sedentem pro tribunali pariter adierunt, orantes opem valitudinis, demonstratam à Serapide per quietem; restitutum oculos, si inspisset: confirmaturum crus, si dignaretur calce contingere. Cum vix fides esset rem vlllo modo successuram, ideoque ne experiri quidem auderet: extremo hortantibus amicis, palam pro concione vtrumque tentauit; nec euentus defuit. Per idem tempus Tegeæ in Arcadia, instinctu vaticinantium, effossa sunt sacro loco vasa operis antiqui, atque in iis affimilis Vespasiano imago. Talis, tantaque cum fama in

VIII.

urbem reuersus, acto de Iudæis triumpho, consulatus octo veteri addit. Suscepit & censuram: ac per totum imperii tempus nihil habuit antiquius, quam prope afflictam nutantemque Remp. stabilire primo, deinde & ornare. Milites, pars victoriæ fiducia, pars ignominia dolore ad omnem licentiam audaciamque processerant. Sed & prouinciæ, ciuitatesque liberæ, necnon & regna quædam tumultuosius inter se agebant. Quare Vitellianorum quidem & exauctorauit plurimos, & coërcuit. Participibus autem victoriæ adeo nihil extra ordinem indulgit: vt etiam legitima præmia non nisi sero persoluerit. Ac ne quam occasionem corrigendi disciplinam prætermitteret, adolescentulum fragrantem vnguento, cum sibi pro impetrata præfectura gratias ageret, nutu aspernatus, voce etiam grauisima increpuit, *Maluissimè allium oboluisse:* litterasque reuocauit. Classarios vero, qui ab Ostia & Puteolis Romam pedibus per vices commeant, petentes *constitui aliquid sibi calcearii nomine:* quasi parum esset, sine responso abegisse,

823. 824.
825. 827.
828. 829.
830. 832.

iussit post hæc, exalceatos cursitare: & ex eo itâ cursitant. Achaïam, Lyciam, Rhodum, Byzantium, Samum, libertate adempta, item Thraciam, Ciliciam, & Comagenen ditionis regiæ vsque ad id tempus, in prouinciarum formam redegit. Cappadociæ propter assiduos barbarorum incurfus legiones addidit: consularemque rectorem imposuit, pro Equite Romano. Deformis Vrbs veteribus incendiis ac ruinis erat: vacuas areas occupare, & ædificare, si possessores cessarent, cunctumque permisit. Ipse restitutionem Capitoliï aggressus, ruderibus purgandis manus primus admouit, ac suo collo quædam extulit: ærearumque tabularum tria millia, quæ simul conflagrauerant, restituenda suscepit: vndique inuestigatis exemplaribus, instrumentum imperiï pulcherrimum ac vetustissimum confecit: quo continebantur *pæne ab exordio Urbis Senatus consulta, plebiscita de societate & fœdere ac privilegio cuiuscumque concessis.*

ix. Fecit & noua opera, templum Pacis Foro proximum: Diuique Claudii in Cœlio monte, cœptum quidem ab Agrippina, sed à Nerone prope funditus destructum. Item Amphitheatrum Vrbe media, vt destinasse compererat Augustum. Amplissimos ordines, & exhaustos cæde varia, & contaminatos veteri negligentia, purgauit: suppleuitque recensito Senatu & Equite; submotis indignissimis, & honestissimõ quoque Italicorum ac prouincialium allecto. Atque vt notum esset, vtrumque ordinem non tam libertate inter se, quam dignitate differre, de iurgio quodam Senatoris Equitisque Rom. ita pronuntiauit: *Non oportere maledici Senatoribus: remaledici ciuile fasque esse.*

x. Litium series vbique maiorem in modum excreuerant, manentibus antiquis, intercapedine iurisdictionis, accedentibus nouis, ex conditione tumultuque temporum. Sorte elegit per quos rapta bello restituerentur: quique iudicia centumuiralia, quibus peragendis vix suffectura litigatorum

aras

ætas videbatur, extra ordinem diiudicarent, redigerentque ad breuissimum numerum. Libido atque luxuria, xi.

coërcente nullo, inualuerat. Auctor Senatui fuit decernendi ut quæ se alieno seruo iunisset, ancilla haberetur. Neue filiorum familias foeneratoribus exigendi crediti ius umquam esset: hoc est, ne post patrum quidem mortem. Cæteris in rebus statim ab initio principatus vsque ad exitum, ciuilis & clemens. Mediocritatem pristinam neque dissimulauit umquam, ac frequenter etiam præ se tulit.

Quin & conantes quosdam originem Flauii generis ad conditores Reatinos, comitemque Herculis cuius monumentum exstat via Salaria referre, irrisit vltro. Adeoque nihil ornamentorum extrinsecus cupide appetiuit, ut triumpho die fatigatus tarditate & tædio pompæ, non retisuerit: merito se plecti, qui triumphum, quasi aut debitum maioribus suis, aut speratum umquam sibi, tam inepte senex concupisset.

Ac ne Tribanitiæ quidem Potestatem & Patriæ Patria appellationem nisi sero recepit. Nam consuetudinem saluantes scrutandi, mamente adhuc bello ciuili, omiserat. *In sen. 3. m. 118. Nep. in vit. Salu.*

Amicorum libertatem, caussidicorum figuras, ac philosophorum contumaciam lenissime tulit. Licinium Mucianum notæ impudicitæ, sed meritorum fiducia minus sui reuerentem, numquam nisi clam, & hætenus retaxare sustinuit, ut apud communem aliquem amicum querens, adderet clausulæ, *Ego tamen vir sum.* Saluium Liberalem in defensione rei, ausum dicere, *Quid ad Cæsarem, si Hipparchus hs millies habet?* & ipse laudauit. Deme- *d. damnationem*

trium Cynicum in itinere obuium sibi post dominationem, ac neque assurgere, neque salutare se dignantem, oblatrantem etiam nescio quid, satis habuit *Canem* appellare. Offensarum inimicitiarumq; minime memor, executorve, Vitellii hostis sui filiam splendidissime maritauit, dotauitque etiam & instruxit. Trepidum eum interdicitæ *ca.*

aula sub Nerone, quærentemque quidnam ægeret, aut quo abiret, quidam ex officio admissionis simul expellens, abire Morboniam iusserat. In hunc postea deprecantem haud ultra verba excanduit, & quidem totidem fere atque eadem. Nam vt suspitione aliqua vel metu ad perniciem cuiusquam compelleretur tantum abfuit,

vt monentibus amicis *cauendum esse Metium Pomposianum, quod vulgo crederetur genesim habere imperatoriam*, insuper Co. s. fecerit: spondens, *quandoque beneficii me-*

xv. *morem futurum.*

Non temere quis punitus insons reperitur: nisi absente eo & ignaro, aut certe inuito atque decepto. Heluidius Prisco, qui reuersum ex Syria, solus, priuato nomine *Vespasianum* salutauerat, & in prætura omnibus edictis sine honore ac mentione vlla transmisserat, non ante succensuit quam altercationibus insolentissimis pæne in ordinem redactus. Hunc quoque, quamvis relegatum primo, deinde & interfici iustum, magni æstimauit seruare quoquo modo; missis qui percussores reuocarent: & seruasset, nisi iam periisse falso nuntiatum esset. Cæterum neque cæde cuiusquam vquam lætatus, iustis suppliciis illacrymauit etiam & ingemuit.

xvi.

Sola est, in qua merito culpetur, pecuniæ cupiditas. Non enim contentus omiſſa sub Galba vectigalia reuocasse, noua & graua addidisse, auxisse tributa prouinciis, nonnullis & duplicasse: negotiationes quoque vel priuato pudendas propalam exercuit, coëmendo quædam, tantum vt pluris postea distraheret. Nec candidatis quidem honores, reſue tam innoxiiis quam nocentibus abſolutiones venditare cunctatus est. Creditur etiam procuratorum rapacissimum quemque ad ampliora officia ex industria solitus promouere, quo locupletiores mox condemnaret: quibus quidem vulgo *pro spangiis* dicebatur *vii.*, quod quasi & siccos madefaceret; & exprimeret humen-

Papa Laurentius
22. G. II. Seneca de Seneca
c. 99.

humentes. Quidam natura cupidissimum tradunt, idque exprobratum ei à sene bubulco, qui negata sibi gratuita libertate, quam imperium adeptum suppliciter orabat, proclamauerit, *Vulpem pilum mutare, non vires.* Sunt contra qui opinentur ad manubias & rapinas necessitate compulsum, summa ærarii fisci que inopia: de qua testificatus sit inito statim principatu: professus *quadringentes millies opus esse, ut Resp. stare posset.* Quod & verisimilius videtur, quando & male partis optime usus est. In omne hominum genus liberalissimus, expleuit censum xvii. Senatorium: consulares inopes quingenis sestertiis annuis sustentauit: plurimas per totum orbem ciuitates terræmotu aut incendio afflictas; restituit in melius. Inge: xviii. nia & artes vel maxime fouit: primus è fisco Latinis Græcisque rhetoribus annua centena constituit. Præstantes poëtas, nec non & artifices, coëmit: item colossi refectorem insigni congiario magna que mercede donauit: mechanico quoque grandes columnas exigua impensa perducturum in Capitolium pollicenti, præmium pro commento non mediocre obtulit, operam remisit, præfatus *siuere se plebeculam pascere.* Ludis per quos scena Mar: xix. celliani theatri restituta dedicabatur, vetera quoque acroamata renouauerat. Apollinari tragædo quadringenta: Terpno Diodoroque citharædis ducenta; nonnullis centena: quibus minimum, quadragena sestertia super plurimas coronas aureas dedit. Sed & conuiuabatur assidue: ac sapius recte, ac dapfile, vt macellarios adiuuaret. Dabat sicut saturnalibus viris apophoreta, ita & per Kal. Martii sceminis: & tamen ne sic quidem pristinae cupiditatis infamia caruit. Alexandrini *Cybiosactem* eum vocare perseuerauerunt, cognomine vnus è regibus suis turpissimarum fordium. Sed & in funere Fauo archimimus personam eius ferens, imitansque, vt est mos, facta ac dicta

*Herodian. 1, 15.
in Not. Boeckh. p. 201.*

ac dicta viui, interrogatis palam procuratoribus *quanti funus & pompa constaret*: vt audiit ns centies, exclamauit, *centum sibi festeria darent, ac se vel in Tiberim proiicerent.*

XX. *veni.* Statura fuit quadrata, compactis firmisque membris, vultu veluti nitentis. Vnde quidam vrbanoꝝ, non iufacete: siquidem petenti, vt & in se aliquid diceret, *Dicam, inquit, cum ventrem exonerare deserui.* Valitudine prosperrimã vsus est: quamuis ad tuendam eam nihil amplius quam fauces cæteraque membra sibi met ad numerum in sphæristerio defricaret, *inediamque vnius*

XXI. *dici per singulos menses interponeret.* Ordinem vitæ fere hunc tenuit. In principatu maturius semper, ac de nocte cuigilabat: deinde perlectis epistolis, officioꝝq; omnium breuiariis, amicos admittebat: ac dum salutabatur, & calcabat ipse sese & amiciebat. Post decisa quæcumque obuenissent negotia, gestationi, & inde quieti vacabat: accubante aliqua pallaciarum quas in defunctæ locum Cænidis plurimas constituerat: ac secreto in balneum tricliniumque transibat. Nec villo tempore facilior, aut indulgentior traditur: eaque momenta do-

XXII. mestici ad aliquid petendum magnopere captabant. Et super coenam autem, & semper alias comissimus, multa ioco transigebat. Erat enim dicacitatis plurimæ: & sic scurrilis ac sordidæ, vt ne prætextatis quidem verbis abstineret. Et tamen nonnulla eius facerissima existant, in quibus & hoc: *Mensurium Florum, consulare, admonitus ab eo plaustra potius quam plostra dicenda, die postero Flaurum salutauit.* Expugnatus autem à quadam, quasi amore sui deperiret, cum productæ pro concubitu festeria quadringenta donasset: admonente dispensatore quem admodum summam rationibus vellet referri, *Vespasiano,*

XXIII. inquit, *adamato.* Vtebatur & versibus Græcis tempestiue satis: vt de quodam procæ staturæ, improbiusq; nato:

Marci

Μακρὰ βιβὰς, κροδάων δολιχόσπιον ἔγχ. . .

Vastum incedens, & brans immensam hastam.

Et de Cerylo liberto, qui diues admodum ob subterfugientium quandoque ius fisci, ingenuum se & *Lachetem* mutato nomine cœperat ferrè,

Ω Λάχης Λάχης, ἐπὶ ἀποδάμης,
Αὐτὸς ἐξ Ἰσαχίης εἰρήση Κηρύλλ.

O Laches Laches, quando obseru. rursus ut ante diceris Corylm.

Maxime tamen dicacitatem in deformibus lucris affectabat: vt inuidiam aliqua cauillatione dilueret, transferretq; ad sales. Quendam è charis ministris dispensationem cui-dam, quasi fratri, petentem cum distulisset, ipsum candidatum ad se vocauit; exactaque pecunia, quantam is cum suffragatore suo pepigerat, sine mora ordinauit. Interpellanti mox ministro: *Alium tibi, ait, quare fratrem: hic, quem tuum putas, meus est.* Mulionem in itinere quodam suspicatus ad calceandas mulas desilisse, vt aduenti litigatori spatium moramq; præberet: interrogauit, *quanti calceasset?* pactusque est lucri partem. Reprehendenti filio Tito, quod etiam vrinæ vestigial commentus esset, pecuniam ex prima pensione admouit ad nares, sciscitans *num odore offenderetur:* & illo negante, *Atqui,* inquit, *è lotio est.* Nuntiantibus Legatis, *decretam ei publice non mediocris summa statuat colosseam:* iussit vt continuo ponerent, cauam manum ostentans, & paratam basin dicens. Ac ne in metu quidem ac periculo mortis extremo absti-nuit iocis. Nam cum inter prodigia cætera Mausoleum Cæsarium derepente patuisset, & stella in cœlo crinita apparuisset: alterum *ad Iuniam Caluinam è gente Augusti pertinere* dicebat: alterum *ad Parthorum regem, qui capillatus esset.* Prima quoque morbi accessione, *Vt,* inquit, *puto, Deus fio.* Consulatu suo nono tentatus in Cam-

XXIV.

pania motiunculis leuibus, ac protinus Vrbe repetita;

Cutilias, ac Reatina rura, vbi æstiuare quotannis solebat, petiit. Heic, cum super vrgentem valitudinem creberrimo frigidæ aquæ vsû & intestina vitiaffet: nec eo minus muneribus imperatoriis ex consuetudine fungeretur, vt etiam legationes audiret cubans, aluo repente vsque ad defectionem soluta, *Imperatorem*, ait, *stantem mori oportere*. Dumque consurgit, ac nititur, inter manus sublenantium exstinctus est, VIII Kal. Iulii: annum agens ætatis sexagesimum ac nonum, superque mensem ac diem septimum. Conuenit inter omnes, tam certum eum de sua suorunique genitura semper fuisse: vt post assiduas in se coniurationes ausus sit affirmare Senatui, *aut filios sibi successuros, aut neminem*. Dicitur etiam vidisse quondam per quietem stateram in media parte vestibuli Palatinæ domus positam examine æquo: cum in altera lance Claudius & Nero starent; in altera ipse ac filii. Nec res fefellit: quando totidem annis parique temporis spatio vtrique imperauerunt.

C. SVETONII TRANQVILLI

TITVS FLAVIVS VESPASIANVS

AVGVSTVS. XL.



TITVS, cognomine paterno, ~~amor ac delicia~~ *Cap. I.*
~~generis humani~~: tantum illi ad promerendam
 omnium voluntatem vel ingenii vel artis, vel
 fortunæ superfuit; & quod difficillimum est, in
 imperio: quando priuatus atque etiam sub patre principe,
 ne odio quidem, nedum vituperatione, publica caruit.
 Natus est III Kal. Ian. insigni anno Caiana nece, prope *II.*
 Septizonium, sordidis ædibus: cubiculo vero perparuo, & *A.V.C.*
 obscuro: nam manet adhuc, & ostenditur. *794.* Educatuſ in
 aula cum Britannico simul, ac paribus disciplinis, & apud
 eosdem magistros institutus. Quo quidem tempore, aiunt,
metoposcopum à Narcisso Claudii liberto adhibitum vt *Juvenal. Satyr. N. 803.*
 Britannicum inspiceret, constantissime affirmasse *illum qui-*
dem nullo modo, cæterum Titum, qui tunc prope adstabat, vi-
que imperaturum. Erant autem adeo familiares, vt de po-
 tione, qua Britannicus hausta periit, Titus quoque iuxta
 cubans gustasse credatur, grauique morbo afflictatus diu.
 Quorum omnium mox memor, statuam ei auream in Pa-
 latio posuit, & alteram ex ebore Equestrem, quæ Circensi
 pompa hodieque præfertur, dedicauit, profecutusque est.
 In puero statim corporis animique dotes exsplenduerunt: *III.*
 magisq; ac magis deinceps per ætatis gradus: forma egre-
 gia, & cui non minus auctoritatis inesset quam gratiæ: præ-

Ll 2

cipuum

cipuum robur, quamquam neque procera statura, & ventre paulo proiectiore: memoria singularis, docilitas ad omnes fere tum belli tum pacis artes. Armorum & equitandi peritissimus, Latinæ Græcæque linguæ, vel in orando vel in fingendis poematibus promptus, & facilis ad extemporalitatem vsque: sed ne ~~musica~~ quidem rudis, vt qui cantaret & psalleret iucunde, scienterque. E pluribus comperi,

Epist. Corn. II.

*Marci. XII. Epist. II.
20. 6. August. 1807
Epist. II.*

notis quoque excipere velocissime solitum, cum amanuensibus suis per ludum iocumque certantem imitari chirographa quæcumque vidisset: ac sæpe profiteri *se maximum*

IV. *falsarium esse potuisse.* Tribunus militum & in Germania & in Britannia meruit, summa industriæ nec minore modestiæ fama: sicut apparet statuarum & imaginum eius multitudine, ac titulis per vtramque provinciam. Post stipendia, foro operam dedit, honestam magis quam assiduam. Eodemque tempore Arricidiam Tertullam patre Equite Rom. sed præfecto quondam prætorianarum cohortium, duxit vxorem: & in defunctæ locum Marciam Furnissam splendidi generis; cum qua sublata filia, diuortium fecit. Ex quæsturæ deinde honore legioni præpositus, Tarichæam & Gamalam Vrbes validissimas Iudææ in potestatem redegit: equo quadam acie sub feminibus amisso, alteroque inscensu, cuius rector contra se dimicans occubuerat.

810.

V.
821.

Galba mox tenente Remp. missus ad gratulandum, quaqua irer, conuertit homines, quasi adoptionis gratia arcesseretur. Sed vbi turbari rursus cuncta sensit, rediit ex itinere: aditoq; Paphiæ Veneris oraculo, dum de navigatione consulit, etiam de imperii spe confirmatus est. Cuius breui compos, & ad perdomandam Iudæam relictus, nouissima Hierosolymorum oppugnatione XII ptopugnatores totidem sagittarum confecit ictibus: cepitq; eam natali filiæ suæ; tanto militum gaudio ac fauore, vt in

gra-

gratulatione IMPERATOREM cum consulatuerint : & subinde decedentem prouincia detinuerint , suppliciter necnon & minaciter efflagitantes, *ut remaneret, aut secum omnes pariter abduceret.* Vnde nata suspicio est, quasi de- scisceret à patre, Orientisque regnum sibi vindicare ten- tasset. Quam suspicionem auxit, postquam Alexandriam petens, in consecrando apud Memphim boue Apide dia- dema gestauit : de more id quidem rituq; priscae religio- nis; sed non deerant qui scius interpretarentur. Quare festinans in Italiam, cum Rhegium, deinde Puteolos one- raria naue appulisset, Romam inde contendit expeditissi- mus, inopinantique patri, velut arguens rumorum de se te- meritatem, *Veni, inquit, pater, veni.* Neque ex eo de- VI. fitit participem, atq; etiam tutorem imperii agere. Trium- 824. 825. phauit cum patre, censuramque gessit vna. Eidem colle- ga & in tribunitia potestate, & in septem consulatibus fuit. 824. 823. 825. 827. Receptaq; ad se prope omnium officiorum cura, cum patris 828. 829. nomine & epistolas ipse dictaret, & edicta conscriberet, 830. 832. orationesque in Senatu recitaret etiam Quæstoris vice, præ- fecturam quoque Prætorii suscepit, numquam ad id tem- pus, nisi ab Equite Rom. administratam. Egitq; aliquanto inciuilius & violentius : siquidem suspectissimum quemq; sibi, submissis qui per theatra & castra, quasi consensu ad pœnam deposcerent, hâut cunctanter oppressit. In his A. Cæcinam consularem virum vocauit ad cœnam, ac vix dum triclinio egressum, confodi iussit: sane urgente dis- crimine: cum etiam chirographum eius preparatæ apud milites coniurationis deprehendisset. Quibus rebus sicut in posterum securitati satis cauit, ita ad præsens plurimum contraxit inuidiæ: ut non temere quis, tam aduerso rumo- re, magisque inuitis omnibus transierit ad principatum. Præter sæuitiam, suspecta in eo etiam luxuria erat: quod VII.

ad mediam noctem comissiones cum profusissimo quoque familiarium extenderet. Nec minus libido, propter exoletorum & spadonum greges, propterque insignem reginæ Berenices amorem, cui etiam nuptias pollicitus ferebatur. Suspecta & rapacitas: quod constabat in cognitionibus patris mundinari præmiarique solitum. Denique propalam alium Neronem & opinabantur & prædicabant. At illi ea fama pro bono cessit, conuersaque est in maximas laudes: neque vlllo vitio reperro, & contra virtutibus summis. Conuiuia instituit iucunda magis quam profusa. Amicos elegit, quibus etiam post eum principes, vt & sibi & Reip. necessariis, æquiuenerunt, præcipueque sunt vsi. Berenicen statim ab Vrbe dimisit inuitus inuitam. Quosdam è gratissimis delicatorem quamquam tam artifices saltationis, vt mox scenam tenuerint, non modo fouere prolixius, sed spectare omnino in publico coetu superfeldit. Nulli ciuium quidquam ademit: abstinit alieno, vt si quis vmqum : ac ne concessas quidem ac solitas collationes recepit. Et tamen nemine ante se munificentia minor. Amphitheatro dedicato, thermisque iuxta celeriter exstructis, munus edidit apparitissimum, largissimumque. Dedit & nauale prælium in veteri nauachia; ibidem & gladiatores: atque vno die quinque milia omne genus ferarum. Natura autem beneuolentissimus, cum ex instituto Tiberii omnes dehinc Cæsares beneficia à superioribus concessa principibus, aliter rata non haberent, quam si eadem iisdem & ipsi dedissent: primus præterita omnia vno confirmauit edicto: nec à se peti passus est. In cæteris vero desideriis omnium hominum, obstinatissime tenuit, ne quem sine spe dimitteret. Quin & admonentibus domesticis, quasi plura polliceretur, quam præstare posset: *Non oportet, ait, quemquam à sermone*

manē principis vixitē discedere, Atque etiam recordatus quondam super cœnam, quod nihil cuiquam toto die præstitisset, memorabilem illam meritoque laudatam vocem edidit: *Amici, diem perdidisti.* Populum in primis vniuersum tanta per omnes occasiones comitate tractauit: vt proposito gladiatorio munere, non ad suum, sed ad spectantium arbitrium editurum se professus sit. Et plane ita fecit. Nam neque negauit quidquam petentibus: & vt quæ vellent, peterent, vltro adhortatus est. Quin & studium armaturæ Thracum præ se ferens, sæpe cum populo & voce, & gestu, vt fautor, cauillatus est: verum maiestate salua, nec minus æquitate. Ne quid popularitatis prætermitteret, nonnumquam in thermis suis, admissa plebe, lauit. Quædam sub eo fortuita ac tristia acciderunt: vt conflagratio Vesui montis, in Campania; & incendium Romæ, per triduum, totidemque noctes: item pestilentia quanta non temere alias. In his tot aduersis, ac talibus, non modo principis sollicitudinem, sed & parentis affectum vnicum præstitit: nunc consolando, per edicta: nunc opitulando, quatenus suppeteret facultas. Curatores restituendæ Campaniæ è consularium numero sorte duxit. Bona oppressorum in Vesuo, quorum heredes non exstabant, restitutioni afflictarum ciuitatum attribuit. Urbis incendio nihil nisi sibi publice periisse testatus, cuncta prætoriorum suorum ornamenta operibus ac templis destinauit: præposuitque complures ex Equestri ordine, quo quæque maturius peragerentur. Medendæ valitudini leniendisq; morbis, nullam diuinam humanamque opem non adhibuit, inquisito omnium sacrorum remediorumque genere. Inter aduersa temporum, & delatores mandatoresque erant ex licentia veteri. Hos assidue in foro flagellis ac fustibus cæcos, ac nouissime traductos per Amphitheatrum hære-

8. Jul. (as. 66. harenam, partim subiici in seruos, ac venire, imperavit: partim in asperrimas insularum *quæ*chi. Utque etiam similia quandoque aufuros perpetuo coërceret, vetuit inter cætera, de eadem re pluribus legibus agi: quærive de cu-

IX. iusquam defunctorum statu, vltra certos annos. Pontificatum maximum ideo se professus accipere vt puras seruaret manus, fidem præstitit: nec auctor posthac cuiusquam necis, nec conscius, quamuis interdû vlciscendi causa non deesset: sed *periturum se potius, quam perditurum* adiurans. Duos patricii generis conuictos in affectatione imperii, nihil amplius quam vt desisterent monuit, dicens *principatum futa dari*: si quid præterea desiderarent, promittens se tributurum: & confestim quidem ad alterius matrem, quæ procul aberat, cursores suos misit, qui anxie filium saluum nuntiarent. Cæterum ipsos non solum familiari coenæ adhibuit, sed & insequenti die gladiatorum spectaculo circa se ex industria collocatis, oblata sibi ornamenta pugnantium inspicienda porrexit. Dicitur etiam cognita vtriusque genitura, imminere amobus periculum affirmasse, verum quandoque & ab alio: sicut euenit. Fratrem insidari sibi non desinentem, sed pæne ex professo sollicitantem exercitus, meditantem fugam, nec occidere, neque seponere, ac ne in minore quidem honore habere sustinuit: sed vt à primo imperii die, *consortem successoremque* testari perseueravit: nonnumquam secreto lacrymis & precibus orans, *vt tandem mutuo erga se animo vellet esse.*

X. Inter hæc morte præuentus est, maiore hominum damno, quam suo. Spectaculis absolutis, in quorum sine populo coram vbertim fleuerat, Sabinos petit aliquanto tristior: quod sacrificanti hostia aufugerat, quodque tempestate serena tonuerat. Deinde ad primam statim mansionem febrem nactus, cum inde lectica transferretur, suspexisse dicitur di-

tur dimotis plagulis cælum : multumque conqueſtus,
*eripi ſibi vitam inmerentis: neque enim exſtate ullum ſuum
 factum penitendum, excepto dumtaxat uno* : id quæle fue-
 rit, neque ipſe tunc prodidit, neque cuiquam facile ſuc-
 currit. Quidam opinantur, conſuetudinem recordatum
 quam cum fratris vxore habuerit. Sed nullam habuiſſe
 perſanctæ Domitia iurabat : haud negatura, ſi qua omnino
 fuiſſet, immo etiam gloriatura: quod illi promptiſſimum
 erat in omnibus probris. Exceſſit in eadem, qua pater, ^{XL}
 villa : Idib. Septembris, poſt biennium, ac menſes duos, ⁸³⁴
 diesque XX, quam ſucceſſerat patri, altero & quadrageſi-
 mo ætatis anno. Quod vt palam factum eſt, non ſecus
 atque in domeſtico luctu mærentibus publice cunctis, Se-
 natus prius quam edicto conuocaretur, ad curiam cucur-
 rit: obſeratiſque adhuc foribus, deinde apertis, tantas mor-
 tuo gratias egit, laudesque congeſſit, quantas ne viuo qui-
 dem vmquam, atque præſenti.

C. SVETONII TRANQVILLI

T. FLAVIVS DOMITIANVS
XII.

A. V. C.
804.



DOMITIANVS natus est IX Kal. Nouembriſ, patre Cōs. designato, inituroque menſe infequenti honorem, regione Urbis ſexta, ad Malum Punicum: domo, quam poſtea in templum gentis Flauiaē conuertit. Pubertatis ac primæ adoleſcentiæ tempus, tanta inopia tantaque infamia geſſiſſe ferrur, vt nullum vas argenteum in vſu haberet. Satiſque conſtat, Clodium Pollionem Prætorium virum, in quem eſt poëma Neronis, quod inſcribitur *Luſcio*, chirographum eius conſeruafſe, & nonnumquam protuliſſe, noctem ſibi pollicentis: nec defuerunt qui affirmarent corruptum Domitianum à Nerua ſucceſſore mox ſuo. Bello Vitelliano conſugit in Capitolium, cum patruo Sabino, ac parte præſentium copiarum: ſed irrupentibus aduerſariis, & ardente templo, apud ædituum clam pernoctauit: ac mane Iſiaci celatus habitu, inter ſacrificios vanæ ſuperſtitionis, cum ſe trans Tiberim ad condiscipuli ſui matrem comite vno conſuliſſet, ita latuit, vt ſcrutantibus qui veſtigia ſubſecuti erant, deprehendi non potuerit. Poſt victoriam demum progreſſus & *Cæſar* conſalutatus, honorem præturæ urbanae cum conſulari poteſtate ſuſcepit titulo tenuis: quam iuriſdictionem ad collegam proximum tranſtulit. Cæterum omnem vim dominationis tam licenter exercuit, vt iam tum qualis futurus eſſet præſtenderet. Nec exſequar ſingula,
contre-

contrectatis multorum vxoribus, Domitiam Longinam
 Aelio Lamia nuptam, etiam in matrimonium abduxit:
 atque vno die super viginti vrbana officia atque peregrina
 distribuit: *mirari se Vespasiano dicitante, quod successorem
 non & sibi mitteret.* Expeditionem quoq; in Galliam Ger- II.
 maniasque, neq; necessariam, & dissuadentibus paternis
 amicis, inchoauit: tantum vt fratri se & operibus & digna-
 tione adaequaret. Ob hac correptus, quo magis ætatis &
 conditionis admoneretur, habitabat cum patre vna, sel-
 lamque eius ac fratris, quoties prodirent, lectica sequeba-
 tur: ac triumphum vtriusque Iudaicum equo albo comi-
 tatus est. In sex consulatibus, non nisi vnum ordinarium
 gessit: cumque cedente & suffragante fratre. Simulauit
 & ipse mire modestiam: in primisque poetice studium, tam
 insuetum antea sibi, quam postea spretum & abiectum: re-
 citauitq; etiam publice. Nec tamen eo fecius, cum Vo-
 logesus Parthorum, rex auxilia aduersus Alanos, ducemque
 alterum ex Vespasiani liberis depoposcisset, omni ope con-
 tendit vt ipse potissimum mitteretur. Et quia discussa res
 est, alios Orientis reges, vt idem postularent, donis ac pol-
 litationibus sollicitare tentauit. Patre defuncto, diu
 cunctatus, an duplum donatiuum militi offerret, num-
 quam iactare dubitauit, *relictum se participem imperii, sed
 fraudem testamento adhibitam.* Neque cessauit ex eo in-
 sidias struere fratri clam, palamque: quoad correptum,
 graui valitudine, prius quam plane efflaret animam, pro
 mortuo deferri iussit: defunctumque nullo præterquam
 consecrationis honore dignatus, sæpe etiam carpsit obli-
 quis orationibus & edictis. Inter initia principatus, III.
 quotidie secretum sibi horarium sumere solebat: nec quid- 834.
 quam amplius quam muscas captare, ac stylo præacuto
 configere: vt cuidam interroganti, *esset ne quis intus cum
 Cesare,* non absurde responsum sit à Vibio Crispo, *ne musca
 qui-*

quidem. Deinde uxorem Domitiam, ex qua in secundo suo consulatu filium tulerat, alteroq; anno consulauerat vt *Augustam*, eandem Paridis histrionis amore deperditam, repudiavit: intraque breue tempus impatiens dissidii, quasi efflagitante populo, reduxit. Circa administrationem imperii aliquandiu se varium præstitit: mistura quoque æquabili vitiorum atque virtutum, donec virtutes quoq; in vitia deflexit: quantum coniectare licet, super ingenii naturam, **17.** inopia rapax, metu sæuus. Spectacula magna affidue & sumtuosa edidit; non in Amphitheatro modo verum & in Circo: vbi præter solennes bigarum quadrigarumq; cursus, prælium duplex etiam equestre ac pedestre commisit: atque in Amphitheatro nauale quoque. Nam venationes, gladiatoresq; & noctibus ad lychnuchos: nec virorum modo pugnas, sed & foeminarum. Præterea Quæstoriiis muneribus, quæ olim omiſſa reuocauerat, ita semper interfuit, vt populo potestatem faceret, bina paria è suo ludo postulandi, quæ nouissima aulicæ apparatus induceret. Ac per omne gladiatorum spectaculum ante pedes eius stabat puerulus coccinatus, paruo, portentosoque capite, cum quo plurimum fabulabatur, nonnumquam serio. Auditus est certe, dum ex eo quærit, *ecquid sciret cur sibi visum esset, ordinatione proxima Ægypto præficere Metium Rufum?* Edidit nauales pugnas pæne iustarum classium, effosso & circumstructo iuxta Tiberim lacu: atq; inter maximos imbres perſpectauit. Fecit & **24.** ludos sæculares: computata ratione temporum ab anno, non quo Claudius proxime, sed quo olim Augustus ediderat. In his, Circensium die, quo facilius centum missus peragerentur, singulos à septenis spatiis ad quina corripuit. Instituit & quinquennale certamen, Capitolino Ioui triplex, musicum, equestre, gymnicum, & aliquanto plurium, quam nunc est, coronarum. Certabant etiam & prosa oratione Græce Latineque: ac præter citharcedos chorocitharistæ quoque, & psilo-

philocitharistæ: in stadio vero cursu etiam virgines. Certamini præfedit crepidatus, purpureaque amictus toga Germanica, capite gestans coronam auream cum effigie Iouis, ac Iunonis, Mineræque: assidentibus Diali sacerdote & collegio Flauialium pari habitu: nisi quod illorum coronis inerat & ipsius imago. Celebrabat & in Albano quotannis Quinquatria Mineræ, cui collegium instituerat: ex quo sorte ducti magisterio fungerentur, ederentq; eximias venationes, & scenicos ludos, superq; oratorum ac poetarum certamina. Congiarium populo nummorum trecenorum ter dedit: atq; inter spectacula muneris, largissimū epulum. Septimontiali sacro quidem Senatui equitique, panariis, plebei, sportellis cum opsonio distributis, initium vescendi primus fecit: dieq; proximo omne genus rerū missilia sparsit: & quia pars maior intra popularia deciderat, quinquegenas tesseras in singulos cuneos Equestris ac Senatorii ordinis pronuntiauit. Plurima & amplissima opera incendio absumta restituit: in queis & Capitolium, quod rursus arserat: sed omnia sub titulo tantū suo, ac sine vlla pristini auctoris memoria. Nouam autē excitauit ædem in Capitolio *custodi Ioui*, & forum quod nunc *Nerue* vocatur. Item Flauiae templū gentis, & Stadium, & Odeum, & Naumachiam: è cuius postea lapide maxim⁹ Circus, deustis vtrinq; laterib⁹, exstructus est. Expeditiones partim sponte suscepit, partim necessario. sponte in *Cartos*, necessario vnam in *Sarmatas*, legione cum Legato simul cæsa. In *Dacos* duas, primam, Oppio Sabino consulari oppresso: secundam, Cornelio Fusco præfecto cohortium Prætorianarū, cui belli summam commiserat. De *Cattis Dacisq;* post varia prælia duplicem triumphum egit. De *Sarmatis* lauream modo Capitolino Ioui retulit. Bellum ciuile motum à *L. Antonio*, superioris Germaniæ præside, confecit absens, felicitate mira: cum ipsa dimicationis hora resolutus repente *Rhenus*, transituras ad

Antonium copias barbarorum inhibuisset. De qua victoria prælagiis prius quam nuntiis comperit. Siquidem ipso quo dimicatum erat, die, statuam eius Romæ insignis aquila circumplexa, pennis clangores lætissimos edidit: paulloq; post occisum Antonium adeo vulgatum est, vt caput eius quoq;

vii. apportatum vidisse se pleriq; contenderent. Multa etiam in communi rerum vsu nouauit. *Sportulas* publicas sustulit, reuocata cœnarum rectorum consuetudine. Duas Circensibus gregum factiones aurati purpureiq; panni ad quatuor pristinas addidit. Interdixit histrionibus ~~scenam~~, intra domum quidem exercendi artem iure concesso. Castrari mares vetuit: spadonum, qui residui apud mangones erant, pretia moderatus est. Ad summam quondam vbertatem vini, frumenti vero inopiam, existimans nimio vinearum studio negligi arua, edixit, *ne quis in Italia nouellaret: vtque prouinciis vinea succiderentur, relicta, ubi plurimum, dimidia parte: nec exsequi rem perseuerauit.* Quædam ex maximis officiis inter libertinos Equitesque Rom. communicauit. Geminari legionum castra prohibuit: nec plus quam mille nummos à quoquam ad signa deponi: quod L. Antonius apud duarum legionum hiberna, res nouas moliens, fiduciam cepisse etiam ex depositorum summa videbatur.

viii. Addidit & quartum stipendium militi aureos ternos. Ius diligenter & industrie dixit. Plerumque & in foro pro tribunali extra ordinem ambitiosas centumuirosum sententias rescidit. Recuperatores, ne se persuasoriis assertionibus accommodarent, idemtidem admonuit. Nummarios iudices cum suo quemque consilio notauit. Auctor & Tribunus pleb. fuit, ædilem sordidum repetundarum accusandi, iudicesq; in eum à Senatu petendi. Magistratibus quoq; vrbicis, prouinciarumque præsidibus coërcendis, tantum curæ adhibuit, vt neq; modestiores vnquam, neq; iustiores existerint: è quibus plerosque post illum reos omnium criminum

mīnum vidimus. Suscepta morum correctione, licentiam theatralem promiscue in Equite spectandi inhibuit. Scripta famosa; vulgoque edita, quibus primores viri ac foeminae notabantur, aboleuit non sine auctorum ignominia. Quæstorium virum, quod gesticulandi saltandique studio teneretur, mouit Senatu. Probrosis foeminis lecticæ vsum ademit: iusque capiendi Legata hereditatesque. Equitem Rom. ob reductam in matrimonium vxorem, cui dimissæ adulterii crimen intenderat, erasit iudicum albo. Quosdam ex vtroque ordine lege Scatinia condemnauit. Incesta Vestalium virginum, à patre suo quoque & fratre neglecta, varie ac seuerè coërcuit: priora, capitali supplicio: posteriora, more Veteri. Nam cum Ocellatis sororibus, item Varonillæ liberum mortis permisisset arbitrium, corruptoresque earum relegasset: mox Corneliam virginem maximam, absolutam olim, dehinc longo interuallo repetitam atque conuictam, defodi imperauit: stupratoresque; virgis in comitio ad necem cædi: excepto Prætorio viro: cui dubia etiamnum caussa, & incertis quæstionibus atque tormentis de semet professo, exsilium indulxit. Ac ne qua religio Deum impune contaminaretur, monumentum quod libertus eius è lapidibus templo Capitolini Iouis destinatis filio construxerat, diruit per milites: ossaq; & reliquias, quæ inerant, mari misit. Inter initia vsque adeo ab omni cæde abhorrebat, vt absente adhuc patre, recordatus Virgiliu versus, *Prin. 6. Ep. 11.*

Impia quam casis gens est epulata iuuentu;

edicere destinauerit; *Ne boues immolarentur.* Cupiditatis quoque atque auaritiæ vix suspicionem vllam, aut priuatus: vumquam, aut princeps aliquandiu dedit: immo è diuerso magnæ sæpe non abstinentiæ modo, sed etiam liberalitatis experimenta. Omnes circa se largissime profecutus, nihil prius aut acrius monuit quam *ne quid sordide facerent.* Relictas sibi hereditates ab his quibus liberi erant, non recepit.

Legat.

Legatunt etiam ex testamento Ruscii Capionis, qui caue-
 rat vt quotannis ingredientibus Curiam Senatoribus, cer-
 tam summani viritum præstaret heres suus, irritum fecit.
 Reos, qui ante quinquennium proximum apud ærarium
 pependissent, vniuersos discrimine liberauit: nec repeti, nisi
 intra annum, eaque conditione permisit, vt accusatori, qui
 causam non teneret, exsilium pœna esset. Scribas quæsto-
 rios negotiantes ex consuetudine, sed contra Clodiam le-
 gem, venia in præteritum donauit. Subsecina, quæ diuisis
 per veteranos agris carptim superfuerunt, veteribus posses-
 soribus, vt vsucapta concessit. - Fiscales calumnias magna
 calumniantium pœna repressit: ferebaturq; vox eius: *Prin-*
 x. *ceps qui delatores non castigat, irritat.* Sed neque in cle-
 mentia, neq; in abstinentia tenore permanit: & tamen
 aliquanto celerius ad sæuitiam desciiuit: quam ad cupidita-
 tem. Discipulum Paridis pantomimi, impuberem adhuc,
 & tum maxime ægrum, quod arte formaque non absimilis
 magistro videbatur, occidit: item Hermogenem Tarsen-
 sem, propter quasdam in historia figuras: librariis etiam,
 qui eam descripserant, crucifixis. Patrem familias, quod
 Thracem mirmilloni patrem, munerario imparem, dixerat,
 detractum è spectaculis in arenam, canibus obiecit, cum
 hoc titulo: *IMPIE LOCVTVS PARMVLARIVS.* Com-
 plures Senatores, in his aliquot consulares, interemit: ex
 quibus, Ciuicam Cerealem in ipso Asiae proconsulatu, Salui-
 dienum Orsitum, Acilium Glabrimonem exsilio, quasi moli-
 tores nouarum rerum. Cæteros leuissima quemque de
 causa: Ælium Lamiam, ob suspiciosos quidem, verum &
 veteres & innoxios iocos: quod post abductam uxorem
 laudanti vocem suam, *Hæu taceo* dixerat; quodq; Tito hor-
 tanti se ad alterum matrimonium responderat, *μη εἰ σὺ γα-
 μῆτι δέλεις*; Saluium Cocceianum quod Othonis Imperato-
 ris patruui sui diem natalem celebrauerat: Metium Pompo-
 fianum

sanum, quod habere Imperatoriam *genesim* vulgo ferebatur: & quod ~~depictum orbem terra in membrana~~, concionesq; regum ac ducum ex Titulo Liviio circumferret. quodq; seruis nomina Magonis & Annibalis indidisset. Sallustium Lucillum Britannia Legatum, quod lanceas nouæ formæ appellari *Luculleas* passus esset. Iunium Rusticum, quod *Patri Thraseæ & Heluidii Prisci* laudes edidisset, appellassetq; eos *sanctissimos viros*: cuius criminis occasione, philosophos omnes *Urbe Italiaq;* submouit. Occidit & Heluidium filium, quod quasi scenico exodio sub persona Paridis & Oenones diuortium suum cum vxore taxasset. Flauium Sabinum alterum è patruelibus, quod eum comitorū consularium die destinatum, perperam præco non Consulem, ad populum, sed Imperatorem pronuntiaasset. Verum aliquanto post ciuilibus belli victoriam sauior, plerosque partis aduersæ, dudum etiam latentes conscios, inuestigato nouo quæstionis genere distorsit: immisso per obscœna igne. Nonnullis & manus amputauit. Satisque constat duos solos è notioribus venia donatos, Tribunum laticlauium, & Centurionem: qui se, quo facilius expertes culpæ ostenderent, impudicos probauerant: & ob id neque apud Ducem, nec apud milites vilius momenti esse potuisse. Erat au-

xl

tem non solum magnæ, sed & callidæ inopinatæq; *seuitiæ*. *Auctorem summarum* pridie quam crucifigeret, in cubiculum vocauit: assidere in toro iuxta coëgit, securum hilarumque dimisit, partibus etiam de cœna dignatus est. *Arctinum Clementem* consularem virum, è familiaribus & emissariis suis capitis condemnaturus, in eadem, vel etiam in maiore gratia habuit, quoad nouissime simul gestanti conspecto delatore eius: *Vis, inquit, hunc nequissimum seruum seras audiamus?* Et quo contentius abuteretur patientia hominum, nunquam tristiores sententiam, sine præfatione clementiæ, pronuntiauit: vt non aliud iam certius atrocis

Nn

exitus

exitus signū esset quam principii lenitas. Quosdam maiestatis reos in curiam induxerat; & cum prædixisset *experturum se illa die quam charus Senatui esset*, facile perfecerat vt etiam more maiorum puniendi condemnarentur: deinde atrocitate poenæ conterritus, ad leniendam inuidiam intercessit, his verbis: neque enim ab re fuerit ipsa cognoscere. *Permittite, Patres Conscripti, à pietate vestra impetrari (quod scio me difficulter impetraturum) vt damnatis liberum mortis arbitrium indulgeatis. Nam & parcetis oculis vestris, &*

XII. *intelligent me omnes Senatui interfuisse.* Exhaustus operum ac munerum impensis, stipendioque, quod adiecerat: tentauit quidem, ad releuandos castrensēs sumtus, militum numerum diminuere. Sed cum obnoxium se barbaris per hoc animaduerneret: neque eo secius in explicandis oneribus omnibus hæreret: nihil pensi habuit quin prædaretur omni modo. Bona viuorum & mortuorum vsquequaque, quolibet & accusatore & crimine corripiebantur: satis erat obiici qualecumque factum dictumque aduersum maiestatem principis. Confiscabantur alienissimæ hereditates: vel existente vno qui diceret, audisse se ex defuncto, cum viueret, hæredem sibi Cæsarem esse. Præter cæteros Iudaicus fiscus acerbissime actus est: ad quem deferebantur qui veluti professi, Iudaicam intra Urbem viuerent vitam, vel dissimulata origine imposita tributa non pependissent. Interfuisse me adolescentulum memini, cum à procuratore, frequentissimoq; concilio inspiceretur nonagenarius senex, an circumsectus esset. Ab iuuenta minime ciuili animi, confidens etiam, & tum verbis, tum rebus immodicus. Candidi patris concubinæ ex Istria reuersæ, osculumque, vt assueuerat, offerenti, manum præbuit. Generum fratris indigne ferens, albatos & ipsum ministros habere, proclamauit:

Plurimum regimen non est bonum.

Οὐκ ἀγαθὸν πολυχοίραρον.

Prin-

Principatum vero adeptus, neq; in Senatu iactare dubitauit, XIII.
 & patri se & fratri imperium dedisse: illos sibi reddidisse.
 Neque in reducenda post diuortium vxore, edicere, *voca-*
tam eam in puluinar suum: acclamari etiam in Amphithea-
 tro epulari die libenter audiit: DOMINO ET DOMINÆ
 FELICITER. Sed & Capitolino certamine cunctos ingen-
 ti consensu precantes vt Palfurium Suram restitueret, pul-
 sum olim Senatu, ac tunc de oratoribus coronatum: nullo
 responso dignatus, tacere tantummodo iussit voce præco-
 nis. Pari arrogantia cum procuratorum suorum nomi-
 ne formalem dictaret epistolam, sic cœpit: *Dominus &*
Deus noster sic fieri iubet. Vnde institutum posthac, vt ne
 scripto quidem ac sermone cuiusquam appellaretur aliter.
 Statuas sibi in Capitolio nonnisi aureas & argenteas poni
 permisit, ac ponderis certi. Ianos, arcusq; cum quadrigis
 & insignibus triumphorum per regiones vrbs, tantos ac
 tot extruxit: vt cuidam Græce inscriptum sit arcui, ΑΡΚΕΪ.
 Consulatus XVII cepit: quod ante eum nemo. Ex quibus
 septem medios continuauit: omnes autem pæne titulo te-
 nus gessit: nec quemquam vltra Kalendas Maii: plures ad
 Idus vsque Ianuarias. Post autem duos triumphos, *Germa-*
nici cognomine assumto, Septembrem mensẽ & Octo-
 brem, ex appellationibus suis, *Germanicum, Domitianumq;*
 transnominauit: quod altero suscepisset Imperium, altero
 natus esset. Per hæc terribilis cunctis & inuisus, tandem XIV.
 oppressus est amicorum conspiratione, simul & vxoris. An-
 num diemq; vltimum vitæ iam pridem suspectum habebat,
 horam etiam, nec non & genus mortis. Adolescentulo
 Chaldæi cuncta prædixerant. Pater quoque super cœnam
 quondam fungis abstinentem palam irriserat, vt ignarum
 fortis suæ, quod non ferrum potius timeret. Quate pati-
 dus semper atque anxius, minimis etiam suspicionibus præ-
 ter modum commouebatur: vt edicti de excidendis vinctis

propositi, gratiam facere non alia magis re compulsus cre-
datur, quam quod sparsi libelli cum his versibus erant:

Vel si me videret
ad radicem
comedari, ta-
men adhuc
fructum pro-
feram, quan-
tum suaver-
sunt iatur Ca-
sari immu-
lato.

Κλῶ μὲ φάγης ἐπὶ ῥίζαν, ὅπως ἔτι καρποφορήσω,
Ὅσον ἔμπαινον Κεῖσάρι θυμῶν φ.

Eadem formidine oblatum à Senatu nouum & excogita-
tum honorem, quamquam omnium talium appetentissi-
mus, recusauit: quo decretum erat, *vt quoties gereret Con-
sulatam, Equites Rom. quibus fors obrigisset, trabeati, & cum
hastis militaribus, praeceperent eum, inter lectores apparito-
resque.* Tempore quoq; suspecti periculi appropinquante,
solicitor in dies, porticum in quibus spatiari consueuerat,
parietes phengite lapide distinxit: è cuius splendore per
imagines quidquid à tergo fieret, prouideret, nec nisi secre-
to atq; solus plerasq; custodias, receptisq; in manū ceteris,
audiebat. Vtque domesticis persuaderet, ne bono quidem
exemplo audendam esse patroni necem: Epaphroditum à
libellis, capitali poena condemnauit: quod post destitutio-
nem, Nero in adipiscenda morte, manu eius adiutus existi-
mabatur.

xv.

Denique Flauium Clementem patruelem
suum contemtissimæ inertiae, cuius filios etiamnum paruu-
los successores palam destinauerat; & abolito priore no-
mine, alterum *Vespasianum* appellari iusserat, alterum *Do-
mitianum*: repente ex tenuissima suspitione tantum non
ipso eius Consulatu interemittit. Quo maxime facto matu-
rauit sibi exitium. Continuis octo mensib⁹ tot fulgura facta
nuntiataque sunt: vt exclamauerit, *Feriat iam quem uolet.*
Tactum de caelo Capitolium, templumque Flauiae gentis:
item domus Palatina & cubiculum ipsius: atq; etiam è basi
statuae triumphalis titulus, excussus vt procellae in monu-
mentum proximum decidit. Arbor quae priuato adhuc
Vespasiano euersa surrexerat, tunc rursus repente corrui-
t. Praenestina Fortuna, toto imperii spatio annum nouum
com-

New c. 49.

commendanti, lætam eandemque semper sortem dare assueta, extremo tristissimam reddidit: nec sine sanguinis mētionē. Mineruam, quam superstitiosē colebat, somniavit excedere sacrario: negantē vltra se treri cum posse, quod exarmata esset à Ioue. Nulla tamen re perinde commotus est quam rēsonso casuq; A scelerationis mathematici. Hunc delatum, nec inficiantem iactasse se quæ prouidisset ex arte, sciscitatus est quis ipsum maneret exitus: & affirmantem fore, vt breui laceraretur à canibus, interfici quidem sine mora, sed ad coarguendam temeritatem artis, sepeliri quoq; accuratissime imperauit. Quod cum fieret, euenit vt repentina tempestate deiecto funere semiustum cadauer discerperent canes: idq; ei cœnanti à mimo Latino, qui præteriens forte animaduenterat, inter cæteras diei fabulas referretur. Pridiē quam periret, cum oblatos tuberes seruari XVI. iussisset in crastinum, adiecit: *Si modo vti licuerit.* Et conuersus ad proximos, affirmauit fore, vt sequenti die, Luna se in Aquario cruentaret: factumque aliquod existeret, de quo loquerentur homines per terrarum orbem. At circa mediam noctem ita est exterritus, vt de strato profliret. Dehinc mane haruspicem ex Germania missum, qui consultus de fulgure mutationem rerum prædixerat, audiit, condemnauitque. Ac dum exulceratam in fronte verrucam vehementius scalpit, profluente sanguine, *Vtinam,* inquit, *hæc enus.* Tunc horas requirēti, pro quinta, quam metuebat, sexta ex industria nuntiata est. His velut transactō iam periculo lætatum, festinantemq; ad corporis curam, Parthenius cubiculo præpositus conuertit: nuntians esse qui magnum nescio quid afferret, nec differendum. Itaq; summotis omnibus, in cubiculum se recepit, atq; ibi occisus est. XVII. De insidiarum cædisq; genere, hæc fere diuulgata sunt. Cunctantibus conspiratis, quando & quomodo, id est, lauante ne an cœnantem aggredierentur: Stephanus Domitilla procura-

mel. dolorum.

curator, & tunc interceptarum pecuniarum reus, confilium operamque obtulit. Ac sinistro brachio velut ægro, lanis fasciisque per aliquot dies ad auertendam suspicionem obuoluto, ad ipsam horam dolum interiecit: professusque conspirationis indicium, & ob hoc admissus, legenti traditum à se libellum, & attonito, suffodit inguina. Saucium ac repugnantem adorti Clodianus cornicularius, & Maximus Parthenii libertus, & Saturius decurio cubiculariorum, & quidam è gladiatorio ludo, vulneribus septem contrucidauerunt. Puer, qui curæ Larium cubiculi ex consuetudine assistens, interfuit cædi, hoc amplius narrabat, iussum se Domitiano ad primum statim vulnus pugionem puluino subditum porrigere, ac ministros vocare: neque ad caput quidquam, excepto capulo, & præterea omnia clausa reperisse: atque illum interim correpto deductoque ad terram Stephano, colluctatum diu, modo ferrum extorquere, modo quamquam laniatis digitis, oculos effodere conatum. Occisus est XIV Kal. Octobris, anno ætatis XLV, Imperii XV. Cadaver eius populari sandapila per vespillones exportatum, Phyllis nutritrix in suburbano suo Latina via funeravit: sed reliquias templo Flaviæ gentis clam intulit, cineribusque Iuliæ Titi filix, quam & ipsa educauerat, commiscuit. Statura fuit procera, vultu modesto, ruborisque pleno, grandibus oculis, verum acie hebetiore: præterea pulcher ac decens, maxime in iuuenta, & quidem toto corpore, exceptis pedibus, quorum digitos restrictiores habebat: postea caluitie quoque deformis, & obesitate ventris, & crurum gracilitate: quæ tamen ei valitudine longe remacruerant. Commendari se verecundia oris adeo sentiebat, ut apud Senatum sic quondam iactauerit, *Vsq̄e adhuc certe animum meum probastis & vultum.* Caluitio ita offendebar, ut in contumeliam suam traheret, si cui alii ioco vel iurgio obiectaretur: quamvis

vis

vis libello, quem *De cura capillorum* ad amicum edidit, hoc etiam illum simul scq; consolans inseruerit:

Οὐχ ὀργῆς οἷο κατὰ καλὸς τι μέγας τις

Non Sides,
quam ego Homeri
pulcer & XXI & 120.
magnus

eadem me tamen manent capillorum fati, & forti animo fero comam in adolescentia senescentem. Scias nec praeius quidquam decore, nec breuius.

XIX.

Laboris impatiens, per Urbem pedibus non temere ambulauit: in expeditione & agmine, equo rarius, lectica assidue vectus est. Artiorum nullo, sagittarum vel praecipuo studio tenebatur.

Herodian. l. 15

Centenas varii generis feras saepe in Albano secessu conficientem spectauere plerique, atque etiam ex industria ita quarundam capita figentem, vt duobus ictibus quasi cornua effingeret. Nonnumquam in pueri procul stantis, praebentisq; pro scopulo dispersam dextrae manus palmam, sagittas tanta arte direxit,

XX.

vt omnes per interualla digitorum innocue euaderent. Liberala studia in initio imperii neglexit, quamquam bibliothecas incendio absumtas impensissime reparare curasset, exemplaribus vndiq; petitis: missisq; Alexandriam, qui describerent emendarentq;.

Numquam tamē aut historiae carminibusve cognoscendis operam ullam, aut stylo vel necessario dedit. Praeter *commentarios* & *acta Tiberii Caesaris* nihil lectitabat: epistolas, orationesq; & edicta alieno formabat ingenio.

Sermonis tamen nec inelegantis: dictorum interdum etiam notabilium, *Vellem*, inquit, *tam formosus esse quam Metius sibi videtur.*

Et cuiusdam caput varietate capilli subrutilum, & incanum, *per fusam ninem mulso* dixit. *Conditionem principum miserrimam* aiebat: *quibus de coniuratione comperta non crederetur, nisi occisis.*

XXII.

Quoties otium esset, alea se oblectabat, etiam profestis diebus, matutinisq; horis: ac lauabat de die, prandebatq; ad satietatem: vt non temere super cenam praeter Matianum malum, & modicam in ampullapotuncularum, sumeret. Conuiuabatur frequenter ac large, sed paene

raptim

raptim : certe non vltra Solis occasum, nec vt postea committeretur. Nam ad horam somni nihil aliud quam secreto
 XXII. solus deambulabat. Libidinis nimix, assiduitatem concubitus velut exercitationis genus, *clinopalen* vocabat. Eratq; fama, quasi concubinās diuelleret, naretq; inter vulgatissimas meretrices. Fratris filiam adhuc virginē oblatam in matrimonium sibi, cum deuictus Domitiæ nuptiās pertinacissime recusasset, non multo post alii collocatam, vltro corripit, & quidem viuo etiam tum Tito : mox patre ac viro orbatam, ardentissime palamq; dilexit : vt etiam causa mortis

XXIII. exstiterit, coactæ conceptum à se abigere. Occisum eum, populus indifferenter, miles grauissime tulit, statimq; eum *Diuum* appellare conatus : paratus & vlcisci, nisi duces defuissent, quod quidem paullo post fecit, exposulatis ad poenam pertinacissime cædis auctoribus. Contra Senatus adeo lætatus est, vt repleta certatim curia non temperaret quin mortuum contumeliosissimo atq; acerbissimo acclamationum genere laceraret : scalas etiam inferri, clypeosq; & imagines eius coram detrahi, & ibidem solo affligi iuberet : novissime *eradendos ubique titulos, abolendamque omnem memoriam* decerneret. Ante paucos quam occideretur mens, cornix in Capitolio elocuta est, *ἕσα πάντα κελῶς*. Nec defuit qui ostentum sic interpretaretur :

Erunt omnia bene.

Nuper Tarpeio qua sedit culmine cornix,

Est bene, non potuit dicere : dixit, Erit.

Ipsam etiam Domitianum ferunt somniasse, gibbam sibi pone ceruicem auream enatam : pro certoque habuisse, beatiorem post se lætoremq; portendi statum Reipublicæ.

Sicut sane breui cuenit, abstinentia & moderatione insequentium principum,

* * *

CAII
SVETONII
TRANQVILLI

LIBRI DVO;

DE ILLVSTRIBVS
GRAMMATICIS,

Et

DE CLARIS RHETORIBVS.



C. SVETONII TRANQVILLI

DE ILLVSTRIBVS GRAMMATICIS LIBER.

Seuius Nicanor.

Aurelius Opilius.

M. Antonius Gnipho.

M. Pompilius Andronicus.

Orbilus Pupillus.

Arteius Philologus.

Valerius Caro.

Cornelius Epicadus.

Laberius.

Curtius Nicia.

Lenæus.

Q. Cæcilius Epirota.

Verrius Flaccus.

L. Crassicius.

Scribonius Aphrodisius.

C. Iulius Hyginus.

C. Melissus Spoletinus.

M. Pomponius Marcellus.

Remmius Palamon Vicentinus.

M. Valerius Probus Berytius.



GRAMMATICA olim Romæ ne in vsu quidem, nedum in honore vlllo erat : rudi scilicet ac bellicosa etiam tum ciuitate, necdum magnopere liberalibus disciplinis vacante. Initium quoq; eius mediocre extitit: siquidem antiquissimi doctorum, qui iidem & poëta & oratores semigræci erant (Liuium & Ennium dico : quos vtraque lingua, domi forisque docuisse adnotum est) nihil

- amplius quam Græce interpretabantur: ac si quid Latine ipsi composuissent, prælegebant. Nam quod nonnulli tradunt, duos libros *De literis syllabisque*, item *de metris*, ab eodem Ennio editos, iure arguit Lucius Cotta, non poetæ, sed posterioris Ennii esse: cuius etiam *de augurandi disciplina* volumina feruntur.
- II. Primus igitur, quantum opinamur, studium grammaticæ in Urbem intulit CRATES MALLEOTES Aristarchi æqualis, qui missus ad Senatum ab Attalo rege, inter secundum ac tertium bellum Punicum, sub ipsam Ennii mortem, quum in regione Palatii, prolapsus in cloacæ foramen, crus fregisset, per omne legationis simul & valitudinis tempus, plurimas *æpigramatis* subinde fecit, assidueque differuit: ac nostris exemplo fuit ad imitandum. Hactenus tamen imitati, ut carmina parum adhuc diuulgata, vel defunctorum amicorum, vel si quorum aliorum probassent, diligentius retractarent: ac legendo commentandoque, etiam cæteris nota facerent: ut CAIVS OCTAVIVS Lampadio, Nævii Punicum bellum: quod vnico volumine & continenti scriptura expositum, diuisit in septem libros: ut postea QVINTVS VARGONTEIVS annales Ennii; quos certis diebus in magna frequentia pronuntiabat: ut LÆLIVS ARCHELAVS, VECTIVS, QVINTVS PHILOCOMVS Lucilii satyras familiaris sui: quas legisse apud Archelam Pompeius Lenæus; apud Philocomum, Valerius Cato, prædicantur. Instruxerunt auxeruntque ab omni parte grammaticam, LVCIVS ÆLIVS LANVVIVS, gener Quinti Ælii; SERVIUS CLODIVS, vterque equus Romanus, multique ac varii & in doctrina & in Republica vsus.
- III. LVCIVS ÆLIVS cognomine duplici fuit: nam & *Præconius*, quod pater eius præconium fecerat, vocabatur: & *Stilo*, quod orationes nobilissimo cuique scribere solebat: tantus optimatum fautor, ut Quintum Metellum Numidicum

midicum in exilium comitatus sit. SERVIVS cum librum foceri nondum editum fraude interceptisset: & ob hoc repudiatus, pudore ac tædio secessisset ab Vrbe, in podagræ morbum incidit: cuius impatiens, veneno sibi perunxit pedes, & enecuit, ita, vt parte ea corporis quasi præmortua, vixerit. Post hoc magis ac magis & gratia & cura artis increvit: vt ne clarissimi quidem viri abstinuerint, quo minus & ipsi aliquid de ea scriberent: vtque temporibus quibusdam, super viginti celebres scholæ fuisse in Vrbe tradantur: pretia Grammaticorum tanta, mercedèsque tam magnæ, vt constet LVTATIVM DAPHNIDEM, quem LENÆVS MELISVS per caullationem nominis, Πανδὸς ἀγνῆα dicit, ducentis millibus nummum Quinto Catulo emptum, breui manumissum: LVCIVM APPVLEIVM ab Esicio Caluino Equite Romano prædiuicte, quadringentis annuis conductum, multos edocuisse. Nam in prouincias quoque Grammatica penetrauerat, ac nonnulli de notissimis doctoribus peregre docuerunt, maxime in Gália Togata: inter quos OCTAVIVS TEVCER, & SISCENNIVS IACCHVS, & OPIIVS CARES: hic quidem ad vltimam ætatem, & cum iam non gressu modo deficeretur, sed & visu.

Appellatio GRAMMATICORVM Græca consuetudine inualuit: sed initio *Literati* vocabantur. Cornelius quoque Nepos in libello, quo distinguit literatum ab erudito, *litteratos* quidem vulgo appellari ait eos, qui aliquid diligenter & acute scienterque possint aut dicere, aut scribere: ceterum proprie sic appellandos poëtarum interpretes, qui à Græcis ἑρμηνεύουσι nominentur: eosdem LITERATORES vocitatos. Messalla Coruinus, in quadam epistola *non esse sibi* dicens *rem cum Furto Bibaculo, nec cum Sigida quidem, aut literatore Catone*: significat enim haud dubie Valerium Catonem poëtam simul grammaticumque notissimum. Sunt qui *litteratum* à *literatore* distinguant, vt

Græci Grammaticum à Grammatista: & illum quidem absolute, hunc mediocriter doctum existiment. quorum opinionem ORBILIVS etiam exemplis confirmat. Nam apud maiores, ait, cum familia alicuius venalis produceretur, non temere quem literatum, in titulo, sed literatorem inscribi solitum esse: quasi non perfectum literis, sed imbutum. Veteres Grammatici & Rhetoricam docebant: ac multorum de vtraque arte commentarii feruntur, secundum quam consuetudinem posteriores quoque existimo, quanquam iam discretis professionibus, nihilominus vel retinuisse, vel instituisse & ipsos quædam genera institutionum ad eloquentiam præparandam, vt problemata, periphrales, elocutiones, ethologias, atque alia hoc genus: ne scilicet sicci omnino atque aridi pueri Rhetoribus traderentur. quæ quidem omitti iam video desidia quorundam & infantia: non enim fastidio putem. Me quidem adolescentulo, repeto quendam Principem nomine, alternis diebus declamare, alternis disputare, nonnullis vero mane differere, post meridiem remoto pulpito, declamare solitum. Audiebam etiam, memoria patrum quosdam è Grammaticis statim è ludo transisse in forum, atque in numerum præstantissimorum patronorum receptos. Clari professores, & de quibus prodi possit aliquid duntaxat à nobis, fere hi fuerunt.

- V. SÆVIUS NICANOR primus ad famam dignationemq; docendo peruenit. fecitq; præter commentarios, quorum tamen pars maxima intercepta dicitur, satyram quoque: in qua libertinum se, ac duplici cognomine esse hoc indicat:

Sæuius Nicanor Marci libertus negabit:

Sæuius Posthumius idem sed Marcus docebit.

Sunt qui tradant ob infamiam quandam eum in Sardiniam secessisse, ibique diem obiisse.

AVRELIUS OPILIVS Epicurei cuiusdam libertus, VII. philosophiam primo, deinde rhetoricam, nouissime Grammaticam docuit. Dimissa autem schola, Rutilium Rufum damnatum in Asiam secutus, ibidem Smyrnæ simulq; conuenit: composuitque variaz eruditionis aliquot volumina, ex quibus nouem vnus corporis. qui quia scriptores ac poetas sub clientela Musarum iudicaret, non absurde & scripsisse & fecisse se ait ex numero Diuarum & appellatione. Huius cognomen in plerisque indicibus & titulis per vnā litteram scriptum animaduerto: verum ipse id per duas effert in parastichide libelli: qui inscribitur **PINAX**.

MARCUS ANTONIVS GNIPHO ingenuus, in Gallia VII. natus, sed expositus: à nutritore suo manumissus institutusque, Alexandria quidem, vt aliqui tradunt, in contubernio Dionysii Scythobrachionis: (quod equidem non temere crediderim; quam temporum ratio vix congruat) fuisse dicitur ingenii magni, memoriæ singularis, nec minus Græce quam Latine doctus: præterea comi. faciliq; natura, nec vñquam de mercedibus pactus, eoque plura ex liberalitate discentiam consecutus. Docuit primum in Diui Iulii domo pueri adhuc: deinde in sua priuata. Docuit autem & Rhetoricam, ita vt quotidie præcepta eloquentiæ traderet, declamaret non nisi nundinis. Scholam eius claros quoque viros frequentasse aiunt: in his Marcum Ciceronem, etiam cum prætura fungeretur. Scripsit multa, quamuis annum ætatis quinquagesimum non excesserit: etsi Arteius Philologus duo tantum volumina Latino sermone reliquisse eum tradit. Nam cætera scripta discipulorum eius esse, non ipsius: in quibus & suum alicubi reperiri nomen.

POMPILIVS ANDRONICVS, natione Syrus, studio VII. Epicureæ sectæ desidiosior in professione Grammaticæ habebatur, minusque idoneus ad tuendam scholam. Itaque cum

cum se in Vrbe non solum Antonio Gniphoni sed cæteris etiam deterioribus postponi videret, Cumas transit, ibiq; in otio vixit, & multa composuit: verum adeo inops atque egens, vt coactus sit præcipuum illud opusculum annualium elenchorum sedecim millibus nummum cuidam vendere. Quos libros Orbilius suppressos redemisse se dixit, vulgandosque curasse nomine auctoris.

IX. ORBILIUS PVPILIVS Beneuentanus, morte parentum, vna atque eadem die, inimicorum dolo, interemptorum, destitutus, primo apparituram magistratibus fecit: deinde in Macedonia corniculo, mox equo meruit. functusq; militia, studia repetit, quæ iam inde à puero non leuiter attigerat: ac professus diu in patria, quinquagesimo demum anno Romam, Consule Cicerone, transit: docuitque maiore fama quam emolumento. Namq; iam per senex pauperem se, & habitare sub tegulis, quodam scripto fatetur. Librum etiam, cui est titulus *Perialogos*, edidit, continentem querelas de iniuriis, quas professores negligenter ab ambitione parentum acciperent. Fuit autem naturæ acerbæ non modo in antisophistas, quos omni sermone laceravit, sed etiam in discipulos, vt *Horatius* significat, *plagosum* cum appellans, & *Domitius Marfus* scribens:

Si quos Orbilius ferula scuticaque cecidit.

Ac ne principum quidem virorum insectatione abstinuit: si quidem ignotus adhuc, quum iudicio frequenti, testimonium diceret, interrogatus à Varrone diuersæ partis aduocato, *quidnam ageret, & quo artificio vteretur? Gibberosos se de sole in umbram transferre.* respondit: quod *Muræna* gibber erat. Vixit prope ad centesimum ætatis annum, amissa iam pridem memoria, vt versus *Bibaculi* docet,

Orbilius vbinam est, litterarum obliuio?

Statua

Stat ua eius Beneuenti ostenditur, in Capitolio, ad sinistrum latus, marmorea, habitu sedentis ac palliati, appositis duobus scriniis. Reliquit filium ORBILIVM, & ipsum Grammaticum professorem.

ATTEIVS PHILOLOGVS libertinus, Athenis natus. Hunc Capito Atteius Iurisconsultus, *inter Grammaticos Rhetorem, inter Rhetores Grammaticum* ait. De eodem ASINIVS POLLIO in libro, quo Sallustii scripta reprehendit, vt nimia prisorum verborum affectatione oblita, ita tradit: *In eam rem adiutorium ei fecit maxime quidam Atteius pretextatus nobilis Grammaticus Latinus, declamantium deinde adiutor, atque praeceptor, ad summam Philologus ab semet nominatus.* Ipse ad Lucium Hermam scripsit, *se in Graecis literis magnum processum habere, & in Latinis nonnullum: audisse Antonium Gniphonem, eiusque Hermam: postea docuisse. Praecepisse autem multis & claris iuuenibus: in quibus Appio quoque & Pulchro, Claudis, fratribus. quorum etiam comes in prouincia fuerit.* Philologi appellationem assumsisse videtur: quia, sicut Eratosthenes, qui primus hoc cognomen sibi vindicauit, multiplici variaque doctrina censebatur: quod sane ex commentariis eius apparet, quamquã paucissimi extant. de quorum tamẽ copia, sic altera ad eundem Hermam epistola significat: *HYLEN nostram alius memento commendare: quam omnis generis coegimus, vt scis, octingentos in libros.* Coluit postea familiarissime Caium Sallustium, & eo defuncto ASINIVM POLLIONEM: quos historiam componere aggressos, alterum breuiario rerum omnium Romanarum, ex quibus quas vellet, eligeret, instruxit: alterum praecipis de ratione dicendi. Quo magis miror Asinium Pollionem credidisse, antiqua eum verba & figuras solitum esse colligere Sallustio: quum sibi sciat nil aliud suadere, quam vt noto ciui-

lique & proprio sermone vtatur: vitetque maxime obsecr-
ritatem Sallustii, & audaciam in translationibus.

XI.

VALERIUS CATO, vt nonnulli tradiderunt, Bur-
feni cuiusdam libertus ex Gallia: ipse libello, cui est titulus
INDIGNATIO, ingenuum se natum ait, & pupillum reli-
ctum, eoque facilius licentia Syllani temporis exutum pa-
trimonio: Docuit multos, & nobiles: visusque est perido-
neus præceptor maxime ad poëticam tendentibus: vt qui-
dem apparere vel his versiculis potest:

Cato Grammaticus, Latina Siren;

Qui solus legit, ac facit poëtas.

Scriptit præter Grammaticos libellos, etiam poëmata, ex
quibus præcipue probantur *Lydia*, & *Diana*: *Lydiæ* Ti-
cida meminit:

Lydia doctorum maxima cura liberæ.

Dianæ Cinna:

Saculæ permaneat nostri Diana Catonis.

Vixit ad extremam senectam, sed in summa pauperie, & pe-
ne inopia, abditus modico gurgustio, postquam Tusculanæ
villa creditoribus cefferat, vt auctor est Bibaculus.

Si quis forte mei domum Catoni,

Depictas minio assulas & illos

Custodis videt hortulos Priapi,

Miratur quibus ille disciplinis

Tantam sit sapientiam affecutus,

Quem tres cauliculi, & selibra farris,

Racemi duo, tegula sub una

Ad summam prope nutriant senectam.

Et idem rursus:

Catonis modo, Galle, Tusculanum,

Tota creditor vrbe venditabat.

Mirati sumus unicum magistrum,

Sanimum grammaticum, optimum poëtam;

Omnes

*Omnes solvere posse quaestiones,
Vnum difficile expedire nomen.
En cur Zenodoti, en iecur Crateris.*

CORNELIUS EPICADVS Lucii Cornelii Syllae Di- XII.
ctatoris libertus, Calatorque sacerdotio augurali, filioque
eius Fausto gratissimus fuit: quare nunquam non vtriusq;
se libertum edidit. Librum autem, quem Sylla nouissimum
de rebus suis imperfectum reliquerat, ipse supplcuit.

LABERIUS Hiera suo hero emptus de catasta, & pro- XIII.
pter literarum studium manumissus, docuit inter caeteros
Brutum & Cassium. Sunt qui tradant tanta eum honestate
praeditum, vt temporibus Syllanis, proscriptorum liberos,
gratis & sine mercede vlla in disciplinam receperit.

CVRTIVS NICIA haesit Cnæo Pompeio & Caio XIV.
Memmio: sed quam Codicillos Memmii ad Pompeii vx-
orem de stupro pertulisset, proditus ab ea, Pompeium offen-
dit: domoq; ei interdictum est. Fuit & Marci Ciceronis
familiaris: ut cuius epistola ad Dolabellam hæc de eo legi-
mus: *Omnino mihi litera magis sunt expetenda à te, quam à
me tibi. Nihil enim Roma geritur, quod te putem scire cu-
rare, nisi forte scire vis me inter Niciam nostrum & Vidium
iudicem esse. Profert alter, opinor, duobus versiculis expen-
sum Nicia: alter Aristarchus hos *ὁ βάλισσα*. Ego tanquam cri-
ticus antiquus iudicaturus sum, utrum sint *ἔ τριόντι, αὐτὸν παραπέτε-
βαντιέρον*. Item ad Atticum: De Nicia quod scribis, si ita me
haberem, vt eius humanitate frui possem, in primis vellem
illum mecum habere: sed mihi solitudo & recessus prouincia est:
quod quia facile secebat Siccæ, eo magis illum desidero. Pra-
terea nosti Nicia nostri imbecillitatem, mollicitem, consuetu-
dinem victus. Cur ergo illi molestus esse velim, quum mihi
ille iucundus esse non possit? Voluntas tamen eius mihi grata
est. Huius de Lucilio libros etiam satyra comprobat.*

XV. **LENÆVS** Pompeii Magni libertus, & pene omnium expeditionum comes, defuncto eo, filiisque eius, schola se sustentavit: docuitque in Carinis ad Telluris ædem: in qua regione Pompeiorum domus fuerat: ac tanto amore erga patroni memoriam extitit, vt **SALVSTIVM** historicum, quod cum *oris improbi animo inuerecundo* scripssisset, acerbissima satyra lacerauerit, *last aurum & lurconem, & nebulonē, popinonemque* appellans: & *vita scriptisque monstrosum*: præterea *priscorum, Catonisque verborum iueruditissimum furem*. Traditur autem puer adhuc catenis subreptus, refugisse in patriam: perceptisq; liberalibus disciplinis, pretium domino suo retulisse: verum ob ingenium & doctrinam gratis manumissus.

XVI. **QVINTVS CÆCILIVS** Epirota, Tusculi natus, libertus Attii Satrii equitis Romani, ad quem sunt Ciceronis epistolæ, cum filiam patroni nuptam Marco Agrippæ doceret, suspectus in ea, & ob hoc remotus, ad Cornelium Gallum se contulit: vixitque vna familiarissime: quod ipsi Gallo inter grauiissima crimina ab Augusto obiicitur. Post deinde damnationem mortemque Galli, scholam aperuit: sed ita, vt paucis, & tantum adolescentibus præcipere, prætextato nemini nisi si cuius parenti hoc officium negare non posset. Primus dicitur Latine ex tempore disputasse, primusque Virgilium & alios poëtas novos prælegere cœpisse, quod etiam Domitii Marsi versiculus indicat,

Epirota tenellorum nutricula vatam.

XVII. **VERRIVS FLACCVS**, libertinus, docendi genere maxime inclaruit. Namque ad exercitanda discipulorum ingenia æqualeis inter se committere solebat, proposita non solum materia, quam scriberent, sed & præmia, quod victor auferret. Id erat liber aliquis antiquus, pulcher, aut rarior. Quare ab Augusto quoq; nepotibus eius præceptor electus, transit in Palatium cum tota schola: verum vt ne quem amplius

plius posthac discipulum reciperet : docuitque in atrio Ca-
tilinæ domus, quæ pars palatii tunc erat : & festeria centena
in annum accepit. Decessit ætatis exactæ sub Tiberio.
Statuam habet Prænestæ, in inferiore fori parte, contra he-
micyclum : in quo fastos à se ordinatos, & marmoreo pa-
rietis incisos, publicarat.

LUCIUS CRASSITIUS genere Tarentinus, ordinis XVIII.
libertini, cognomine Pasides, mox Pansam se transomi-
stavit. Hic initio circa scenam versatus est, dum Mimo-
graphos adiuuat. deinde in pergula docuit, donec com-
mentario Smyrnæ edito, adeo inclaruit, vt hæc de eo scri-
berentur :

*Vni Crassitio se credere Smyrna probauit :
Definite indocti coniugio hanc petere ,
Soli Crassitio se dixit nubere velle :
Intima cui soli nota sua extiterint.*

Sed cum edoceret iam multos, ac nobiles, in his Iulium An-
tonium triumviri filium, vt Verrio quoque Flacco com-
pararetur, dimissa repente schola transit ad Quinti Septi-
mii philosophi sectam.

SCRIBONIVS APHRODISIVS, Orbilii seruus atq; XIX.
discipulus, mox à Scriboniâ, Libonis filiâ, quæ prior Augu-
sti vxor fuerat, redemptus & manumissus, docuit, quo Ver-
gilius tempore, cuius etiam libros de orthographia rescripsit,
non sine insectatione studiorum morumq; eius.

CAIUS IULIUS HIGINVS, Augusti libertus, na- XX.
tione Hispanus, etsi nonnulli Alexandrinum putant, & à
Cæsare puerum Romam aduectum, Alexandria capta. Stu-
dioso & auide imitatus est Cornelium Alexandrum Gram-
maticum Græcum : quem propter antiquitatis notitiam,
Polyhistorum multi, quidam *historiam* vocabant. Praefuit
Palatinæ bibliothecæ : nec eo secius plurimos docuit : fuitq;
familiarissimus Ouidio poetæ, & Caio Licinio consulari.

historico: qui eum admodum pauperem decessisse tradit, & liberalitate sua, quoad vixit, sustentatum. Huius libertus fuit Iulius Modestus, in studiis atque doctrina vestigia patroni secutus.

XXI. CAIVS MELISSVS, Spoletii natus, ingenuus, sed ob discordiam parentum expositus, cura & industria educatoris sui altiora studia percepit: ac Mæcenati pro Grammatico muneri datus est. Cui quum se gratum & acceptum in modum amicis videret, quamquam adserente matre, permansit tamen in statu seruitutis: præsentemque conditionem veræ origini anteposuit. quare cito manumissus, Augusto & insinuatus est. Quo delegante, curam ordinandarum bibliothecarum in Octaviæ porticu suscepit. Atque, ut ipse tradit, sexagesimum ætatis annum agens, libellos *Ineptiarum*, qui nunc *locorum* inscribuntur, componere instituit: absolvitque centum & quinquaginta, quibus & alios diuersos postea addidit. Fecit & nouum genus *Togatarum*, inscripsitque *Trabeatas*.

XXII. MARCVS POMPONIVS MARCELLVS, sermonis Latini exactor molestissimus, in aduocatione quadam (nam interdum & causas agebat) solœcismum ab aduersario factum vsque adeo arguere perseverauit: quoad Cassius Severus interpellatis iudicibus dilationem petiit: ut litigator suus alium Grammaticum adhiberet: quando non putat is cum aduersario de iure sibi, sed de solœcismo controuersiam futuram. Hic idem cum ex oratione Tiberium reprehendisset: affirmante Atcio Capitone, & esse illud Latinum, & si non esset, futurum: *Certe iam inde mentitur, inquit, Capito. Tu enim Cesar ciuitatem dare potes hominibus, verbis non potes.* Pugilem olim fuisse Asinius Gallus hoc in eum Epigrammate ostendit:

*Qui caput ad lauam didicit, glossemata vobis
Præcipit: os nullum, vel potius pugilis!*

REM-

REMMIUS PALÆMON VICENTINVS, mulieris XXIII.

verna, primo, vt ferunt, textrinum; deinde, herilem filium dum comitatur in scholas, literas didicit. postea manumissus, docuit Romæ: ac principem locum inter Grammaticos tenuit: quanquam infamis omnibus vitiis, palamque & Tiberio, & mox Claudio, prædicantibus, *nemini minus institutionem puerorum vel iuuenum committendam*: sed capiebat homines cum memoria rerum, tum facilitate sermonis: nec non etiam poemata faciebat ex tempore. Scripsit & variis, nec vulgaribus metris. Arrogantia fuit tanta, vt Marcum Varronem *porcum* appellaret: *secum & natus & moriturus literas iactaret. nomen suum in Bucolicis non temere positum, sed prasagiente Virgilio fore quandoq; omnium poetarum ac poematum Palæmonem indicem.* Gloriabatur etiam, *latrones quondam sibi propter nominis celebritatem paruisse.* Luxuriæ ita indulgit, vt sæpius in die lauaretur: nec sufficeret sumptibus, quamquam ex schola quadragena annua caperet, ac non multo minus ex re familiari: cuius diligentissimus erat: cum & officinas promercalium vestium exerceret: & agros adeo coleret, vt vitem manu eius institutam satis constet trecenta sexaginta quinque vasa edidisse. Sed maxime flagrabat libidinibus in mulieres, vsque ad infamiam oris: dictoque non in faceto noratum ferunt euiusdam, qui quum in turba osculum sibi ingerentem, quanquam refugiens, deuitare non posset: *Vis tu, inquit, magister, quotiens festinantem aliquem vides, abligurire?*

MARCUS VALERIUS PROBUS Berytius, diu cen. XXIV.
ruriatum petiit, donec tædio ad studia se contulit. Legerat in præuincia quosdam veteres libellos apud Grammaticam, durante adhuc ibi antiquorum memoria, necdum omnino abolita, sicut Romæ. Hos quum diligentius repetere atque alios deinceps cognoscere cuperet, quamuis se contentini, magisque opprobrio legentibus, quam gloriæ & fructui

fructui esse animaduerteret, nihilominus in proposito mansit: multaque exemplaria contracta emendare, ac distinguere, & adnotare curauit, soli huic nec ulli præterea Grammatices parti deditus. Hic non tam discipulos, quam sectatores aliquot habuit. Nunquam enim ita docuit, ut magistri personam sustineret. Vnum, vel alterum, vel quum plurimos, tres aut quatuor, postmeridianis horis admittere solebat, cubansque, inter longos ac vulgares sermones, legere quædam, idque perraro. Nimis pauca & exigua de quibusdam minutis quæstiunculis edidit. Reliquit autem non mediocrem *syluam observationum sermonis antiqui.*

CAII
SVETONII
TRANQVILLI

DE

CLARIS RHETORIBVS
LIBER.



C. SVETONII TRANQVILLI

DE

CLARIS RHETORIBVS LIBER.

L. Plinius Gallus.
L. Oracilius Pilius.
Epidius.
Sex. Clodius.
C. Albutius Silus.
L. Cestius Pius.
M. Porcius Latro.
Q. Curtius Rufus.

L. Valerius Primanns.
Virgilius Flauus.
L. Stadius Vrsulus.
P. Clodius Quirinalis.
M. Antonius Liberalis.
Sex. Iulius Gabinianus.
M. Fabius Quintilianus.
Iulius Tiro.



RHETORICA quoq; apud nos, perinde atque Cap. I.
Grammatica, sero recepta est, paulo etiam
difficilius. quippe quam constet nonnun-
quam etiam prohibitam exerceri. Quod ne
cui dubium sit, verus Senatusconsultum,
item Censorium edictum, subiiciam. CAIO FANNIO
STRABONE, MARCO VALERIO MESSALEA, CON-
SVLIBVS, Marcus Pomponius Prator Senatam consuluit. Quod

Qq 2

verba

*verba facta sunt de Philosophis & de Rhetoribus, de ea re ita
 censuerunt: ut Marcus Pomponius Prætor animaduerteret, cu-
 raretq; uti ei è Republica fideq; sua videretur; uti Roma ne
 essent. De iisdem interiecto tempore, Cnæus Domitius
 Anobarbus, & Lucius Licinius Crassus censores, ita edixe-
 runt: Renuntiatum est nobis esse Homines qui nouum genus di-
 sciplina instituerunt: ad quos iuuentus in ludos conueniat: eos
 sibi nomen imposuisse Latinos Rhetoras: ibi homines adolescen-
 tulos totos dies desiderare. Maiores nostri, qua liberos suos disce-
 re, & quos in ludos ire vellent, instituerunt. Hac noua qua
 præter consuetudinem ac morem maiorum sunt, neque placent
 neque recta videntur. Quapropter & iis qui eos ludos ha-
 bent: & iis qui eo venire consueuerunt, videtur faciendum
 ut ostendamus nostram sententiam nobis non placere. Paula-
 tim & ipsa utilis honestaq; apparuit: multique eam præsidii
 causa, & gloriæ, appetuerunt. Cicero ad præturam vsq;
 Græce declamauit. Latine vero senior quoque, & quidem
 Consulibus Hirtio & Pansa: quos *discipulos, & grandes præ-
 sextatos*, vocabat. CNEVM POMPEIVM, quidam histo-
 rici tradiderunt, sub ipsum ciuile bellum, quo facilius Caio
 Curioni promptissimo iuueni, causam Cæsaris defendenti,
 contradiceret, repetisse declamandi consuetudinem. MAR-
 CVM ANTONIVM, item AVGVSTVM, ne Mutinensi qui-
 dem bello omisisse. NERO CÆSAR & primo imperii
 anno, publice quoque bis antea declamauit: pleriq; autem
 oratorum, etiam declamationes ediderunt. Quare magno
 studio hominibus iniecto, magna etiam Professorum ac
 Doctorum profluxit copia: adeoque floruit, ut nonnulli ex
 infima fortuna in ordinem Senatorium, atque ad summos
 honores processerint. Sed ratio docendi nec vna omni-
 bus, nec singulis eadem semper fuit: quando vario modo
 quisque discipulos exercuerunt. Nam & dicta præclare per
 omnes*

Omnes figuras, per casus, & apologos, aliter atque aliter exponere: & narrationes tum breuiter & pressè, tum latius & vberius explicare consueuerant: interdum Græcorum scripta conuertere; ac viros illustreis laudare, vel vituperare: quædam etiam ad vsum communis vitæ instituta, tum vtilia, & necessaria, tum perniciosa & superuacanea ostendere: sæpe fabulis fidem firmare; aut historiis demere, quod genus *διόσις* & *ἀναπόδας* & *ἱστορίας* Græci vocant, donec sensim hæc exsoluerunt: & ad controuersiam ventum est. Veteres *Controuersia*, aut ex historiis trahebantur: sicut sane nonnullæ usque adhuc: aut ex veritate, ac re, si qua forte recens accidisset. Itaque locorum etiam appellationibus adiectis, proponi solebant. Sic certe collectæ editæque se habent. ex quibus non alienum fuerit vnam & alteram, exempli causa, ad verbum referre. *Æstiuo tempore adolescentes urbani cum Ostiam venissent, litus ingressi, piscatores trahentes rete adierunt: & pepigerunt, bolum quanti emerent: nummos soluerunt, diu expectauerunt; dum retia extraherentur, aliquando extractis, piscis nullas infuit, sed sporta auri obsuta. Tum emptores bolum suum aiunt, piscatores suum. Venalitii quum Brundusii gregem venalium è naui educerent, formoso, & pretioso puero, quod portitores verebantur, bullam & prætextam togam imposuere: facile fallaciam celarunt. Romam venitur, res cognita est. petitur puer, quod domini voluntate fuerit liber, in libertatem. Olim autem eas appellationes Græci *Κυράρις* vocabant: mox controuersias quidam, sed aut fictas, aut iudiciales. Illustres Professores, & quorum memoria aliqua extet, non temere alii reperientur quam de quibus tradam.*

LUCIUS PLOTIUS GALLVS. De hoc Cicero ad II. Marcum Titinnium sic refert. *Equidem memoria teneo,*

Qq 3

pueris

*pueris nobis primum Latine docere cœpisse Lucium Plotium quendam : ad quem quum fieret concursus, quod studiosissimus quisque apud eum exerceretur, dolebam mihi idem non licere. Continebar autem doctissimorum hominum auctoritate : qui existimabant Græcis exercitationibus ali melius ingenia posse. Hunc eundem (nam diutissime vixit) M. CÆTIUS in oratione, quam pro se de vi habuit, significabat dictasse Atratino accusatori suo, actionem : subtractoque nomine, *ordearium* eum *rhetorem* appellat, deridens vt inflatum, ac leuem, & sordidum.*

III. **LVCIVS ORACIIVS PILLIVS** seruasse dicitur, atq; etiam hostiarius, veteri more, in catena fuisse : donec ob ingeniam ac studium literarum manumissus, accusanti patrono subscripsit. Deinde Rhetoricam professus, Cnæum Pompeium Magnum docuit, patris eius res gestas nec minus ipsius, compluribus libris exposuit : primus omnium libertinorum, vt Cornelius Nepos opinatur, scribere historiam orsus, non nisi ab honestissimo quoq; scribi solitam.

IV. Ad id tempus **EPIDVS** calumnia notatus, ludum docendi aperuit : docuitq; inter cæteros Marcum Antonium & Augustum. Quibus quondam Cajus Canutius, obii-cientibus sibi, quod in Republica administranda potissimum consularis Isaurici secta sequeretur, *Malle* respondit, *Isaurici esse discipulum, quam Epidii calumniatoris*. Hic Epidius ortum se ab Epidio Nunciono prædicabat : quem ferunt olim præcipitatum in fontem fluminis Sarni, paulo post cum cornibus exitisse, ac statim non comparuisse, in numeroq; deorum habitum.

V. **SEXTVS CLODIVS** è Sicilia, Latine simul Græcæque eloquentiæ Professor, male oculatus, & dicax, *par oculorum in amicitia Marci Antonii triduum* *emittisse se* aiebat. Eiusdem

dem uxorem Fulviam, cui altera bucca inflatior erat, acumen stili tentare dixit, nec eo minus immo vel magis ob hoc Antonio gratus. A quo mox Consule ingens etiam congiarium accepit: ut ei in Philippicis Cicero obiicit. *Adhibes soci causa magistrum, suffragio tuo & compotorum tuorum Rhetorem: cui concessisti, ut in quem vellet, diceret, salsum omnino hominem; sed materia facilis, in te & in tuos dicta dicere.* At quanta merces rhetori est data, audite Patres Conscripti, & cognoscite Reipublica vulnere. duo milia ingerum campi Leontini Sexto Clod. Rhetori assignasti, & quidem immunia: ut tanta mercede nihil sapere disceres.

Caius Aebvius Silus Nouariensis, quum VII.
 Ædilitate in patria fungeretur, quum forte ius diceret, ab his, contra quos pronuntiabat, pedibus è tribunali detractus est. Quod indigne ferens, statim contendit ad portam, & inde Romam: receptusque in Planci oratoris contubernium: cui declamatorio mos erat, prius aliquem, qui ante diceret, excitare: suscepit eas partes, atque ita implevit, ut Planco silentium imponeret, non audenti in comparisonem se dimittere. Sed ex eo clausus, propria auditoria instituit, solitus proposita controversia sedens incipere, & calore demum proeectus consergere, ac perorare. Declamabat autem genere vario: modo splendide atque adornate: tum, ne vsquequaque Scholasticus existimaretur, circuncise ac sordide, & tantummodo triuialibus verbis. Egit & causas, verum rarius, dum amplissimam quanque sectatur, nec alium in vlla locum, quam perorandi. Postea renuntiavit foro, partim pudore, partim metu. Nam quum in lite quadam centumuirali, aduersario, quem, ut impium erga parentes, incessebat, iusiurandum quasi per figuram sic obtulit.

tulisset : *Iura per patris matrisque cineres, qui inconditi iacent :* & alia in hunc modum : arripiente eo conditionem, nec iudicibus aspernantibus, non sine magna sui invidia negotium afflixit. Et rursus in cognitione cædis, Mediolani, apud Lucium Pisonem proconsulem, defendens reum, quum cohibente lictore nimias laudantium voces, ita excaudisset, vt & deplorato Italiæ statu, quasi iterum in formam prouinciæ redigeretur : Marcum insuper Brutum, cuius statua in conspectu erat, inuocaret, *legum ac libertatis auctorem, & vindicem*, pæne pœnas luit. Iam autem senior ob vitium vomicæ Nquariam rediit : conuocataque plebe, causis propter quas mori destinasset, diu, ac more concionantis, redditis, absti-
nuit cibo.

HORA-

313

HORATII POETÆ VITA PER SVETONIVM TRANQVILLVM, vt existi- matur, conscripta.

Q HORATIVS Flaccus Venusinus, patre, vt ipse quidem tradit, libertino, & exactionum coactore: vt vero creditum est, falsamentario; quum illi quidam in altercatione exprobrasset: *Quotiens ego vidi patrem tuum brachio se emungentem?* Bello Philippensi, excitus à Marco Bruto Imperatore, tribunus militum meruit: victisq; partibus, venia impetrata, scriptum quæstorium comparauit. Ac primo Mæcenati, mox Augusto in gratiam insinuatus, non mediocrē locum in amborum amicitia tenuit. Mæcenas quantopere cum dilexerit, satis mōstratur illo Epigrammate, vbi inquit:

*Ni te visceribus meū Horati
Plus iam diligo, tu tuum sodalem
Hinc me videas strigiosorem.*

Sed multo magis extremis, tali ad Augustum elogio: *Horatii Flacci, vt mei, esto memor.* AVGVSTVS Epistolarū quoq; ei officium obtulit: vt hoc ad Mæcenatem scripto significat. *Ante ipse sufficebam scribendis epistolis amicorū: nunc occupatissim⁹, & infirmus, Horatiū nostrum à te cupio abducere. Veniet ergo ab ista parasitica mensa ad hanc regiā: & nos in scribendis epistolis adiuuabit.* Ac ne recusanti quidē aut succensus quicquam, aut amicitia suam suggerere desit. Extant epistolæ, ex quib⁹, argumenti gratia, pauca subieci: *Sume tibi aliquid iuris apud me, tanquā si conuictor mihi fueris: recte enim, & non temere feceris: quoniam id vsus mihi tecum esse volui, si per valitudinē tuam fieri possit.* Et rursus: *Tui qualē habeam memoriā, poteris ex Septimio quoq; nostro audire. nam incidit vt illo coram ferret à me tui mentio. Neq; si tu superbus amicitia nostram spreuisti, ideo nos quoq; ἀνδραπενηγαίμεν.* Præterea sæpe eum inter alios iocos purissimū penem, & homuncionē lepidissimum appellat: vnaq; & altera liberalitate locupletauit. Scripta quidē eius

Rr

vſq;

34 C. SVET. TRANQ. HORAT. PŒTÆ VITA:
 vsq; adeo probavit, mansuraq; perpetuo credidit: vt nō mo-
 do Sæculare carmen componendū iniunxerit, sed & Vinde-
 licam victoriā Tiberii Drusiq; priuignorū suorū: cumq; coe-
 gerit propter hoc tribus carminum libris, ex longo interual-
 lo, quartum addere: post Sermones vero lectos, nullam sui
 mentionem habitam ita sit questus, *Irasci me tibi scito, quod
 non in plerisq; eiusmodi scriptis mecum potissimum loquaris.
 An vereris ne apud posteros infame tibi sit, quod videaris fa-
 miliaris nobis esse?* expressitq; eclogam, cuius initium est:

Cum tot sustineas, & tanta negotia solus:

Res Italas armis tuteris, moribus ornes,

Legibus emendes: in publica commoda peccem,

Si longo sermone morer tua tempora Caesar.

Habitu corporis breuis fuit, atq; obesus: qualis à se ipso &
 in Satyris describitur, & ab Augusto hac epistola. *Pertulit ad-
 me Dionysius libellum tuum, quem ego, ne accusem te, quantulus-
 cunq; est, bani consulo. Vereri autem mihi videris, ne maiores li-
 belli tui sint, quam ipse es. sed si tibi statura deest, corpusculum
 non deest. Itaq; licebit in sextarioto scribas: quum circuitus vo-
 luminis tui sit, & modicus, sicut est ventriculi tui.* Ad res Ve-
 nereas intemperantior traditur. Nam speculato cubiculo
 scorta dicitur habuisse disposita: vt quocunq; respexisset, ibi
 ei imago coitus referretur. Vixit plurimū in secessu ruris sui
 Sabini, aut Tiburtini: domusq; eius offenditur circa Tiburni
 Iliculā. Venerunt in man^o meas & elegi sub titulo eius, & *Epi-
 stola* prosa oratione, quasi cōmendantis se Mæcenati: sed vtra-
 que falsa puto. Nā elegi vulgares, epistola etiā obscura: quo
 vitio minime tenebatur. Natus est sexto Id^o Decembres, Lu-
 cio Corra & Lucio Torquato Consulibus. Decessit quinto
 Kal. Decembres, Caio Marcio Censorino, Caio Asinio Gallo
 Consulibus, post nonū & quinquagesimum annum, hærede
 Augusto palam nuncupato: quum vrgente vi valitudinis, nō
 sufficeret ad obsignandas testamenti tabulas. Humatus &
 conditus est extremis Esquilis, iuxta Mæcenatis tumulum.

CAII

CAII PLINII VITA

EX SVETONII LIBRO
DE VIRIS ILLVSTRIBVS.

PLINIVS Secundus Nouocomensis, Equestribus militiis industrie functus; procuraciones quoque splendidissimas, atque continuas, summa integritate administravit: & tamen liberalibus studiis tantam operam dedit, vt non temere quis plura in otio scripserit. Itaque bella omnia, quæ vnquam cum Germanis gesta sunt, viginti voluminibus comprehendit. Item naturalis historiæ triginta septem libros absoluit. Perit clade Campaniæ. Nam quum Misenensi classi præesset, & flagrante Vesebio, ad explorandas propius causas, liburnicas prætendisset: neque, aduersantibus ventis, remeare posset: vi pulueris ac fauillæ oppressus est: vel, vt quidam existimant, à seruo suo occisus: quem, deficiens æstu, vt necem sibi maturaret, orauerit.

* *
*

CAII
SVETONII
TRANQVILLI
OPERVM,
quæ perierunt,
FRAGMENTA.



C. S V E T O N I I
 T R A N Q V I L L I
 O P E R V M,
 quæ perierunt,
 F R A G M E N T A.

Suidæ:

Catalogus operum Tranquilli.



Ράγκυλ⊙ ὁ Σδντόν⊙ χρηματίστας ἡραματικός Ῥω-
 μαῖ⊙, ἔγραψε περὶ τῆς παρ' ἑλλησι παιδιῶν βιβλίον α'. περὶ
 τῆς παρὰ Ῥωμαίοις θρασυκῶν καὶ ἀγόνων βιβλία β'. περὶ
 τῆς κατὰ Ῥωμαίους ἐν αὐτῷ, βιβλίον α'. περὶ τῆς ἐν τοῖς βι-
 βλίοις Σημείων α'. περὶ τῆς Κικέρων⊙ πολιτείας α'. ἀντι-
 λέγει δὲ πρὸς Διδύμω, περὶ ὀνομάτων κυρίων καὶ ἰδιῶν ἰδι-
 ωμάτων καὶ ἐποδημάτων, καὶ τῆς ἄλλων, οἷς πρὸς ἀμοιβήν. περὶ δυσφήμων λέ-
 ξεων, ἧτοι βλασφημιῶν, καὶ πόθεν ἐλάσθαι. περὶ Ῥώμης καὶ τῆς ἐν αὐτῇ νομίμων
 καὶ ἡδῶν βιβλία β'. Συγγενικὸν Καυσάρον. περὶ χειρὸς καὶ βίβης καὶ δισδοχῆς
 αὐτῆς ἀπὸ Ἰουλίῳ ἕως Δομντιανῷ, βιβλία ἡ. τίμημα Ῥωμαίων ἀνδρῶν ὀπι-
 στήμων.

De Regibus liber.

Ausonius Paulino.

His longe iucundissimum poëma subdideras, quod de
 tribus Suetonii libris, quos ille *De regibus* dedit, in epitomen
 coëgi-

coëgisti tanta elegantia, solus ut mihi videate affecutus,
quod contra naturam est, breuitas ut obscura non esset. In
his versibus ego ista cognoui :

*Europamq; Asiamq; duo vel maxima terra
Membra, quibus Lybiam dubie Sallustius addit,
Europa adiunctam: possit quum tertia dici.
Regnatas multis, quos fama oblitterat: & quos
Barbara Romana non tradunt nomina lingua
Illibanum, Numidamq; Auelim, Parthumque Vononem,
Et Caranum, Pellea dedit qui nomina regum,
Quiq; magos docuit mysteria vana Nechepsi,
Et qui regnavit sine nomine mox Sescostri.*

De institutione officiorum liber.

Priscianus lib. VI.

Quod tamen comprobatur etiam Suetonius, diuersos
ponens usus in libro, qui est *de institutione officiorum.*

Prætorum libri.

Idem lib. VIII.

Suetonius autem passim protulit *in quarto Prætorum.*
Lætoria quæ vetat minorem annis xxv stipulari.

Idem lib. VIII.

Suetonius *in viii Prætorum.* Fasti dies sunt, in quibus
ius fatur, id est dicitur, ut nefasti in quibus non dicitur.

Idem lib. XVIII.

Suetonius *in iiii Prætorum.* Minor xxv ann. stipu-
lari non potest, passim dixit.

De ludis & spectaculis liber, aut libri varii.

A. Gellius lib. IX cap. VII.

Sed de fidibus rarius dictum & mirabilius est. quam
rem & alii docti viri & Suetonius etiam Tranquillus *in libro
ludicra*

Iudiciorum historia primo satis compertam esse, satisque super ea constare affirmat; nervias in fidibus, brumali die alias digitis pelli, alias sonare.

Tertullianus de spectaculis.

Et quibus idolis ludos constituerint, positum est apud Suetonium Tranquillum, vel à quibus Tranquillus accepit.

Ioannes Tzetzes Historici Chiliade VI.

Τετλίονθ' συνίπθ' ἐν παρδιαῖς ἑλλήνων,
 Πολλὰς μὲν ἄλλας παρδιαῖς ἢ συμποσίων λέγου.
 Ὡν συμποσίων μία μὲν ἢ ἰωλοκερσία,
 Ἐτίεξ δὲ ὁ κόπιαθ', ὁμῦ ἢ λατάγη.
 Οἱ νίοι γὰρ κομάζοντες τόποις ἀφροισμαίοις,
 Πεὶ ἰαπύου τὸς χάρις ἢ τὸς βίκου πδίντες
 Ἐκτεθ' ἀδρειζόμενθ', ἔπιπθ' θ' οὐκίον.
 Ὅς θ' πῖν' ἔκ' ἰχουσι θ' ἑαυτῶ χόδα,
 Πειριχίτο ἑωδην, τῶν συμποσίων γαλότων.
 Τὸδ' ἰωλοκερσία μὲν θ' κόπιαθον θ' μάθι.
 Τῶ συμποσίων ἴσατο ζυγὸς ἢ λεκαρίσκι,
 Παρ' ἑκατέρω τῶ ζυγῶ κατωδαν τῶν πλασίγτων.
 Αἱ λεκαρίσκι μόνον δὲ εἶχον ἀδρειαρτίσκις,
 Ἀδρειαρτίσκις, οὐς μανῶς ἀνδραζον οἱ τότε
 Οἱ κομασκι. πλήρητες ἔν' οἶνι τὸ τέτων σῶμα,
 (Ὁ λάπαξ ἢ λατάγη δὲ ἤγυν ὕχρον ἢ βῦσις.)
 Τὸτο ἀπκοπῆαζον εἰς μίαν τῶν πλασίγτων
 Τετίσιν ἐξίππαων, ἀππίλων, ἐκίνων.
 Κόπιαθον, ἢ τὸ ὄργανον ἀπαν ἑτάλιν τῶτο.
 Ἄν' ἔν' ἢ πλασίγξ τῆ φρεθ' κατῆρεψε τῶ οἶνε,
 Καὶ θ' μανῶν εἰς κεφαλῶν ἤχησε κικρεκχα,
 Ὅ κομασκις συγκομασκις ἐδδκνε θ' θ' θυναίων.
 Εἰ δ' ἔ, πολλῶ ἐλάμβανεν, ὡς ἀδυνῆς, θ' ἄλων.

Servius in III. Georgicorum.

Apud maiores, theatri gradus tantum fuerunt. Nam scena de ligno tantum ad tempus fiebat, unde hodieq; permanit consuetudo, ut componantur pegmata à ludorum thea-

theatralium editoribus. Scena autem, quæ fiebat, aut versilis erat, aut ductilis. Versilis tunc erat, cum subito tota machinis quibusdam convertebatur, & aliam picturæ faciem ostendebat. Ductilis tunc cum tractis tabulatis hæretique illac species picturæ nudabatur interior. Unde perite utrumque tetigit, dicens, *Versis discedat frontibus*: singula singulis complectens sermonibus. Quod Varro & Suetonius commemorant.

Idem in v. Aeneidos.

Ut ait Suetonius Tranquillus, Eufus ipse, quem vulgo pyrrhicam appellant, Troia vocatur: cuius originem expressit in libro de puerorum lusuibus,

Diomedes lib. III.

Primis temporibus, ut asserit Tranquillus, omnia quæ in scena versentur, in comœdia agebantur. Nam & pantomimus & choraules in comœdia canebant.

De vitiiis corporalibus liber.

Servius in Eclogam III.

Hirci autem sunt oculorum anguli, secundum Suetonium Tranquillum in vitiiis corporalibus.

Isidorus Originum lib. III.

Nam hirci sunt oculorum anguli, secundum Suetonium, &c.

De re vestiaria liber.

Servius in VIII. Aeneid.

Suetonius in lib. de genere vestium dicit tria esse genera trabæarum. Vnum Diis sacratum, quod est tantum de purpura. Aliud regum, quod est purpureum, habet tamen album aliquid. Tertium augurale, de purpura & coeco.

De rebus variis liber.

Idem ibidem.

Suetonius Tranquillus de rebus variis, Præpositiones (inquit

(Cinquit) omnes omnino sunt duodequadragenta, qui numerus inter omnes criticos grammaticos profecto convenit.

Sospater Charisius, lib. xi.

Suetonius Tranquillus proverbium putat dici debere quod ante, ut adverbium, quod post verbum appellatio nonnumquam ponatur.

De vocibus ominosis.

Auctor Etymologici magni.

Ἀερολιπαροῦ, ὁ λιπαρῶν ἵνα ἀρχῆς τύχη ἢ ἐκ τῆ ἀρχῆν λιπαυόμενος, ὅτι Τεράκιον ἐστὶ βλασφημῶν.

De Grammaticis & Rhetoribus libri.

D. Hieronymus in praefatione Catalogi Scriptorum Ecclesiasticorum.

Hortaris Dexter, ut Tranquillum sequens, Ecclesiasticos scriptores in ordinem digeram: & quod ille in enumerandis gentilium literarum Viris fecit Illustribus, ego in nostris faciam.

Josephus Scaliger Commentariis in Culicem Virgilij.

Suetonius Tranquillus in vita Lucani, quæ adhuc formis excusa non est, ait Lucanum inter æqualium suorum plausus, cum magno successu ac favore poema aliquod à se compositum recitasset, ut ostenderet, quanto iunior quàm Virgilius, poëticam attigisset, exultabundum dixisse, *Quantum mihi restat ad culicem?*

Ex libris incertis.

Censorinus de natali die.

Annus vertentem Romæ Licinius quidem Macer & postea Fenestella statim ab initio duodecim mensium fuisse scripserunt, sed magis Junio Gracchano, & Fulvio Varroni,

& Suetonio aliisque credendum, qui decem mensium putaverunt fuisse, ut tunc Albanis erat, unde orti Romani.

A. Gellius lib. xv. cap. iv.

Eundem Bassum Suetonium Tranquillum præpositum esse à M. Antonio provinciis Orientalibus, Parthosque in Syriam introrumpentis tribus ab eo præliis fusos scribit, eumque primum omnium de Parthis triumphasse, & morte obita publico funere sepultum esse.

Seruius in Eclogam iiii.

Dicta vlna *ἀπὸ τῶν ἀλεσῶν*, id est à Brachiis. Vnde & *λενολενο* *ἤπν*. Licet Suetonius unum cubitum velit esse tantummodo:

Idem in iiii. Georgicorum.

Quod autem ait, *Victorisq; arma Quirini*, non est contrarium: nam, ut etiam in primo Aencidos diximus, Suetonius Tranquillus hoc de Augusto commemorat, quodam tempore tres partes populi consentiente Senatu obtulisse ei tria nomina, Quirini, Augusti, Cæsaris. Ille ne vnum eligendo, alias offenderet partes, primo Quirinus est dictus: inde Cæsar: post in nomine permansit Augusti.

Isidorus Orig. lib. xviii.

Tranquillus autem triumphum Latine potius appellatum, quod is qui triumphans Urbem ingrederetur, tripartito iudicio honoraretur.

Lib. eodem.

Tranquillus autem dicit: Dum cuiusdam gladiatoris in ludum emissi gladius curvatus fuisset ex acie recta, procurrat unus ad eum corrigendum, tumque à pugnante responsum est, *sic pugnabo*, inde *sica* nomen datum est.

Commentator vetus Horatii ad carmen de arte poetica.

Scriptor, librarius, bibliopola, ut veteres dicebant, quod & Tranquillus affirmat.

Suidas

Suidas.

Ἀσάσια, ὄβελος. Νύμμιος ὁ πρῶτος βασιλεὺς μετὰ Ῥομύλον γε-
γώς ἀπὸ σιδήρου καὶ χαλκῆ παποισμένα (νομίσματα) πρῶτος ἐχαιόσατο Ῥο-
μίοις ἴσθ' ἀπὸ πάντων ἴσθ' αὐτῶν καὶ ὀστρονίων πῶς χρῆσθαι πᾶσι νόμοις,
ἀπ' ἀνομιᾶν οὐ τῶ ἰδίῳ νόμῳ καὶ νύμμιον, ὡς φησὶ Τράγυλλος.

Seruius IV. Georg.

Corycos enim civitas est Ciciliæ, in qua antrum illud famosum penè ab omnibus celebratum. Et per transitum tangit historiam memoratam, à Suetonio. Pompeius enim victis piratis Cilicibus partim ibidem, partim in Græcia, partim in Calabria agros donavit.

Idem in VI. Aeneidos.

Quod autem dicit, verum est. Nam & Suetonius ait in vita Cæsaris, responsa esse data per totum orbem, nasci iunctum Imperatorem.

Idem in Aeneidos XII.

Homo rebellis dicitur: res ipsa rebellio; non rebella-
tio: sic Suetonius.

Paulus Orosius lib. VII.

Itaq; Titus Imperator ab exercitu pronunciatus, tem-
plum in Hierosolymis accendit ac diruit: & quod à die con-
ditionis primæ vsque ad diem everisionis ultimæ, manserat
annis MCII. Muros vrbis vniuersos solo adæquavit. DC
millia Iudæorum eo bello interfecta. Cornelius & Sueto-
nius referunt.

Isidorus Originum lib. VIII.

Poëtæ unde sint dicti, sic ait Trajanus: Cum pri-
mum homines exura feritate rationem vitæ habere cepis-
sent, seque ac deos suos nosse, cultum modicum ac sermo-
nem necessarium commenti sibi vtriusq; magnificentiam
ad religionem Deorum suorum excogitaverunt. Igitur
vt templa illis domibus pulchriora, & simulacra corpori-
bus ampliora faciebant: ita eloquio quasi angustiore hono-
randos

randes putauerunt, laudesq; eorum & verbis illustrioribus & jocundioribus numeris extulerunt. Id genus quia forma quadam efficitur, quae *inchoans* dicitur, poema vocitatum est, eiusque fictores poetae.

Diomedes lib. 1.

Inchoans ab inchoo. Sic dicendum putat Julius Modestus, quia sit compositum à chao, initio rerum. At Verrius & Flaccus in postrema syllaba aspirandum probauerunt. *inchoabum* enim apud veteres mundum significat. inde tractum *inchoare*. Tranquillus quoque his assentiens, libello suo plenissime *adem inchoatam* ita disseruit.

SEQVUNTUR EA, QVAE AD SVETONII GENVS VITAM, STVDIA

& hoc opus de duodecim Caesaribus
pertinent.

*Lib. IIII. in Caligula cap. 19. de ponte
Caiano.*



Vum meum narrantem puer audiebat, causam operis ab interioribus aulicis proditam, quod Thrasyllus mathematicus anxio de successore Tiberio, & in verum nepotem proniori, affirmasset non magis Caium imperaturum, quam per Baianum sinum equis discursurum.

Lib. VII. in Othone, c. 10. de pugna Bebriacensi.

Pater.

Interfuit huic bello pater meus Suetonius Lenis, tertiae decimae legionis tribunus angusticlauius. Is mox referre crebro solebat, &c.

Lib. VIII. in Domitiano, c. 12. de fisco Iudaico.

*Adoleſc.
Tempora.*

Interfuisse me adolescentulum memini, cum à procuratore

ratore frequentissimo concilio inspiceretur nonagenarius
senex an circumsectus esset.

Lib. vi. in Nerone extremo.

Denique cum post viginti annos adolescente me ex-
stitisset conditionis incertæ qui se Neronem esse iactaret,
tam fauorabile nomen eius apud Parthos fuit, ut vehemen-
ter adiutus, & vix redditus sit. *Apparet incidere natalem
Suetonii in principia Vespasiani: non longe certe abesse.*

Suidas.

Σουτῶνι Ⓞ ἰ Τετρακταλῶ χημاتیους γεγεμμάτους

Vita genæ.

Ρωμαῖοι.

Plinius Bebio Hispano. epistolarum lib. 1, 24.

Tranquillus contubernalis meus vult emere agellum,
quæ venditare amicus tuus dicitur. Rogo cures quanti æquū
est, emat. Ita enim delectabit emisse: nam mala emptio sem-
per ingrata est, eo maxime quod exprobrare stultitiã domi-
no videtur. In hoc autem agello (si modo ariserit pretium)
Tranquilli mei stomachum multa sollicitant, vicinitas vr-
bis, opportunitas viæ, mediocritas villæ, modus rurtis, qui
ævoctet magis quam distingat. Scholasticis porro homini-
bus, ut hic est, sufficit abunde tantum soli, ut releuare
caput, reficere oculos, reptare per limitem, vnaque semita
terras omnesque viticulas suas nosse, & numerare arbuscu-
las possint. Hæc tibi exposui, quò magis scires quantum il-
le esset mihi, quantum ego tibi debiturus, si prædiolum
istud quod commendatur his dotibus, tam salubriter eme-
rit, ut pœnitentiæ locum non relinquat. Vale.

*Studia
Tranquilli.*

Aelius Spartianus in Adriani vita.

Septimio Claro præfecto prætorii, & Suetonio Tran-
quillo epistolarum magistro, multisque aliis, quod apud Sa-
binam uxorem, iniussu eius, familiariter se tunc egerant,
quam reuerentia domus aulicæ postulabat, successores
dedit.

C. Pli-

C. Plinius Tranquillo suo S. Epist. lib. viii.

*Tribunatus mil.
Suet.*

Facis pro cætera reuerentia quam mihi præstas, quod tam sollicitè petis vt tribunatum quem à Neratio Marcello clarissimo viro impetravi tibi, in Cæsennium Syluanum propinquum tuum transferam. Mihi autem, sicut iucundissimum, ipsum te tribunum, ita non minus gratum, alium per te videre. neque enim esse congruens arbitror, quem augere honoribus cupias, huic pietatis titulos invidere, qui sunt omnibus honoribus pulchriores. Video etiam, cum sit egregium & meriti beneficia, & dare, vtramque te laudem simul assecuturum, si quod ipse meruisti aliis tribuas. Præterea intelligo mihi quoque gloriæ fore, si ex hoc tuo facto non fuerit ignotum, amicos meos non gerere tantum tribunatus posse, verum etiam dare. quare ego verò honestissimæ voluntati tuæ pareo. neque enim adhuc nomen in numeros relatum est: ideoque liberum est nobis Syluanum in locum tuum subdere: cui cupio tam gratum esse munus tuum quam tibi meum est. Vale.

Plinius lib. x. Epistolarum, ad Traianum. 95.

** Atrævia.
Suet.*

Suetonium Tranquillum, probissimum, honestissimum, eruditissimum virum, & mores eius secutus & studia, iam pridem domine, in contubernium assumpsi: tantoque magis diligere cœpi, quanto hunc propius inspexi. Huic ius trium liberorum, necessarium faciunt duæ causæ. Nam & iudicia amicorum promeretur, & parū felix matrimonium expertus est: impetrandumque à tua bonitate per nos habet, quod illi fortunæ malignitas denegavit. Scio domine, quantum beneficium petam, quod peto à te, cuius in omnibus desideriis meis plenissimam indulgentiam experior. Potes enim colligere quantopere cupiam, quod non rogarem absens, si mediocriter peterem.

Traianus Plinio S.

Quam parce hæc beneficia tribuam, utiq; mihi Secunde charissi-

charissime, hæret tibi, cum etiam in Senatu affirmare so- Imperium
Liberorum.
leam, non excessisse me numerum quem apud amplissimum
ordinem suffecturum mihi professus sum: tuo tamen desi-
derio subscripsi, & ut scias dedisse me ius trium liberorum
Suetonio Tranquillo ea conditione qua assuevi, referri in
commentarios meos iussi.

C. Plin. Tranquillo suo S. Epist. lib. I, 78.

Scribis te perterritum somnio, vereri ne quid aduetti Religio
Suet.
in actione patiaris: rogas ut dilationem petam, & pauculos
dies. certè proximum excusum difficile est, sed experiar.

Καὶ ὅ τ' ὄραπ' ἐκ Διός ἐστιν.

Refert tamen, euentura soleas an contraria somniare. Mi-
hi reputanti somnium meum, istud quod times tu egre-
giam actionem portendere videtur. Susceperam causam
Iulii Pastoris, quum mihi quiescenti visa est socrus mea ad-
uoluta genibus, ne agerem obsecrare. Et eram acturus ado-
lescentulus adhuc: eram in quadruplici iudicio: eram con-
tra potentissimos ciuicis, atque etiam Caesaris amicos: quæ
singula excutere mentem mihi post tam triste somnium po-
terant. Egi tamen ἄουσίμων illud,

Εἰς ἀναρὰς ἀείδω ἀμύμων ἀειπάρετος.

Nam mihi patria, & si quid charius patria, fides videba-
tur. Prosperè cessit: ideo illa actio mihi aures hominum, il-
la ianuam famæ patefecit: proinde dispicie an tu quoque sub
hoc exemplo somnium istud in bonum veritas: aut si tutius
putas, illud cautissimi cuiusque præceptum, Quod dubitas ne
feceris, id ipsum reteribe. Ego aliquam stropham inueniam
agamque, causam tuam, ut ipsam agere cum tu voles, possis.
Est enim sane alia ratio tua, alia mea fuit: nam iudicium cen-
tumvirale differri nullo modo, istud agre quidem, sed ta-
men potest. Vale.

C. Plin. Tranquillo suo S. Epist. lib. IX, 34.

Explica æstum meum. audio me male legere duntaxat Plinius com.

T t

ver.

*librum perit
à Suet.*

versus: orationes enim commodius, sed tanto minus ver-
sus. Cogito ergo, recitaturus familiaribus amicis, experiri
libertum meum. Hoc quoque familiare, quod elegi non
bene, sed melius scio lecturum: si tamen non fuerit pertur-
batus: est enim tam novus lector, quam ego poeta. Ipse ne-
scio quid illo legente interim faciam, sedeam defixus &
mutus, & similis otioso? an (ut quidam) quæ pronuncia-
bit, mutmure, oculis, manu persequar? Sed puto me non
minus male saltare quam legere. Iterum dicam, explica-
æstum meum, vereq; rescribe, num sit melius pessime legere
quam ista vel non facere, vel facere. Vale.

Idem idem libro v. ep. II.

*Suet. c. vnt d-
110 in eden-
dis suis.*

Libera tandem hendecasyllaborum meorum fidem, qui
scripta tua communibus amicis sponponderunt: appellantur
quotidie & flagitantur, ac iam periculum est ne cogantur ad-
exhibendum formulam accipere. Sunt & ipse in edendo
hæsitator, tu mora tamen meam quoq; cunctationem tardi-
tatemq; vicisti. Proinde aut rumpe iam moras, aut caue ne
eosdem illos libellos quos tibi hendecasyllabi nostri blandi-
tibus elicere non possunt, conuitio scæzantes extorqueant.
Perfectum opus absolutumq; est, nec iam splendescit luna,
sed atteritur. Patere me videre titulum tuum, patere audire:
legi, vñire volumina Tranquilli mei. Æquum est nos in
amore tam mutuo eandem percipere ex te voluptatem, qua
tu perfrueris ex nobis. Vale.

Aufonius de x i i. Casaribus per Suetonium
Tranquillum scriptis.

*Casareos proceres, in quorum regna secundis
Consulibus dudum Romana potentia cecidit,
Accipe bisseos. sua quemque monastica signant,
Quorum per plenam seriem Suetonius olim,
Nomina, res gestas, vitamque obitumque peregit.*

Iohan-

*Johannes Saresberiensis Polycraticus seu de nugis
curialium lib. VIII, cap. XVIII.*

Hæc quidem possunt & apud alios historicos inueniri diffusius, qui tyrannorum atrocitates & exitus miseros plenius scribunt. Quæ si quis diligentius recenseri voluerit, legat ea quæ Trogus Pompeius, Iosephus, Egefippus, Q. Curtius, Cornelius Tacitus, T. Liuius, Serenus, & Suetonius Tranquillus, & alii historici, quos enumerare longum est, suis comprehenderunt historiis.

Flavius Vopiscus Syracusanus.

Minusculos tyrannos scio plerosq; tacuisse, aut breuiter præterisse. Nam & Suetonius Tranquillus emendatissimus & candidissimus scriptor, Antonium & Vindicem tacuit: contentus eo, quod eos cursim perstrinxerat.

Mox.

Et de Suetonio non miramur, cui familiare fuit amare breuitatem.

Idem Vopiscus in Probo.

Et mihi quidem id animi fuit, non vt Sallustios, Liuios, Tacitos, Trogos, atque omnes disertissimos imitarer viros in vita principum & temporibus differendis: sed Marium Maximum, Suetonium Tranquillum, Fabium Marcellinum, Gargilium Martialem, Iulium Capitolinum, Ælium Lampridium, cæterosq; qui hæc & talia non tam diserte quam vere memoriæ tradiderunt.

Iulius Capitolinus in Maximo & Balbino.

Sed priusquam de actibus eorum loquar, placet aliqua dicere de moribus atq; genere. Non eo modo quo Iunius Cordus est profecutus omnia, sed illo quo Suetonius Tranquillus & Valerius Marcellus.

Sidonius Apollinaris Epistolarum lib. IX, ep. XIV.

Nam si omittantur quæ de titulis dictatoris inuicti scripta Patavinis sunt voluminibus, quis opera Suetonii, quis Iu-

uenci Martialis historiam; quisue ad extremum Balbi ephemeridem fando adæquauerit?

Tertullianus De anima.

Sed & Neronem Suetonius, & Thrasymedem Theopompus negant vnquam somniasse: nisi vix Neronem in ultimo exitu post pauores suos.

Seruius Aeneid. lib. VII.

Naturaliter enim Augustus igneos oculos habuisse dicitur; adeo vt quidam eques Romanus interrogatus ab eo cur se viso verteret faciem: dixerit, quia fulmen oculorum tuorum ferre non possum, sicut ait Suetonius.

ANGELI POLITIANI PRÆFATIO IN CAIVM SVETONIVM



Inter omne scriptorum genus, quibus vel Græcæ; vel Romanæ literæ floruerunt, si mihi haud dubie de humanis rebus egregie meriti esse videntur, per quos aut excellentium populorum, aut summorum Principum, aut omnino illustrium virorum res gestæ fidelibus historiarum monumentis commendatæ sunt. Posuere enim in medio nobis vitam, mores, factaq; illorum, consilia item, atq; euentus rerû: in quæ omnis posteritas, tanquam in exemplar, inspicere, vnde ea capere, atq; haurire documenta posset, per quæ vel publicis, vel priuatis rationibus consuleretur. Nam & juniores ex historia multiplici quadam exemplorum copia ad vitam redduntur instructiores, & maioribus natu viris multo plus inde peritiæ suppedatur, quam quantum longissima hominis ætas asferre potuerit. Itaq; L. Lucellum scribit Cicero cum esset Roma ad bellum Mithridaticum profectus, rei militaris omni-

ominino rudis, tantam tamen inter nauigandum, qua per-
 cunctandis peritionibus, qua rebus gestis legendis operam po-
 suisse, vt cum in Asiam plane dux factus peruenisset, tantus in
 omni genere belli extiterit, vt maximi illius regis confessione,
 atq; iudicio; omnibus quorumcunq; seculorum Imperatori-
 bus anteferretur. Alexander autē Seuerus Romanus princeps,
 quoties sibi deliberandum de negotio bellico foret, peritos hi-
 storiz homines in primis consulebat, neq; id iniuria. Si enim
 sapientiam, quod (ait Afranius) vsus quidem gentiuit, mater au-
 tem peperit memoria; quinam tandem sapientiores, vel esse,
 vel haberi debent, quam ij, qui non ætatis vnus, atq; vrbis, sed
 omnis xui, omniumq; nationum facta, atq; mores animo &
 memoria comprehenderunt? Zenobia quoq; illa, quæ post
 Odenatum matrum Imperatoria occupauit insignia, diuque
 Romanis principibus insultauit, non solum Græce Latinam
 historiam perdidicerat, verum Alexandrinam etiam, atq; Ori-
 entalem, breuè ipsa metiri compendium redegerat. Quo minus
 mirandum sit, non virtutem modo, & consilium, scientiam
 præterea gerendi Imperij, sed authoritatem quoque ei tantam
 superfuisse, vt se non Arabes vnquam regnante, & foemina, &
 barbara, non Saraceni, non Armenij commouerent, vt suspica-
 ri quidem possimus tale illi quiddam mulieri contigisse, quale
 de hominis rustici vxore fertur in fabulis. Agricola inquit,
 de formi facie metuens ne sibi consimiles liberi gignerentur,
 hoc remedium commentus est: domi imagines egregie for-
 mosas collocatit, in eas aspicere vxorem quam minime con-
 niuentibus oculis assidue iussit. Ita de se quam pulcherrimam
 sobolem propagauit. Eodem hæc videlicet pacto foemina
 insignis, magnam virorum excellentium similitudinem con-
 traxerat, quorum sibi exempla ad imitandū proposuerat, quo-
 rum assidue facta, & mores in historia ipsa quasi in tabella ali-
 qua, aut speculo contemplantur recte enim eam Cicero tem-
 porum restem, lucem veritatis, vitam memoriæ, nuntiam ve-

tristatis appellat historiã. Ea est vna, cuius ope aduersus omnem Fortunæ temeritatem, quasi Vulcaniis armis muniti sumus, atq; armari: ea quoq; nobis præstat, vt quod ad rerum cognitionem attinet, superioribus etiam vixisse ætatibus videamur: neq; non tamẽ & illud historiæ ingens est meritum, quod & bonos viros laudando extollit, & improbos vituperando detestatur, sola deniq; & custos est fidiſſima temporũ: & ipſa à temporibus quaſi mutuo referentibus gratiam euſtoditur. Negant ſane Philoſophi quidam, appetenda gloriam eſſe, eamq; rectius à virtute velut minime neceſſariam negligi autumant. virtus enim, inquit, ipſa ſibi eſt pretium, ipſa eſt per ſeſe nullis extrinſecus illecebris expetenda. Atq; hæc illi cum ſcribunt, ſuum tamen eis libris nomen inſcribunt. Idque vel maxime tum captant, vnde exterrere alios enituntur: nemo eſt enim tam cornea fibra, (vt ait Perſius) quin dulcedine aliqua laudis titilletur: nemo tam penitus frontem vel proſtituit, vel amiſit, quin metu infamiæ aliquo vellicetur. quo circa recte illa apud Prodicum Chium virtus, quemadmodum quidem Xenophon Socraticus meminit, iis ad ſe Herculem illecebris contradicente voluptate conatur attrahere, vt inter prima decus ei, honoremq; polliceatur; Per me, inquit, iuuenes ſeniorum laudibus gaudent. Seniores ipſi iuuenum honoribus lætantur. Iucunde præterita meminerunt, ſuauiſſime in præſentibus agunt. Per me Diis amici, chari amicis, patriæ honorabiles ſunt: vbi autem vita exceſſerunt, non obſcuri, non inglorij iacent, ſed perpetua memoria celebres videntur. Eadem quoq; apud Silium Virtus ait:

Mecum honor, & laudes, & læto gloria vultu,

Et decus & niueis victoria concolor alis,

Me cinctus lauro perducit ad aſtra triumphus.

Neq; enim exiſtimandum eſt, aut hunc ipſum Herculem, cuius egregia orbe terrarum facinora celebrantur, aut heroas cæteros tanta illa fuiſſe pericula ſubituros, tanta adituros certamina, ſi ſuarum memoriam rerum iuxta ſecum intermorituram

putaſ-

putassent. Pulchre itaque Valerius Flaccus de suo agens Iasonem ad hunc modum exclamat:

Tu sola animos, mentemque peruris,

Gloria, te viridem vides, immanemque senecta

Phasidam in ripis flantem, iuvenemque vocantem.

Ego vero etiam conditas à primordio vrbes, etiam posita ciuitatibus iura, etiam multa in vsum hominum inuenta, atq; excogitata sola gloriæ cupiditate crediderim, quam nisi esse ciuitibus necessariam, veteres Rerum publicarum gubernatores existimassent, nunquam tanta eius fomenta, tot coronas, trophæa, palmas, tot arcus illos magnificosq; triumphos posuissent. Itaque videre est nostris his calamitosissimis temporibus etiã cum virtutis fructu virtutē prope ipsam intercidisse. nam quis eam quæso amplectatur, vt Iuuenalis inquit, præmia sitollas? Præmium autem quidnã est honestius veræ virtutis, quam ipsa gloria? quæ vt in reliquis monumentis temporalium aliquod habere diversorium potest, ita in excellentium historicorum libris perpetuum sibi domicilium fabricata est. nam oratorem quidem facile, vt omnia extollentem in maius auerferis: historia, si quid vel gratiæ vel offensæ dederit, suum iam nomen non retinebit. Quam ob rem, vt certior veriorq; in ore muliebri, ingenuus & natiuus color, quam vel cerussa, vel purpurisso illitæ buccæ; ita historiæ syncerū testimonium fucosis oratorum præconiis diuturnius, quod seil. & Cicero ipse intelligens, belle agit cum Luceio, sui vt rumores monumentis illius cōmendentur. Et Plinius Iunior ætate sua inter primos eloquens habitus optat Cornelij Taciti inferi historiis, quod immortales futuras eas auguraretur. Sed neq; orator quisquam vel mediocri sine exemplorum varietate vnquam fuerit, quod sine ipsis (vt ait Cicero) nihil recte docetur, neq; historiæ munus implere alius, nisi eloquentissimus, poterit. Itaq; & Plinius idem dies, noctesq. cogitare se scribit, qua se quoq; possit tollere humo, id autem solam prope historiam polliceri, beatosq; putat, quibus

bus deorum munere datum est, aut facere scribenda, aut scribere legenda, beatissimos, quibus utrumq; atq; utinam Ciceroni quoque ipsi parere aliquando historiam licuisset, quam tunc præcipue egregium illud ingenium parturiebat, cum scelere inimicorū caruit rebus humanis, talem iam illam, quantum auguror, haberemus, qualem adhuc ne suspicari quidem possumus. Nam si in orationibus illis suis, ubi omnia ad præscriptum dicerentur, ita sunt quædam, breues insertæ narrationes per omnēs ductæ sensus, atq; affectus, ut non dici res illæ, sed plane geri, atq; esse oculis subiectæ videantur, quanto uberiora tandem, amplioraque omnia in liberrimo illo historię campo, quasi in Olympiaco curriculo apparuissent, cum forensi asperitate carens oratio fuso atq; æquabili suo quodam tractu deferretur, cum crebrioribus uti & sensibus, & aculeis, liberioribusq; verbis, figuris remotioribus, & ad poëticam sublimitatem quam proxime accedentibus liceret: cumq; omne argumentum magis ad memoriam posteritatis, famamq; ingenii, quam ad præsens iudicium, ad exhibendam rem gestam, quam ad fidem faciendam componeretur. Et quoniam dicendo prouecti sumus, ut de stylo etiam ipso historico meminimus, non alienum fortasse videri poterat, reliqua etiam, quæ essent in hoc opere obseruanda, quæque item fugienda præcipere, quo utendum principio, qui tenor rebus, qui modus accommodandus, quæ subtrahenda, quibus immorandum, quæ carptim tantummodo perstringenda, quo pacto fieri fides, quoque modo vacare omni suspitione author possit, quæ sint omnino in temporum ordine, locorum descriptione, causis, consiliis, euentibus, rebus ipsis gestis explicandis, obseruanda, quid spectare in primis authorem, à quibus auocare animum, quantum utilitati seruire, quantum indulgere voluptati oporteat. Verum hæc aliaq; impræsentiarum breuitatis studio, spatioq;, (ut Vergilius ait) exclusus iniquis prætereo, atque aliis post commemoranda relinquo. Nam nec poëticam quidem, si

cum

ad gloriam spectes, vlla ex parte cum historia contuleris, quippe cui aut omnino fides abrogetur, aut tum denique habeatur, cum sese maxime ad historię imitationem conformet, & is haberi summus poëtarum debet, qui quam facillime quorum velit auditoribus faciat fidem. Quapropter, & Musæ quoque ipse apud Hesiodum in libro eo, qui de deorum generatione inscribitur, ad hunc fere modum de se prædicant. Nam versiculos ipsos, etsi fortasse incondite, ad vnguem tamen Latine exprimere conabor. *Scimus falsa quidam, narrare simillima veris. Scimus item, quoties libitum est, & vera profari.* Sed & legumlatores, quanquam ciuitatibus iura instituant, nisi historiam plane tenuerint, mendose suum officium faciant, necesse est. Ut enim pictor quidam interrogatus quonam potissimum magistro profecisset, populum digito demonstrans, illo, inquit: sic is, qui leges ferat, in ipsos hominum cœtus diligentissime inspicere, tanquam in exemplar debet, vt ex singulorum moribus, quæ ad communem omnium vtilitatem pertineant, eliciat. Eaque in vnum contracta, & emendata, tum denique in medium proferat. Ac neque ipsas, inquam, leges vtiliores esse hominum generi, quam monumenta historiarum temere concesserim. Nam cum sit finis idem legumlatore posita, & historico, cumque eundem quasi in scopulum vterque aspiciat, videlicet vt quam optimis moribus inter se homines agant, tanto tamen esse rerum gestarum conditoris præstabilius officium videtur, quam legiferi, quanto doceri hominem, quam puniri, atq; torqueri præstat. Adhæc philosophia quoque ipsa, neq; de moribus agere, neq; de domesticarum publicarumq; administratione rerum sine exemplorum multiplici copia, varietateque satis possit. Id si cuiquam incredibilius videatur, maximorum, clarissimorumque de ea re philosophorum libros, atque in primis Aristotelis in manus sumat. In quibus

Sus nullum fere, aut præceptum, aut documentum inueniet, quod non ex ipsa historia, tanquam è capite, venaque perenni, & fonte aliquo vbertimo emanauerit: rerum vero naturam quo pacto tractabit is, qui ipsam Naturæ historiam non calleat? Negent fortasse id argutuli quidam nostræ ætatis philosophi, vt qui nec Plinij singulare opus de eo negotio comprobent. Idcirco videlicet, quia est elegantissime scriptum, nec Aristotelis historiam De animalibus euoluant, quia Latine iam & ipsa, Theodoro Gaza interprete, coepit loqui: ij mihi similes esse videntur feruis, qui minorum hæreditate facti repente diuites, neq. quo pacto induenda sit herilis vestis, neque omnino ipsius tenere ordinem norunt, sed sæpe apro aut lepore turdoque forte, aut ficcudula in mensa positis, ipsi tamen ius aliquod factuum, aut pulmentum, & sordidissima quæque cibaria magna ingluuie deuorant. Atque vt prægnantes mulierculæ, cum circa tertium fere à conceptu mensem morbo eo laborant, quem Græci medicinæ authores *νιψαρ*, id Latine pioa est, appellauerunt, vtiles quidem, consuetosque cibos aspernantur, c. etiam vero, & extinctos carbones, aut rudera aliqua auidius comedunt, quod multa videlicet in stomacho excrementa male concocta habeant. Ita ij nostri bene quidem palliati philosophi, cum sint & ipsi corruptissima illa sua disciplina imbuti, eleganteis quidem, beneque sentienteis scriptores, vt pote sui dissimillimos, iure fastidiunt: inquinatissimum autem quenque authorum maxime quasi blandum siliolum amplectiuntur. Eibuit mihi aliquando excutere scrupulosius commentaria in Aristotelem nonnulla, quæ isti inter prima adamant, ipsis etiam Getis barbariora: Deus bone, quæ monstra in illis, quæ portenta deprehendi, quam aut omnino nihil sentiant aut contra eum ipsum, quem interpretabantur ridicule sentiunt! Contuli & Græcum Aristotelem cum Teutonico, hoc est,

clo-

eloquentissimum cum infantissimo, & elingui. Hei mihi qualis erat, quantum mutatus ab illo! Vidi eum, vidi, & vidisse poenituit non conuersum è Græco, sed plane peruersum, sic, vt ne minimum quidem alterius vestigium in altero appareret, nihilo tamen secius, quæ est hominibus duritia oris arrogare sibi venerandum philosophi nomen, haud erubescunt. Sed quorsum ego hæc? cum sint, vel isti inprimis, quibus insanix in Gymnasiis sint posita præmia, vt tanta mercede Latini homines nihil sapere discant etiam à barbaris, cum iaceant, pro dedecus, & neglectui habeantur bonæ, hoc est, Romanæ literæ, & quæ exerere caput, atque attollere paululum oculos superiore seculo cœpissent, neminem iam reliquum, aut sane quam paucos habeant, qui subleuare eas, qui erigere prostratas conentur. Quæ quidem laus propria esse vestræ hujus Reipublicæ debuit Florentini, vt qua in ciuitate nuper eæ sunt renatæ literæ, in eadem etiam alerentur, adolescerentque, pristinumque vigorem aliquando, atque antiquam virtutem recuperarent. Sed redeo vnde digressus sum, ne ipsa quidem philosophia, inquam, sine historix adminiculo suum cursum tenebit vquam, non magis, quam sine velis nautæ, atque remigio, vtque valentius, efficaciusque docendi genus per exempla, quam per præcepta esse nemo non fateatur, ita prolixius humanum genus historia, quam philosophia demeretur. Ac philosophiam quidem multi ceu prorsus inutilem, & neque imperantibus, neque Reipublicam administrantibus accommodaram reprehenderunt, multi etiam grauius insectati verbis inceserunt, nonnulli autem, inter quos Cicero, propugnarunt: historiam nemo agit ream, nemo offendit, nullius quippe patrocinium, quæ sit innocentissima desiderat, nullis peti maledictis potuit, quæ præclarissime de vniuerso hominum genere sit merita. Age vero quid dicam de artibus cæteris? quarum partim ad felicitatem

tem nihil pertinet, partim (vt inquit ille) plus aloes quam mellis habet, neque tantos vsus hominibus, quanta affert detrimenta, quædam etiam docent, non tam quo pacto erigere verum possis, atque fundare, quam quomodo prostrere ac demoliri. Historia & felicitatem participat nobis, & citra vllum nocumentum prodest homini, & veritatem ipsam velis, equisque (quod ajunt) inter prima, profequitur. quapropter, vt in pauca conferam, vere hoc mihi videor esse dicturus, nullius aut facultatis, aut disciplinæ tantam vtilitatem, quantam historiæ existere. Nam cum perpetua stigmata inurat improbis, cum sempiterna gloria afficiat bonos, illos à malis artibus metu dedecoris absterreat, hos ad præclara facinora spe laudis adhortetur, magna merito ex parte præstantissima quæque excellentium virorum opera, dicta, factaque ipsi accepta referentur historiæ. Sed quoniam de ea vniuersa satis (ni fallor) pro tempore locuti sumus, pauca etiam de illustrium vitarum scriptoribus persequamur. qui mihi quidem tanto eos antecellere videntur, qui multifariam illam hominum, locorum, temporumque diuersorum, quasi syluam in medium exponunt, quanto & diligentius singula quæque exprimere, & facilius imitari, atque effingere quam vniuersa quis possit. Itaque nunquam ego, aut Plutarchum minus hominibus, quam Herodotum, aut Suetonium, quam Sallustium fatear contulisse. Vt enim Sertorianus robustissimus mites totam semel equi caudam manu comprehensam auellere non potuit, quam deinde tamen lixa imbecillus feras scilicet ipsas singulatim carpens, paulo negotio depilauit: ita imitari congesta in vnum varia exempla difficile sit omnibus, separata autem atque digesta facile cuiuis liceat. Authoris præterea mens cogitata illa sua rectius quasi sagittas collineabit, si sensum totum, atque animum vnum ad arguementum, atque personam, vnamque quasi ad metam direxerit, quam

si co-

si eodem tempore diuersas in partes circumegerit. Neque autem maior continentibus illis scriptis voluptas inest, cum nihil æque historiæ lectorem afficiat, quam varietas ipsa rerum, in qua ancipites insunt hominum casus, inexpectati- que euentus: itaque etiam quoquo modo scripta (vt Plinius inquit) delectat, quod sunt natura homines curiosi. & qui nuda etiam rerum cognitione capiuntur ea, quæ haud minus hoc scribendi genere, quam perpennis historiis exprimuntur. Cætera vero ad ingenij modo ostentationem pertinentia, neque si adsint, asperner, neque si absint, magnopere desiderem. Vt enim Nicostrato illi ab Hercule oriundo maximo quidem athletæ, sed turpissima facie homini, nemo idcirco Milesium illi Alcaum luctatorem & ipsum in stadio præposuerit, quod esset adulescens formosissimus (neque enim de forma illic agitur, sed de virtute) ita nec historia, si quæ ei extrinsecus ornamenta, velut equo phaleræ adiungantur, nudæ huic, atque sobriæ, suasque tantum partes exequenti anteferretur. Vt neque citharœdum sanus quisquam optimum esse eum affirmauerit, qui quam pulcherrimam purpuram sit indutus, sed cui & in fidibus, & in cantu numerorum, & modulationis ratio constiterit. Ad illa mihi pro se quisque aduertat animum, quantum domestica in iis, interioraque exempla, magis, quam in superioribus repræsententur, quæ mihi haud dubio multo esse conducibiliora, vtilioraque videntur, quam eorum, quæ in foro, quæ in bello, quæ in luce, atque in oculis denique hominum gerantur. Altera enim persæpe & simulata, & temporaria, altera propria semper, & perpetua esse solent. Nemo enim, quod in prouerbio est, diutius personam ferre potest. Atque hæc singula ita Suetonius hic noster persecutus in sua historia est, vt præter explicandi scientiam, qua mirifice est vsus, etiam diligentiam nobis, fidemque, & libertatem suam plane probauerit. Nulla in his li-

bris suspicio est gratiæ, nulla simultatis, nihil studio dictum, nihil suppressam metu, rebus ipsis data omnia, veritati inprimis seruitum est, vt plane appareat ad perpetuam magis possessionem (vt Thucydides ait) quam ad intuitum hoc opus, pugnamque præsentem comparatum esse. Nam qui aut foedis assentationibus, aut malignis obtreçtatiunculis, supra quam res ipsa postulet, quasi seruire historiam cogunt, ij mihi haud minus eam dehonestare videntur, atque ij, qui Herculem ipsum depingant, Lydiæ Omphalæ in muliebri & crocina tunicula famulantem, sedentempne cum lana, & colu inter ancillulas, cum interim domina leonis induta spoliū, clauam illius manu sustineat, ac supplicantis herois caput sandalio commitiget. quam ob rem laudandus inprimis Macedo Alexander, qui Aristobulo historiam de suis rebus gestis inter nauigandum recitanti, vbi homo adulator multa supra veritatem affinixerat, creptum manibus librum in Hydaspem fluuium demersit, Et tu, inquires, Aristobule, eodem fueras pacto præcipitandus, qui isto modo solus pro me depugnas, quique vel iaculo ipso interficias elephantos. Etiare id quidem: res enim ab aliis accipere scriptorem decet, ipsum domo prudentiam, eloquentiamque afferre. Nam vt Phidias, Praxiteles, Alcámenes, alique insignes statuarij non ipsi aurum, argentum, ebur, reliquam materiam conficiebant, sed ab Eleis puta, Argiuis, Atheniensibus acceptam perpolibant, defecabant, componebant, coagmentabant, formabant, auroque inspergebant, itaque se præclare artificio suo satisfecisse existimabant: sic cum profecto, qui sit res gestas posteritati commendaturus, redigere quasi in quadram, quæ facta sint, atque in ordinem oportet, eaque quam maxime aperte, euidenterque disponere, sic vt, qui audiat, non tam excipere sibi auribus, quam vsurpare oculis videatur. Atque hanc inprimis captare historicus laudem debet, vt libertate vsus

maxi-

maxima inscribendo, ut neque offentioni quasi obnoxius,
 neque obrectationi quasi offensus, sed fidei seruisse atque
 incorruptæ veritati existimeretur, ne quid in eo seruale, neque
 quid malignius deprehendatur, sic ut nec vllis conditioni-
 bus sollicitatus, neque mercedula cuiquam auctoratus, sed
 sui homo iuris, rectus, atque intrepidus neutram in par-
 tem præponderet. Neque enim debet huius operis con-
 ditor, inanis illos præsentium rumusculos, statim quasi
 manu pretium aucupari, sed solidum posteritatis expectare
 iudicium. Id quod fecisse Cnidium quendam architectum
 dicunt, qui fabricatus regi maximam illam, pulcherrimam-
 que in Pharo Ægypti turrem, unde videlicet nautis nocturna
 lumina ostenderentur, suum quidem nomen in muri ipsius
 lapide elam incidit, calcem deinde superinducens nomen
 inscripsit Regis. fore id, quod accidit, auguratus, ut haud
 multo post literæ illæ cum lorica sua defluerent, atque in-
 sculptum saxo appareret, Softratus Dexiphanis Cnidius
 diis salutaribus ob nauigantes. Non igitur seculi tantum
 sui leuissimum captabat applausum, sed sibi in longum tem-
 pus, dum turris illa staret, prospiciebat, quod idem est in
 historia aspiciendum. Præstare autem Historico perennem
 laudem veritas in primis poterit. Sunt enim posteri rerum
 scriptarum acerrimi iudices, & qui à falsis æque discernant
 vera, atque aurum purum facile peritus argentarius ab ad-
 ulterino dinoscat. Quocirca tantum abest, ut hic noster quic-
 quam vel metu, vel studio adductus, rebus ipsis detraxerit,
 ut Neruz etiam, Traiani, Adrianique suæ ætatis Imperato-
 rum vitas tacere præoptauerit, quam aut periculose de vi-
 uentibus male sentire, aut extollendo potentiores, parum
 videri liber. Sed neque aut obscœnitatis apud hunc quis-
 quam, aut crudelitatis exempla reformidet. Siquidem &
 Lacedæmonij (ut est apud Plutarchum) soliti etiam sunt
 per festos dies bene potos seruos, atque ex eo parum sui
 com-

compositos; quos illi *Εἰλωτῆς* vocabant, ostendere inter con-
 iuiua, atque illo pacto docere adulescentis, quantum in
 se mali ebrietas contineret. Et Thebanus Gismenias bonos
 iuxta malosque tibicines discipulis ostendens, Hoc modo,
 aiebat, canere oportet, illo non oportet. Videlicet colla-
 tæ vitii virtutes, magis aliquanto, quam si seorsum inspe-
 ris, dilucescunt. Fuere autem ex Romanis omnibus Impe-
 ratoribus nimis quam pauci probabiles, vt non ridicule à
 scurra quodam mimico dictum sit, in vno anulo bonos
 omnes principes perscribi posse, atque depingi. Cuius
 quidem rei multæ in promptu causæ sunt, licentia in primis,
 qua, (vt Comicus inquit) deteriores sumus: rerum deinde
 affluentia, quæ parens contumeliæ esse solet. Itaque feris
 tauris fasciculos è foeno antiqui pastores alligabant corni-
 bus, insinuantes (vt mihi quidem videtur) nulla adeo ab
 re alia nimiam illam ferociam, quam ab saturitate proue-
 nire. Vnde in prouerbum quoque adducta res est, vt cum
 cauendum à quoquam significare velimus, illum dicamus
 foenum in cornu gerere. Post hæc amici, aulici, satellites,
 improbi, factiosi, detestabiles, in quoduis facinus conspi-
 rantes, vt vere ab Homulo quodam dictum Traiano Impe-
 ratori fuit, meliorem esse Rempublicam, & prope tutio-
 rem, in qua princeps malus esset, quam eam, in qua sint ami-
 ci principis mali: vnus quippe à multis facile corrigitur,
 multi ab vno superari nulla ratione possunt. Ad hæc igno-
 ratio rerum omnium. Plerique enim aut rapuerunt prius,
 quam mererentur Imperium, rem inuidiosissimam, aut ad
 ipsum tempestate quadam, quasi ad scopulum impegerrunt,
 aut impositum sibi illud onus prius, quam vires consuluis-
 sent, subierunt. Quapropter vt homines equitandi pa-
 rum periti, facile ab equo sternace excutiuntur, ita ij sunt à
 principali solio nullo fere negotio deturbari: vt à priuato
 adhuc Diocletiano vere videatur dictum, Nihil esse diffici-
 lius,

tius, quam bene imperare. Sed de his haftenus. Nam quae
 de Suetonio ipso comperta habemus, haud multa illa qui-
 dem, sed multo conquisita labore paucis perstringamus. C.
 Suetonio Tranquillo pater fuit Suetonius Lenis, angusti-
 clavius, & qui bello Othonis, ad Bebricum interfuerit ter-
 tiaë decimæ legionis tribunus. Ipse Tranquillus Adriani
 principis epistolarum magister aliquandiu fuit, cui tamen
 successor à principe deinde est datus, quod se apud vx-
 orem Sabinam iniussu eius familiariter egerat, quam reue-
 rentia domus aulicæ postulare. Hunc nonnulli inter gram-
 maticos recensent, ac declamatorem fuisse perhibent: egis-
 se eundem etiam causas, de epistola quadam Plinij colligi-
 mus. Cuius tamen in recentioribus libris mendosa est
 inscriptio, Non Suetonio Tranquillo, sed Septitio Claro,
 qui præfectus prætorij apud Adrianum fuit. Nostræ lectio-
 ni vetustissimorum codicum fides adstipulabitur. Fami-
 liare ei Suetonio fuit amare breuitatem. Idem à Flavio Vo-
 pisco emendatissimus scriptor appellatur. Libertas illa,
 qua malorum principum vitia persecutus est, etiam euidam
 post eum magno stetit: nam scelestissimus Impera-
 tor Commodus, eum qui Tranquilli librum vitam Caligulæ
 continentem legerat, feris obici iussit, quod eundem
 diem natalis ipse habuerat, quem & Caligula. Historia
 duodecim Cæsarum à Iulio in Domitianum vsque descen-
 dens, VIII in volumina tantum distribuenda est. Scripsit
 item permulta alia, vt de Græcorum lusibus librum vnum,
 de Romanorum certaminibus, & spectaculis duos, de an-
 no Romano vnum, de signis, quæ in libris reperirentur
 vnum, ad hæc de Republica Ciceronis contra Didymum
 grammaticum, de vestium genere, atque nominibus, de
 ominosis verbis, & vnde quæque fuerint appellata, de Ro-
 ma ipsa, eiusque institutis, & moribus libros annales, pri-
 mum etiam stemma, seriemque illustrium Romanorum.

de quo scilicet volumine & diuus Hieronymus meminerit; de officiorum institutione, de prætoribus, cuius è quarto, octauoque libro, nonnulla verba; & Priscianus adducit. Et scriptor alius de poëtis, idemque de triumphis agens Tranquillum utrobique allegat authorem. Scripsit etiam de vitis corporalibus, ut meminit Seruius in Bucolicis. Extat præterea, sed mutilum, atque dimidiatum, quod ei quoque adferbitur, opusculum de claris grammaticis & rhetoribus. Atque hæc fere sunt, quæ de authore hoc ex diuersis vel Græcis, vel Latinis scriptoribus primi nos (quod arroganter tamen dictum videri nolim) sed certe primi nos (absit inuidia) collegimus, primi quantum video in medium extulimus. Nam de his omnibus apud Domitium quoque ipsum Aristarchum alterum, vristi volunt esse, mirum silentium est, qui tamen sinisteriora quædam de Suetonij moribus confectatur, Marij, nescio cuius, testimonium citans. Nos enim adulescentes ipsum et sæpe audiuimus Domitium, cum diceret habere se peculiarem Marij Rustici librum, quem cæteris incognitum secum de Gallia attulisset, qui tamen codex, ne extincto quidem illo, nunquam comparuit. Atque ego quidem studio incogniti mihi scriptoris incensus, etiam ad ipsius Domitij parentis Benaci tacus accolæ accessi, omnemque ejus librorum stipellæ ilem scrutatus, Marium certe hunc Rusticum inueni nusquam. Itaque neque obfirmabo temere, quæ ille scribat, neque ut commentitia refellam, quia neutram mihi in partem satis constat. Vos qui rem, qui hominem nostis de eo pro arbitrio iudicaueritis. Scripsere, præter quos ipse adducit Suetonius, Augustorum temporum historiam, qui quidem exent, Græcè Dion, atq; Herodianus, cuius in Alexandro & Maximo improbatum fides, pauca Plutarchus, nonnulla Procopius. Latini Cornelius Tacitus Suetonij æqualis, cuius ne libri lectorum incuria deperirent, iussit Imperator

Taci-

Tacitus in omnibus bibliothecis collocari, denosque annis
 singulis publicitus describi: præter hunc Ælius Spartianus,
 Julius Capitolinus, Lampridius, Trebellius, Vopiscus, Mar-
 cellinus, ac si cui etiam addendi videntur Orosius, Eutropius,
 Paulus: reliqui æuo interciderunt. Græci quidem Dexippus,
 quo etiam duce victi ab Atheniensibus sunt Gotthi, item
 Callicrates, Linus Græcorum longe doctissimus scriptor, alij
 etiam nonnulli, quos iussu Constantini principis Tacius
 Cyrillus è Græco in Latinum conuertit. Latini Plinius, Iu-
 nius, Cordus, loquacior paulo, & minutissima quæq; scrup-
 ulosius confectatus. Philippus item patris Alexandri liber-
 tus, qui & Alexandri quoq; ipsius itinera cōscripsit Acholius.
 Præter hos Marius Maximus, Ælius Sabinus, Fabius Marcel-
 linus, Theoclius Asclepiodorus, Astyanax, Cornelius Capito-
 linus, Gargilius Martialis, Suetonius Optatianus, qui Taciti
 Imperatoris vitam scripsit, ipse quoq; Imperator Seuerus vi-
 tas bonorum principum versibus comprehendit. Et is, qui
 nulla fide historiam contexit Gallus Antipater. Hæc hæc-
 tus: reliqua, si videbitur, altera cōmentatione transigemus.

E X

GERARDI IOANNIS VOSSH

Lib. 11 cap. 31.

DE HISTORICIS LATINIS



SVETONIUS TRANQVILLVS vixit
 temporibus Traiani & Hadriani, sub
 quo & epistolarum magister fuit; ut
 ex Spartiano scimus in Hadriani vita. Patrẽm
 habuit Suetonium Lenem, angusticlauium.

X x 2

vt

vt ipse in Othone scribit: non Suetonium
 Paullinum, virum consularem: quam opinio-
 nem cap. xxvi refellebamus. Quam ami-
 co sit vsus Plinio Nouocomense, ex multis
 huius epistolis satis liquet. Eo minus verifi-
 mile, vitam Plinij Veronensis, quæ Suetoni-
 nij nomen præfert, esse genuinam. Nimis
 illa ieiune, & perfunctorie exarata, quam vt
 de amici tanti auunculo eam scripserit Suet-
 onius. Ac ne dictio quidem Suetonij est;
 sed omnino alicuius multo iunioris. Ex ge-
 nuinis Libitinam euitare atque effugere po-
 tuerunt vitæ xii Cæsarum, quas libris vii
 perscripsit, ac pari libertate, ac ipsi vixerunt:
 vt recte censet B. Hieronymus. Etiam per-
 uenere ad nostra tempora illustres eius
 Grammatici, & aliquot Rhetores. Nam me-
 lior pars eius operis deperdita est. Vti & pe-
 ne omnis liber de poëtis. Nam nihil eius ha-
 bemus præter vitam Terentij, quæ non Do-
 nati, sed Tranquilli est, vsque ad illa verba,
Hæc Suetonius Tranquillus. Item vitam Ho-
 ratij, quam ei etiam tribuit Porphyrio inter-
 pres.

pres. Ad hæc fortasse, tum vitam Luœani;
 tum illam Persij, quæ veteribus glossis præ-
 figitur. Multa quoque alia reliquit, vt li-
 brum *περὶ Ρώμης, καὶ τῶν ἐν αὐτῇ νομίμων καὶ ἠθῶν*: cuius
 meminit Suidas. Ad hæc libros ludicræ hi-
 storiz: quorum primum Gellius citat lib. ix,
 cap. vii. Puto, eius operis partem fuisse
παλαιὰς ἐπιλόγων, quas Tzetzes laudat Chil. vi. Hi-
 stor. Lxxxv. Item alia edidit, quorum Ser-
 uius, Priscianus, Suidas, & Etymologus Græ-
 cus, meminere. Auctor est, Vopisci iudi-
 cio, *emendatissimus, & candidissimus, & cui
 familiare sit, amare breuitatem.* Ludouico
 Vivi lib. v. de tradendis disciplinis dicitur es-
 se *Græcorum & Latinorum scriptorum dili-
 gentissimus atque incorruptissimus.* Vere qui-
 dem, si de Vitarum scriptoribus loquamur.
 Nam qui iccirco eum Liuius, Sallustius, Ta-
 cito, præponere velit, insignita meo iudi-
 cio, iniuria adficiat tantos scriptores. Vi-
 tam Suetonij hujus scripsit Sicon Polento-
 nus. Sed ea vix assis est: etsi doctissimus Pi-
 ghius non veritus sit illam, emblematis in-

star, annalibus suis inserere. Pene enim quicquid dicit, pertinet ad Suetonium Paullinum; quem, cum Mureto, falso credit esse Suetonij huius patrem. Atque ut, quæ Tacitus de Suetonio refert, perperam accommodat historici huius parenti: ita & falso putavit, eum signari à Plinio in historia naturali, vbi ex Paullino quædam refert de Africa, de Canariis insulis. Similis error, cum libros de institutione officiorum, de illustribus scriptoribus, deque historia ludicra, non à Tranquillo hoc, sed à patre eius, scripta fuisse, arbitratur. Qui error ab eodem fonte, vnde priores, dimanat.

Dubitant viri eruditi, an non Tranquilli nomen, debeat reponi apud Lactantium, lib. 1 cap. x. vbi legas: *Æsculapius & ipse, non sine flagitio Apollinis natus, quid fecit aliud diuinis honoribus dignum, nisi quod sanauit Hippolytum? mortem sane habuit clariorem, quod a Deo meruit fulminari. Hunc Tarquinius, de illustribus viris disserens, ait, incertis parentibus natum, expositum, & à venatoribus*

*bus inventum, canino lacte nutritum, Chi-
 roni traditum, didicisse medicinam: fuisse
 autem Messenium, sed Epidauri moratum.*
 Hic Xystus Betuleius, in editione sua, pro
Tarquitius reposuit *Tranquillus*; quod eum
 de illustribus viris scripsisse constaret. Sed egit
 ille de Romanis: quos inter nullus est Æscu-
 lapiolocus. Adhæc eum *Tarquitium* rectum
 videatur, facit, quod non tantum ita sit in
 codd. MSSis, item editione Aldina; eaque
 quam Michael Thomasius recensuit: sed il-
 lud quoque, quod hic sermo sit de Æscula-
 pio fulmine percusso: & *Tranquillus* de ful-
 guritis, & omniaugurum, atque aruspicum,
 disciplina egerit in libris suis de rebus divi-
 nis. Ammianus Marcellinus lib. xxv: *Con-
 festimitaque ante lucis primitias Hetrusci aru-
 spices arcessiti consulti quid astri species porten-
 deret, nona vitandum esse, cautissime responde-
 runt, nequid tunc tentaretur: ex Tarquitia-
 nis libris, in titulo DE REBUS DIVINIS,
 id relatum esse demonstrantes, quod, face in cæ-
 lo visa, committi prælium vel simile quidquam,*
 non

non oporteat. Atque hinc etiam liquet, cur
 Tranquitiū, inter eos, è quibus profecit,
 reponat Plinius in indice libri secūdi, pro-
 ximeque subiungat eum Cæcinæ, quem de
 Hetrusca disciplina scripsisse dicit. Vide &
 quæ de Tarquitiō hoc notauit Petrus Pi-
 thœus Subseciuorum lib. 1, cap. xx. vbi do-
 get, pro Tarquinio Prisco *ἐπὶ τὸς Tarquitium*
 legi debere apud Macrobiū lib. 11 Saturn.
 cap. xvi. Quod Tarquitiij nomen remansit
 lib. 111. Saturn. cap. vii. etsi ibi vir eruditus,
 in Notis suis, ex veteri libro *Tarquinius*
 malit. Sed mihi *Tarquitius* magis
 placet propter ea, quæ
 diximus.

IND.

I N D E X
IN SVETONII TRANQVILLI
CÆSARES,

*in quo singularum vitaliteriorum vitarum capita, quæ
vocant, numeris signantur.*

I, significat Iulii vitam: A, Augusti: Tib. Tiberii: C, Cæii Caligula:
Cl, Claudii: N, Neroni: G, Galba: O, Orboni: V, Vitellii:
Fl, Flauii Vespasiani: T, Titi: D, Domitiani.

A.



Manu seruus *l. 74.* à manu
liberra *Fl. 3.* Thallus
à manu *A. 67.* à libellis
N. 49. D. 14. à rationi-
bus Pallas *Cl. 28.*
à studiis Polybius liber-
tus *Cl. 28.* à voluptariis nouum offi-
cium instituit *Tib. 43*
à cœna *A. 78*
à graui valitudine vix tum firmus *A. 8*
à matre gradu arctissimo contingebat
cum *A. 4*
militem neque à moribus, neq; à for-
tuna, sed à viribus probabat *A. 65*
à se. per pauca à se verba addidit, *recita-
so decreto sc. l. 84.* singula millia num-
mum à se diuidebat. *A. 40*
ab epistolis, Narcissus *Cl. 28*
ab eo tẽpore *A. 8.* ab itinere statim *l. 50*
non ab re fuerit, cognoscere *D. 11*
abacus. in abaco ludit, quadrigis eburn.
N. 22
abdicit Agrippam *A. 65.* adoptatum
antea.
abdicit domo *l. 20.* agris mediterrancis
Tib. 12
abdere vxorem & liberos meritorio coe-
maculo *N. 7*

abduxit matrimonio Neronis Liuiam *A. 62.*
abduxit in matrimonium vxorem
Lamiz *D. 11.* abduxit alteri collocatam
C. 24. abducta marito Poppæa *O. 3*
abesse Italia quibus & quamdiu lic. *l. 47.*
qui reip. caussa aberant, rei non fiebant
l. 23
abesse à cupiditate augendi gloriam
A. 21
absuit tantum à remittendo laxando-
que studio, vt *N. 25*
absuit minimum, quin periret *A. 17.*
paullum absuit, quin iusto matrim. sibi
coniungeret *N. 28.* ita sæpe.
absentes deferre reos cædis *A. 10.* ab-
sentes à petitione honorum submouen-
tus *l. 28.* eorum ratio non habetur in
comitiis. *ibid.*
absentibus, secundum præsentis facil-
lime dabat. *Cl. 15. in iud.*
absentiam alicuius propugnare *l. 23*
abhorre. nec abhorret à vero *Tib. 62*
abigere sine responso *Fl. 8.*
abegisse doluit *Tib. 7. de diuortio.*
abigere conceptum à Domitiano coa-
ctâ *D. 22*
abire honore *A. 26.* potestate *l. 20.* ma-
gistratw.

Yy

abire

- abite latr, abite locupletes *C. 46*
 abdicere amorem alicuius *Cl. 35*
ἀλλοτρία Cl. 39.
 ablocare domum *P. 7*
 abnuere. ne Catone quidem abnuente
L. 19. non abnuuit adoptionem expu-
 gnatus precibus *Tib. 21*
 abolitionem factj decernunt, occiso Cæsa-
re Tib. 4
 abolla purpurea *regj Prof. C. 35*
 abominantibus, qui aderant, *Cl. 35*
 abrogare plebiscito *L. 28. & nos.*
 abruptit tandem societatem *A. 17*
 abscedere. non abscessit triolinio, nisi.
Cl. 33
 absum non absumis facie Tiberio. *Q. 1*
 absolutiones reis venditæ *Fl. 16*
 absortio rosaria *N. 27. & nos.*
 abstinere curia *L. 14.* societate alicuius *L. 3*
 nec vlla belli occasione abstinit *L. 14*
 abstinentia in imperiis & magistratibus
L. 54
 abstrusus sella gestatoria *P. 16*
 absumere non alio absumturos datam
 summam ius. *A. 98*
 absumit illud omne in rempublicam
A. 108
 absumta prope classe *L. 23*
 absumto uriduo per alterationes *L. 23*
 abunde glorioz potentiaque adeptus *L. 86*
 abundare auro *L. 54.* abundante patrimo-
 nio *A. 2*
 abundantia laborare *Cl. 44*
 abundantissima cœna *N. 42* abundantis-
 simum epulum *C. 17.* eum abundantis-
 sime, senis ferculis præb. cœn. *A. 74.*
 aburi dominatione *L. 76*
 abutentes nomine insulæ, distabant
Tib. 43. akusiome facta sc.
 abusus audentis mendacio *C. 8*
 abutendum se his permisit ac tradidit
G. 14
 accedere. ciuitates, quæ cunctantius sibi
 accesserunt, punit *G. 12*
 accessus ad insulam *L. 58*
 accensus ante consulem in *L. 29*
 accessus veneni crimige *Tib. 33.*
- acclamatum est postridie *A. 70. sc. à pop.*
 acclamatum est per noctes *Tib. 52*
 acclamari libenter audit, Domino &
domina D. 13
 acclamantium turba *Cl. 27*
 acclamationes faustæ *U. 6.* acclamatio-
 nes populi immodicæ & nouæ *L. 79*
 acclamationum genere contumeliosis-
 simo atque acerbissimo læcerat Senatus
 defunctum *D. 23*
 accideret alicui ad genua *L. 20*
 si quid his accidisset *A. 101. de morte. si*
 quid accideret, ultionem mandat Ges-
 manicus *C. 3.* si quid sibi per tempesta-
 tes accideret *C. 23*
 accommodare. ut se ducem accommoda-
 ret humano generi *rogatur G. 9.* præto-
 sianis larg. quod Seiano se non accom-
 modasset *Tib. 48*
 neque post vlli maiori negotio animum
 accommodauit *A. 98*
 accubans Farpeio monti theatrum *L. 44*
 accuratissime sepeliri imperauit *D. 15*
 accusauit reum condemnauitque *P. 2.*
 accusatur beneficii, post vigesimum diuor-
 tii annum *Lepida Tib. 49*
 accusator publicus quibus decera *Tib. 35*
 accusatori qui causam non teneret, exi-
 lium pœna decera *D. 9.* accusatorum
 denuntiationib. ad necesse compulsi *A. 66*
 accusatio Dolabellæ *L. 55*
 acerbe loqui *L. 75.* acerbius reposcere de-
 bitum *P. 7.* acerbius exercuit proscriptio-
 nem *A. 27.* acerbissimi scrutatores *Cl. 35*
 acerbitas iudicis *L. 12.* magna acerbitas
 & infamia manet eum *Tib. 7.* acerbis-
 simis grammatis verborum & rerum
 affecit eum *C. 2*
 æterram tenens puer inter sacrif. *G. 8*
 Achaica Mummiæ *G. 3*
 Achilles inter Virgines *Tib. 70*
 acies Pharsalica *L. 30. & saepe.*
 Acilii virtus *L. 68*
 acquiescebat vel maxime conuictoribus
 Græculis *Tib. 76*
 acquieuerunt Principes seq. his amicis
T. 7.

acqui-

I N D E X.

acquiescens vno solatio *C. 11*
 ut presentes honori acquiescerent *Tib. 31*
 acroamata interposita cœnis *A. 74.* vetera reuocat in ludis *Fl. 19*
 Acte libera amatur à *N. 28. 30*
 Actium. apud Act. vicit Antonium *A. 17.*
 Actiæ victoriæ memoria consecratur *A. 18.* Actiacus triumphus. Actiaci ludi *Tib. 6*
 Actius comœdus *Tib. 47*
 Actorius Naso *M. 1. 9*
 ad breue *Tib. 67.* ad ipsam horam dolum interiecit *D. 17.* ad horam somni *D. 21.* ad multam noctem *A. 78.* ad lucem *I. 3. 9. mor.* ad lumina reuersus *C. 45.* ad lumina ascendit Capitolium *I. 37. 6. id. mor.* ad omnem suspicionem tempestatis *A. 90.* ad summam vbertatem vini, edixit *D. 7.*
 ad quartum lapidem *A. 94.*
 ad tot millia passuum patet *I. 25.*
 ad verbum nonnulla transtulit *I. 55.* ad verbum excerpta *A. 89.* ad verbum hæc dixit *I. 30*
 ad speciem *I. 67*
 ad donum quidquid aderat *I. 84*
 ad cyathum & vinum stare alicui *I. 49*
 adaptare. adaptatis ita aluco esse doq; *Cl. 33*
 adaquari vbi solebat iumentum *C. 7*
 adquare *A. 46.* ut fratri se opibus & dignatione adquaret *D. 2*
 addixit cum liberto *A. 24. sc. hasta subiectum.* addixit ei nummo prædia *I. 50.* donec XIII gladiatores HS nonagies ei addicerentur *C. 38*
 additus mathematicæ *Tib. 69*
 additus vxoribus libertisq; *Cl. 29. P. 2.*
 addormiscere *Cl. 8*
 adduci nequeo, quin exist. *Tib. 22*
 adducto fere vultu *Tib. 60.*
 adequitare circa *A. 64*
 adesse cui *A. 56. defendere in iud.* quod aduersum se intemperantius adfuisse *Cl. 38*
 adfuit ferius *A. 94.* intra quintum quam adfuerat diem *A. 35.*

adherentē obuito quoque *O. 5. nec vna*
 quam non adherentes *G. 14*
 adhibere aliquem cœnz *I. 75.* adhibitus ab eo cœnz *A. 74*
 adhibita testamento fraus *D. 2*
adialpasia C. 19
 adigere legiones in verba alicuius *Fl. 6.* adigi sacramento in nomen Senatus *G. 16.* adegit ferrum iugulo *N. 49.* adegerunt equos per publicum *G. 19*
 adiecit factum arrogantius *I. 79*
 adipisci. post adeptum imperium *Tib. 38.* in adipiscenda morte *D. 14*
 adire. aduenti litigatori in itinere spatium *est* præbet mulio *Principis Fl. 23*
 adiungere sibi aliquem *I. 19*
 adiurans periturum se potius *T. 9.* adiuravit se fuisse *faburum A. 31*
 adiutor. quem præcipuum adiutorem sperauerat, is aduersatur *A. 10.* quo præcipuo adiutore Senatus coercuerat sed. trib *I. 11.* adiutores imperii *C. 26.* adiutores decem impetrat à Senatu *ad vocos. eq. A. 37*
 Adminius regis Brit. filius *C. 44*
 administrare res vrbanas *I. 75.* bella, per legatos *A. 28.* ad hunc modum vrbe vrbaniſque rebus administratus *A. 46*
 administratione reip. summoueri *I. 16*
 administratio belli ciuiliſ *I. 75*
 admir. cuius rei maior nostra admiratio est, quam reliquorum *I. 16.* quo diutius in admiratione sui detineret *discipulum N. 52*
 admittebat amicos *mane Fl. 11.* indigne fert, se non statim admissum *Tib. 4.* quidam ex officio admissionis *Fl. 4*
 admissam in se perfidiam non imit. *I. 75*
 admoneri. quo magis gratis ac conditionis admoneretur *D. 2.* admonitionis genus in reſco. nit. eq. *A. 39*
 admoueri in conuiuium & ad alex. lusum *Cl. 39*
 adoperis foribus *O. 11*
 adoptare in familiarum nomenque *I. 8.* adscire in nomen familiarum suarum, & inferere per adoptionem familiarum suarum, *popu-*

- adorari** Cl. 39. adoptatus Galba, à no-
 uerco nomen & cognomen assumit G. 4
 adoptatus testamentò mox nomine ab-
 stinet *Tib. 6*
 adoptauit domi per assem & libram
 aëtos à patre *A. 64*
 adoptatur in foro lege curiata Tiberius
 & Agrippa *A. 65*
 adoptatur pro concione Piso G. 17
 adoptatus seip. causâ *Tib. 21*
 adoptatus Tiberius, Germanicum ado-
 ptare cogitur *Tib. 85. C. 4.*
 adoptatus nihil amplius pro patrefam-
 lias agit *Tib. 15*
 Glodius in adoptionem se dat plebeio,
 & quidem natu minori *Tib. 2*
adorauit cœlum, exiliens gaudio *N. 41*
 nere I. 34. vestis conchyliarum vsus non
 promisc. concessus I. 43. vestem mu-
 tabant rei capitis Tib. 2. veste descis-
 sa N. 42. à pectore discissa I. 33. non
 temere alia quam domestica & à suis
 confecta vitur A. 79. vestes religiosæ
 Tib. 36
 vestimenta mutare Tib. 14. 58
 vestitus patrius, ciuilibus, virilis, huma-
 nus C. 52. Vide habit.
 veteramentarius futor V. 2
 veteranz legiones I. 38. veteranorum
 commoda N. 31. V. 15. missiones
 rarissimas facit Tib. 48. veteranis pro-
 missa præmia A. 15. veteranos contra-
 hit A. 10
 Vextius I. 17
 vexatus in turba A. 33. morbo C. 50. ad
 vexationem vitandam Tib. 61
 vexillum in biremis puppe præfixum
 C. 15 vexillo cæruleo donatur Agrip-
 pa A. 25
 vexillatio German. G. 10
 via Appia Tib. 71. C. 19. Aurelia G. 10.
 Campana A. 94. Flaminia A. 30. 100.
 Latina D. 17. Nomentana N. 48. Sa-
 cra I. 46. 80. V. 17. Salaria N. 48. Fl. 12
 Vitellia V. 1
 ad viarium munitiones damnati C. 27.
 viarium cura Aug. 37. vias munire,
 struere Aug. 30. viis vitendis cura
 non adhibita punitur Flau. 5. vias
 sibi verri & conspergi iubet in itine-
 re C. 43
 viatores et gæstulis suppressi Tib. 8. per
 Italiz oppida pedibus, aut sella, aut le-
 ſtica transire iussu Cl. 25
 è viatico suo centuriones offerunt mi-
 lites I. 68
 vicem suam conquestus est A. 66. co-
 rum se dolere Arist. Tib. 52
 viciniaz cuiusque plebs A. 30
 vicinitatem tenet opinio A. 6
 victimaz prælato titulo in Capitol. du-
 ctæ A. 59. passim cæzæ incendenti N. 25.
 per omne iter oppidatum cæzæ G. 18.
 victimarum iocinera replicata A. 95.
 multitudo C. 14
 de victu solo cogitare V. 7
 vicorum angustiaz flexuræque N. 38. ma-
 gistri Tib. 76. G. mag.
 vicitim I. 41
 vidit omnino eam semel & paucissimis
 horis Tib. 51. G. 58.
 visus est sibi per quietem volitare
 I. 26.
 viduata morte mariti G. 5
 Vienna V. 9
 vicens tuac præ aliis citharæcedus N.
 20.
 vigor diuinus in oculis A. 79
 vigiles commentus A. 30
 vigilia tedio C. 50. vigilia matutina
 offendebatur A. 78
 vigintiviri diuid. agr. Camp. A. 4
 villa louis Tib. 65. Luculliana Tib. 78
 vincere scire Pompeium negauit I. 36.
 vincerent ac sibi haberent I. 1. præ-
 cantes sc. vicissim tot millia A. 71.
 in lusu. victis pecuniaz & obsides im-
 perantur I. 25
 victorem ipse se prænuntiat N. 24. in
 cert. mus.
 victores exercitus occupare A. 11
 victoria plena, exuto castris hoste I. 60
 Romanis mirabiliter nuntiata Ner. 1.
 victoriz memoriam, vrbe condita
 aliisque modis conseruat A. 18. indi-
 cium, altissimam turrim excitat C. 46
 successum non moderatus est A. 15.
 victoriz Cæsaris ludi editi A. 10. vic-
 toriam crudeliter exercet A. 15. se ad-
 epturum Neptuno inuito A. 16. post
 Nna a victo.

victoriam belli civiſ. ſenior. *D. 10.* ad
victoriam plurimum contulit *Tib. 4.*
de futura victoria quidam nuntiat *A. 96.* victoria confecta *A. 17.* modera-
 tio & clem. in victoria belli civi. *I. 75.*
de victoria præſagis prius quam nun-
 tiis comperit *D. 5.* victoriæ crebræ du-
 cem captum debent reddere *I. 60.* glo-
 rioſiſſimæ *Tib. 52.* victoriæ Auguſti
 feriis celebrari vetat *C. 13.*
Victoria, quæ eſt in curia *A. 100.* *ima-*
ge. Victoria cum tropæo in anulo *G. 10.*
vincula perpetua coniecti *Tiber. 37.*
 quem adhuc vinculis continebat *Ti-*
ber. 65.
Vindex Iulius rebellat *Ner. 40.* *eius* lit-
 teræ ad *G. 9.* mors *G. 11.* Vindicem
 poſcunt multi *N. 45.*
vindicare necem *alicuius* *A. 10.* vindica-
 turus bello, ſi quid. *I. 30.* vindicatur
 cladiſus Italia *L. 81.*
 vindicare ſibi ſummâs partes *A. 16.*
 æquas potentis part. *Tib. 50.*
Vinius T. *G. 14.* potentiſſimus ap. Galb.
F. 7.
vinum vnde petitus, tabernæ *Cl. 40.* vi-
 ni parciffimus *I. 53.* *A. 77.* vini uſum
 relegatæ filis ademit *A. 65.* inopia &
 carite, querentem pop. coercet *A. 42.*
 vino Rhætico maxime delectatus *An-*
guſt. 77.
 vinarii *Cl. 40.*
 vinoſioris ſucci pomum *A. 77.*
 vindemiarum feris *I. 40.*
 vinearum ſtudio arua negligi. exiſtim.
D. 7. edicti de excidendis vineis gratiam
 fecit *D. 14.*
 vineta ſuccidi *inbet* *D. 7.*
violare eodem pugione, quo Cæſarem
 violauerant *L. 89.*
 violentiore præſidem naſta *I. 35.* violenti-
 ſſimus tribuorum *L. 29.*
vir omnium mulierum, & omnium vi-
 norum mulier *I. 52.* cum vir virum le-
 getet, lectione Senatus *A. 54. 35.* viri-
 am dat prædia *L. 16.*

virgis in comitio ad necem caſi *D. 8.*
 Virgilio ſcripta ſpernit & abolere vult *C.*
34. verſus *C. 45. D. 9.*
 virgines ſtrangulari more tradito neſas
Tib. 61.
 Veſtales cum legatis miſſæ ad *F. 16.*
 Viriatiſini belli cauſa *G. 3.*
 è viridario pauſ surreptus *Tib. 60.*
 virtutem bellicam honorat *A. 38.* virtua-
 tutes corporis animiq; omnes in Ger-
 manico *C. 3.* virtutum atque vitio-
 rum miſtura *D. 3.* virtutum ſuarum
 fructum fert Germ. *C. 4.* virtutibus vi-
 tiisq; perpenſis potiores duxit virtu-
 tes. *Tib. 21.*
 via gravior criminum, inopis, luxuriæ
L. 27.
 vis trib. poteſt. *I. 5.*
 vim vitæ ſuæ afferre *Fl. 6.* vim cui-
 quam fieri vetuit *O. 11.* vi ac per arma
I. 16. vi ſubita inde exturbatus *An-*
guſt. 6.
 iſta quidem vis eſt *I. 82.* *form. ſollow.*
 viſceratio à Cæſ. data *L. 38.*
 viſendi gratia *Tib. 12.*
 quidquid viſendum duraverat *N. 38.*
 viſitare quicquid ægrotorum in vrbe *Ti-*
ber. 11.
 viſitavit ægros explorato prius cubi-
 culo. *Cl. 35.*
 vita interior & familiaris. *Aug. 61.* vitæ
 ſumma *A. 9.* in ceteris partibus vitæ
A. 71. vitæ rationem reddere *Cl. 16.*
 vitæ Drufi memoriam Auguſtus com-
 poſuit *Cl. 1.* ad faſtidium vitæ actus.
Tib. 49. vitam duobus petentibus,
 alteri conceſſit *A. 13.* ſibi immerenti
 eripi queritur *T. 10.* otioſam in re pri-
 uata agere *Cl. 35.* ad deſpicendam vi-
 tam concingit *O. 10.* vitam ſuam 13
 libris expoſuit *A. 8.* de vita ſua com-
 mentarium componit *Tib. 61.* de vi-
 ta ſua compoſuit 8 volumina *Cl. 41.*
 vitans inuidiam in præſentia *Tib. 12.*
 officia præternauigantium *Tib. 12.*
 Vitelliorum origo variè traditur. *N. 11.*

Vitel-

Virellis pro omnium culta multis locis
ibid.
Vitellius P. procurator Augusti, eiusque
filii *P. 1. C. 2.*
VITELLIVS Imp. quæ origine, qui-
bus parentibus *P. 1. 2.* quando, qual.
omnibus, qua spe natus 3. malis artibus
in aula crescit 4. trium Principum in-
dulgentiâ 5. matrimonio & liberis o-
pescam dat 6. in Germ. ad exerc. mit-
titur 7. Imperator consalutatus 8. par-
titur copias 9. initio imperii quædam
bene, pleraque turpiter agit 10. reditum
quoque in urb. infamat 11. arbi-
trio vilissimorum imperat 12. luxuriæ
sevitizque deditus 13. 14. destituitur
ab exerc. & à Vitellianis bello petitur
15. 16. capitur & foede occiditur 17.
iuxta omen, quod olim oblatum
erat 18.
vitiâ diuersissima in C. 51. naturæ non a-
nimi *Tib. 68.* vitia suorum quasi tra-
dita & ingemita refert *N. 1.*
vituperatione publica non caruit *T. 1.*
vituli marini pelvis pro remedio aduct-
sus fulm. *A. 90.*
vix ipse esse purat, *erat. I. 55.*
vix præmia dato euaserat *I. 74.*
vix dum nubilus *A. 62.*
vitiis viciscendo lenissimus *I. 74.* vitionem
mandat extrema obstestatione Orho-
Fl. 6. in vitiosem ignominiz quiduis
discriminis subire *O. 9.*
vitiosi Romanorum Brutus & Cassus.
Tib. 61.
vltimæ fortis homines *A. 19.*
vltimam statuere pœnam *I. 14.*
vltro laceratis gentibus *I. 14.* ne hostis
vltro instaret cedentibus *Tib. 16.* vltro-
que etiam admonem est *Tib. 11.*
Vlysses stolatus dicitur *Luina C. 23.*
vmbribus inquietati, custodes hort. *C. 59.*
Vmbria *I. 34.*
vnciam panis comedi *A. 76.*
vincto tractus in Tiberim *P. 17.*
vagebatur, sæpius *A. 82.* manducaui, prius

quam vngi inciperem *Aug. 76.*
vnguento fragrantem adolefc. asper-
natur *Fl. 8.*
vnguentis calidis frigidisque lauatur
C. 37.
vnguentati milites *I. 67.*
vnguentariam tabernam exerecere *A. 4.*
vniqs omnia & ad arbitrium administrat.
I. 20. cum vno atque altero. *ibid.*
vnicum parentis affectum prækinit
T. 8. vnici assertores patriciorum *Tib. 2.*
vnice dilexit Poppeam *N. 35.*
vniõnem ex aure matris detractum pi-
gnier. *P. 7.*
vocare aliquem ad disquisitionem popu-
li *I. 15.*
vocare desit *Tib. 53. sc. ad cenam.* vo-
catu ipsius Cæsaris cænaturum *C. 39.*
vocatores *ibid. qui conuuium vocant.*
Vologesus Parthorum. rex *N. 57. Fl. 6.*
D. 1.
volubilitas verborum *A. 86.*
voluminatriz *A. 101.*
voluntatem alcius retinere *I. 27.*
voluntate dispari & existimatione ad-
ministr. prou. *P. 5.* ne hos quidem vo-
luntate ipsius intererent *I. 75.*
voluntarii *P. 15. mult.*
à voluptatibus, nou. offic. *Tib. 42.*
vomitandi consuetudo *P. 13. A. 77. Cl. 35.*
vomias suas appellat *filiam C. nepr.*
A. 65.
Vonones Parth. rex spoliatus perfidia &
occisus *Tib. 49.*
vouere ludos Ioui *A. 25.*
votum pro se solui iubent, qui super-
stitem August. reliq. *A. 59.* pro salute
Principis factum exigit *C. 27.* vota sus-
cipere, nuncupare, soluere *Aug. 97.*
reddere *C. 6.* vota suscepta ap. co-
lumnæ *I. 85.* ineunte anno suscepta
etiam pro Druso & Nerone *Tib. 54.*
pro xgro *Cl. 45.* pro reditu *C. 14.* pro
itu & reditu *Tib. 38.* votorum nuncu-
patio *N. 46.* Voces pro principe forma-
mula exordialis *A. 58.*

- voti se ipse compotem fecit *A. 28.* populum *R. C. 13.* neque vorum sibi neque animum deesse, confodiendi eum *A. 51.*
- votiuus circensibus *A. 43.*
- V**ox detestabilis *V. 10.*
- voces exoletæ & reconditæ *A. 86.*
- vocis conferuandæ gratia per præcon-
alloq. milites *N. 25.* conferu. vel au-
genda causa quæ faciunt artifices
N. 20. vocis exigua & fufæ *ibid.* ad
reficiendam vocem breui tempore
sumto *ibid.* vocem cælestem flagi-
tant *adulas N. 21.* vocem de industria
augere *Cl. 33.*
- vrbs *R.* spatium in regiones vicofq; diui-
sum *A. 30.* regiones *D. 13.* regio sexta
D. 1. vrbi præfecti diebus Latinarum
Cl. 4. urbem *magnifice ornas A. 19.*
incendit *N. 38.* incendere denuo de-
stinat *N. 43.* de ornanda instruendaq;
vrbe *confilia I. 44.*
- vrbes libertate priuatæ *A. 47.*
- vrbitæ res *N. 23.*
- urbanorum *res I. 20.* *Fl. 20.*
- vrabant anxiam mentem conuitia *Tib. 68.*
quem vrget vis maior criminum *I. 27.*
- vrgens valetudo *Fl. 24.* vrgenti terra
marique hosti *V. 15.* vrgentibus nun-
tiis de *I. 35.*
- in vrnas condidit cineres *C. 15.*
forticula in vrnâ demiffa *N. 21.*
- vrfa cælestis *A. 80.*
- vrque eo intentans gladios *I. 14.* vrque
adeo obtreftauit Germanico *Tib. 52.*
- vrfus sermonis & colloquii ademptus *Tib. 61.*
vrfa atque commercio affiduo *I. 75.*
in communi rerum vrfa nouauit mul-
ta *D. 7.*
- vr vfucapta concedit subfecia *D. 7.*
vrfa nomine fi quid numeratum. de-
ducitur *summa I. 42.* vrfa leuioribus
mutuari pecunias, grauiori fenore
collocant *A. 39.*
vrfa parc *honorem decretum I. 45.*
vrfa pantes ciuitatem *R. fecuri perca-
fi Cl. 25.*
- vr primum licitam fuit *G. 23.*
vr vel vtrunque meritæ *Tib. 11.*
- vrtricularius *N. 54.*
- vrva duracina *A. 76.*
- vr vulgo mox ferebantur hi verfus *I. 20.*
vr vulgata & nota res est *A. 94.* vr vulgati-
simum illud pronunt. *I. 49.* vr vulgati-
simæ meretricis *D. 22.*
- vr vulpes pitum mutat, non mores *Fl. 10.*
- vr vultus pædagogum *N. 17.* vr vultum efferbas
C. 50. vr submittere *A. 79.* vr vultu adducto
Tib. 68. vr modesto ruborisque pleno
D. 18. vr pulcro magis quam venusto *N. 51.*
vr tranquillo serenoque *A. 79.*
- vr vultures 12 ostendunt se *A. 95.*
- vr vxor pridie ducta, postridie repudiata *Ti-
ber. 35.* vr bene conueniens *Tib. 7.* vr dimif-
fa ob adulterii crimen *D. 8.* vr vxoris ræ-
dio secedit *Tib. 10.* vr pæne iustæ loco
habet *conuotinam Fl. 3.* vr vxori repu-
dium missum mariti nomine *Tib. 12.*
vr vxorem dimittere & aliam ducere co-
gitur *Tib. 7.* vr repudiare *I. 1. D. 3.* vr dimi-
sit, vr sterilem *N. 35.* vr interuifere vr
permissum milit. *A. 24.* vr vxorum arbi-
trio Principatum administrat *Cl. 25.*
vr vxores ducit ac dimittit turpiter *C. 25.*
vr vxorio nomine dignatus est *C. 25.*
- X**enophontem legit *I. 87.*
- X**erxes Hellepontum contabularis
C. 19.
- vr xysti in pratoris *A. 72.*
- vr xystici *G. 15.* vr xysticorum certationes
Angust. 45.
- Z**enon Græc. *Tib. 56.*
- Z**ona aureorum plena se circum-
dat *V. 16.*

ISAACI
CASAVBONI

IN C. SVETONII TRANQVILLI
DE XII CÆSARIBUS

LIBROS VIII

Animaduersiones.

INDIAN MATHEMATICS



ISAACI CASAVBONI
IN C. SVETONII TRANQVILLI

DE XII CÆSARIBVS

LIBRVM I

Animaduersiones.



SVETONI TRANQVILLI DE XII CÆSARIBVS LIBER I.] *Scripti codices*, paullo saltem melioris notæ, omnes istud opus in *libros* tribunt. *Prima* quoque *editio* ante annos centum viginti quinque Romæ cusa, recens tum inuenta

arte typographica etiam in singulorum librorum fronte, de eo admonere neglexit, operis tamen totius initio singularum partium rubricas describens, & *libros* appellat, & cum manu exaratis consentit. Is liber plurimum nos inuuit in recensendo hoc præstantissimo scriptore: multa enim in posterioribus editionibus mutata in deterius, accurata eius collatione & deprehendimus & restituumus. Huius nos libri vnus ope freti, recensionem scriptoris istius primo ausi sumus aggredi: postea accesserunt alia adminicula amicorum beneficio. *Petrus Pitheus* I. C. clarissimus, qui fugientes Gallia musas moratur cum paucis, misit ad me codicem suum, in cuius ora diligentissime erudita manu ipsius adscriptæ erant lectionum discrepantiæ, quas olim, editionum Roberti Stephani cum vetustissimo, vt aiebat, & integerrimo exemplari contendens, obseruauerat. Fecit idem & *Hieronimus* quoque *Groslotius* *Liffew* nobilissimus doctissimusq; vir: contulit inquam vel cum iisdem vel cum aliis non multum discrepantibus libris vulgatas editiones: vel *Diapores* & *γερπὰς* sua manu curate descriptas ad me misit. Multum hic eruditissimorum hominum labor nostrum laborem

legant: aliquanto tamen amplius *Codex thebraeus* elegantissimus, cuius copiam nobis fecit humanissimus doctissimusq; amicus noster *Iohannes Maneserius*. Ex eius potissimum codicis fide concinnata nobis hæc editio est. Olim id exemplar Viterbii decem ipsis annis priusquam Romæ prima editio in lucem prodiret, descripserat adolescens quidam, nec ineruditus, & quod res arguit, *φιλομαθής*: cuius in fine libri extat hoc de se elogium: *Ego* (nomen erat deletum, sic vt legi nullo modo posset) *Perusini aëris fugiens intemperiem, recreandi animi gratia simul & noui aliquid cognoscendi, transcripti in ciuitate Viterbii, in propriis adibus anno ætatis XXVIII, die XXII Septembris MCCCCLX.* Quæ propterea libuit adscribere, vt aliquam gratiam manibus illius referrem, cuius *φιλοσοφία* plurimum sumus adiuti. Non enim eas solum emendationes quas *clarissimus Torrensius* in suis codd. inuentas annotauit, omnes, paucis exceptis, in eo libro inuenimus: sed alias insuper quam plurimas, quarum neq; ipse neq; *Pulmannus* mentionem vllam fecerunt. Atque hæc sunt quæ olim ad manum habuimus præsidia, quando primum ad illustrandum hunc scriptorem nos accinximus. Postea vero quam in hanc urbem literarum sedem, venimus, librorum manu exaratorum magnam copiam sumus nacti. Quatuor *Bibliotheca regia* suggestit: aliquot senator integerrimus atque eruditissimus, *Paulus Pesauinus*: vnum, sed eximium, & omnium fortasse qui in Gallia nostra hodie exstant, vetustissimum, & vir amplissimus, *Iacobus Memminus Henrici filius, libellorum supplicum magister*. Hic est ille codex optimus, quem clarissima patria humina *Turnebus, Pirhai fratres, Nicolaus Faber*, aliquando tractarunt & sæpe prædicarunt, *Turonensem* appellantes; quia vt in fronte libri notatum est, in armario B. Martini Turonensis aliquando est seruatus. Non dubitauimus autem hoc opus noua diuisione, *in libros octo* secare: cum vulgo singulæ vitæ pro singulis libris censeantur, etiam in chirographis iis quos secuti fere vbique sumus. Sed cum apud *Suidam* legissemus octo libris constare *Suetoni* istud *πρόημα*, non duodecim: percussit è vestigio animum deformis illa quæ in vulgata diuisione spectatur voluminum inæqualitas: nam posteriorum sex librorum ea breuitas erat, vt cum aliquo è prioribus collati, cuncti vix ei mole sua pares essent, non multum certe superarent. Hoc igitur cum animaduertissemus, non diu quærendum nobis fuit, quomodo institui restituique

tunique

tuq; partitio illa legitima ac vera deberet. Res enim ipsa *μονοουχὶ φωνῶν ἀφίσιον*, eam sectionem nobis indicabat, atque adeo dictabat. quam tibi nunc, lector candide, nostra hæc editio exhibet. Quare enim Græcum illum magistrum recte præeuntem non sequeretur præsertim qui & antiquior longe, &, vt puto, omnibus iis doctior esset, quorum manu descripti hodie Tranquilli codd. extant.

Cap. I. IULIVS CÆSAR DIVVS ANNUM AGENS XVI *patrem amisit*] A codice *Viterbiensi* est hoc præincipium: ita enim diserte in eo scriptum est: vt ego arbitror, optime. Nam quod persuaserunt sibi aliisq; doctissimi viri, deesse multa initio huius libri, esseq; *μῦθον ἀλέφαλον*, falluntur, meo iudicio, vehementer. Dux rationes duntaxat illos vt ita pronuntiarent impulere: primum, quod verisimile non sit, Suetonium, qui aliorum principum originem & prosapiam tanta diligentia à stirpe prima solet repetere, de Iulia omnium nobilissima gente, tacuisse: deinde quod in Vaticano, vt aiunt, aliisque codd. initium hoc ita scriptum reperitur, *Annum agens XVI, patrem amisit*, non vt in vulgatis: *Annum agens Cæsar XVI p. a.* Hæc vero ratio nullius planè momenti est: cum ne ferri quidem illo loco vox *Cæsar* possit, si nostri codicis auctoritatem sequimur. Enimuero ita accidit. singulorum Tranquilli librorum dux sunt inscriptiones: altera quæ totius operis argumentum & libri numerum indicat; altera, quæ proprium cuiusque partis subiectum: puta, *D. Iulius Cæsar.* vel vt in aliis scribitur, *De Iulio Cæsare.* Cum igitur hæc verba leuiter mutata, initio huius libri bis poni debuissent, incuria librariorum factum, vt semel tantum scriberentur. Ex eo fonte manauit diuerse peccantium error: quibusdam alterum tantum indicem præscribentibus; plerisque de serie contextus eadem verba auferentibus. Illo modo peccatum est in editione veteri Lugdunensi anni M. D. VIII. Deest enim ibi posterior pars inscriptionis: Contextus autem sic incipit: *Diuus Iulius Cæsar annum agens XVI p. a.* quomodo etiam in aliis inuenimus, voce *diuus* tantum omiſsa. Plerique omnes tamen libri altero potius modo peccarunt. Nam etiam in illo optimo codice Memmiano, tale omnino præincipium inuenimus, quale est in Vaticano. at libri titulus in eo codice nullus isto loco est appositus, præter istum barbara & recentiore manu alieno loco scriptum: *Incipit Suetonius de vita Cæsarum: nunc gesta Cæsaris.* Ita igitur extitit

tit liber ἀλεφαλ⊙: cui primi nos ex optimo illo codice caput suam restituumus. At, inquires, altum istud de Iulii origine silentium, nonne satis certum damni accepti argumentum est? Non est, me Iudice: id enim propterea fieri potuisse censeo, quod iam ante in scripto eo quo stemmata aliquot illustrium gentium Romanarum descripserat, affatim de gente Julia scripserat, eumque locum dedolasset ac perpolisset: ut causa non fuerit, cur hic iterum eadem repeteret. Eius libri saltem index superest hodie nobis in collectaneis *Suida*, cuius nos verba suo loco recensuimus. Dicitur & illud non inepte potest: Cæsarem in dedicanda Veneris Genitricis æde, stemma suum in parte aliqua eius ædis, sicut ab aliis fieri solitum in atrii domorum suarum, publicasse: ut de origine eius gentis nemini esse posset vel ignotum vel dubium. Quare etiam accuratissimus scriptor *Plutarchus* vitam illius descripturus, non aliunde initium duxit, quam vnde & *Suetonius*: Τὴν κίονα, inquit ille, Φρονερχήσαστο⊙ θυγατέρα Κορινθίαν, ὡς ἐπεκόστωε Σύλλας ἐπὶ ἑλπίων ἐπὶ φόβῳ Ἰσηθῆς ἀποπαύσασσι Κάουας⊙, ἰδὴ μὲν φερονῶ αὐτῆς. Mirum qui Suetonii libros mutilos esse tanto opere contendunt, non & de Plutarchi codd. idem pronuntiasse. poterant sane de eadem fidelia duos parietes dealbare: non enim ficus ficui similior quam sunt ista inter se principia. Nec dissimile est illud librorum Arriani de Alexandro principium: Λέγεται ἀλιπαστο⊙ τελευτῆσαι ἐπὶ ἀρχοῦ⊙ Πυροδύμου Ἀθηνῶσι. Quin potius statuimus omissam auctori gentis enarrationem, cuius nobilitas & nota erat & extra controuersiam: aut, si ita malumus, cum sibi, alio loco, tum aliis exposita: eundem cætorum principum gentes enucleasse: ut minus notas, & propter diuersitatem tradentium incertas atque controuersas. De iis & quaesuit ipse diligenter, & quid esset sui iudicii fecit nos ut sciremus.

Annus agens XVI.] Co s s. L. Cornelio Cinna III. Cn. Papyrio Carbone II. Natus enim Cæsar C. Mario VI. & L. Valerio Flacco Co s s. A. V. C. DCLIV.

Patrem amisit.] C. Iulium Cæsarem: de cuius repentino obitu dum matutino calciatur, *Plinius lib. VII. cap. LIII.* Falsum est quod Græci aiunt, Cæsarem dictatorem à cæso matris suæ utero cognomen inuenisse. Legere id memini apud *Cedrenum*, *Suidam*, *Glycam*, & in *Etymologico magno*, atque etiam apud scriptores aliquos

Ha-

Hebræos. Decepti sunt, quod putarent primum hunc in ea gente Cæsaris cognomen habuisse: id vero falsissimum esse sciunt & quoniam nondum are lauantur. Verum id genus scriptores ignorantia peccate Romanarum rerum, non miror. illam *Hesychii* doctissimi Græcorum criticorum notam sæpe miratus sum. *Καυσαίρα περιετολόλαι*. an dicemus vocem veteris Græciæ esse *καυσαίρα*? an fallitur ille in vocis latinæ *Cæsaries* interpretatione? potest & Syriaca vox esse ut aliæ multæ in eo auctore. nam in *Targum Ionathanis* נרשׁב extat notione affini pro scuto vel clypeo. Et fortasse inde est quod punica lingua elephas *Cæsar* dicebatur, quasi tutamen & præsidium legionum. Nam Pænorum idioma è Syriaco tractum, vel *Plauti Pænulus* fidem abunde faceret, si aliunde id notum non esset.

Sequentibus, Coss. s.] Accipe ἀπλῶς, pro sequenti anno: nam leue est quod docti quidam etiam hæc verba in argumentum defecti codicis trahunt.

Flamen Dialis destinatus.] Velleius Paterculus (2, 43.) *Cæsar in Cotta Consularis locum pane puer à Mario Cinnæq. Flamen Dialis creatus, videri Sulla qui omnia ab in acta fecerat irrita, amisit id sacerdotium.* Non dissimulo *Plurarchi* lapsum in hac historia: sic enim narrat, quasi Sulla post reditum in urbem suam Cæsari in comitiis se ferens aduersarium, ne suffragiis populi id sacerdotium obtineret, effecisset. *μωπὼν αἰτ, ἢ ἰεροσύνην ἐστὶ δῆμον ἀεροσῆλδιν ἔπει πάνυ μετρηκίον ὄν τάλησθ δὲ ἐκπεσῖν αὐτὸ ὑπερανθιωδεῖς Σύλλας παρεστέλασθ* non igitur obtinuit quod ambibat Sacerdotium Cæsar, nec creatus est flamen Dialis, quod Velleius & Suetonius aiunt. Sed verius est falli scriptorem Græcum, cum in hoc tum in temporis ratione.

Prætextato desponsata fuerat.] Codex Viterb. & vetus Roman. *desponsata* i pro e: ut in lapidum inscriptionibus antiquis sæpe contra *deiudicare, deminuere, deperire* in Florentinis Pandectis, & similia multa. Memmianus, *desponsata*:

Cinna quater Coss.] Sic Mss. & primæ editiones. quater Coss. an quarto aut quartum dicas pili non interest. etsi subtiliter inter ea distingui potest. *Plurarchus* ait *Ἐ μοναρχήσασιν* ☉: more Græcorum, qui & Sullam & Cinnam, & Marium, & dictatores quoque *μονάρχας* vocant.

Neg. ut repudiaret c.] Vulgati redd. *ut repudiaret illam.* *Pa-*
sim.

sim in Suetonio obseruauimus pronominum ellipsin non inuenistam, Græcis quoque uisitatam. sicut hic τὴν ἑαυτῶν nec Torrentii nec nostri Mss. agnoscunt. at imperiti homines de suo illam intruserunt fulciendæ sententiæ, quam ruere alias putabant. Sic cap. V. *honor ei obtrigit* scripserunt iidem: cum in ueteribus libris esset, *honor obtrigit*. Sic alibi sæpe: quod semel dictum uolumus. Nos enim scriptam lectionem secuti sumus.

Compelli à Sulla nullo modo potuit] Auget gloriam facti huius quod notat Velleius, *Sullam filiam ut repudiaret nullo modo compelli potuit: cum M. Piso consularis, Anniam que Cinna uxor fueras, in Sulla dimisisset gratiam*. Non prætermittam antiquitatis studiosos mone-re; nomen dictatoris huius Sylla per y semper scribi in Memmiano siue Turonensi optimæ notæ codice: quam scripturam, Ciceronis præsertim auctoritate expressa confirmatam, aduersus Verrium, Flaccum & Fastos Capitolinos iure defendit *Aldus Manutius* uir eruditissimus, in orthographia sua.

Uxorū dote & gentilitiū hereditatibus multatū] Lege Cornelia de proscriptione; quæ proscriptorum liberos & bonis patriis priuauit, & ab honoribus petendis repulit. *Plutarchus Sulla*; ὃ ἢ πάντων ἀδικωτάτων ἴδιος, τῶν δὲ ἀπογεγραμμένων κτήμασι καὶ υἱῶσι, καὶ γυναικῶσι, καὶ τὰ χρήματα πάντων ἰδίωκεν.

Ut etiam discedere à medio.] Fugit ad Sabinos. *Plutarchus* eleganter, συχρόν ἵνα χροῖον πλανώμενος ἐν Σαβίνοις ἐκλεπίεν ἑαυτὸν.

Et quanquam morbo quartana aggrauante.] Male accepit ista uerba *Plutarchus*. Ait, ἔπειτα δὲ ἀρρώστιαν εἰς οἰκίαν ἐπέγεν μελαχομιζόμενον. Vult causam mutandæ domus fuisse morbum: quod procul abest non à mente Suetonii tantum, sed à ueritate. culpa liberaueris si scribas non δὲ ἀρρώστιαν, propter morbum: sed δὲ ἀρρώστιας, per morbum, hoc est, ἀρρώστων, ut apud *Paulum Apostolum* δὲ τεχνονόμιαν, hoc est, τεχνονομία. Puto uerius summum illum uirum aut secutum alios auctores, aut ad uocem *quanquam* non attendisse.

Seque ab inquisitoribus pecunia redimere.] Liber Viterb. redimeret. *Plutarchus* est auctor, manum militum Cornelio Phagita (de eo Suetonius infra cap. LXXIII) fuisse commissam; ad anquirendum Cæsarem, aliosq; tum in tenebris latitantes. Hi sunt quos *inquisitores* uocat: Græci eleganter συλαδιδέρας. recentior Hellenismus etiam δωρομίτας. *Metaphrastes* in uita S. Athanasii: ζυμῶν ζωῆς ὑφ-
ξεν

ἔην τὸς διαγύτας οἱ μὴ ἢ Ἀθανάσιον ζῶντα παροήσουσι. Iustinianus ἰ-
 φθνάδας Græce nominat illos Quæsttores à se institutos, quorum of-
 ficium describit *Nouella LXXX.*

Perq; Mamertum Æmilium] Viterb. cod. & antiquissimus eo-
 rum quatuor qui in Christianissimi Regis Bibliotheca seruantur,
Mamertum. à Mamers (sic Ofcorum lingua Mars dictus, & Lycophro-
 ni quoque Μαμερῆς) fit Mamertus, inde Mamertinus. Vtrumq;
 cognominis loco vsurpauit olim gens Æmilia, nisi error est in Liuii
 ood. 1. Apud Plut. Dionys. Hal. Festum, aliosq; Μάμερκος, Mamer-
 cus, per c & ita in Tyronensi,

Propinquos & affines suos] Vtrum pro eodem has voces ac-
 cipit, & est ἐκ παραλλήλων dictum? an est potius χῆμα συλληπτικόν, cum
 horum alter propinquus fuerit, siue cognatus, alter adfinis? Inter-
 pretes adfinem Iulio Aurelium notant propter Aureliam vxorem
 Iulii patris: dicerent cognatum potius. Æmilius quid illi fuerit
 nescio: nisi fortasse adfinis fuit per aliquam è gente Iulia, quam in
 matrimonio habuerit.

*Cum deprecantibus amicisimū & ornatissimū virū aliquandiu de-
 negasset.*] Ita est: non sponte sua Cæsarem seruauit Sylla: sed
 victus precibus amicorum, vt declarant sequentia. Quare non
 abest quin gratiæ alicuius de ea gente dederit hæc verba *Velleius; ma-
 gi,* inquit, *ministriū Syllæ adiutoribusq; partium, quam ipso, conquirentibus
 eum ad necem. lib. 2. c. 41.*

Expugnatum tandem proclamasse, vincerent.] Vincere ait *Dona-
 tus*, familiare est verbum iratis: nempe ea notione qua hic accipi-
 tur, & apud Terentium aliosque. Cæsar libro V. c. 30: *Vincere, in-
 quis, si ita vultis, Sabinus.* Similiter apud Græcos νικᾶν Sophocles
 Electra: — — οἱ ὅ μὴ χαλῶς,

Λίγα σὺ νίκα: σὺ δὲ ἐπέμεθ' ἄμα.

Oedipo Coloneo: Νίκα, χεῖρα δ' οἶδ' ὅτι γνώση τάδε. Euripides Alceste,
Nίκα νῦν. ἢ μὲν ἀνδάνοντά μοι ποιεῖς. Ab eadem mente est hic quo-
 que *expugnatus* pro *exoratus*. Sic etiam libro III. cap. XXI: *sed ex-
 pugnatum precibus vxoris, adoptionem non abnuisse.* Ita apud Columel-
 lam *prafazione lib. X: nisi propositum meum expugnasset frequens postu-
 latio tua.* Est hoc quoque Græcorum imitatione dictum: qui non
 solum μάχεσθαι de omni vehementiore studio vsurpant (vnde illud
 apud Aristotelem IX *Historiar: οἱ δὲ τούτῳ ἢ ἐργασίαν ὄντας μάχονται*

b

χαί-

χρείειν τῶν ἄλλων τῶν μειυμένων. id est, *pugnans separare caeteram quae mixta est.* ita loquitur & Cicero) sed etiam *πολιορκῆν* pro *euincere precibus* accipiunt. Chion epistola ad Matridem: Ἐγὼ ἢ ἀπασῶν ἡγησάμεν ὁ καὶ ἄλλων, πάλαλλον περὶ τῆς προικί. καὶ μέγχει μὲν πολλὸν ἡναίκετο. ἐξ ἐπολιορκήσασιν ὃ αὐτὸ πάντων ἐληθεῖ καὶ δικαίω λόγῳ. Ita vsi sunt voce *oppugnatio* Imp. in constitutione quadam de nuptiis: in *oppugnationem viduarum cessent sequestres atq; interpretes, eaciti nuntii renuntiiq; corrupti.* Non dissimilem vsum verbi *καταναυμαχῆσαι* apud eundem Chionem notauimus; κατὰ μέγχει μὲν ἴνῳ ἀλλήλων καταναυμαχῆμεν ὃ ὑπ' αὐτῶν εἶσα.

Sine diuinitus, siue aliqua coniectura] En scriptorem accuratum, etiam in iis quae obiter dicit. Omnino, inquit diuinauit Syl- la; sed vtro genere diuinationis sit vsus, naturalis an artificiosa, nescio. obiter significat duo esse genera diuinandi; illa ipsa de quibus Cicero lib. I. c. 6. de diuinatione, & libro II. c. II. Duo, inquit, genera diuinandi esse dicebat; vnum artificiosum, alterum naturale. Artificiosum constare, partim ex coniectura, partim ex obseruatione diurna: naturale quod animus arripere, aut exciperet extrinsecus ex diuinitate vnde animos haustos, aut acceptos, aut libatos haberemus.

Quem incolumem tanto opere caperent.] Scribe cum manu: tanto opere. Licinius Macer in primo Annalium, Non minimo opere milites quietes volebant. In editione nupera Antuerpiensi fragmentorum ab Ant. Augustino viro eruditissimo collectorum, scriptum est *Quirites* pro quietes, turpi errore; vide Priscianum libro VI.

Nam Casari multos Marios inesse.] Acriora illa & animi vehementius commoti apud Plutarchum, καὶ ἔστιν ὅτι ἔχειν αὐτοῦ εἰ μὴ πολλὰς ἐν τῇ κευδί τῷ Μαρίου ἐνοῶσιν. eodem loquendi genere vsus quondam Dionysius maior cum filium increparet, καὶ ἔστιν ἐν σοὶ τυραννῶ. Non inest tibi tyrannus. neq; enim circuitione illa interpretum opus. Tyrannus, id est tyranno aptum ingenium. sic *multi Marii*, id est, ingenium aptum viro popularis factionis, inimico optimatum, quale fuit in Mario: sed maius atque acrius multo quam ipse Marius habuerit. Porro Caesarem fuisse Mario sanguine coniunctissimum scribit Velleius Paterculus libro II. c. 41. & docet Plutarchus initio vite. vide ad cap. VI.

Cap. II. *M. Thermi praetoris contubernio*] Ex more hoc & disciplina Romana. Thermi huius praetoram in Asia gestam nusquam

quam reperi. Nam *Beroaldi* coniectura plane ἀπεσδιόυους. Magis ad rem facit quod ex *Appiani Mithridasico* nouimus, per illa tempora quibus in Græcia & Asia bellum Sulla cum Mithridate gerebat, fuisse Therimum quendam in Asia, Valerii C. o. s. ὑποσράτηρον. sed cum huic omnem mox potestatem Fimbria ademerit, Valerio trucidato, non potest ei competere quod hic narratur. Constat referenda hæc esse ad tempus medium inter reditum Sullæ in urbem, & eius mortem: eo tempore non Therimum sed Murænam Asiæ præfuisse, clarum ex *Liuis, Appiano, Memnone*. quos omnes mirum sane & res gestas istius Thermi ne verbo quidem indicasse. Mitylenarum expugnationem narrat *Liuii epitome libro LXXXIX*: sed ducis nulla ne ibi quidem facta mentione.

Ad arcessendam classem] Melius ita membranz, quam vt vulgo *accerfendam*. Glossæ veteres, *arcessere*, μετεσειλαγλο, χαλέσαι, μεταπέμψασθ. Confundit *arcessere* & *arcessere*. In iisdem, *arcessit*, μεταγέλατο, μετεπέμψασθ, ἐοώνησεν. Accipe οωγῶν vt persæpe in Euangelio. Aduentum Cæsaris ad Nicomedem aliter narrat *Plutarchus*: etli prægrauat apud me *Suetonii* auctoritas, hac quidem in re.

Rursus reperita Bithynia] Fateor, sublata voce *rursus* sententiæ nihil deerit: nego tamen recte sentire qui eam putant inducendam. hac ratione scalpello indigebunt quæcunque apud optimos scriptores speciem habent βαπολογία, quæq; item dicuntur ἐν παρολίαι. Mitto illa pueris nota, πάλιν αὖ, ὑπερον αὖδις. ergo igitur, alia sexcenta: *Sophocles Trachiniis*: Πεὶν κῆν αὐτὸ φανερὸς ἰμφορῆς οωδῆς Δείξη. Ibidem, Ἐχρεπα μὲν κατ' οἶκον ἐν δόμοις κρυφῆ Μαλλῶ. *Plautus*, *Pænulo*: *Reuorsor rursus denuo Carthaginem*.

Per causfam exigenda pecunia] προάσση χρησόμεν, ὡς χρεῖ α-παυῶσων. In Othone: *Sepositus est per causfam legationis in Lusitaniam*. in *Vespasiano*: *Sacramento solutum per causfam valisudini tradunt*. *Cæsar de bello ciuili libro III*: *equitatum per causfam pabulandi emissum, confestim decumana porta in castra se recipere iussit*. & sæpe alibi. Porro causa exigendæ pecuniæ, prætextus est honestus eorum qui voluptatis causa ad infamia vel suspecta loca peregrinationes instituunt. Docet hoc *Antiphon*, quo loco *Alcibiadi* criminis loco obicit, quod iuuenis ad *Abydenos* ad discendas voluptates obscenas sese contulisset. Sic ille: ἐπειδὴ ἐδοκίμασθες ὑπὸ τῶν ἐπιβροτῶν πορολασῶν παρ' αὐτῶν τὰ καυῶ χεῖματα, ἔνυχυ ἀποπλέων εἰς Ἄβυδον, ἔδε χεῖ

ἴδιον *causā* προξέμενον ἔδιν, ἔδὲ προξείας ἰδιωτῶς ἔνεκεν. ἀλλὰ τῇ *causā* Ἐρανοῦ καὶ ἀκολασίᾳ τῆς γνώμης. lege cætera apud Athenæum libro XII.

Cuidam libertino clienti suo] Etsi sunt relata patronus & libertus: tamen præter hunc patronum alium libertis olim habere ius fuit, cuius ipsi non liberti dicerentur, sed Clientes. Cicero ad Atticum lib. primo, *Libertum ego habeo, sane nequam hominem, Hilarum dico ratiocinatorum & clientem tuum.* Sic Athenis serui cum manu mitterentur, optabant sibi ac publice asciscerentur patronum in cuius clientela essent, idq; voce præconis. *Aristoteles Rhetoricorum libro III.* τῶν κηρύκων προλαβάνουσι τὰ παιδία, τὸ τίνα αἰρεῖται ἐπιπρῆστον ὁ ἀπελευθερούμενος ΚΛΕΪΝΑ. Sed de Græcis non mirum: apud quos & libertorum solutiora iura, & seruatorum etiam: adeo ut durius seruitium mutare fas & ius fuerit: quod *πρόσον ἀλλῆν* dicebant. *Auctores Pollux libro VII, & Plutarchus* de superstitione. cui iari simillimum illud est, quod hodie legibus Turcarum mancipia ipsorum obtinent. *Lege Petrum Bellonsum observationum libro III, cap. XXIX.*

Corona cinica donatus est.] A codicibus utriusque editionis Antuerpiensis exulat vox *corona*, nescio quare de veteri possessione deiecta. An quia venuste *cinica* dicitur ἀπλωῶς, tolli propterea dictio illa debuit? infirma ratio, profususq; ἀσυνλόγητος ὁ συλλογισμός: quum & veteres editiones omnes & manu exarati ita habeant, nullo plane excepto de quo aliquid nobis compertum. Atqui hic est hodie solennis ἐπιδήμιος nostrorum criticorum morbus: qui sunt aliquid noue & inusitate dictum alicubi obseruarunt, statim quærunt ubi possint apud alium scriptorem, aut eum ipsum alio loco, intrudere suam illam obseruatiunculam, magnificis prius verbis venditam. hac ratione integerrimi atque incorruptissimi auctorum loci ceu corrupti & deprauati corriguntur. τὸ ἢ ὄλον, περιέσπῃ νῦν κρίσει ἢ εἰς ἀκείσταν, ἢ τῶν παλαιῶν ξυγγεγραμμένων διόρθωσις εἰς τὴν διόρθωσιν, ἢ σωτηρία εἰς ἀπώλειαν.

Cap. III. *Sed breui tempore*] Annum fortasse, ac ne eum quidem ut videtur, plenum. Nam quo anno P. Seruilius Vatia mox Ilauricus, in prouinciam ex consulatu abiit, eodem & Sulla periit, & Lepidus res nouas moliri cœpit. quo nuncio accepto propere Cæsar, ut hinc discimus, in urbem rediit. Is fuit A. V. C. DC LXXVI C o s s. erant M. Lepidus, Q. Catulus, ætatis Cæsaris XXII.

Tum occasione] Nihil mutò: tamen scripta lectio etiam in Turonensi & omnium veterum editionum, est, *occasione*. an excidit vocula *de* & scribendum, *cum de ingenio diffusus, tam occasione*. Ita etiam fuerit oratio Latina. an est potius librarij negligentia, quomodo in Pisanis pandectis *exceptioe, defensione, petitione*, pro exceptioni, defensionì, scriptum exstat, aliaq; id genus pluria. *occasio* hic non est *καρπός* aut *ὀφθαλμός*, sed *ἀφορμή*, præsidium rei gerendæ.

Cap. IV. *Cornelium Dolabellam consularem & triumphalem virum repetundarum postulatit.*] Constantè libri veteres scripti, cusi, *Dolobellam*, vt apud Plutarchum & alios Græcos. Videntur ita scripsisse qui discrimen statuere volebant inter proprium viri nomen, & instrumenti *dolabella*, cuius meminit *Columella*. Quo ætatis anno causam hanc Cæsar egerit, inter scriptores video non conuenire. Suetonius ait, *composita seditione ciuili*: constat autem bellum Lepideum confectum esse Coss. M. Emilio & D. Bruto, quo anno Cæsar a. d. III. Idus Quintiles quartum & vigesimum natalem celebravit. Igitur vel XXIII anno desinente, vel XXIII incipiente Dolabellam accusauerit. Atqui *Iacitus*, siue quis alius auctor libri *De causis corrupta eloquentia*, scriptum reliquit: Cæsarem annos tum fuisse natum vnum & viginti duntaxat. *Suetonii* meo quidem animo verior sententia: nam Dolabella hic est ille, qui ex consulatu profectus in Macedoniam, deuictis Thracibus, anno eo quo Lepidus pulsus fugatusq; est, triumphauit. Adi ad *Fastos & M. Iulium in ea contra Pisonem*. More autem fecit Cæsar adolescentium eius ætatis qui foro se præparabant, quod militiæ forensis hoc rudimentum edidit. Vide *Apuleii Apologiam*, & quæ ibi nuper adnotauimus.

Absolutoque Rhodum secedere statuit.] Sæpe miratus sum in tam illustri viri vita, esse tantas inter auctores diuersitates. Quam multa enim *Plutarchus* aliter atque hic narrat? vel hunc locum vide: multa diuersa, occasiones dico rerum, & τὰ πρὸς τὸς χρόνους.

Apollonio Molonio clarissimo tunc dicendi Magistro] Ms. cl. dic. tunc mag. Minime vero ferendi sunt qui isto loco malunt cum vulgo errare, & scribere *Apollonio Moloni*, quam vt habent libri alii, & res ipsa flagitat *Apollonio Molonio*. *Plutarchum* mitto, cuius locus est in promptu. *Porphyrus Quaestionibus Homeris*: Ἀπόλλωνος ἢ Ἀπολλωνίου ἄνθρωπος, ὃς ἂν Ἀπολλωνίου ἢ Ἀπολλωνίου πατρὸς. Sed non heri aut nadiustertius inuasit.

inuasit hominum mentes hic error, quo duos clarissimos dicendi magistros confuderunt: Apollonium dico Molonis, qui & Μαλακός audiit, & Molonem: de quibus tam clara Strabonū verba, qui fuit illorum æqualis, vt mirer offendere in tanta luce quenquam potuisset. At confundunt eos Cicero & Quintilianus. ita quidam scribunt: De Cicerone quidem falso, nec sine illius iniuria. Quintilianum non eo excusatum: qui Molonem, de quo tam multa M. Tullius, Apollonium Molonem manifesto appellat: duplici, vt arbitror, errore: nam & Apollonium Molonem perperam vocat, qui Ap. Molonis dici debuit: & fortasse non aliter scripserat Quintilianus. alterum peccatum est, quod Apollonio Molonis tribuit, quod non illi sed Moloni conueniebat. Venit & Plutarchus in societatem huius culpræ: qui in Cicerone Ἀπολλώνιον ἢ Μόλωνος nominat, quem Cicero semper Molonem. Nempe ita est: quia eodem tempore, eodem loco, indidem orti, eandem artem pari fama docuere Apollonius Molonis & Molo, imposuit ea res doctis. Nam & eruditissimus scriptor Iosephus Ἀπολλώνιον Μόλωνα vocat, perperam pro Μόλωνος. Vbi tamen nulla mendii suspicio. Locus est lib. II. contra Appionem: quo in libro quem Molonem vocat sub initium, paullo mox Apollonium Molonem clare sapius indigetat. Non puto esse alium scriptorem ab illo, de quo Strabo. ipsum potius Iosephum per incogitantiam hallucinatum reor. Hac ratione & hoc loco tueri licet plurimum librorum lectionem, Ap. Moloni; si cui placeat ab exscriptoribus in auctorem culpam transferre. nam & regii libri, Moloni, omnes.

Circa Pharmacusam] Quidam Ms. Pharmacussam, vt apud Stephanum semper Φαρμάκωσα, Σειρλώωσα, Μελίτωσα, Σιδύωσα, Σιδύωσα, quæ scriptura ex scribarum imperitiâ inoleuit. nam vel Pharmacusa scribendum, vel Pharmacossia, vt Prinoëssa apud Plinium. Stephani sunt verba: Φαρμάκωσαι, δύο νῆσι: (Strabo melius libro VIII. Φαρμάκωσαι, δύο νησία) πλείστον Σαλαμῖνος. ἔστι δὲ ἄλλη νῆς ἐπὶ τῆ Ἀπάλος ἀντιόθεν. hoc vult, Pharmacusas appellari duas insulas quæ sunt ad Salaminem insulam ante Atticum littus. Pharmacusam vero aliam esse insulam ad littus Asiaticum supra Miletum. de hac loquitur Suetonius hic, & Plutarchus in eadem historia.

Mansit, apud eos non sine summa indignatione.] Lego, dignatione. Id enim dicere voluit quod Velleius (2, 4L.) his verbis: Idem postea

postea admodum iuuenis, cum à piratibus captus esset, ita se per omne spatium quo ab eis retentus est, apud eos gessit, ut pariter in terrori venerationisq; esset. *Plutarchus*: ἡμίσεως ἢ πρὸς ἑξήκοντα δυοῖν δέσμοις, ἄσπερ ἢ φρουρήσει. Ὁ δὲ ἀλ-
 λὰ δορυφορούμενος ὅπ' αὐτῶν ἐπὶ πολλῆς ἀδείας συνέπειρε. Dignatio vox scriptori huic & Tacito familiaris. *Iustinus libro XXVIII*: à quo honorifice susceptus, diu in summa dignatione regis vixit. Vtitur & *Linus*. Similis locus in *Vespasiano cap. IV*: Sortitus Africam, integerrime res non sine magna dignatione administravit. Vbi eundem errorem In multis Mss. offendimus. Hoc nos putamus esse verum: alioquin tueri vulgatum lectionem possemus, ut indignatio, accipiatur κινησέμενος (ut multa in hoc scriptore) hoc est, ἐνεργητικῶς, non ut sit ἀγακλήσις, quæ est vsitata eius vocis significatio: sed οὐκ ἀξίως, κατὰ φρόνησιν, contemptus. Sensus erit; *Cæsarem captivum & piratarum potitum, ad eo nihil se indignum egisse, ut etiam contemptus haberet eos in quorum erat potestate*. Magnum animi magni argumentum. *Plutarchus*: Ἐπειτα τῶν πρὸ αὐτοῦ ἄλλοι εἰς ἄλλω διαπέμψας πόλιν ἐπὶ τῶν χημάτων πεισιμόν, ἐν ἀνθρώποις φονικὰ τοῖς Κίλιξι, καὶ ἐνὸς φίλου ἕ, δυοῖν ἀπολούδοι ἀπολαυσιμῶν, ἕτω κατὰ φρονήσιν ἔχεν, ὥστε πέμπαν δόμισ ἀναπαύοντο, πρὸς τὰ πέν ἀλλοῖς Ἰωπῶν. Hic locus *Plutarchi* non parum confirmat posteriorem nostram interpretationem: placet tamen magis prior emendatio, quam *Fulvio* quoque *Vrsino* venisse in mentem ex eius Notis didici, quas nunc ipsum primum vidi. Magnum mihi earum desiderium excitarat doctissimus adolescens *Lambertus Canterus*, patre *Theodoro* patrioq; *Gulielmo* dignissimus: cum Roma rediens hac transiret anno, & illi ego cum alias in *Tranquillum*, tum istam quoque emendationem nostram ostenderem. Accidit autem per commode, ut dum nostra hæc ederentur, perducto iam ad *umbilicum Tranquillo*, eum librum qui nuper *Antuerpiæ* prodiiit, dono ad me mitteret clarissimus doctissimusq; vir *Iacobus Bongarsius*. *Bongarsius*, cui se plurimum debere literarum nostrarum profitentur.

Cum vno medico & cubiculariu duobus. J. Ita omnes codices veteres, recentiores, scripti, cusi: editiones quasdam nuperas excipio, in quibus reperi cum vno amico. Primus *Robertellus* auctor mutandæ vulgatæ lectionis fuit; *Plutarchum* enim φίλον hunc vocare: neque esse verisimile vlli medico (quippe serui illis temporibus eam artem exercebant Romæ) eum honorem habitum, ut inter amicos Cæsaris censeretur. Placuit hoc commentum etiam viris doctif-
 simis.

simis, quod miror: nam auctorem quidem eius nihil moror. Norunt omnes eruditi ineptias hominis & vanitatem, cuiusmodi hoc est, sane vanissimum. Primum illud falsum omnes Romæ tum medicinam profitentes seruos fuisse; multi enim excellentes in ea arte è Græcia terra illuc quæstus sui causa, partim ingenui, partim manu pridem emissi, itabant. hi sunt quos narrat hoc ipso libro *Suetonius*, ciuitate donatos omnes à Iulio Cæsare: nam in seruos id beneficium fuisse collatum, nimia est stultitia vel suspicari. Falsissimum vero medicos à magnatibus Romanis inter amicos non habitos, neque eo titulo dignatos. *Tacitus Annalium libro IV, 3*: *Sumitur in conscientiam Eudemus amicus ac medicus Liuie. Seneca de beneficiis VI, 16*: *Quare medico & præceptori plus quiddam debeo, nec aduersus illos mercede defungor? Quia ex medico & præceptore in amicum transeunt. Suetonius lib. II, & Plutarchus in Bruto*, auctores sunt, Octauium priore Philippensi prælio amici somniq; monitum, tabernaculo suo egressum. Quis ille amicus? Artorius medicus consensu reliquorum historicorum, *Velleii, Valerii Maximi, Dionis, & Laëtantii quoque lib. II cap. VIII*. At isti critici quasi magnum esse nefas medicum aliquem procerum amicum audire, illum quoque è sequenti libro locum nobis corruperant: ut iam non aliter ibi edatur quam *medici somnio*, contra veterum librorum fidem: quorum nos auctoritatem secuti, medicis suam dignationem duobus hisce locis asseruimus. *Gregorius Nazianzenus in epitaphio Casarii fratris*: τὰ πρῶτον ἐν ἐσθροῖς τὰ ἔτιν. καὶ τοῖς φίλοις ἔ βασιλέως δίδως ἀειθμῶμεν, τὰς μεγίστας καὶ πρῶτον ἱμεῖς. Falluntur autem docti viri qui pertinere huc putant istum *Asbenai* è libro VI locum: Ἰὺλιος Καῖσαρ ὁ πρῶτος πάντων ἀνδρῶπων περαιωθεὶς ἐπὶ τὰς Βρετανίας νήσους μετὰ χιλίων σκαφῶν, τρεῖς αἰκέτας τοὺς πάντας συνεπήγατο, ὡς κόπιας ἰσορεῖ ὁ τότε ὑποστρατηγῶν αὐτῶ, ἐν τῷ πτεῖ τῆς Ρωμαίων πολιτείας. ὁ τῷ καλεῖται ἡμῶν γέγραπῆ φωνῆ. *Iulius Caesar qui primus mortalium ad Britannicas insulas cum mille nauibus traiecit, tres omnino famulos secum ducebat, vs scribit Corta, qui legatus illi tunc erat; in eo libro, quem de Rep. Romana lingua nostra (Romanorum) composuit.* Non enim ad hanc historiam de captiuo Cæsare villo modo pertinet Cortæ legati eius testimonium: sed ad illam ipsam de qua loquitur expeditionem; aut fecit sane Corta ineptissime, qui Cæsari laudem frugalitatis tribuerit, quod apud prædones cum tribus seruis fuerit. Plures enim initio habuit Cæsar, sed eos dimiserat alios in aliam urbem



urbem ad expediendas pecunias: ut ex Suetonio & Plutarcho constat. quare super ineptias, etiam falsitas fuerit in voce *Curviora*. Sed absurdum est & plane ridiculum, ad hæc Cæsaris tempora illam narrationem referre: quum diserte noveret Larenis, Cottam fuisse legatum Cæsari *ῥῶν*, hoc est, in illa ipsa expeditione. Alioquin etiam illud dici poterat, in numeris parum fuisse hunc Cottam accuratum. qui mille nauium classem appellet, quam ipse Cæsar dicat fuisse Dccc. & quidem ita ut, cum longis nauibus etiam graues & vectoriæ numerentur: atq; ipsæ etiam aënotinæ, & priuatæ. Omnino graüiter doctissimi viri errarunt, qui illum *Athenas* locum huc putarunt referendum.

Ad expediendas pecunias quibus redimeretur dimiserat] Supple ex Plutarcho, alium in aliam vicinæ prouinciæ Asiæ urbium: non enim sua redemptus est pecunia, sed publica ciuitasum, ait Velleius. Idem factum in pluribus Romanis qui illa tempestate in piratarum manus incidunt. Notum de P. Clodio qui captus misit ad Ptolemæum Cypri regem ad expedienda lytra. *Strabo XIII. Dio lib. XXXVIII.* Quod igitur Cæsar prædonibus XV talenta postulanti- bus, L. sponte sua obtulit, non liberalitas hæc fuit: sed summa confidentia ciuis *ἑμῶν* sociorum P. R. fortunis insultantis.

Expositus in littore] Nihil est mutandum: tantum ex Plutarcho explicandum de littore Milesiaco. Suadet narratio illius, ita accipiamus: quanquam Plutarcho hoc *ἁπλοῦς* non dicit: estq; valde verisimile Milesios ægre passuros, ut suum littus latrones hac occasione explorarent. non ergo assentiamur erudito viro *Mileti* emendenti.

Classe deducta] Ex portu Milesiaco. Plutarcho. *Asconius in III contra Verrem*: Habent Milesii præfidiariam classem ex fœdere præbendam populo Romano maritimis necessitatibus.

Inter iocum] Membranæ quædam *per iocum*. Turonenfes, *inter. Plut. οὐ γέλωσι.*

Ne desidere in periculo sociorum videretur.] Quasi ad priuati curam salus imperij aut sociorum stante & florente Rep. (nam de extremis periculis non loquimur) pertineret. Quin illud verius, ambitione impulsus, & gloriæ cupiditate. Vidit hoc qui tum temporis Asiam obtinebat nomine P. R. proconsul Iunius. Itaque conata eius destituit. *Velleius 2, 42. Longum est narrare quid quoties*

quævis infus se, quanto opere conata eius qui obtinebat *Asiam magistratus* P. R. motu sua deficiuerit.

Præfecto regis provincia expulso] Notemus Cæsaris privati adhuc inclytum facinus: quod apud *Appianum, Livium, Memnonem*, aliosque historicos quæras frustra. ne ille quidem tantus adulator domus Iuliz *Paterculus* hac de *ἀεισεία* vel *χρῦ* quod aiunt.

Mutantes ac dubias ciuitates] Turonensis liber, *nutantis*. & adiectum est scholion ad oram manu eadem: *Vbiq̄e Suetonius resusatiuum pluralem reuera declinationis in is ponit*. et si non vbiq̄e locum habet hæc obseruatio, in illo quidem ipso exemplari, prætermittere tamen illud nolui. De horum casuum forma in *is*, fufè *Priscianus* libro V.

Cap. V. *Tribunatu militum*] Hæc vera lectio: quam vulgo membranæ omnes corruptam exhibent. Vnde occasio data eruditissimo *Torrentio* aliter emendandi, sed vetant vetatissimus regionum librorum & *Memmianus*: in quibus diserte, *Tribunatum*.

Qui primus Romam reuerso] *Plutarchus* populi fauorem magis aperit, victum ab eo referens in tribunatus petitione competitorum, ita vt prior Cæsar renuntiaretur: in quo gratiæ popularis non mediocre erat specimen. *Τῷ δήμῳ πρώτῳ ἀπέδειξεν τῆς πόδος αὐτοῦ εὐνοίας ἔλαβεν. ὅτι πρὸς τῶν Πόπλιον εἰσελάς ὑπὲρ χιλιεσχίας, πρὶν εἰσὶν ἀντιπροῦτον.*

Auctores restituenda Tribunitia potestatis enixissime inuit] Auctores fuere plures, sed præcipuus ipse *Pompeius*, qui tum erat consul. iccirco scribit *Velleius* (2, 30) de primo illius consulatu, qui in annum incidit XXX ætatis Iulii; vrbis vero condita DC LXXXIV: *Hoc consulatu Pompeius Tribunitiâ potestatem restituit, cuius Sullæ imaginem in iure (siue in Rep.) reliquerat. Cæsar primo De bello ciuili (cap. 7) Sullam, nudata omnibus rebus Tribunitiâ potestate, tamen intercessionem liberam reliquisset: Pompeium qui amissam restituisset videatur, bonâ etiam, quâ ante habuerat, ademisse.* Inuenimus in *Memmiano* codice, adiectes. quam lectionem doctissimus *Turnebus* putauit sibi defendendam; tanti apud illum pretii erat Turonensis ille codex. illud vero mirum, legi in optimis aliis libris auctoresq̄. in *Viterbiensi, Lissæi & Romano* veteri. an deest aliquid? Non videtur.

Cuius vim Sulla diminuerat] Lege lata, ne quis post tribunatum vllius honoris esset capax. *Appianus* Ἐμφυλ. primo: *τῶν δὲ μέρους*

χρον αρχῶν ἴσα ἔ ἀνῆλε (de Sylla loquitur) ἀδυνασία τῶ ἀποθνήσκει ἔ νόμοι
 κωλύσαι μηδὲ μίαν ἄλλω ἔ δῆμαρχον ἀρχῶ ἐπ' ἀρχον. διδ ἔ πάντες ἢ δόξῃ
 ἢ γένος ἀντιποικίαντα τῶ ἀρχῶ ἐς τὸ μέλλον ἐξεργάσονται. Solam igitur
 tribunitiæ potestatis imaginem Sulla reliquerat: hoc est, extremi
 iuris intercessionem, vt ait *Cæsar libro pr. De bello ciuili. Deminuerat*
scriptum in plerisque, non diminuerat. & lib. II cap. XLI fuerat
deminuto non diminuto. Sic in Plauto. Glossarium: Deminuit, ἱλαστοῖ,
ἱλάσθων. Turonensis diminuerat.

L. etiam Cinna, uxoris fratri] Huius vnus gratia id nego-
 tium à Cæfare fuisse susceptum declarant, quæ supersunt ex ipsius
 suasionē verba: *Equidem mihi videor pro vestra necessitate, non labore,*
non opera, non industria defuisse; nam necessitas hoc loco, ius affinitatis
significat, vt obseruat A. Gellius lib. XIII cap. III.

Post necem Consulis] Lepidus tamen morbo & pœnitentiā per-
 iit. *Florus. νόσῳ πικρῶνι χρώμενος. Appianum.*

Rogatione Plotia confecit] Bene & κρείως, rogatione: vide
Festum. A. Gellius legem vocat: sed & priuilegium hoc potius fuit:
& ita confunditur rogatio hæc cum lege Plotiæ de vi, & altera de
iudiciis. In Turonensi Plocia scriptum pro Plotia. nam e & r sape
confunduntur, vt nuntius & nuncius. A. Gellius Plautium vocat, quod
idem est. au pro o & contra. vide ad Vespasianum. Ridiculum
est quod disserant ad hunc locum nonnulli de Plautiis Plotis.

Cap. VI. Quæstor Iuliam amitam] hæc Marij seniori nupta
 fuit, iuniorque Marius ex illa est natus. *Plutarchus.*

Sed in amita quidem] Scribendum, *Et in amita q. l. Litera*
S. ex sine præcedentis vocis, sine causa, vt sæpissime alibi, initio se-
quentis adhæsit.

Quo nomine fuit mater] Deest ei: vel culpa scribæ, vel ex
 consuetudine huius scriptoris, quam ante notauimus.

In Cornelia autem locum Pompeiam duxit] An quæstor adhuc?
 Sane, vt quidem Tranquilli narratio est. *Plutarchus* contra, post
 quæsturam: *ἡρώμενος ἀπὸ τῆς ἀρχῆς ἐλευθέρως τείτῃ ἡγάγητο γυναικα Πομπη-
 πίας.*

Cap. VII. Quæstori vlterior Hispania obuenit] Auctor libri
De bello Hispaniensi, sub finem: Cæsar cum à Gadibus ad Hispalim se
recepisset, insequenti die concione aduocata, commemorat inisia quæstura
sua

Speciem provinciam ex omnibus provinciis peculiarem sibi constituisse, & que percussit eo tempore beneficia largitum.

Mandatu Prætoris.] Gratia magna doctis viris, qui hunc locum restituerunt: nam in nostris quoque manuscriptis omnibus, etiam in regiis, & Turonensi, locus erat corruptus. habent alii, mandatu P. R. alii etiam depravatus: *mandatu Reip.*

Nihil dum à se memorabile.] Lissæi cod. *memoriale.* Sic hæc duæ voces sæpe confunduntur. Massurii Sabini libros Paulus I. C. *Memorabilem* appellat in *Pandectis* leg. CXLIII. *De verborum signif.* qui constanter apud *A. Gellium* & *Macrobium*, *Memorablem* inscribuntur. nam quod in nuperis *A. Gellii* editionibus, mutatum id est, contra veterum librorum auctoritatem factum, quos nos vidimus antiquissimos. Porro ita scribitur hic locus in libro *viri Cl. Francisci Pithei*; quod nihil tum admodum à se memorabile actum esset. minus recte.

Ad capiendæ quam primum maiorum rerum occasiones in vrbe.] Membranzæ Viterbieneses: *in urbem.* ἀρχαίως, ut sæpe apud Cicero- nem. Puto inobservantia huius locutionis factum esse, ut inter voces *urbem* & *etiam*, quidam libri interponant vocem *euenit* aut *venit*. quam lectionem omnes libri meliores refutant. Distinctionem restituumus ex editione prima, & Mss. Lissæi: pessimæ enim in vulgatis editionibus distinctum est post vocem *ocassiones*: cum vt doctissimus quoque Torrentius animaduertit, non in vrbe sed Gadibus sequens Cæsari somnium fuerit somnium.

Arbitrium terrarum orbis portendi interpretantes.] Ita visum interpretari vanissimæ artis auctoribus vanissimis. *Artemidorus* libro τῆς ὄνειροκρίσεως πρώτῳ, de huiusmodi somnio loquens; ἀγαθὸν δὲ καὶ καλὴν ἀμειψασθῆναι καὶ παλαιῶν σημαίνει τὸ πῶς παλαιὰ ἢ μὴ πρ. ὅτι πρὸς τὸ μνησθῆναι κατὰ νόμον ἁερῶν τῆς πατρίδος ἀρχαί & σάμας τῆς οὐραίας πειθαρχίας, καὶ ἐκείνης, ἧτος ὁ ἴδιος, πάντων πραγμάτων. *Astrampsycheus* in *Onirocritico*: μηδὲ πλακῦναι καλὸν ἐς ἕνα τὸν ἀστράμψυχον sunt illi versus, quos ex *Suida* descriptos coniecit in animaduersorum libros *Hædrrianus Iunius*, tanquam incerti auctoris. Nobis eum librum manu exaratum videre olim contigit in bibliotheca *Perri Gilefii Hispani*: sed tantum videre: non enim aut legere aut describere licuit. Donauit nos nuper eo munere eruditissimus, probatissimus, amicissimusq; iuuenis *Richardus Thomson Anglus*, qui à Io-

cat *ἡ ἀρετὴ κατὰ τὴν ἀρετὴν ἕρποντι καὶ κατὰ τὴν ἀρετὴν*: Cicero ad Atticum, *Archilochica edita*.

Tanufius Geminus in Historia] In manu exaratis multis, & editione prima, *Tamifius*: quo modo etiam apud *Senecam* in epistolis scriptum habent plerique libri antiqui. Sed & in *Cicerone* ancipiti scriptura, *Tamifios* & *Tanufios* lego. Græci ab altera lectione stant: quanquam apud *Plutarchum* in *Cæsare* *Γαρίονος* male pro *Ταρίονος* culum est: male etiam *Xylander*, *Canufius*. Non enim, puto, *Canusium* laudat *Plutarchus*, cuius meminit *Priscianus lib. octavo*. Hunc puto esse *Canusium* æqualem & amicum *M. Tullii*, non semel ei cum laude nominatum.

C. Curio pater] *Curiones* scripserunt plures sicut obscure *Salinus* significat *capite VII*: sed duorum *Ciceronis* æqualium *Suetonius* meminit, patris & filii: itaque cum adiectione aliqua laudari solent. sic iterum infra, & apud *Priscianum in VIII*, *Curio pater*. *Suetonius* alio istius libri loco patrem & filium simul laudat. De utroque *Cicero in Bruto*.

Ad Axium] Ita membranz nostræ quoque & *Lissæi*, vel ad *Anxum*. non ut in vulgatis ad *Atticum*. Similis error ab eruditis deprehensus apud *Senecam De breuitate vite, cap. V*.

Diem sedi destinatum non obiisse] Ita princeps editio, à qua discedere religio fuit. omnes tamen nostri veteres ut *Torrentii*, adisse. Sed recte obiisse in *Memmiano*.

De humero deiceret] *Turonensis de vmero deiceret*. neque enim defuerunt Critici qui sine aspiratione, cui repugnat origo, hanc vocem scriberent. *Glossarium in litera V. Vmerus* etc.

Per Lambranos] Libri veteres isto loco *ἰδίῳ ὕμῳ*: tanta in iis varietas & inconstantia. *Viterbiensis, Ambianos*: sed *ἄν ἰδίῳ ὕμῳ*: nam prius *Ambranos*, scriptum fuerat, quo modo in regiis offendimus, & *Turonensi. Lissæi, Lubranos*. Suspicio ceterioris Hispaniæ barbarum aliquem populum intelligi, cuius opibus abuteretur *Piso* in rebus nouandis: ut *Romæ Cæsar Transpadanorum*. si id non est, sunt per me *Lambrani* *ἰδίῳ ὕμῳ* *Lambri* fluminis. mentio eius præter *Plinium*, etiam apud *Sidonium Apollinarem lib. I, epistola V*: *Vluosum Lambram, caruleum Adduam, velocem Athesum, pigrum Mincium, qui Ligusticis Euganeisq; montibus oriebantur paullum per ostia aduersa subuectus, in suis etiam gurgitibus insperxi*.

Cap.

Cap. X. *Adiis præter comitium ac forum*] Mos vetus Roma, circa annum V. C. ECCCXLIII institutus, parta de Samnitibus per Papirium Cursorem nobilissima victoria. Notat *Linus*, lib. X, 40: *Dictator ex S. C. triumphavit: cuius triumpho longe maximam speciem captivæ armæ præbuere. Tantum magnificentia visum in iis, ut aurata scuta dominis argentariorum ad forum ornandum dividerentur: inde natum initium dicitur fori ornandi ab Adilibus, cum ibi ense ducuntur.*

Pars apparatus exponeretur] Signata vox exponeretur: quod verbi proprie locum habet in iis quas vocant Græci ἐπιδείξεις: quum pretiosissimæ quæque res omnis generis foras proferuntur, & oculis spectantium exponuntur. *Jacobus* olim *Bononiensis* rescribi iussit, *par apparatus*. nulla ratione ductus necessaria: sed hauserat, puto, eam lectionem, è manuscriptis. nam in Viterbiensi codice ita scriptum.

Tantum Castoris vocaretur] Imò Castores dicti Latinis quos Græci vocant Διοκούρως. Notum ex *Plinio*, *Minutio Felice*, *Arnobio*, aliis: & ita recte vetus interpretes, *Actorum* cap. XXVIII. Sic in *Euripido Electra* τὰ Κάσπεα, quod nuper docuit nos *Iosephus Scaliger*.

Adiecit insuper Caesar etiam gladiatorum munus] Superiora ad Deum honorem pertinere & Adilis munus: gladiatores in memoriam patris dedit *Caesar*. *Dio*, & *Plutarchus*.

Paucioribus quam destinavit paribus] Exhibuit ad arenam paria gladiatorum trecenta & viginti. *Plutarchus*.

Cap. XL. *Vt sibi Ægyptus provincia plebiscito daretur*] Id est, ut sibi extra ordinem pacandus Ægypti status demandaretur, & rex in regnum suum restituendus. *Provincia Ægyptus* sic dicitur (monæo tyronum gratia) ut paullo post, *provincia* appellantur, *Sylva* callæque. neque enim populi Rom. provincia Ægyptus erat illis temporibus.

Tropea C. Marii] *Plutarchus* clarius, οὐδὲν ἐπισημῶς Μαρία πρόβα, ἡ νίκης τροπαίοφους. Eum adi. *Tropea* autem semper scribendum, non *trophæa*. Nullo enim modo ferendus est *Marcellus Donatus*, qui tantum hoc loco perdit verborum, ut probet veram scripturam esse *trophæa*. Fuit omnino vir ille plurimarum literarum, & in Romana antiquitate ad prime versatus: sed qui Græcæ eruditionis plane expertus esset, ἀπόρητος Criticum ubique sese prodit.

Cuius

Cuiusmodi sane hoc est illius iudicium. Nam quot argumentis confutari eius sententia potest? Repugnat primo analogia. etenim si trophæa scribi debet; ergo etiam trophos rhetorum dicemus non tropos. origo enim est eadem. ita nullum erit discrimen inter deducta à τρῖον αλο, & τρῖον verso. Repugnant omnes libri meliores & paullo vetustiores nobis inspecti, qui nullam in hac voce aspirationem agnoscunt. τρῶπα enim diserte habent Turonensis codex & optimus quisque. repugnant denique etiam prisca lapides: ut ille in quo, vel ipso Donato teste, hæc leguntur: ARCVM SIMVLACRIS EORVM TROPÆISQVE DECORAT.

Asqua an exercenda de sicariis questione] Cæsar post ædilitatem factus est iudex questionis, anno urbis DCXCL. eique prætori operam nauauit, cui sorte contigerat quæstio inter sicarios. Id erat fere ædilitiorum hominum munus, & gradus ad præturam ex ædilitate. possem ex Ciceroe quod dicimus probare, nisi doctissimorum hominum de his scripta eruditissima. versari in omnium manibus scirem. Tantum lapidis inscriptionem proferam, in honorem memoriæ Octauii patris Augusti, positi: vbi ordine enumerantur officia quæ ille consecutus est in Rep. omnia:

C. OCTAVIVS. C. F. C. N. C. PR.

PATER AVGVSTI

TR. MIL. BISQ. ÆD. PL. CVM

C. TORANIO IVDX QVÆSTIONVM

PR. PRO. COS. IMPERATOR APELLATVS

EX PROVINCIA. MACEDONIA.

Hoc ego non monuissem, nisi viderem, virum doctum, contra Suetonii mentem, & ordinem eius accuratissimum ad Cæsaris præturam hæc referre. Scio factum interdum, ut idem & prætor iurisdictioni præesset, & quæstitor vnam exerceret quæstionem: sicut Cicero de repetundis prætor urbanus: sed hoc de Cæsare cur nobis persuadeamus, silentibus veteribus memoriis, causa nulla est.

Cap. XII. *Subornauit etiam*] Pessimo consilio qui Suetonii libros in capita secuerunt, vsos esse, nimis sæpe attentus lector obseruabit. Exemplo sit hic locus: male enim diuiserunt quæ prudenter auctor coniunxerat: & quæ in Turonensi superioribus coherent: licet distinctio capitum in eo libro sit obseruata. Neque hoc nullum momentum ad rectam istorum intelligentiam affert.

Nam

Nam qui non attenderunt ab illis verbis superioris capitis, atque in exercenda de sic. quest. ad huius XII finem de Cæsare iudice quaestionum agi, mentem auctoris peruidere non quiti sunt. Inde igitur praua diuisio: inde eorum error qui peruerso narrationis ordine confusam Tranquillo temporum rationem putarunt.

Ac sorte iudex in reum ductus] Accipio de sortitione illa qua factus Cæsari iudex quaestionis in iudicio Rabiriano. Quaestionis iudex quasi vicarius fuit prætoris siue quaestoris eius cui aderat. Quamobrem non minus quam ille quaestionem exercere dicitur: quod cæteris priuatis iudicibus non conuenit. Refert Dio libro XXXVII, sedisse iudicem in hac causa & Lucium Cæsarem cum Caio Cæsare: sed ille quidem priuatus fuit, vt vnus aliquis è iudicum selectorum numero: Caius non simpliciter iudex, sed quaestionis iudex de causa cognouit; quo maior ei facultas reo nocendi fuit.

Cap. XIII. *Depositæ prouincia spe Pontificatum maximum petiit*] Quo anno Cæsar quaestiones exercuerat, eodem & Pontifex Maximus est creatus, sub exitum consulatus M. Tullii. Adi in actis eius anni Dionem.

Non sine profusissima largitione] Duabus potissimum Cæsaria artibus effectum, vt in petitione huius sacerdotii homo iuuenis, nec dum præturam consecutus, amplissimos viros Q. Catulum & P. Isauricum, superaret; profusa largitione in tenuiores, potentiorum affectatione diligentissima, ad fræditatem adulationis vsque. de hac fufe Dio, lib. XXXVII. ex cuius verbis tollenda menda, legendumque, ἢ δὲ ἑμάλιν οἱ τῆς αὐτῆς ταπεινότητος ὡς ἢ δὲ ἑ ἀπὸ τὰ ἰσθμῶν, ἀλλ' ὡς ἐπιχειρεῖ προβαλῶν τούτους ὡς καὶ κρείττους ὑπὲρ Χυλῶν. inepte vulgo, ὡς καὶ κρείττων. nec proba eruditissimi Xylandri emendatio, ὡς ἰσθμῶν κρείττων: versio quoque à Dionis sententia aliena. Hoc vult enim, quos dignitate præcedere studebat, eosdem vt dignitate superiores affectabat.

Cum mane ad comitia descenderes, prædixisse matri osculanti] Descendentem ad comitia osculari, peculiare materni affectus fuit: ad redeuntem è comitiis, honore auctum osculo excipere, commune matri cum aliis propinquis, amicis, clientibus. De matre locus iste apud Polybium testatur, libro decimo, ἀρχὴν δὲ ἄμα τ' ἀδελφῶν καὶ συγγενῶν ἔργον οὐκ ἀτακτικὴν κατὰ τῆς ἀρετῆς ὡς ἐπὶ τοιαύτων ἐπισημῶν ὅτι συγγενῶν ἀν-

τοῖς οἷς τὰς δῦρας, καὶ περὶ ὕξας ἀσπίδας. De reliquis elegans locus apud *Arrianum in Dissertationibus Epicteti, libro primo, cap. XIX*: Ἡξίω) πὺς ἀμφοτέρω; πάντες οἱ ἀπαντῶντες (ὀνήδον) εἰς τὸν ὀφθαλμὸν καταβίβει, ἀλλ' οὐ τὸν ἰσχυρὸν οἱ δούλοι τὰς χεῖρας. Notatu dignum est, etiam in Curia talibus blanditiis fuisse locum: narrat enim *Plutarchus Brutus*, coniuratos sellam Cæsaris Curiam ingressi circumstetisse, quasi aliquid rogaturos, osculabundos, manus alios, quosdam caput. καὶ (ὀνήδον) πάντες ἀπὸ μὲν οἱ τὴν χεῖρα, καὶ στήνα, καὶ κεφαλὴν καταβίβει. Sic qui in Senatu honore aliquo afficiebantur, eos amici qui intererant, osculo inibi excipiebant: quo ex more illud est, quod de optimo principum Traiano narrat *Plinius in Panegyrico c. 71*: iam inquit, quo assensu, quo gaudio exceptum est, quam candidatis, quæque nominaveras osculo occurreres, deiecit in plenum: & quasi unus ex gratulantibus. Fuit & consuetudo principum quos amarent, eorum non ora tantum sed pectus quoque & manus osculari. *Theodorus libro V, de Theodosio*, Meletium episcopum excipiente, περιπλάσσει τὴν καὶ καταβίβει τὸν ὀφθαλμὸν καὶ χεῖρα καὶ στήνα, καὶ κεφαλὴν καὶ πῦν σφραγίσσει δὲ ξίαν.

Cap. XIV. *Solus municipalem diuidendos custodiendosq, publicatiu bonis sensuit*] Quomodo solus, si plures in suam sententiam traxit? Sed aliud est censere, aliud assentiri, ut libro sequente cap. XXXV. Et tamen ne sic quidem consentient inter se scriptores. A sententia quæ præfens supplicium decernebat, primum discessisse *Domitium Neronem*, non autem *Cæsarem*, scribit *Sallustius c. 50*: qui etiam addit, *Silanum*, quando permotus oratione Cæsaris, quod prius censuerat corripuit, pedibus in sententiam *Ti. Neronis* iussit, idem *Arrianus l. 2. Ciuil.* quoque narrat. *Suetonius* & *Dio* nullam *Domitii* mentionem faciunt, quin diserte *Dio* affirmat & *Plutarchus*, τὸν ἄλλοις πάντας μέχρι Κίσιου θανάτου κελύουσι, alios omnes ante *Cæsarem*, mortui damnasse. Sed & Cæsaris sententiam ita varie narrant auctores, ut conuenire pax inter illos nequeat. *Sallustius* sic ait c. 51: *Publicandas eorum pecunias; ipsos in vinculis habendos per municipia, que maxime opibus valent: nec qui de his postea ad Senatum referat, nec cum populo agat.* Plane idem & *Dio* qui *Sallustii* verba videtur expressisse. Sic enim libro XXXVII. γράμματα ἔδωκε δῖονα τὴν αὐτοῦ, καὶ οἷς πόλεις ἄλλοις ἄλλα καταδέδει, τῶν ἐπιτῶν ἐστρημένους, ἐπὶ τῶν μάλιστα καὶ ἀδύνας ἐπὶ αὐτῶν χρηματισθῆναι ποσῶ. omnia sunt eadem: ut in vinculis habeant



habeantur; vt oppidatum diuidantur; vt pecunia sua priuentur; vt vt de eorum caussa ad consequendam absolutionem neque referre ad Senatū fas cuiquam sit, neque agere cum populo. At *Plutarchus* quam diuerse? vt per Italiae vrbes quas Cicero ipse elegisset custodirentur ad deuictum vsque Catilinam: quo postea Senatus per otium de caussa ipsorum cognosceret. vides nullum huius sententiae caput eodem modo esse conceptum, atque apud superiores scriptores. *Appianus Plutarchum*, vt fere alibi, sequitur, προῦπθε διαδέδωκε τοὺς ἀνδρας κικέρωνα τῆς Ἰταλίας ἐν πόλεσιν, αἷς ἂν αὐτὸς δοκῆ μίση, μέχρι Καπλῶνα καταπολεμηθέν. ὅς οἱς δικαστικὸν ὑπαρχῶσι. *Sententiam dixit, vt Cicero per vrbes Italiae quas ipse probasset, reos diuideret; donec Catilina deuictus, iudicio sistansur.* In editis libris perperam scriptum *σευπήθη*: qui error persuasit interpretibus Cæsarem non nouam sententiae auctorem extitisse; verum prius dictis aliquid addidisse: quod falsissimum est. *σευπήθη* igitur verum est; nempe γάμῳ. Obseruent autem tirones morem populi Rom. in reorum custodia. Nam quos in carcerem non coniciebant, eos vel militibus, vel fideiussoribus, vel etiam sibi committebant, vt ait *lex prima Digest. de custodia reorum*: vel eos magistratibus custodiendos tradebant; vel per oppida Italiae diuidebant: cuius moris nobile exemplum in illis mille Achæis, quos bello Persei confecto Romani in Italiam acciverunt, vt nuper ad *Polybium* ostendimus, qui inter illos fuit. Quemadmodum autem ad magistratus siue priuatos fideiussores aut vades periculum ex euasione custodiarum spectauit, sic ad vrbes vel municipia quibus fuerant rei traditi; quod in hac historia *Dio* obseruat illis verbis: ἐπὶ τῷ ἂν διαδράσῃ τις ἐν πολεμίῳ μοίρῃ τὴν πόλιν ἐξ ἧς ἂν οὕτω ᾖ. ea lege, vt si quis eorum effugiat, eius oppidani, vnde aliquis effugerit, pro hostibus & perduellis habeantur.

Quoadusque manus equitum] Scrib. quoad manus equit. vt in omnibus ἀξιοπιστοῖς veteribus, etiam *Turonensi*.

Que armatae praesidii causa circumstabas]. *Plut.* πολλοὶ τῶν κικέρωνα σευρήσαν τότε νῦν. Sed melius *Sallustius*; Consul vbi ea parari cognouit, dispositū praesidiū, vt res atque tempus monebat. Non enim ad salutem Ciceronis magis quam ad publicam omnium hac praesidia spectabant. quos autem iuuenes vocat *Plutarchus*, ii. videntur equites fuisse, ex *Sallustio*: et si de illo Patrum confessu is non loquitur: verum de priore.

Vt sedentem proximi deseruerint] Senatorum in Curia fuit hic mos, cauere ne homini obnoxio assiderent. Cicero in Catilinam I, 7. *Quid quod aduenta tuo ista subsellia uasuefacta sunt? Quid quod omnes consulares qui tibi saepe ad eadē constitati fuerant, stimularq; affedisti, partem istam subselliorum nudam atque inanem reliquerunt?* Notat Dio libro LVIII de amicis Seiani illi assidentibus quo die nonissime in Senatum uenit: κατὰ τοῦτο ἔν ἐν κατὰ πλείονα πολλῶν ἐγγύχοντο. καὶ πρὸς τὴν ἐξαρτήσῃ τῶν Συγκλητικῶν αὐτῶν ὄντων πρόθεν πρὸς πολλῶν φίλων ἔχειν ἐπιποιῶντο τέτρω τότε ἐδὲ τῆς αὐτῆς Συνεδρείας κοινωνεῖν ἤθελον.

In reliquum anni tempus] A Nonis Decembribus ad Kalanuarias.

Cap. XV. *De refectione Capitolii ad disquisitionem populi uocauit*] Ita exprimit Græcorum ὅτι πρὶ ἐυδύνειν. Dio lib. XLIII hac de re loquens: ἐφ' ἑ τῆ ἐκποίησι ἐυδύνου ἐπαῖνον ἐπιχειροῖσι. Libro XXXVII dixerat: κλοπῆς αὐτῶν ἤθελον καὶ τὸ λοισμῶν τῶν ἀνηλωμένων χρημάτων ἀπάτη. Sic libro VI, C. I. *Cæsarem ad disquisitionem Senatus uocauit.*

Quæ curationem tam in alium transferebat] Is alius est Pompeius, in quem uoluit Cæsar non tam curationem quam honorem inscriptionis ambigiose transferre. Dio: ἐπραθη ὁ Καῖσαρ ὁρῶν τὸ πρὸς τὴν Καπύλιον ὄνομα ἀπὸ τῶν ναῶν τῶν Διὸς ἑ Καπύλιον ἀφαιρεῖσθαι, τῶν δὲ ἐν Πομπηίῳ τὰ λοιπὰ σεσημασμένα δὲ ἀπὸ τῆς ἐπιγραφῆς. & quæ sequuntur.

Relicto statim nouorum consulum officio] Vide ad caput LIII, lib. sequenti.

Cap. XVI. *Donet ambo administratione Reip. decreto Patrum submouerentur*] De Cæcilio Metello consentit Dio: de Cæsare perspicue aliter tradit: cessisse illum, neque passum decerni id de se, quod iam de Nepote fuerat decretum, ἔμεινεν ὅτι καὶ χαρίζεσθαι αὐτῶ (Pompeium intellige) ἤθελον, ὅτι καὶ ἐφ' ἑαυτῶν δὲ τούτου ἠφροδῶναι π τοῦτον, ὅτι ἐπὶ τῶ Νέπωτι δέδοκται, ὑπομείναι. Id patet ex eo accidisse, quoniam decretum istud, quod ad Cæsarem, prius contumacia ipsius & imparentia, deinde ob postertus factum senatusconsultum, perinde habitum, quasi numquam esset factum.

Operamque sibi in afferenda eam dignitate pollicentem] Mirus ubique in hoc auctore potest obseruari uerborum dilectus, non è rhetorum lecythis petitorum, sed è uita communi & usu quotidiano. Nam illæ voces *in afferenda dignitate*, ipsiusmet Cæsaris sunt, non

Suet-

Suetonii. In omni Republica bene temperata, qualis Romana fuit, duplex obfervatur æqualitas; arithmetica & geometrica; siue vt cum *Aristotele* dicam, τὸ ἀριθμῶ ἴσων, & τὸ κατ' ἀξίαν ἴσων. Prior æqualitas appellatur libertas, posterior dignitas. Vt igitur plebs vilis, quoties ferè tumultuatur, libertatem prætexit: sic optimates & potentes dignitatem. Sic *Catilina* conspirandi aduersus patriam, hanc se habere causam dicere solitus, quod statum dignitatis suæ non obtineret. Apud *Sallustium* ipse ita loquitur c. 35: *Iniuriis consumelius; concitatus, quod fructu laboris industriæq; mea priuatus, STATVM DIGNITATIS NON OBTINEBAM; publicam miserorum causam, pro mea consuetudine suscepi.* Cæsar simillimè, causam cur patriæ bellum intulisset, hanc asserere solitus, pro asserenda dignitate sua: *De bello ciuili libro primo (cap. 7.)* in concione ad milites, hortatur, cuius imperatoris ductu IX annis Remp. felicissime gesserint; vt eius existimationem dignitatemq; ab inimicis defendant. *Suetonius cap. XXXIII* de illa concione aut simili loquens: *quem affirmaret se ad satisfaciendum omnibus, per quos dignitatem suam defensurus esset, anulum quoque equo animo detracturum sibi. cap. LXXII* hæc verba illius proferuntur: *professus est patam; fr. grassatorum & sitariorum ope in tuenda sua dignitate usus esse; talibus quoque se parem gratiam relaturum.* Alibi idem Cæsar causam cur *Pompeius* hoc bellum constisset, hanc dicit esse: *quod neminem dignitate secum exæquari volebat.* Sic in formula libellorum quos idem Cæsar ad candidatorum commendationem circum tribus misitabat: *commendo vobis illum & illum; vt vestro suffragio suam dignitatem teneant.* vt legitur *cap. XLI.* in his omnibus locis dignitas non simpliciter honorem significat; sed illam æqualitatem quam appellari diximus *Aristoteli*, τὸ ἴσων τὸ κατ' ἀξίαν

Cap. XVII. Apud *Nouium Nigrum Questorem*] hoc est questorem. Notum qui fuerint in Romanis *δικαστικός* questitores.

A. E. *Vettio indice*] *Scribe Iudice*, & ita volueram. Sic enim membranz *Viterb.* Sic nummi veteres quos præferunt viri docti, in quibus *Vettii* cognomen est *IUDEX.* *Dio (lib. 37)* vulgatam lectionem stabilit non nihil, *μυῦσον Αὐτίου ΟΥ Ἰνῆ ἀνδρὸς ἰνδικῆς.* Est & apud *Tacitum* *Vettius* quidam *Valens*, qui indicium offerens trahitur ad supplicium, *libro XI Annal.* ex eadem vt puto gente.

Quadam se de coniuratione] Recte *quadam*, vt Memmianus & fere omnes libri. nonnulli *quadam*: id vero ferri non potest. non enim de alia coniuratione ista debent intelligi quam de Cati-
linaria.

Vettium pignoribus captis & direpta suppellectile] Inter coerci-
tionum modos leniores hic fuit. Nam si quis consuli aut prætori
non obtemperaret, lictores mittebantur, qui damno eum coerce-
rent, vt loquitur *Cicero*. Ex eo discimus; fabros, si aditus non pate-
ret, solitos adhiberi, & publicis operis omnia disturbari. Hanc
violentiam exprimit *Suetonius* voce *direpta*: neque enim prædam
aut rapinam id verbum semper significat: sed violentiam dumtaxat
& celeritatem actionis denotat. Erit igitur *direpta suppellex*, quæ
fuerit cupide ablata & diuendita. nam *diripere* pro cupide emere,
dixerunt eleganter Latini. *Auctor vite Perſii*, quem docti putant
esse *Suetoniana*: *Editum librum continuo mirari homines & diripere
ceperunt.* nam ita scribendum esse; non *deripere* in editione *Perſii*
admonuimus: idque tam est certum, quam quod certissimum.
Alii auctores pari venustate etiam verbum *rapere* vsurparunt. *Hiero-
nymus ad Pamachium*, de Epiphaniæ literis ad Iohannem Episcopum
Hierosolymitanum: *Harum exemplaria cersasim Palestine rapiebantur.*
vel ob auctoris meritum, vel ob elegantiam scriptoris. Senerus Sulpitius,
Dialogo primo cap. XVI, de suo libro quo vitam B. Martini descripsit:
*quam sola cersasim vrbe raperetur, exultantes librariorum vidi, quod nihil ab
his questuosius haberetur.* Porro *direpta*, hoc loco scribunt omnes li-
bri, sine vlla exceptione; non *dirupta*, vt probabili admodum con-
iectura (nam pignora capta moris erat cædere interdum) emenda-
bat *Guilielmus Ranchinus*, vir doctissimus atque integerrimus: cuius
obitum ex inopinato casu nuper audiuimus & mœruimus.

Male mulctarum] In optimo codice Memmiano, *mulctarum*
habetur, vt olim doctissimus *Lambinus* admonuit, quem vide illa de
voce disputantem. Eandem scripturam olim & *Politianus* in mem-
bris suis inuentam adnotauerat.

Eodem Nouium Q.] Elegantius in Mss. *eodem & Nouium.*

Quod compellari apud se maiorem potestatem passus esset] *Compel-
lari* hic quod paullo ante, *nominari*. vtraque vox hoc loco id signi-
ficat quod Græci dicunt *ἀρδίζουδ*, aut *παίσιδ* deferri ab indice aut
delatore. *compellatio* *ἰνδίζις* aut *παίσις* in iure Attico.

Cap.

Cap. XVIII. *Ex prætura ulteriorem sortitus Hispaniam*] Dio libro XXXVII. ὁ Κάσσιος τῆς Λυστανίας μετὰ τῆς Ἰβηρίας ἦρξεν. non video cur præfuisse Lusitaniæ cum dicat, qui sit nactus provinciam ulteriorem Hispaniam; cuius terræ pars tantum altera est Lusitania. Bæticam enim cum ista complectitur. *Plusarchus* adhuc negligentius, qui præfuisse ipsum ait Iberiæ siue Hispaniæ.

Retinentes creditores interveniunt sponsorum remotione] *Plusarchus*. Κάσσιος ὡς ἰὼ δυσδιάδοτος αὐτῷ τὸ πλεῖς τοὺς δανεισὰς ἐνοχλοῦντας ἐξίόντι καὶ καταβοῶντι, ἐπὶ Κρόσον κατέφυγε. ΜΟΧ, ἀνεδέξαμένῃ Κρόσον τοὺς μάλιστα χαλεποὺς καὶ ἀπαραιήτους τῶν δανεισῶν, καὶ διγγυήσασθαι ἐκλακοσίαν καὶ τεμάχιονα παλάντων, ὅπως ἐξῆλθεν ἐπὶ τῆς Ἰβηρίας.

Antequam provincia ornarentur] Ex fide doctorum virorum *Lambini & Fulvii Ursini*, qui ita scriptum esse in antiquissimis libris testati sunt, restituiimus hunc locum. nam in nostris quidem omnibus etiam *Memmiano* ut in vulgatis, erat *ordinarentur*: minus recte. Notum quid sit, *ornare provinciam*: nempe κρόμον τῆ ἀρχῆς περιστάσαι. Id nouo S. C. post impetratum lege curiata imperium, fiebat: quod de finibus provinciæ, de exercitu in eam ducendo, & militum stipendio, cauebatur: attributus item legatus, qui propterea *Appiano* vocatur ὁ τῶ ἡμίονο ἔδρου ἐκ τῆς βουλῆς ἐπὶ μὲν εἰς βοσθρίαν: cautum eodem S. C. & de viatico atque instrumento prætoris domus. E' lectione *Tulliana* etiam *Tironibus* hæc debent esse nota.

Socii implorantibus subuenientes] Misera tum fuit vltioris Hispaniæ conditio ob duas causas: nam & angusta fides erat tota provinciæ; & latrocinii vicinorum populorum regiæ infestabatur. Vtrique malo quam medicinam fecerit *Cæsar*, discas ex *Dione & Plusarcho*. Ipsi vero apud scriptorem *De bello Hispaniensi* c. 42 hæc sunt: *Insequenti prætura ampliato honore, vestigalia, quæ Metellus imposuisset, à Senatu petiisse, & eum pecuniæ provinciam liberasse: simulque patrocinio suscepto* (fortasse melius, *provincia par. susc.*) *multis legibus ab se in senatum inductis simul publicas priuatasq. causas multorum inimicium susceptis defendisse.* quo loco non assentior viro docto, qui pro inductis corrigit inductos. Sic fere loquitur *Appianus* Ἐμφυλ. secundo, de eodem *Cæsare*. νόμοις, αἰτ, ὑπὲρ τῶν πενήτων οἷς τὸ βουλῆσιμον εἰσέφερα.

Non expectato successore decessit] Notat hoc *Suetonius*, quia contra mores, & leges etiam, ut diserte monet *Dio* libro XXXIX. Ex lege illud,

illud, Dig. de officio præsidis, constat, præsidem postquam semel erat ingressus, ius abnotandi è provincia, ne voti quidem soluendi caussa habuisse. Historia Lini exempla aliquot suggerit ciuium ἀγοράζοντες qui hoc ius non magis seruauerunt quam Cæsar: sed hoc in vitio semper est positum. Sub Imperatoribus certum decessionis tempus definitum est. Lege Nouellam XCV. quæ iubentur Præsides provinciarum, vt deposito magistratu L dies maneant in provinciarum metropolitibus.

Edictu iam comitiu] Præter manu exaratos sic habent editiones antiquissimæ Romana & Bononiensis. Plutarchus, & ex illo Zonaras αὐτὸς αὐτὰς τὰς ὑπάλειψις ἀγορῶν ἀρχαιροῖαι. at edictu esset, μὲντὸν non περὶ. Edicta comitia Dioni ἀρχαιροῖαι περὶ πηγαλιμῆνας. Diffisum vero fuisse interdum comitiorum diem, in gratiam procerum absentium, docet idem Dio libro XXXVII, Magno Pompeio habitum hunc honorem narrans, cum expectaretur eius ex Asia reditus.

Ambianci vt legibus solueretur] Ambire pro contendere omni opè atque opera: vt apud Græcos φιλοτιμῶν, ἀμιλλᾶσαι.

Multi contradiçerent] Cato & qui sectam eius sequebantur in Rsp. Dio.

Cap. XIX. Nummos de suo communi nomine per centurias pronuntiarer] Libertati populi Rom. interitum cum alia vitia sensim in eam Remp. attulere, tum meo quidem animo, vel maxime fœda illa honorum nundinatio, quæ Romæ tum vigit. Plutarchus quidem in Catone Uticensi, auctor est, ita Romanos per illa tempora vfos esse τῶ ἀναξίως, ὡς ἐργασίᾳ Κυνήδει hoc est non minus palam & sine vilo pudore pecuniam pro honoribus consequendis dedisse, quam alias consuetas omnibus artes exercebant. Notat idem in Cæsare: tantam fuisse tum publicorum morum labem, & καταπολιτεῖαν, vt candidati palam in comitiis nummarias mensas ponerent, & populi suffragia redimerent. οἱ μὲν, αἶτ, ἀρχὰς μάλιστα ἐν μέσῳ θέουσιν τεπέζας, ἰδίᾳ δὲ ἀναξίως τὰ πλῆθη κερτῆν ὁ δὲ μὲν ἡμιμῶν, ἰδίᾳ δὲ ὑπὲρ ὁ δὲ ἀναξίως, ἀλλὰ τὸ ζῆλον ἔχει δὲ ἀναξίως ἀμιλλῶντες. Interpretes qui τεπέζας isto loco de mensis escariis accipiunt, falluntur: ipse mox τεπέζας & χρημαλιστήρια iungit. Lucanum libro primo:

Hinc rapti fasces pretio, sætorq; fauoris

*Ipse sui populus, let aliq, ambitus vrbi,
Annua venali referens certamina campo.*

Arbitet in carmine de bello ciuili Pompeiano:

*Nec minor in campo furor est, emptiq, Quirites
Ad prædam strepitumq, lucri suffragia vertunt.
Venalis populus, venalis curia patrum
Est fauor in pretio.*

Eam largitionem è Rep. fieri] Nota & obseruatione dignum, posse ea tempora incidere, cum è Rep. fuerit malas alioquin artes vsurpare. Simile exemplum in Græca historia. laudatur enim Themistocles, quod bello Persico, rei bellicæ administrationem Epicydi, cuius metuebatur ingenium lucri cupidum, & meticulosum, pecunia extorserit. Recte enim prudentes docent, temporibus interdum potius parendum esse quam moribus. de quo multa ad *Polybium* differimus.

Igitur cum Bibulo Cos. creatus est] Scrib. è Memmiano & aliis, Cos. *creatur.* & mox, *confierent* non conficerentur.

Cap. XX. *Nec quoquam reperto qui super tali confirmatione referre aut censere aliquid auderet*] Consularis potestatis pars hæc minima in relationis iure olim posita: non enim poterat S. C. sine relatione fieri: referendi autem vis Consulium fuit. *Polybius libro sexto*: ἔτοι (de Consulibus loquitur) τὰ καλεῖσθαι τῶν διαβωλίων ἀναδιδάσκειν, αὐτοῖ τε ἢ ὅλον χειρισμὸν τῶν δογμάτων ἐπιτελεῖν. Hic igitur quid est quod Bibulus Consul non refert de facta sibi iniuria? puto quia Cæsar eo mense fasces habuit: eius enim è Coss. relatio fuit, cuius & fasces. At in editione Romana legitur *Conquestus*: quasi de Cæsare id sit dictum, non de Bibulo qui in Senatum non venerit: non placet & damnant omnes melioris notæ codices. Sæpe autem factum vt Consulibus absentibus, vel præuaricantibus ac mussantibus, referrent alii è principibus amplissimi ordinis: puta, Consules designati, aut Prætorum vêt Tribunorum aliquis. Cuius rei multa extant apud *Ciceronem* aliosq; testimonia. Ex his liquet cur dicat Suetonius, *qualia multa sæpe in leuioribus turbis decreta fuerunt*. Porro ius relationis sublata libertate etsi Consulibus ademtum non est, tamen & potestatis imperatoriæ pars fuit: paullatim enim principes id sibi vindicarunt. Exemplum est ab Augusto primo: in cuius

cuius honorem decretum refert *Dio in actu anni DCCCXXXI*, ut assumpta in perpetuum Tribunitia potestate, liceret ei, quoque Senatus, unam de quacumque re vellet relationem facere, etsi Consul non esset. Hoc voluit *Dio* hisce verbis *è libro LIII*, non quod somnauit nuperus emendator: *ἡ γερυσία Δημαρχόν τε αὐτ' ἴξα βίη ἐδ' ἐψηφισσάουσι, χημαλίσει αὐτῷ πρὸς ἑνὸς ὄντι* (male editum est ὄντι) *ἀν' ἐπιελήσῃ καὶ ἐκὰς τῶν βουλῶν, καὶ μὴ ὑπαίσειον, ἴδωκε.* non aliud hic *Xylander* peccauerat, quam quod pro illis *πρὸς ἑνὸς ὄντι ἀν' ἐδ'*: verterat, *de quibuscumque rebus vellet*, magno sane veritatis dispendio neglecta voce *ἑνὸς*, neque enim infinitum hoc ius Augusto concessum à Senatu: sed cum hac astringitione, ut de vna re solum referre posset singulis Senatibus extra consulatum. Postea ampliato honore principum, inuenta sunt ad similitudinem decreti huius iura secundæ, tertię, quartæ, quintæ relationis, hoc est, ut quoque Senatu possent de duabus, tribus, quatuor, quinque rebus quas vellet cunque, etiam non Consules, facere relationem. Exempla apud *Capitolinum & Vopiscum*, apud quos obseruabis fere cum proconsulari imperio & tribunitia potestate ius hoc iungi, plane ut in isto *Dionis* loco. Hoc igitur *Xylander* peccatum qui debuerat corrigere, suo insuper non leuiore cumulauit, & maximi momenti locum praua emendatione corruptit. Vult enim corrector iste *χημαλίσει* esse sancire, non relationem facere, id vero pernegamus nos. & *Xylanderum* merito reprehendimus, quod alibi male sic acceperit eam vocem: ut *libro LVI* illo loco: *ἐς τὸ συνέδριον ἐν λαδικώμασι γκαμμμένα περὶ δῆκε, πρὸς χημαλίσει πρὸς αὐτῶν, &c.* & *libro LVIII*. *ἰδί, ἐχημαλίσει ὅτε ἴδτε, ἐπὶ αὐδὸς ἰδέν, μέγιστος ὁ γὰρ δωδεκάτη ἡμέρα. Ἐπὶ ἀρχῶν ἀπειπόν ἠγγέλθη.* His locis atque aliis *χημαλίσει* est referre aliquid ad Senatum, ut de eo sententiæ dicantur. id supra diximus fuisse munus Consulium, vel iis cessantibus, Tribunorum aut prætorum. Notandum vero, Prætores paulatim hoc ius non lege aliqua, sed non utendo amississe: donec anno *DCCXLVI* ab Augusto in eius possessionem restituti sunt: frustra iterum enim perire illud sibi tractu temporis suerunt. Rem nondum vulgatam docuit me *Dio libro LV*: *τὸ το τε ἐν ἰσχυρῶς ἐπὶ πλείστον τοῖς πάλαι προεδρῶν, ἐξίτηλον τρόπον πινὰ ἦδη γάρων, καὶ τὸ τῶν φρασηῶν. καὶ ὅς ἐμείνοι ἀγανακτῆσαντες ὅτι μηδεμίαν γράμμι, καὶ π τῶν δημαρχῶν προσημαμένοι, ἐς τῶν βουλῶν ἰστίον, ὅσα μὲν ἔδ' αὐγύς ἐλαβον αὐτὸ ποιεῖν ὑπὸ ὅ δ' ἔδ' ἔδ' ἔδ' ἀφῆσαν.* **Locus illustris, idemque clarus & apertus, quod**

quod modo dicebamus esse *χηματίζειν*, pro eo dixit hic Dio, *γνώμῳ
αἰς τῶν βουλευτῶν εἰσφέρειν*. nihil pote planius. Sic libro eodem: δι' ἐν ταύ-
τα ἀπορῶν χημάτων, γνώμῳ ἐς τῶν βουλευτῶν εἰσφέρειν, πόρον πᾶσα διαρκῆ καὶ
αἰώνιον ἀποδοῦν χημάτων. Interpretes eius præstantissimi scriptoris γνό-
μῳ εἰσφέρειν verterunt *sententiam dicere in Senatu*. Sunt alia prope
infinita scitu dignissima, quæ in eius auctoris Græcis verbis latent,
vel corruptis, vel male hæctenus expositis. Vt ad Suetonium re-
deam, doceri equidem velim, qui sibi ille voluerit cura ita scriberet
referre aut censere? Nam si nemo fuit qui relationem faceret, ne po-
tuit quidem esse qui censeret. Sunt enim quodammodo relata,
referre & censere. Poterant quidem Senatores de ea re verba in-
ter se facere in Curia: at censere, hoc est loco sententiæ quid vide-
retur dicere, aut de scripto recitare, hoc vero nemo potuit, nisi præ-
cessisset relatio.

In leuioribus turbis] Vetus scriptura plerorumq; librorum,
in leuioribus culpa. Probabam: sed reuocat me ab ea sententia Mem-
tianus cum editis consentiens.

Quoad potestate abires] Octo menses domi abditus latuit.
Plutarchus Pompeio.

Per edicta obnuntiarent] Dio (lib. 38) ait: δι' ὑπηρετῶν, per
lictores vel accensos. Idem hæc ita exprimit. ἐν τῇ οἰκίᾳ καπιμένων, αἰεὶ
τῶν Κάισαρι οὐδέν τι ἐνεπείθει, ἐντέλλετο δὲ τῶν ὑπηρετῶν, ὅτι ἱεροκλωπία
τε εἴη, καὶ ἐδὲν ὅσως ἐκ τῶν νόμων ἐν αὐτῇ δύναιτο δεῦρασαι. Hoc quid sit
declarat idem paullo ante, de eodem Bibulo sic scribens: ἐκάλυε τὸ
σομοδίπμα, καὶ τέλει, ἐπειδὴ μικρὰ αὐτῶ μηδεμία ἄλλη σκῆψις ἀναβολῆς
ὑπελάπειτο, ἱεροκλωπίαν ἐς πάσας ὁμοίως τὰς λοιπὰς ἕβδους ἡμέρας, ἐν αἷς ἐδί-
οις ἐκκλησίαν ὁ δῆμοσ ἐκ τῶν νόμων ἀναλθεῖν ἐδύναιτο, παραγέρσει. Igi-
tar *obnuntiare*, Dionii est ἱεροκλωπίαν παραγέρσειν ferias indicere: quod
caute accipiendum est: nam obnuntiatione fit quidem dies nefa-
stus, & comitialis esse desinit: non fit tamen festus neq; εὐορτάσιμοσ.
quare quid appellet ἱεροκλωπίαν non intelligo. Melius alibi *obnun-
tiate* vertit idem παραγγέλλειν ὡσ ἐκ ἕβδουρανοῦ ἢ ἡμέραν ἐκείνῳ μαρ-
τυροῦμενον, *premonere se illa die de celo seruaturum ad capiendum auspi-
cium*. non potest paucioribus verbis Latinæ dictionis vis exprimi.
Cicero ad Atticum libro IV. *proscripsit ille, se per omnes dies comitiales
de celo seruaturum*. Idem Dio libro XXXVIII. *seruare de celo* vertit,

τὰ ἐν τῷ οὐρανῷ γινόμενα ὡσαύτως: vbi legem Clodiam refert, quæ vetus institutum antiquatur, diebus comitialibus seruandi de cælo.

Testandi gratia] Liffæ. cod. *testationis gratia*.

Julio & Casare Coss.] Διοῦ, τὸν τε δὴ Κάϊσαρον δὺο καὶ ἀνέμαζον καὶ Ἰουλίου Κάϊσαρον ὑπ' ἀλεύειν κέρως.

Bis eundem proponentes, nomine atq; cognomine] Ait *proponentes*: nempe voci Coss. vulgo editur; *proponentes*: vetustiores aliter.

Non Bibulo quicquam] *Vetus editio quiddam*:

Campum Stellatæ maioribus consecratum] Si verum eff quod Suetonius ait, fuisse campum à maioribus consecratum, putem factum in memoriam inclytæ illius victoriæ quam Romani eo in loco de Samnitibus A. V. C. CCCCLIX Coss. Q. Fabio V. P. Dècio IV. retulerunt. Vide *Liuium libro X.* Sed si consecratus hic campus fuit, sequitur vt ex illo deserit coli, fueritque, vt appellant Græci, ἱερὰ ὄρη, ἀνέλιος, ἀνέρρας. Hoc concedere non possumus, quin arguamus *M. Tullium* ignorantia, vt recte obseruatum *Tuſnebo*: nunquam enim rem tanti ponderis in tam graui causa reticuisset summus orator, nisi penitus hoc illi fuisset incognitum. Nam quod doctissimus *Torrentius* quasi Ciceronem excusans ait, non omissum id à Tullio, sed desiderari hodie cum aliis quæ ex eius Agrariis aboleuit vetustas: pace illius dixerim, ne refutatione quidem eget. Num enim potuit orator eandem terram existimare eodem tempore & diis consecratam, & vsibus hominum expositam? quin de Stellate campo loquatur ille tanquam qui coleretur & exerceretur, legenti non erit dubium. Consequens igitur, vt ὁρῶσα non esse persuasus fuerit: Quamobrem de huius campi antiqua conditione quin opinati sint contraria *Cicero* & *Suetonius*, non possumus negare: Cæterum vtrius vera opinio fuerit, quærant amplius, qui otio abundant. Equidem vt arbitrer Ciceronem, cui toties qua ex negotio, qua in æstiuo secessu animi causa, lustrata Campania, rem ignorasse in tam facili cognitione positam, adduci nequeo: etsi parum ei perspectum fuisse Campani agri modum, quæ paullo post dicemus, clare arguunt.

Agrumq; Campanum] In commemoratione legis Iuliæ Agrariæ longe abeunt (quod pauci obseruarunt) à Latinis scriptoribus Græci. Sententia horum est; egenæ plebi, cuius infinita Romæ multitudo fuit, assignatos hac lege agros alios: Campanum vero iis

extra sortem diuisum qui tres liberos habent. *Appianus libro II* *Ἐμφυλίων*, de Cæsare: νόμος ὑπὲρ τῶν πενήτων ἐς τὸ βαλεῖν ἐστέρη, καὶ γὰρ αὐτοῖς δίνεται. καὶ ἄριστον αὐτῆς μάλις περὶ Κατύλων, ἐς τὰ κοινὰ διευθετῶ τοῖς ἐπὶ πάλαι παίδων. Hoc voluit Dio libro XXXVIII, cum scriberet, ὅ, τε ἐν νόμῳ ἕτως ἐκυρώθη. καὶ προσέη ἢ τῶν Καμπανῶν γῆ τοῖς τεῖμα τε πλείω τε ἐπὶ τέκνα ἔχουσιν, ἐδόθη: ita, inquit, perlatæ lex est: & hoc amplius ager Campanus tres pluresve liberos habentibus, diuisus. Extiterē qui Dionem inconstantia arcesserent: qui hoc loco de agro Campano lege Iulia diuiso contraria iis scribat, quæ initio eiusdem libri narrantur. Non difficilis responsio est: satis enim ab eorum reprehensione vocula vnica προσέη cauit sibi Dio: nam hic loci illius sensus est: legem agrariam, de qua initio libri dixerat, in gratiam egenorum ciuium cuiuscumq; generis, fuisse perlatam: & insuper diuisum agrum Campanum tres liberos habentibus: licet initio, cum lex suaderi cepit, adeo tale nihil expeteretur, vt contra diserte in lege is ager exciperetur. Ita Græci: Latini vero aliam nullam præter agri Campani & Campi Stellatis diuisionem agnoscunt. Præter Suetonium, cuius clara hic verba, *Velleium* audiamus 2, 44: *In hoc consulum Cæsar legem tulit, vt ager Campanus plebei diuideretur. Jussore legis Pompeio: ita circiter viginti millia ciuium eo deducta.* Sed quid aliis opus testibus? ecce vnum pro omnibus. *Cicero ad Atticum libro II, epistola XVI: Canaso mihi & iam dormitanti, prid. Kal. Mai: epistola est illa reddita, in qua de agro Campano scribis.* Non multo post. *Deinde vt me ego consolens, omnis expectatio largitionis agraria in agrum Campanum videtur esse deriuata: qui ager vt dena iugera sint, non amplius hominum quinque millia potest sustinere. reliquæ omni multitudo ab his alienetur necesse est.* Expressius nihil dici potuit contra Græcorum sententiam. Mitto alia, quæ passim in iisdem epistolis atque alibi hac de re scripsit idem.

Ac viginti millibus ciuium] *Lego, ad XX. diuisit millibus ciuium ad viginti. Paterculus modo: circiter XX millia ciuium eo deducta.* Parum autem *Ciceroni* Campani agri modum fuisse cognitum, hinc colligimus: quem enim putabat ille vix suffecturum quinque hominum millibus agrum, sufficit XX. neque ad rem facit quod *Stellatis* campus ad agrum Campanum de quo ibi loquitur *Cicero* fuit adiectus: ea enim exigua appendix fuit, præ Campani magnitudine, cuius pars erat. Neque item dici illud potest, non dena,

sed pauciora iugera lege Iulia fuisse singulis colonis assignata: cum enim ille modus sit paruus, etiam si quis liberos non haberet, quis putet breuiorem eo assignatum liberos habentibus? profus à Cæsaris munificentia aliena hæc *μικρολογία* est.

Publicanos remissionem petentes tercia mercedum parte releuauit] Mihi videtur Cato sine causa propter hanc equitum postulationem tantum turbarum excitasse: profusq; Ciceroni assentior, debuisse eum mitius & non adeo Stoice cum publicanis agere, nec, ut fecit, ordinem equestrem à senatu propterea seiungere. Iure enim suo vsi equites, cum vastata per Mithridatem Asia, remissionem & *ἐπιδικίαν* petierunt; hoc est, parte mercedum releuari. More maiorum licuit illis hoc facere: sæpiusque Romæ factum. Fuit autem hæc potestas non consulis, sed Senatus. Docet *Polybius libro VI.* vbi de locationibus censorum locutus subiicit, *ἔχει ὁ πρὸς πάντων τῶν περιηρμένων ἡ κωδία τὸ συνέδριον. καὶ ὃ δὲ χεῖρον δέναι, ἢ συμπλέμας* ὁ μὲν κωδία, ἢ τὸ πᾶσαν, ἀδύνατον πρὸς συμπλέμας, ἀπολύτως ὁ μὲν κωδία. Propterea in lege Censoria ascriptura, *si qui sui publico publicanus non posset, ne si fraudi id esset.* quod Cicero appellat *regi lege censoria*, in ea *De prouinciis Consularibus*.

Cicerone in iudicio quodam deplorante temporum statum] *Deplorante* hoc est, cum deplorasset, *δελουεμίην*, non *δελουρομίην*. non enim Cicerone orante factum, sed trium saltem horarum intervallo, ut testatur ipse *in oratione pro domo sua ad Pontifices*. Sic apud Terentium: *Offendi adueniens*, hoc est, *ἰαδῶν*, non *ἔρχομαι*: apud Virgilium: *Ipse domum linquens*: quod semper Græci *λιπὼν*, ut recte obseruatum Donato *in Phormionem*, & Prisciano *extremo libro XII.* Contra in passiuo: nam præteritum necessario vsurpant Latini præsentis loco. ut, *ut uentosa per aquora uellit*. hoc est *ἄχμεύων*: non autem *ἀχμείων*.

Postremo in vniuersos diuersa factionis inductam prauitatem] Omnes veteres Codices hic corrupti: emendatio ex Cicerone & historicis in promptu. *legebam, Iudex inductus, vel index inductus, aut simpliciter inductus*: sed præfero lectionem quam ex scripto codice magni *Casiaci* communicauit clarissimus amicissimusq; *Leætius. induxit Veterium.* atque ita edi oportuit. De re & tota hac historia lege epistolam *Ciceronis XXIV è lib. II ad Atticum*.

De inferenda Pompeio nece] Cur tacuit de Cæsare? nam ita dixit ille falsus index. *Dio libro XXXVIII*

Er

Ex compacto nominaret] *Glossa veteres; Compactum facit.* *Κυρδοιάζει.* Græci posteriores *Κυρδοιάζειν* (pro quo sæpe scriptum offendas *Κυρδοιάζειν*) dixerunt consentire alicui in fraudem alterius: hoc est colludere. alibi *Glossa; Κυρδοιασμός* collusio. *Iustinianus Nouella CXXX: πνὲς τῶν ἀρχόντων τῶν ἐπαρχῶν Κυρδοιαζόμενοι πολλάκις τοῖς διασώζουσι τὸ ἡμέτερον κράτος μὴ ἐτοιμάσουσι τὰς δαπάνας.* quidam & *presidibus provinciarum colludunt cum deductoribus nostri exercitus, ne pareatur commectus.* idem alibi vocat & *Κυρπαργία*, latinissans, vt sæpe apud *Linium*, *compacto & communi fraude* iunguntur vt *ισοδύναμα.*

Vno atque altero nominatis] *Dio* auctores huius conspirationis facit *Ciceronem & Lucillum.* narrat autem non vt mimimum à *Cæsare* fictum, sed tanquam rem gestam: nefarii huius consilii cupidissime *Ciceronem* reum peragens. Apage istam fatuam & falsam sententiam. Sed hoc perpetuo in illo scriptore obseruare licet, semper eum Romanis hominibus quos ingenium & eruditio fecit illustres, obtestare. hinc illa de *Cicerone* præsertim & *Seneca* tam multa non minus falsa quam ipsis parum honesta.

Intercepisse veneno indicem creditur] *Quidam* codd. *indicem*, pro *Iudicem*, quod *Vertii* cognomen fuisse ante dictum. Eum proctu in carcere fuisse extinctum tradunt historici.

Cap. XXI. *Pompeium primum rogare sententiam cepit*] *Nempe* in senatu. Mirum igitur qui scribat *Appianus*, toto *Cæsaris* consularatu nullum habitum post primas illius cum *Bibulo* contentiones: sic enim ait, *βυλλῶ μὲν ἐκείνῳ Κυνῆθῳ ἐπὶ τὸ ἐτὸ δλον. ἐπὶ ὃ τῶν ἐμ-βόλων ἰδημηγόρει.* Non celabo cod. *Viterb.* lectionem corruptam, *Pomp. pr. rog. sententiam dicereq; cepit.* Videamus ne quid hic lateat: quod equidem diuinare non possum.

Eum toto anno conseruaret] *Viterb. lib. obseruaret.* Accipe autem toto anno pro, tota parte anni, quia consules designati nulli erant: nam consularibus comitiis peractis, quin mutanda ratio esset, & is honos *Coss.* designatis habendus, non ambigo. At docti viri aliter accipiunt hæc verba, & multum hic æstuant.

Cap. XXII. *Cuius emolumento & opportunitate idonea sit materia triumphorum*] Forte scribendam: *cuius emolumenta & opportunitates, idonea sint materia triumphorum.*

Quasi alludens] *Quasi* per lulum ac iocum. non enim *alludere* hic interpretor *ἀνίπειν*, sed *προσπαίζειν.*

In Assyria quoque regnasse Semiramis] Thronensis, in Syria, vel vt postea emendatum, in Syria. non multum interest, vtro modo legatur. Assyriæ tamen Reginam Semiramis potius quam Syriæ dici obseruamus. Recte autem Cæsar Semiramis & Amazonas coniungit: nam & illa erat stirpe Amazonica; quod quum ab Herodoto & aliis historicis prætermisum, Critici Græcorum ita produnt. Καὶ ἔστι, ὅτι ἡ πόλις Πενδεσιλείας τῆς Ἀμαζόνων. ἃς ἐπὶ Ἀσσυρίων ἐγενήθη πρὸ Δερκελῶν. καὶ αὖτὴς ἔχει τὴν Σεμίραμιν. ἥτις καὶ τὰ Βαβυλωνία τῆς ἡμετέρας αἰτίας.

Magnamque Asia partem Amazonas tenuisse quondam] Asiam cape minorem, non illam quæ τῆς οἰκουμένης pars tertia est habitata, nam si hanc respicias falsum erit, quod Cæsar dicit: quin etiam ire queat aliquis mirari, cur Asiam potius quam Europam nominarit; quum phura multo in hac quam in Asia tenuerint. itaq; Iustini verba sunt hæc lib. II: *Maiore parte Europa subacta, Asia quoque nonnullas ciuitates occupauere.* vt omittam de Africa, quæ prima illarum sedes.

Cap. XXIII. *Triduoque per irrisus altercationes absumpto in prouinciam abiit*] Causam subitæ profectiōis accurate explicat Cæsar initio commentariorum (c. 7) Nam huc pertinent illa verba: *Cæsari quum id nuntiatum esset, eos per prouinciam nostram iter facere conari, maturat ab vrbe proficisci; & quam maximis itineribus potest in Galatiam vltiorem contendit, & ad Geneam peruenit.*

Et statim quæstor eius in praiudicium arreptus est] Vellem dictum planius: nunc enim anceps oratio: tamen enim possumus de quæstore Cæsaris accipere, qui euntem in prouinciam erat comitaturus, quam de eo qui fuit eidem consuli quæstor. Hoc melius, nisi fablor. non enim fit mihi verisimile, post abitum Cæsaris remansisse in vrbe eius tum quæstorem. Consulibus autem suos fuisse quæstores, clarum ex Liuii libro quarto; Dionii XLVIII.

Aliquot criminibus arreptus est] Libro septimo in Vitellio: ac post pretura honorem, inter Seiani conscios arreptus est. Liuius libro tertio; priuquam prædicta dies adesset, Appius sibi mortem consciuit. Subinde arreptus à P. Numitorio, Sp. Oppius inuidia proximus.

Obtinuit cum Reip. causa abesse, reus ne feret] Lege Memmia id cautum. Valerius lib. III. cap. VII. M. Antonius quæstor proficiscens in Asiam, Brundisium iam peruenerat: vbi literis certior factus incesti se postu-

postulatum apud L. Cassium prætorem, cuius tribunal propter nimiam severitatem scopulus reorum dicebatur: cum id vesare beneficio legi Memmia liceret, que eorum qui Reip. causa abessent, recipi nomina vesabat, in urbem tamen recurrit.

In magno negotio habuit] Non displiceret, in magno habuit, si per codices liceret hic consentientes. Sic apud Dionem & Elianum, ἐν μεγάλῳ πένθει. & ἐν ἐλαφρῷ ποσειδί, aliaq; apud Græcos. Tacitus, quocunque casu occiderat, dum atrociora meruebantur, in levi habitum. At apud Arnobium pro ποσειδῶ πάλαι πολλῶν, legas, in magno ponderibus ducere.

E competitoribus] Turonensis codex & Lissæi, petitoribus. Iidem, receperunt non pepigissent.

Iniurandum atque etiam syngrapham exigere] Prima editio, syngraphum, ut aliquoties apud Plautum. Viterbiensis codex, chirographum. Sic libro quarto, ubi aliud habetur de pectionis contra bonos mores exemplum: de qua re & iurando & chirographo cauit. & libro ultimo in Domitiani vita: chirographum eius conseruasse, & nunquam protulisse nocem sibi pollicenti. De huiusmodi contractibus lex Iuliani Imp. extat in libris Iuris ciuilibus Rom.

Cap. XXIV. Perfecitq; utrumque] Hæc Vaticani codicis scriptura: nam in Turonensi & aliis omnibus (Lissæi cod. excipio qui verba hæc non habet) alio loco ista sic collocantur, compulsi ut detrudendi Domitii causa, consulatum alterum peterent: perfecitque utrumque: & ut in quinquennium sibi imperium prorogaretur. Emen- dabam: fecitq; per utrumque ut inq. Vide Plutarchi narrationem in Pompeio. Sunt codd. qui habent propagaretur non prorogaretur. eadem discrepantia notata mihi non vno loco. est qui, prorogarent, ut Viterb.

Alias priuato sumtu addidit] vulgo, alias publico. alias pr. f. ad. Sustulimus otiosa verba auctoribus Vaticano & Viterbiensi nostro; itaq; esse in suis Pitheas & Lissæus annotarant. ita & Turonensis.

Vocabulo quoque Gallico, Alauda enim vocabatur] Militum galeis cristarum adiectione terribiliore speciem dare, vetustissimum fuit Carum inuentum, Romanis ac Græcis adæque probatum. Vetustiorum Græcorum galeæ non pinnis sed equinis fetis fiebant horridæ: vnde illa apud vatem præcipitum; λόγος ἰππιχαίτης, κωκὴ ἰππιχίαις, & inde etiam Δροίτης πειχάιαις. Romani teste

Polybio pinnas tres adhibuere prælongas, colore purpureo vel nigro & ita Lamachō tribui ab *Aristophane* video τὸ πρὸ τῶ ἐκ τῆς κέρυκος; ac mox, τὸ λαοῖον ἢ τῶν λόφων. & apud *Æschylum* Tydeus βίς κατακίς λόφος Cεί. *Virgilius* de Turuo; Cui triplici crinisa iuba galea alta *chimarā sustinet*. Cæterum insignes oportet fuisse legionis istius κέρυκος φάλας, ut *Polybius* vocat, vel aliud quid peculiare habuisse, vnde *Alauda* appellationem sit nata. Vocabulum *alaudæ* Gallicum esse & *galeritam* siue *castitam* auem significare, testis præter *Plinium*, *Marcellus Empiricus* capite XXIX homo Gallicæ linguæ veteris non imperitus. *Gregorius Turonensis* libro IV: In ecclesia *Arvernodum* matutina celebraretur vigilia, in quadam festiuitate, auis *corydalus* quam *alaudam* vocamus ingressa est. Legionem nouam; *galearum* cristis insignem; militari lasciuia fuisse *Alaudam* de auis nomine, sicut *Plinius* tradit, appellatam, non magis mirum quam *Cares* olim eandem ob causam *gallos gallinaceos* fuisse vocitatos. *Plutarchus Araxerxe*: τὸς Κάρως ἈΛΕΚΤΡΥΟΝΑΣ οἱ Πέρσαι δὲ τὸς λόφος οὗς κορυθῆς τὰ κέρυκος περισηρόλον. Sic & *Comici Attici* quendam ob similem speciem, aut aliquam *δυσμορφίαν* ridentes, nomen ei fecerunt *Κορυθῆς ἀ κορυθῆς*, *galerita* siue *alauda*. Celebratus etiam est *Athenis Adæus* quidam, ipse quoque Ἀλεξάνδρον *Gallus gallinaceus* ex eo cognominatus, quod cristam in capite gestaret; de quo vide *Heralida Comici* versus apud *Athenæum* libro XII. *Apage* circulatoris illius comentum, qui voce *Cimbrica* *Alaudam* legionem esse dictam ariolatur non propter similitudinem auis cristata, sed, quia tota ex veteranis constaret. *Impium* hominem, non solum vanum! qui sacrosancta religionis nostræ mysteria in *galeritæ* cristæ quærat. Hæc vident & probant, qui se esse iactant solos sepem legis.

Sed prospere decedentibus rebus] Malim prospere ei cedentibus rebus. vel *cedentibus*. ut lib. III. vetustamen omnis scriptura etiam *Memmiani* codicis habet *decedentibus*. & fortasse hoc inter *χρονολογίας* *Suetonii* exempla referendum, potius quam corrigendum. Non multo aliter apud *Ciceronem*, *discedere*, de exitu rei alicuius, quod respondet Græco ἀπαλλάττειν vel ἀπαλλάττειν, libro III in *Verrem*: si istius hæc tanta iniuria impunita discesseris. In eadem, omnes liberatos discessisse, & esse ignotum omnibus. sic alibi *Sæpe*, & *Terentius*.

Plurimum quam quisquam unquam diueram supplicationem impetratis] Restringe illa, quisquam unquam ad tempora ante *Cæsarem*

farem : nam post eius excessum ea res non habuit modum. Vide *Ciceronem De provinciis consularibus*.

Cap. XXV. *Gessit autem novem annis quibus in imperio fuit*] *Appianus in Celticis rerum gestarum in Galliis à Cæsare summam ita exprimit : Κάσπαρ μινειάν ἀνδρῶν ἀγρίων ἐν τοῖς ἄλλοις ἔστιν ἐν οἷς ἐπατήγησαν, ἐς χεῖρας ἡλθον (ἔσπε ὑφ' ἐν τὰ μέρη Συναράγρι) τετρακοσίων κλεισσι. καὶ τούτων ἑκατὸν μὲν ἐξώρθησαν, ἑκατὸν δ' ἐν τῷ πόνοι κατέκτανον. ἔδρη δ' τετρακόσια, καὶ πόλεις ὑπερὲς ὀκτακοσίας, τὰ μὲν ἀφιστάμενα σφῶν, τὰ δ' περιουλαμβάνοντες ἐκράνυναντο. Congressus est, inquit, Cæsar cum hominibus feris, si omnia prælia in unam summam colligantur, amplius quadragies CM : cæsa ex his decies CM. capta totidem. victæ gentes CCCC. vrbes partim rebellantes in ordinem coactæ, partim Romano Imperio tum adiectæ. DCCC. Plutarchus in Pompeio M. vrbes in Gallia vi expugnatas à Cæsare scribit : de cæteris cum Appiano consentit. Plinium vide lib. VII, cap. XXV. Quod Appianus ait decem annis in eo imperio Cæsarem fuisse, Suetonius alique, novem : neutrum exacte verum est. Tenuit Gallias Cæsar, per geminum quinquennium semestri imperio minus, quod ei ademptum initio belli civilis. Suetonius alibi X annorum spatium dicit. Apud Dionem libro XLIII, in funebri laudatione Cæsaris Antonianæ valde negligenter scriptum τὸ ὀκτώ ἐστιν ὅλοις ἡγεμονίῳσι Cæsarem. cuius peccatum dicemus, Antoniine an Dionis an librarii ?*

Cap. XXVI. *Nec multo post nepotem amisit*] Quoniam Iuliaz puerperium tam cito est extinctum : (nam vt venuste *Zonaras* scribit, μετ' ὀλίγον καὶ τὸ τεχθὲν ἐπαπλάθει τῇ μητρὶ) factum inde vt inter auctores non conueniat filium an filiam esset enixa : *Plutarchus, Dio & Suetonius* filiam aiunt. *nepotem* enim non *nepotem*, vt est in Vaticano, reperimus in Viterbiensi aliisque omnibus codd. præter Memmianum & Lissæi. *Velleius* tamen & *Lucanus* filium fuisse volunt. Nam quod *Lucani locum* ex lib. V docti corrigunt, plausum à me non ferent : habeo enim per veteres membranas eius poetæ, in quibus non aliter scriptum quam vt hodie editur,

— — *Mortemq, nepotis.* Quid autem miramur in re tam parui momenti inter scriptores non continere, cum eos videamus in rebus longe maximis contraria inuicem, nedum diuersa, scribere ! Vt ne dicam videri posse, in ancipiti historia de industria locutos qui genus masculinum vsurparunt, memores filii appella-

tione & sequiorem sexum contineri. Frustra igitur mea quidem sententia, duo doctissimi viri contendunt, alter vt Suetonii, alter vt Lucani locum emendet.

Maturum & imperfecto adhuc bello] An potius, *immaturum?* Reuera enim immaturus futurus erat & intemptius decessus bello nondum perfecto. Nihil tamen muto & omnium librorum lectionem seruo. *maturum* id est ante legitimum tempus decedendi è prouincia, neq; expectato successore vt antea dicebat Suetonius.

Cuius arca super HS millies constitit] Qui vocant hanc lectionem in dubium, quam super omnium veterum codicum auctoritatem *Plinius* comprobat, eos apparet populi Rom. opes & magnificentiam habuisse parum cognitam. *Budeum* excipio, cuius mens prope diuina, nescio quomodo in tractatione istius loci dissimilis sibi fuit. Sed hæc missa facimus: sunt enim à doctis viris pridem animaduersa: neque nostrum, de aliorum mænis analecta conuertere. Obseruauimus & nos mendas aliquot apud Ciceronem aliosque ab hac inobseruantia Romanorum magnificentia profectas: quas alio tempore, *ἢ δὲ δὲ δὲ*, detegemus.

Quod ante eum nemo] *Vulg. nemo fecit.* Nostri omnes habent vt edidimus. & glossam esse illud *fuit*, palam testatur Meramianus. in iisdem, quam *maxime*, non *maxima*. Pudet minutias istas persequi, nec faciam porro, nisi causa sit. Lectorem semel volumus monitum, quæ in hac editione mutata reperiet, quorum hic non erit reddita ratio, hausta esse illa ex iis codicibus quorum initio fecimus mentionem.

Quamuis macellarius oblocata] Viterbiensis, *adlocata*. Tironensis *Pirhai* & *Lissai*, *ablocata*. qua voce vtitur in *Virellio*, capite VII. Macellum *Plutarcho* alicubi *κρεοπωλίον* interpretatur: sed latius patet vocis illius significatio extenditurque ad omnè obsoniorum genus. *Glossarium*, *Macellarium*, *ὀψωνιοπωλῆς*. Suetonius infra: *dispositis circa macellum custodibus qui obsonia contra uectum retinerent*. inde apud *Senecam*, *uiuere in macello*, pro, in popina & *κρεοπωλῆς ἢ ἡένηλας*.

Sicubi infestis spectatoribus dimicarent] *Vetus poeta*:

Sperat & in saua visum gladiator arena,

Sit licet infesto pollice turba minax.

Tirones neque in ludo neque per lanistas, sed in domibus per equites Rom.] Imo vero etiam per se ipsum, cum res postulabat. *Hirtius de bello*

bello Africo c. 71: Caesar contra eiusmodi hostium genera copias suas, non vt imperator exercitum veteranum, sed vt lanista tirones gladiatores condocere facere: -vide locum eximium.

Ipsiq; dictata exercentibus darent] Proprium lanistarum quando tironibus illa dant præcepta quæ Hirio commemorantur eo quem indicauimus loco. Hieronymus præfat. in XIII Commentariorum Ezechielii: Facile est dare dictata de populo & singulos istius calumniari, ac de alieno ridere sanguine, & vbi vulnus insigi debuerit imperiti lanista more differere. Tertullianus ad martyres: Nec tantus ego sum vt vos alloquar: sed tamen & gladiatores perfectissimos non tantum magistri & præpositi sui, sed etiam idiota & superuacuis quiq; adhortantur de longinquo: vt saepe de ipso populo dictata suggesta profuerint.

Ac singula interdum mancipia & prædia viritum dedit] Quidam ex præda. Confirmat eam lectionem locus ipsius Cæsaris è libro septimo extremo. ex reliquis captiuu toti exercitui capita singula præda nomine distribuit. ab altera lectione stant omnes membranz.

Cap. XXVII. *Omnibus vero circa eum] Plinius panegyri: omnes circa se similes tuis effecisti. Emilius Probus in Eumene: non passus sum ii qui circa erant. Suetonius lib. III, cap. X: Tanti in auum & qui iuxta erant obsequii. Cicero modo Græce dicit: οἱ περὶ αὐτὸν, vt ad Atticum lib. XIII extremo: modo latine, qui circum illum sunt: vt lib. IX ad eundem.*

Servulosque cuiusque] Dio libro XL. καὶ τὸ μόνον τῶν ἐλαδίστους, ἀλλὰ καὶ τῶν δούλων, τῶν π καὶ ὀποσονῶν ὅσα τῶν ἀποτάτων (ἄνδρων δυναμῆν: ἐδρασαντες.

Hu plane palam] An alterum glossematium est? nam à Viserba est τὸ palam. Sed retinet Turonensis: idque melius.

Cap. XXVIII. *Quando nec plebescito Pompeius postea abrogasset] Ita est in principe editione: ita in omnibus Mss. neque absurda lectio, si modo abrogare pro derogare positum meminerimus: nam auctor Glossarii non solum ἀποκέρειν, sed etiam ἐλατῆν interpretatur. Sensus est: absentis Cæsaris non esse rationem habendam, quia Pompeius legi suæ, qua id in genere prohibebatur, non derogasset plebiscito: sed propria tantum auctoritate eam in ærarium iam relatum correxisset. Atqui vt ei legi à Pompeio semel perlatæ derogaretur, tam opus fuerat populi auctoritatem interuenire, quam ante, cum in gratiam Cæsaris fuerat factum, prius plebiscitum siue rogatio, qua permittebatur ei absentis petitio consulatus.*

Cap. XXIX. *Restitit partim per intercessores tribunos, partim per Seruium Sulpitium*] Dio: καὶ αὐτὸ (Metello Cos.) ὁ,τε Σουλπίκιος καὶ ἄλλοι ἀντιπροσώπων πρὸς ἀντιπρόσβουλον.

Ne sibi beneficium populū adimeretur] Proba lectio, quæ & in membranis: non adimeret. quod placet quibusdam: mihi non: ventant illa mox, neque Senatu interueniente.

Cum aduersarius autem pepigit] Hoc est, pacisci voluit. Libro VII, in Vitellio, cap. XV: *Atq; vbiq; aut superatus aut proditus, salutem sibi & millies HS a Flauio Sabino Vespasiani fratre pepigit.* nam ita puto ibi quoque accipiendum. Sic in Nerone, *representanda premia in posterum sanxit.* id est sancendum dixit. *Iuuenatis: Graculus esuriens in caelum, iusserit, ibit.* id est iturum se promittet. Dio libro LIV: ἡ δὲ δὴ λέγοντες αὐτὸν τότε διαπραξίντα ἀπέδειξε. διαπραξίντα occidi iussim, non reuera occisum. Sic multa apud Turis. accipienda, sine effectu, vt loquuntur.

Cap. XXX. *Bello vindicaturus si quid de tribunū pl. gra.*] Speciosissima oratio. vide Dionysium Halicarnasense libro VIII ibi: καὶ δὴ καὶ τὸν ἐμφύλιον πόλεμον ἐπὶ τῆς ἐμῆς ἡλικίας, ὅς μὲν ἐστίν, & quæ loquuntur.

Et pretextum quidem illi ciuiliam armorum hoc fuit] Quod Polybius in omni historia prudentissime monet faciendum, vt inter causas, pretextus, initia bellorum distinguamus: id diligenter hoc loco à Suetonio factum licet obseruare. In cod. Viterb. locus erat veteri manu correctus *prætextus hic.* male. *Glossarium, pretexto, vesphāten.* Alia notione in Seneca *prætextum*, pro purpura quæ prætextitur. Locus est *epistola LXXI, Sed CN. Pompeius amittet exercitum: sed illud pulcherrimum Reip. pretextum, oprimatos, vno prælio profligabuntur.* Optimates vocat honesta translatione *prætextum Reip.* Simillime Græci loquuntur, & quidem Stoici. Epictetus apud Arrianum, *Dissertationum libro primo, cap. secundo:* πῶς αὖ ἐν ἑαυτοῦ προσίξῃς; πῶς αὖ ἔρωσις ἢς τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις; ὅσῳ ἐδ' ἢ κρόκη πρὸς τὰς ἄλλας κρόκας θέλει πῶς ἔχει ἐξ αἰσίου. ἐγὼ δ' πορφυρὰ δὴ βύλαμαι τὸ ἐλίγον ἐκείνο καὶ σταπνόν, καὶ τοῖς ἄλλοις ἄπτον δ' ἑυπαρετῆ φάινεσθαι καὶ καλά. profus porphyra hic quod in Seneca verbis *prætextum*, Vapulent igitur qui corruperunt illum locum in editione Romana Mureti.

Hoc voluerunt] Sic recte editio vetus viri incomparabilis Roberti Stephani, cui subscribunt Mss. omnes. recte etiam C. Casar, non

non *Cæsar*. nam illo modo sermo augustior est, & ἀξιωματικώτερος, magisque ex consuetudine Romana. Notum est: *gaudent prenominis molles Auricula*. Confirmat similis locus apud *Cæsarem* primo *De bello civili*: Neque se neque reliquos *municipes* pari posse, *C. Cæsarem imperatorem*, bene de *Rep. meritum*, tantis rebus gestis, oppido manibus prohiberi. Supra omnia est *Plus*, qui *Asinium Pollionem* hæc ita Græce scripta reliquisse ait: τὸτο ἐβελήθησαν εἰς τὸτό με ἀνάγκης ὑπήγαγον, ἵνα Γαίῳ Καίσαρ ὁ μάλιστα πολέμους κελορδῶσας εἰ παροηκάλω τὰ πρᾶτεύματα, καὶ κροπεδικάδην: in qua interpretatione animaduertendum est verba illa εἰς τὸτό με ἀνάγκης ὑπήγαγον, auctoris non esse: sed alicuius qui illa τὸτο ἐβελήθησαν voluit exponere. quare *Plutarchi* esse non videntur: multo minus *Asinii*. *Cæsaris* quidem non esse, *Iouem* lapidem iurare nulla religio fuerit.

Tanti rebus gestis C. Cæsar] Ipsa sunt *Cæsaris* verba, è *pr. De bello civili*. Supplendum autem ἔξωθεν, vt scæpe, verbi substantiui participium, vt apud *M. Tullium lib. III in Verrem*, *P. Seruilius*, & *Q. Catulus* tanta auctoritate sunt, tanti rebus gestis, vt in antiquissimorum & clarissimorum hominum numero reponantur.

Quidam putant captum imperii consuetudine] Horum sententiam verissimam esse, ne dubitandum quidem est. Habent hoc diuturna imperia, vt facile quemuis hominem natum dementent, & cupiditate firmandæ potentia inflamment; Hæc postquam sententia sedit, nullum tam præceps consilium quod non placeat, potius quam vt imperio cedatur. Imbibant igitur qui gubernacula *Reip.* tractant, *Mæcenatis* apud *Dionem* (*lib. 52*) oraculum verius quam dictum: Ἀρχαὶ αἰ μακρότεραι καὶ πολυχρονιώτεραι ἐπαίρει πῶς πολλὰς καὶ ἐς νεωλοποποιῶσιν ἔξάγῃσι. Longiora imperia & diuturniora multum spiritum astollunt, & ad rerum nouarum molitionem præcipientes impellunt. *Æmilius Probus*; *Miltiades* multum in imperiis magistratibusque versatus non videbatur posse esse priuatus: præsertim cum consuetudine, ad imperii cupiditatem trahi videretur. vbi potius scribam, cum imperii consuetudine ad imperiis c. r. v. *Iustinus lib. XXXI*: Negantes *Annibalem* equo animo sub legibus vivere, assuetum imperio. *Maximus Cæsar* peccatum in se commissum à pop. Rom. cauit admittere: & quæ sibi patuerat rapiendæ *Reip.* viam, aliis prudentissime obstructum iuit. *Dio libro XLIII*: ὅτι αὐτὸς (*Cæsar*) πολλοῖς τῆς Γαλατῶν ἐφεξῆς ἔπρωι ἀρῶας, ἐς τὴν ἐπιδυμένην ἀπ' αὐτῆς

αὐτὸς ὁ Διῶσεως μῦθον ἀπέθηκεν, καὶ ἐς τὸ ἄλλο μὴ τὸ ἐξ ἑαυτοῦ ἐπινοήσῃ, καὶ ἐκλείσει τὸ μῦθον.

Euripidū versus quos sic ipse conuertit] Ita scribendus hic locus, ut recte doctissimus *Torrentius* viderat. Brevitati styli *Suetoniani* non conuenit, ut bis idem dicat, non necessario : deinde in codd. *Turonensi* & *Viterb.* ita importuno loco erant quæ hinc sustulimus, ut auctoris ea non esse, vel id satis argumento sit. sic ibi habetur: *semper Cæsarem in ore habuisse: Est in Phœnissu.* ἑστὶν γὰρ ἀδικεῖν καὶ, *πρωτοῦ* ὁ πρὸς ἑλλισον ἀδικεῖν (*Turonens.* ἀδικημα) τ' ἀλλὰ δὲ *ἑστὶν* καὶ ἄλλων. Luce clarius, ex ora libri esse hæc in contextum intrusa. eo igitur reiiciantur, vnde pedem mouerunt inique.

Cap. XXXI. *Formam qua ludum gladiatorium erat edificatus considerauit*] *Plutarchus* aliter: versatum in foro, & gladiatoribus sese exercentibus præfuisse, eosque spectasse. τὸ ἡμέτερον δὴ ἔργον ἐν πανεσῶ, μονομάχους ἐφεσῶς γυμναζομένους, καὶ θεώμενον.

Mulus è proximo, pistrino ad vehiculum iunctus] *Plutarchus,* καὶ μῦθον ζῶντων ἐπιπέδων ἐνός. vehiculo mercede conducto vectus.

Ex consuetudine conuiuio se frequenti dedit] *Geminum* huic vafframentum *Arati Sicyonii Plutarchus* narrat.

Dein post solis occasum] *Quum* ante horam consuetam accubuisset *Cæsar,* hoc est ante solis occasum, vbi iam nox erat ἐ conuiuio tempestiuo surrexit, petita venia à suis conuiujs, quos se absente conuiuium hilariter peragere iussit. ita hic accipi illa debent, *dein post solis occasum.* *Appianus.* αὐτὸς ὁ ἐπιπέδων, ὡς δὲ τὸ σῶμα ἐνοχλῆμενον, ἀπεχάρησε τὸ συμπόσιον τὸς φίλους ἀπολιπόντων ἐπὶ ἐστῆσιν.

Cum luminibus extinctis decessisset via] *Veteres* cum *vulgo* plurimum viterentur, ut de *Alexandro, Iulio Cæsare, Augusto,* aliisque legimus, ad iter nocturnum faces adhibuere. vel lucernas laternæ inclusas. *Meminit Suetonius libro sequente, cap. XXIX. Aristides Sarcarum quarta:* ἢ ὁ πορεία ἐγένετο ἀπὸ λαμπάδων. *Quidius lib. III Fastorum in descriptione diluculi:*

Semiustam, faciem vigilata nocte viator

Ponet: & ad solisum rusticus ibis opus.

Idem Metamorphoseon lib. 1:

Vt facibus sepes ardent, cum forte viator

Vel nimis admouit, vel iam sub luce reliquit.

Quod

Quod Ouidius ait casu vel imprudentia viatorum solitum euenires id Varro lasciuia eorum ascribit in primo *De re rustica*. *Naturale sepi- mentum quod obseri solet virgultis aut spinis, quod habet radices viua se- pis, prætereuntis lasciuui non metuet facem.* *Nicetas de Manuele Comneno:* ἐκ ἓν τὰς νύκτας ἔαπεν ἀπύκας, καὶ πρὸς τὴν πορείαν ἐχέστο εὐπὶ ποιητῶν. ele- ganter ὅως ποιῶν. ἢ ἀγγλὴ τεχνητὴ apud Hippocratem initio *Officina.* ποιῶντος ἀήτης, *Nonnus in Dionysiis,* de ventulo quem faciunt qui vent- tilant aliquem. In commentariis Græcorum legimus, peculiare in vsu viatorum faces solitas incidi, ἐ ligno querno vel iligno, quæ χάβια vocabant. Præcipua fuit cura ne facile vento cederent: testis tamen historia, sæpe factum quod hic Suetonius ait, vt lumi- na extinguerentur atque ita via decederetur. *Plutarchus in Pyrrho,* ἀπειλὸν ἢ αὐτῶ μιν ἐξ ἢ διαστῆσαν ὕλαις ὀδῶν, ἐκ ἀντέχου τὰ φῶτα, καὶ πᾶνας τοῖς σπυρίωταις συνέπεσον. Propterea vsi sunt lychnuchis ἐ pelle, in eum vsum comparatis, vt vim ventorum ferre possent & defendere. Quoniam autem fallendi fere hostis causa iter nocturnum à duci- bus exercituum instituebatur, quo tutius id fieret, excogitata sunt iam olim quas vocamus hodie *laternas surdas.* Hæc ita sunt compo- sitæ, vt iis lucem abunde faciant, quibus præferuntur: aliis negent, qui vel aduersi incedunt, vel ad latera ipsis stant siue ambulat. *Iulius Africanus,* cuius elegantissimum librum *De bellico apparatu* non- dum luce publica donatum habemus, fabricam huiusmodi later- narum sic explicat. Ego laterna quadrilatera, pellibus ab omni parte oppanlis munita. Laterum trium pelles sunt nigra: vnus alba, per quam pone sequentibus lucerna lucebit. Locus est *capite LXX,* quod περὶ νυκτοποικίλων inscribitur. *Κατανέου ἢ ὄντο ἢ ἔεργου,* ὅστε παρὶ ημῶν μὴ δεσθῆναι τὰς ἀστέρας, ἀεζῶμεν δὲ ημῶν τὸς τε μάλιστα ἢ ὀ- δῶν γνώσκοντες, καὶ τὸ ἦν πολέμιον σπυρίωτον, ἐπὶ δεσθῶν ἀνυψημένα φα- νία κατέχοντες. τὸ δὲ σπυρίωτον ἐστὶν πλεγματῶρον, ἔεργου τιταμένους πάντοθεν πε- ρεκλημένον. ἦν ἢ πλεγματῶν, εἰ μὴ τρεῖς μέλανα ἐχέτωσαν δέξην, μία δὲ λευκὴν, δι' ἣ τὸ λαμπρῶν διαφανέει. τοῖς κατέπιν βαδίζουσι. *Politianus* in Miscel- lanæis indicem huius libri laudat *De cæsis,* quantum in inscriptione inuenimus ei operi præfixam in codice antiquo Bibliothecæ regiæ. meus quem olim *Andreas Darmarius* mihi vendidit, sic: Πολέ- μων ποδῶν αἰ. sed de scriptis Africani, & vtrum quæ veteribus me- morantur sub nomine Africani, vnus fuerint scriptoris an plu- rium, accurate alibi, volente Domino, sumus acturi. Apud *Plu- tarchum*

sarcium formam aliam laternarum inuenias, quæ, si esset à ventis quies, aperto ore gestabantur : si flarent venti, impositò operculo clauderantur : quo modo auguri eunti auspiciatum laternam præferri nefas erat. vide locum in libro Κεραλαίων Ρωμ. *questione LXXII.* vir doctus ne tibi imponat, qui λαμπήρας eo loco *incernam* interpretatur. *laternam* debuit ibi quidem. *Olympiodorus in quatuor Meteorologicorum, περὶ ξη XLIX.* πνεῦμα καὶ ὕδατι μαλάττει ὡς οἱ λαμπήρες τὸτ' εἶναι τὰ διαφανῆ κίερα, ἐν οἷς ἐνπύδεναι αἱ λαμπήρες νύκτας. *Hippocrates, ἡ γαστήρ δ' ὑδρῶς καὶ μεγάλη ὡς λαμπήρ.* *Galenus* : λαμπήρ, ἐν οἷ πολλοὶ φανὸν ὀνομάζουσι. Ex paucis verbis quæ ascriptimus de Hippocrate, formam veterum Græcensium laternarum acutus lector coniciet. Sed de laternis extant elegantissimi Empedoclis versus apud Philosophum, quos iuuat heic adscribere,

Ὡς δ' ὅτε τις πρόσθην κούαν ἀπλίσασατο λύχρον
 Χειμείω δὲ νύκτα πρὸς σέλας αἰδομένοιο
 ἄβλας παλαιοῖων ἀνέμων λαμπήρας ἀμοργῆς.
 Οἷον ἀνέμων μὲν πνεῦμα διακινδύασαν ἀέντων,
 Φῶς δ' ἔξω διαδρῶσκον, ὅσον τισαώτερον ἦεν,
 Δάμπωσκιν χεῖρ βηλὸν ἀτειρέσαν ἀκλίμεσιν.

Tandem ad lucem repero duce] Latini *ad lucem* quum dicunt, tempus dilucidi, intelligunt, vel quod proxime dilucidum antecedit. cum *ad lumina*, tempus quo lucernæ accenduntur; & vt Græci id tempus denotant, περὶ λύχρον ἀφάς. vt libro IV. cap. XLV. nam lux à Sole est & naturalis : lumen est φῶς ποιητόν. quare hic etiam *ad lucem* non aliud est, quam sub diei exortum, non vt quibusdam videtur, luminibus quæ extincta fuerant, iterum accensis. Obstat tamen non nihil huic interpretationi, quod omnes historici testantur, Cæsarem id totum iter confecisse atque adeo Ariminum cepisse ante lucem, *Plutarchus, δρόμῳ τὸ λοιπὸν ἦδη χεῖμαίνοντι, εἰσέπεισι περὶ ἡμέρας εἰς τὸ Ἀείμινον, καὶ κατέλαβεν.* *curriculo dainceps contendens, ante diem in urbem Ariminum irrupit, & etiam occupauit.* *Appianus* etiam expressius, Ἀείμινον αἰρεῖται περὶ εἰώ. certe si Ariminum cepit Cæsar circa auroram, non potest exacte verum esse, quod dixit *Suetonius* de reperto duce tantum ad lucem.

Reputans quantum moliretur] Καινοπαρέπειαν sapit, quantum moliretur, pro quanta, vel quautam rem, aut quantum bellum. *Plutarchus*

τάδεως sic, ἀναλογιζόμενοι ἡλικῶν κακῶν ἀρξεί παῶν ἀνδράποισ ἢ διά-
βασις, ὄσον τε λόγον αὐτὶ τῶς αὐδισ ἀπολείψει.

Omnia armis agenda erunt] Vt pote criminis manifesti rei:
nam extra prouinciæ suæ fines cum armis venisse crimen erat. *Ap-
rianus* alios auctores secutus, verba Cæsar's ita narrat. ἢ μὲν ἐπιγέσσι
ὡ φίλοι, τὸ δὲ διάβασις ἡμῶν κακῶν ἀρξεί. ἢ δὲ διάβασις, παῶν ἀνδράποισ.
*Amici hunc transitum si inhibuero, va mihi; si transfero, va uniuersis
mortalibus.*

Cap. XXXII. *Iacta alea est, inquit*] Et si superuacua vox, *inquit*,
est, tollere tamen, nullo veterum codd. astipulante, non sustinui-
mus. Didicipo stoa abesse eam à codice Fuluii Vrsini: quare tollatur
sane. Est etiam membranæ omnes retinent, non *esto*, quo tamé modo
fuisse primitus scriptum videtur. *Petronius* in carmine de bello ciuili
Cæsariano: *quia pœna tropæi imminet, & sordes meruit victoria nostra,
Iudice fortuna cadat alea: sumite bellum, & tentate manus.* Manifesto
Petronius ad Cæsar's verba respexit paullo antè allata: *Tantiū rebus
gestis C. Cæsar condemnatus essem, nisi ab exercitu auxilium petissem.* item
ista: *Iacta alea esto.* eandem lectionem & *Plutarchus* in efferendo
hoc dicto est secutus, vertens ἀναρρίφθω: istum fortasse versiculum
Menandri in animo habens, *Δεδουμένον τὸ πᾶσι γὰρ, ἀναρρίφθω κύριον.*
Eodem sensu dicunt Græci & ἀναρρίπτειν κίνδυνον, vt *Dionysius Halic.*
in tertio & octauo; & Iosephus, Ἀλώσις lib. III. item χωρεῖν ἐπὶ κύρον:
*Appianus Ἐμφυλίων lib. II. ἐπὶ κύρον ἐχάριε πάλθους ἀνδρῶν ποσῶν δε σωτη-
ρίας. Liviū libro primo in dubiam imperii seruitiūque aleam iumas.* in-
terdum βεβλήσθαι τὸς ἀτραγάλους. Vt in *Arato Plutarchus.* nonnum-
quam ἀναρρίπτειν simpliciter. *Philostatus de vita Apollonii*, loquens
de Vitellio, *κυβίει μὲν, δεδωδὸς μὴ πᾶσι οἱ πηπὸι σφήλασιον. ἑστὲ δὲ ἀρ-
χῆς ἀναρρίπτει πάλθων. lib. VII. ἐμὲ δὲ μικρὸς λόγος, εἰ ξημεβόλοισι αὐ-
τῷ μὴ κυβίσαν ἐς ὄφθαξίση, μὴδ' ἀναρρίπτειν σφὸς πυρανίδου, ἧς ἐ χαλε-
πώτερον θεομύδου. Dio lib. L de Antonio, ἐκ ἠθέλησεν ἐς αὐτὸν ἀναρρίψαι,
ἀλλὰ πείρας ἢ ἀεροβολισμοῖς ὅτι πολλὰς ἡμέρας ἐχρῆσατο. Eleganter Pau-
sanias τῷ ἀναρρίπτειν, quod est extrema consilia ex desperatione ini-
te, opponit τὸ παμύενθαι δ' ἀπένοιαν. quod de eo dicitur qui non totis
viribus ruit ad prælium, certus aut vincere aut mori: sed ita se pa-
rat, ac vires dispensat, vt cedere coactus, denuo stare possit. quod
propriū est ducis prudentis, &, vt Augustus appellabat, ἀσφαλῆς.
Sic ait *Serabo* Hispanos diu pop. Rom. inuictos, quia ἐταμίδον καὶ*

κατεκρημάτιζον τὰς ἀγῶνας. quod *Liuius* libro III expressit, *In multa praelia paruaq; carpere summam vnus belli*. Sic ταμίευσαι ὄρμῳ, non consumere suas omnes vires in primo impetu. vnde apud *Iosephum ἀταμίευσαι ἤχαῖσαι ἢ ὄρμῳ* lib. XIX *Antiquitatum*: & sexto *Excidii* & lib. V. ταμίευσαι τὰς ὀρέξεις, pro, frenum iniicere cupiditati edendi. *Xenophon Παιδείας libro quarto*: παρέχον ἡμῶν ταμίευσαι, ὥστε ὀπόσις ἐβλάβηται ἀντὶς μάχεσθαι.

Cap. XXXIII. *Promissumque ius anulorum*] quod & consecuti tandem sunt: sed sero post annos fere CCLIII, initio imperii *Seueri*, *Herodiano* teste.

Promissumque ius anulorum cum millibus quadringenis fama distulit] Fortasse, fama distulit sexto casu. διεφθίμην. extrema nempe concio. Porro quod isti hariolati sunt de promissis CCCC millibus, non aliud fundamentum habuit, quam conceptam prius opinionem falsam de promisso iure aureorum anulorum. Nam qui hoc ita esse sibi persuadebant, cum scirent ius aureorum anulorum & equestrem censum eidem competere, nec separati posse: posterius hoc per interpretationem illi priori, quod non tam viderant, quam putabant vidisse, adiecerunt. Humani ingenii vitium est, in iis quæ valde cupias esse ταχπεισθῆναι. nec soli qui amant sibi fingunt somnia: faciunt & alii omnes, quicumque rem aliquam auide concupiscunt. Non probo viri magni commentum, subtiliter ad lucem huius loci de veterum computatione per digitos disputantis. Vult enim datam occasionem suspicandi de promissis CCCC. ex similitudine gestus affirmantium aliquid manu, & superiorem numerum indicantium. Primum hoc lenè est: Nam in affirmando indicem solum inclinabant, allenata ac spectante humerum manu, vt ait eleganter *Quintilianus*: in exprimendis CCCC, cum indice pollicem exigebant, sic aptatos inuicem, vt indicis lateri superinducerentur interiora pollicis: quod ex *Beda* nouimus. Deinde si ita sit, cur id *Suetonius* omiserit narrare, causam nullam video. atqui ex eius verbis non aliud elicias, quam quod ante expressimus. Etiam illud non probo, quod ad significanda millia quadringenta putat vir eruditissimus eam digitorum gesticulationem fuisse adhibitam, qua in designandis quadringentis tantum vterentur. Mitto alia non pauca quæ aduersus hanc interpretationem possent, si esset opera, disputari.

Cap. XXXIV. *Brundisium terendit*] A. V. C. DCCV a. d. VII Idus Martias Cæsar Brundisium venit, & ad murum castra posuit. auctor ipse in epistola ad Oppium, & Cornelium. apud *Ciceronem ad Atticum lib. IX.*

Romam iter conuertit] Sexaginta diebus Italia tota in potestatem redacta, vt scribit *Plutarchus.*

Appellatusq; de Rep. patribus] Narrat ipse *De bello civili libro primo. Dio libro XXI.*

Cap. XXXV. *In Macedoniam transgressus*] A. V. C. DCCVL pridie nonas Ian. Cæsar Brundisio naues soluit: postridie terram attigit Cerauniorū in Macedonia. nam eousq; Macedonia nomen extenderunt Romani: & Strabo in Excerptis, ἢ Μακεδονία. ἢ Μακεδονία. ἢ Μακεδονία. ἢ Μακεδονία. Plinius ad Lissum vsq; producit. At Cæsar III *De bello civili*, Macedonia vocabulū angustius semper accipit.

Maximus obsessum operibus] Bene sane, *maximus*, nam si fabulas poetarum, & furores Xerxis & regum Ægyptiorum omittimus, non temere in tota antiquitate reperias quid prius mirere Dyrrachina munitione. Historiam habes sine pompa descriptam III *De bello civili*. Exclamat *Lucanus*, vt poeta ille quidem, sed non vane *lib. VI.*

*Nunc vetus Iliacos atcollat fabula muros,
Ascribasque deis: fragili circumdata testa
Mænia mirentur refugii Babylonia Parthi:
En quantum Tigris quantum celer ambit Orontes:
Assyriis quantum populis telluris Eoa
Sufficit in regnum, subitum, belliq; tumultu
Clausit opus.*

Neque loco, neque tempore aequo, sed hieme anni] *Hieme anni* quod Græci dicerent χειμών ὁ ὄρη, vel ὄρη ἔτος χειμῶν, aut χειμῶν εἰς, vt Dionys. Halic. in *sexta historia*. A. Gellius libro secundo, cap. XXI. *Nox fuit: & clemens mare, & anni aestas.* lib. XVII. cap. X. *cum in hospitibus suis Antiatem villam aestu anni concessisset.* lib. XIX. cap. V. *In Tiburte rus concesseramus aestate anni flagrantissima.* Caue ergo viro docto assentiaris, qui in nuperis suis ad Suetonium Notis istum locum emendauit.

Ac tunc occasione temporum bellantem] Codex Fr. Pithcei *pro-*
palantem. Taronensis & omnes alii *bellantem.*

Intra quintum quam aduenerat diem, quatuor quibus in conspectum venit horis] Longe aliter Dio: vt videtur: minus vere, ἐν τε τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ, καὶ ἐν τῇ αὐτῇ ὥρᾳ, καὶ ἤλθε πρὸς τὸ πολέμιον, καὶ εἶδεν αὐτὸν, καὶ ἐνίκουε.

Vna profligauit acie] Florus, vno, & vt sic dixerim, non toto prelio obtriuuit, more fulminis, quod vno eodemque momento venit, percussit, abscessit.

Crebro commemorans Pompeii felicitatem] Πολλὰ μακαρίζων τὸ Πομπηϊόν. Hoc ita Appianus. ὅτε καὶ φαίνονται εἰπεῖν, ὅτι μακάριος Πομπηϊός, τοιοῦτος ἄρα, καὶ Μιθριδάτιω τὸ ἴδιον παῖδα πολέμων ἀνδρασί, μέγας τε ἐρομύδης, καὶ Μέγας ἐπικλήθης.

Cap. XXXVI. *Nullam cladem nisi per legatos suos passus est*] Florus, aliquid tamen aduersus absentem ducem ausa Fortuna est, circa Illyricam & Africam, quasi de industria prospera eius aduersis radiarentur. imitatur Florus Lucanum, vnde totum illum locum expressit.

Non eadem belli sortum fortuna per orbem

Consistit: in parteis aliquid sed Casaris ausa est.

Qua maris Adriaci longas ferit vnda Salonas.

Cap. XXXVII. *Quinquies triumphauit*] Turonensis vna voce auctior, sed vel superuacua, vel corrupta. sic enim habet: *confectis bellis quinquies quinquenni triumphauit.* ego nihil inde elicio: alii viderint.

Diuerso quemque apparatu] Vide Velleium paterculum II, 56. & Quinsilianum libro VI cap. III.

Pars curru excussus est, axe diffracto] Sic recte veteres non diffracto: defringere est ἀποκλῆν. diffringere est διακλῆν vel κατακλῆν. quod hic contigit: nam alio axe opus fuit vt triumphum perageret Cæsar, vt ait Dio. Huc refero locum Plinii libro XXVIII cap. II. *Cæsarem dictatorem post vnum ancipitem vehiculi casum, ferunt semper vt primum confedisset, id quod plerisque nunc facere scimus, carmine ter repetito securitatem itinerum aucupari salisum.*

Ascenditque Capitolium ad lumina, XL elephantis dextra atque sinistra lychnuchos gestantibus] De ascensu cliui Capitolini loquitur: gradus vero Capitolinos genibus emensus Cæsar die triumpho Gallici, de quo hic est sermo. Dio XLIII: τότε τὰς ἀναβασιμὰς τὰς ἐν τῷ Καπιτωλίῳ τοῖς γόνασιν ἀνέρριχθῆσαλο. Seruatum hoc ex veteri consuetudine, & à Claudio in triumpho Britannico, vt notat lib. LVIII. Quod addit Suetonius de elephantis lychnuchos gestantibus, habes

habes etiam apud *Dionem*, sed cum aliqua narrationis discrepantia: Τῆ τελευταία, inquit, επειδή ἐν τῷ δείπνῳ ἐγένοντο, εἰς τὴν αὐτῶν ἀρχὴν ἐσηλάθη βλάβη αἰσθηθεῖσθαι, καὶ ἀνδρες παλιόδοξοὶς ἐσεφανώμεθα καὶ ἐκεῖθεν οἴκαδε πάντες μὲν ὡς εἶπεν τῷ δήμῳ ἐξῆς ἐμπροσθέντων αὐτῶν, πολλῶν δ' ἐλεφάντων λαμπράδας φορέοντων, ἐκομίσθη. Ait, Τῆ τελευταία: non igitur triumpho Gallico hoc accidit; sed Africano: ille primo die ductus est, hic ultimo. Ait, ἐκεῖθεν οἴκαδε ἐκομίσθη: *inde est domum vectum.* si hoc sequimur, in Suetonio fuerit scribendum, *Descendisque Capitolium.* sed nihil temere sine libris mutare debemus: nam tales diversitates nunquam non observare licet inter auctores eadem narrantes, verum non eodem modo. Vt Dionis narratio est, elephantī isti cum lychnuchis, nihil aliud quam servorum λαμπηροφόρων locum tenuerint. Vetus mos Romæ fuit, bene meritis de Rep. viris honoris sui causa permittere, ut cum aliqua inusitata pompa, quoties foris cœnassent, domum redirent. sic Duillius qui primus navalem victoriam reportavit, *non contentus unius diei triumpho*, Flori sunt verba, (II, 2, 10) *per vitam omnē, ubi à cœna rediret præluce funalia & præcinere sibi tibias iussit, quasi quotidie triumpharet.* Quod & Cicero aliique testantur. Sic Cornificius ob bene gestam bello Siculō, quoties domi non cœnaret, elephanto vehens domum redire solitus. Sic Cæsarem, ait *Dio*, post epulum triumphale, cum insigni hoc honore vespere domum venisse. Vt vero Suetonius rem narrat, *lūmina hæc publici gaudii sunt indicium.* antiquissimi enim moris fuit, siue priuatim, siue publice læti aliquid obtigisset, luminibus accensis appensisque gaudium testari: estque eius λυχνουχίας apud Græcos ac Latinos scriptores creberrima mentio. *Æschylē* unius versiculos referemus. ex quibus antiquitas eius consuetudinis potest intelligi. Chori sunt verba in Agamemnone, lætitiām publicam ob nuntium capti Ilii describentis:

ἄλλη δ' ἄλλοθεν ἕρανομήκειε
λαμπάς ἀνίξει,
φαρμακωμένη χρίσμασθε ἀγνῆ
μαλακῆς ἀδόλοισι παρηρηταῖς,
πελάνη μυχόθεν βασιλείῃ.

Lychnuchos gestansibus] Et in nostris erat *lychnos*: quia tamen *Politiannus* è suis Mss. ita emendavit, securi sumus olim hominis dōctif-

doctissimi fidem & iudicium. Postea in *Turonensi* veram lectionem inuenimus. Olim candelis sebaceis soli pauperes utebantur: reliqui facibus, vel lucernis: has Græci *λύχνος* vocant: *λυχνία* autem est instrumentum cui lucerna aptatur, vt candelabro. *Lychnuchi* vsus erat & domi. Cicero: *hanc scripsi ad lychnuchum ligneolum.* & cum foras prodirent: vide *Athenaum*. milites Græci pro lychnucho ferebant obeliscolychnion, vt docet *Aristoteles*. *Διο λαμπάδα* pro eo hic dixit.

Inter pompa ferula] Hoc melius quam vt *Plutarchus* & *Appianus*, cum scriberet ad amicum quemdam suum Romam. Mox, sicut ceteri scripsimus ex *Viterb.* non ceteris vt in aliis. τὸ s ex sed quod sequitur.

VENI, VIDI, VICI] Ad celeritatem denotandam adhibetur oratio *ἀσύνθετος* eleganter. Sic quum *Pompeius* festinans ad bellum piraticum Athenas in transcurso inuisisset, inter cæteras inscriptiones in eius honorem positas hæc fuit: ΠΡΟΣΕΔΟΚΩΜΕΝ, ΠΡΟΣΕΚΤΥΝΟΥΜΕΝ, ΕΙΔΟΜΕΝ, ΠΡΟΠΕΜΠΟΜΕΝ. *Exspectabamur, Venerabamur, Vidimus, Deduximus.*

Cap. XXXVIII. *Veteranis legionibus præda nomine in pedites singulos super bina quæ initio ciuili tumultus numerauerat, in equites, vicina quaterna millia nummum dedit*] Ita habetur hic locus in Romana editione mendosissime & corruptissime. in *Viterb. cod.* & *Memmiano* duæ voces in equites non extant, neque in Vaticano aut *Pithœi.* à *Groslotiano* aberat τὸ quaterna. cætera vt in vulgatis. Cum igitur destitutamur hic à libris, querendum nobis aliunde præsidium est, ad constituendum illustrem hunc, & multis magnis viris tractatum locum. Lego: *Veteranus legionibus præda nomine, in pedites singulos (super bina sestertia quæ initio ciuili tumultus numerauerat) vicina: in equites quadragesena millia nummum dedit.* Reuidamus nunc rationem & cur ita ipsi emendemus, & cur eruditissimorum virorum super emendatione horum verborum sententias improbemus. Quod hic de donatiui Cæsaris quantitate narratur, id nusquam alibi, quod equidem sciam, præter quam apud *Dionem* & *Appianum* legitur. Quamobrem in eo vertitur cardo, vt hos tres scriptores attente comparemus. *Dionis* verba sunt, τοῖς στρατιώταις πεντακισχίλιας ὄλας δραχμῶν ἐπέμειν, militibus dedit drachmas quinquies millenas, non minus. *Appiani* hæc, postquam opes à Cæsare Romam illatas in

trium-

triumphis commemoravit, ἀφ' ὧν ἑυδὸς ἐπὶ τῷ θριάμβῳ δένευκε τὴν
 καταγεμμένα πάντα χρυσάλλων, σπασιώτη μὲν ἀνὰ πεντακισχίλιας δραχμάς Ἀρ-
 πύρις. λοχαγῶ δ' αὐτῷ τὸ διπλάσιον. καὶ χιλιάρχῳ καὶ ἑπταρχῷ τὸ ἐπὶ διπλάσιον.
 hoc est, ex quibus statim à triumpho dedit, quicquid ante promississet exspe-
 perans. legionarius singulis drachmas Atticas quinquies millenas: centurio-
 nibus duplum: tribunus & prefectus alarum, adhuc duplum. Hæc duo il-
 li scriptores. Est vero notandum, cum donatiuum omne geomē-
 trica proportione diuideretur, præmiumque daretur cuique pro
 ratione loci quem in militia obtinebat: diuersitatem hanc ab
 auctoribus interdum exacte notari, interdum ex parte tantum;
 aliquando omitti penitus, vt notam omnibus rerum Roma-
 narum non incuriosis. Sic Dio satis habuit indicare quantum sin-
 gulis legionariis datum esset. Appianus hac parte diligentior, vnde
 illa habeat: nam proprii fere nihil eum habere norunt eru-
 diti. Suetonius quid dixerit, quid siluerit, incertum facit codicum
 eius inconstantia. Si fides Vaticano, Pithœi & Lissæi, qui has voces
 in equites & quaterna non agnoscunt: tantum dixerit noster quan-
 tum Dio, nihil amplius. ita legemus, in pedites singulos (super bina &c.)
 vicena millia nummum dedit. vicena M. HS sunt, quod Dio & Appia-
 nus consentientes aiunt πεντακισχίλιας δραχμάς. Sed quia plurima &
 antiquissima Suetonii exemplaria voces illas retinent, non est du-
 bitandum errare eos grauius, qui iis inductis belle constitutum à
 se hunc locum censent. Est enim probabilius multo, librarios,
 homines vt plurimum literarum rudes, verba quædam legitima
 omisisse: quam de suo alia accudisse. Retinent autem illa in equi-
 tes & quaterna præter codices, de quibus dixi, etiam regii omnes
 quos vidimus. Existimamus igitur, duas à Frânquillo summas
 fuisse positas: peditum, & equitum. Illam ex vestigiis corruptæ
 lectionis & Græcis haud dubie expressimus: hanc iure arbitrario
 constituimus: nam quia donatiui quod à Cæsare acceperunt equi-
 tes modum nusquam expressum reperimus, quod superest, vt quam
 minima mutatione ad veritatem faciamus gradum, vulgatam le-
 ctionem quaterna mutamus in quadragena. etsi non male fortasse
 scripserimus quadragena quaterna. Porro vt de hoc nihil habemus
 quod quasi certum affirmemus: ita de peditum donatiui rem sic
 habere vt diximus, persuasi sumus. Statuimus enim nisi aut inen-
 da in codicibus Dionis & Appiani esse demonstretur, aut error in sen-
 tentia;

h

tentia;

tentia; causam dici non posse cur eorum consentienti testimonio non credatur, & ex ipsis de loco Suetonii iudicium fiat. Falsi lectionem nisi ex sua coniectura nemo arguit: sententiam contendunt multi esse falsam. Nam quæ opum vis, inquit, huic donatiua sufficiat? deinde quasi aperta & manifesta sit ἀτομία, est qui os verberet optimis scriptoribus, vt parum attentis ad verba Tranquilli: est qui locum Dionis corrigat, & pro πντακιχίλιας faciat πντακοσίας. Alii Appianum, aut pueriliter hallucinatum pronuntiant, aut scripsisse χιλίας η̄ πντακοσίας, iidem Suetonii verba conuenienter sententia quam pro vera amplectuntur, ita μετασηματίζουσι inuerecunde, vt veteris lectionis nullum agnoscas vestigium. Nos contra falli doctissimos viros, & in Græcis scriptoribus illis nihil esse mutandum contendimus. Quid enim hic est quod merito suspectum habeamus? miramur vnde Cæsari tanta pecuniaz vis: clamant historici, Spoliatas ab eo omnes prouincias; regna multa vel direpta, vel pretio vendita; templorum multorum gazas infinitas ablatas; artes cogendæ pecuniaz ab eodem innumeras esse excogitatas, propter quas χηματοποιός ἀνὴρ Græcis dici solet. Hæc si attendimus, quid tantopere miremur non erit. Quanto magis mirum, Octauium & Antonium post prælium Philippense tantundem potuisse suis militibus dare? Atqui non istud mentum est somnium, sed Plutarchi scriptoris grauissimi narratio. ἑξασημίανος αὐτὸς ἰν Ἀντωνίῳ, ἑξ ἑσπερὰ πῶτῃ δραχμας πντακιχίλιας, εἶδοντο ὕντοπῶν τε χηματοποιῶν καὶ δισμολογίας. extat eadem summa (ne quis mendum suspectet) apud Appianum quoq; lib. III Ἐμφυλίων, in ipsius Antonii oratione. Atque ego Cæsaris exemplum ante oculos habuisse triumuiros hosce puto, cum hanc quasi legitimam summam suis pollicerentur. Quid? potuerunt eadem tempestate Cassius & Brutus ex præda Asiæ & Syriæ quas obtinebant, militib⁹ suis numero prope infinitis, drachmas semel millenas quingenas, mox iterum millenas dare: Cæsar totius præne orbis prædo alterum tantum non potuerit? omnem vero admirationem adimat sani iudicii hominibus, quod de Didio Iuliano legimus, qui cum visena quina millia militibus promississet, tricena dedit, inquit Spartianus. At erant pauci qui acciperent milites: aliquis dicet. Sane pauciores quam qui à Iulio. sed quæ comparatio Didii istius cum Iulio Cæsare? qui vtriusque ingenium norit, & singula pensarit, mecum dubio procul sentiet. Et tamen sciri volo, non adeo

adeo imensum numerum eorum fuisse, qui hoc à Cæsare donatium acceperunt. equitem vix ad XX M. aut paullo plures fuisse censeam. Habuit ille quidem multas legiones: sed, quod ipse queritur *in initio tertij*, infrequentes: quod multi Gallicis tot bellis defecerant: eas ipsas vero copias sequentibus præliis vehementer fuisse attenuatas quis dubitat? Satis probatam putamus integritatem codicum *Dionii & Appiani*. Cum igitur Cæsaris *μεγαλοδωείαν* mirari desinimus: tum doctorum virorum *μετωείαν* & *ἀβλεψίαν* mirari fatis non possumus, qui hominis τῷ ἐν ἀνδράποισ πάντα καὶ κελημένῳ & διδωρημένῳ maximum donatium ad *πεντακῆρας δραχμαῖς* vel *χιλίας* & *πεντακοσίας*, redigere non dubitarunt.

Assignatis & agros, sed non continuos, ne quis possessorum expelleretur] *Dio lib. LII* aliam affert causam: *χώραν ἐκ τῆς δημοσίας, καὶ ἐκ τῆς αὐτῶν δὲ πᾶσιν ἔσοιμον, ἄλλως ἄλλῃ, καὶ πάντῳ πόρρω ἀπ' ἀλλήλων ἀκροπόλεως, ὥστε μήτε τοῖς ὁμοχώροισιν ὄρεσιν φοβεροῖς, μήτ' αὐτῶν νεωτεριστῶν ἐτοιμοῦς καὶ ἐν πικρῶν Συνοικούντων γυμνάσει.* Sed videtur *Dio* loqui de alia agrorum assignatione, quam de qua nunc *Suetonius* sentit. Quod autem notant uterque de agris non continuis, id contra veterem consuetudinem deducendarum coloniarum fuit: semel tamen admissum, sæpius postea vsurpatum est. *Tacitus lib. XIV Annalium c. 27. Veterani Tarentum & Ancium asseripti, non tamen infrequentia locorum subuenere dilapsis pluribus in prouincias, in quibus stipendia explauerant. neque coniugiu suscipiendū, neque alendis liberis sucti, orbis sine posteris damos relinquebant.* Non enim vt olim vniuersa legiones deducebantur cum tribuni & centurionibus, & sui cuiusque ordinis militibus, vt consensu & charitate, *Temp. efficerent: sed ignoti inter se, diuersis manipulis, sine redore; sine affectibus mutui, quasi ex alio genere mortaliū repente in vnum numerum collecti, numerus magis quam colonia.* Huc pertinet quod narrat *Appianus De bello civili libro III.* noluisse Cæsaris veteranos post missionem separari: sed in agros assignatos mitti coniunctos: quod quia ante illius necem non poterat perfici, propterea in Vrbe eos adhuc cum cæderetur Cæsar, fuisse, inq; templorum porticibus tetendisse. Propterea Augustus vt est apud eundem *Appianum*, post Mutinensem aciem cum Antonio societatem inire cupiens, *Decium* quendam cum his mandatis ad illum mittit: *ἡξίει μὴ μὴ δὲ τοὺς ἑαυτῶν ὄρεσιν ἀπὸ τῶν ἐκ διαλυομένων, ἕδ' ὅτι καὶ αὐτῶν τῶν ἑαυτῶν.* Deinde causas eius rei pluribus persequitur.

Annua etiam habitationem Roma usque ad bina millia nummum]
 Anno DCCVL. lex ista promulgata à M. Cælio Rufo prætorè in
 summa rerum omnium perturbatione Romæ propter Cæsaris ab-
 sentiam. Ab illo exemplo manavit hæc Iulia lex: de qua Dio in actis
 anni DCCVII. τὸ ἐνοίκιον ὅσον ἐς πεντακοσίας δραχμὰς ἢ ἐνιαυτῶν, ἐνδὸς
 ἀφ' ἧς. *Habitatio* Tranquillo est, τὸ ἐνοίκιον, *pensio* quæ habitatio-
 nis causa penditur. I. C. etiam *obventiones* vocant: & *Glossarium*
ἐνοίκιον, pensio, obventio. In superioribus verbis *Dionis* pars legis præ-
 termissa, de iis qui extra urbem in Italia habitabant. At libro XLVIII,
 in actis anni DCCXIII, renouatam hanc legem, ab Octauio post
 prælium Philippense commemorans, utriusque partis sic meminit:
 τὸ ἐνοίκιον τοῖς μὲν ἐπιτάσσει μέχρι πεντακοσίων δραχμῶν οἰκῆσι, πᾶν τοῖς
 ἄλλοις τῆς λοιπῆς Ἰταλίας καὶ τὸ τέταρτον ἐνιαυτῶν ἐνδὸς ἀφοδῶναι. Ait remis-
 sam habitationem Romæ quidem, annuam: in Italia vero non
 ultra tres menses. Puto falli *Dionem*, & *Suetonio* potius assentior,
 annuam & in Italia remissam pensionem, sed non ultra quingenos
 HS. Quia vero in urbe constabant habitationes, propterea tam
 diuersæ pensionum summæ in hac lege expressæ. Mens & Cæsaris
 & Octauii fuit, ut non nisi ad tenuiores hoc beneficium pertineret.
 Pauperes autem adæque qui in Italia quingenis sestertiis habita-
 rant, quique Æm. urbe binis millibus. Vide *Plusarchum* initio *Sulla*
 & *Ciceronem* in *capit. M. Cælio*: qui etsi filius familiæ, cum à patre se-
 migrasset, XXX millibus habitabat. Porro solutæ habitationis
 exempla alia suggerunt in *secutorum Imperatorum* historia. nam
 Romanum *Constantini* filium δειδωκέναι καὶ τὰ ἐνοίκια τῆς πόλεως, neq;
 id cum aliqua distinctione ciuium ditiorum vel pauperiorum: sed
 promiscue omnium, ἀπὸ τοῦ ὑψηλοτέρου καὶ μέχρι τοῦ ἐλάττω αὐτὸν est
Cædrenum.

Adiecit epulum ac viscerationem] Notatu dignæ harum vo-
 cum interpretationes quæ sunt in *Glossario*, *Epulum*, διατροφή. *Visce-*
ratio ἀπώρευσις. *Perstus*, ὄλιον ἀροτροῦ, ποπέλλο. *Mox*, *viscerationem*
Ἐρασίαν. in altero *Glossario*. Ἐρασία, *epulatio*. vox Græca quam
 legere est apud *Epiphanium*, ducta est ab ea verbi *Ἐρασίαν* notionem
 qua semper vititur *D. Lucas Euangelista* ut φαγε, πρὸς Ἐρασίαν. & φαγόν-
 τες Ἐρασιώμεν & Ἐρασιόμενοι καθ' ἡμέραν λαμπρῶς. Sic apud *Athe-*
naum accipi debet initio quinti: & *Ἐρασίαν* apud *Cyropalaten*
 vbi de coronatione Imp. agit, ἀτὰρ accipiendum id verbum etiam
 in hoc

in hoc *Athanasii* loco ex epistola ad Africanos οἱ μὲν Ἐλλῆνες, αἱτ, & ἑβραῖοι δουλοπύμονοι ἢ ἡμέτεροι. ὁ δὲ Γεώργιος πρὸς τὴν ἀνάγκη τότε τὰς χριστιανῶν τῆ κακότητος ἢ δουλιῶν. interpretes pessime acceperunt hæc beatissimi patris verba. exaggerat ibi Athanasius Georgii parepiscopi Alexandrini scelus: qui die dominica in templum Dei irrumpeus orthodoxos, vartis cruciatibus affecerat: *cum tamen*, inquit, *ei diei veneratio ab ipsis etiam infidelibus præstetur*. Apparet autem septimi diei solemnitatem à paganis iam temporibus Athanasii fuisse admissam, & vsù receptam. Ab hac verbi istius significatione *Genius* cuius simulacrum mensæ decorari solitæ *Εὐφροδῆς* dicitur. Hesy-chius, *Εὐφροδῆς παλαιὸς ὀνομαστικός*. vocat *παλαιὸν* ad eorum similitudinem, quorum *Herodorus* meminit, qui in nauibus sculpebantur aut cælabantur. Vox est Hebraica. At *visceratio* est *κρεατομία*. nam, vt alibi notamus, *viscera*, vocabant non solum intestina, sed quicquid sub corio est, inquit *Seruius*. melius hoc, quam quod legitur alibi apud eundem, *viscera proprie carnes dici*.

Cap. XXXIX. *Edidit spectacula varii generis*] Varia variis temporibus edidit Cæsar spectacula: sed quæcunque hic in *Suonio* referuntur, ea refectri debent partim ad annum DCCVIII. quo quater triumphauit: partim ad sequentem, quo Hispaniensem triumphum egit:

Per omnium linguarum histriones] Romæ magna copia erat hominum ex omnibus imperii Romani prouinciis. Cæsar vt omnibus gratificaretur, & omnes nationes sibi conciliaret, histriones omnium linguarum adhibuit. Simile est quod in eius funere notatur infra: *In summo publico luctu exterarum gentium multitudo circumlatim suo quæque more lamentata est, præcipueque Iudæi*. Sic accipio istum locum, & geminum ei alterum in *Octauio*, cap. XLIII. Non probo eorum sententiam, qui in vtroque loco consuetos Romæ edi ludos, Latinos, Oscos, Græcos intelligunt.

Furius Lepidus] Scripti quidam, *Lettinius*. is est fortasse quem *Dio Fuluium Sætinum* nominat. et si historia diuerse ab eo narratur. *Q. Calpurnius* autem est in veteribus, non *A. Calpurnius*.

Ludus Decimius Laberius] Eodem tempore & facta eodem, ordinem equestrem amisit Laberius ac meruit. amisit, cum egit minimum in scena: recepit, donatus à Cæsare anulo aureo. *Asinius*

Pollio de Gallo quaestore suo ad *Ciceronem*: *Ludu quos Gadibus fecit, Herennium Gallum histrionem, summo ludorum die anulo aureo donatum in quatuordecim sessum deduxit: tot enim fecerat ordines equestri loci.*

In XIII è scena] Sic liber *Pichai*, in aliis abest τ ε. vnde nata multorum librorum lectio, in XIII *scamna*. non probo. *Petronius*: *Ex hac nota Domina est mea: vsq, ab orchestra quatuordecim transiit, & in extrema plebe quarit quod diligit.* & alibi *Suetonius*.

Per orchestra[m] transiit] Multi codd. etiam *Viterb.* per solium orchestra[m] transiit. Fortasse, per podium orchestra[m], transiit. vel sic, per solum orchestra tr. quod minus tamen placet.

Elephantis vicenis] *Appianus*, ἰπιδωκεν ἐλεφάντων μίχλις οἰκοσ παρὸς οἰκοσ. *Dio* quoque elephantos XL pugnasse, hoc est vicenos ex vtraque acie, narrat. ita accipere debuerunt interpretes illius verba, libro XLIII. *Ὀνύβαλοι ὅ και ἐν τῷ ἰπιδωρόμω πλείους, και ἰπιδωκεν ἰπιδωσι, ὅ και πλείους παρὸς, ἄλλυς πεί ἀναμύξ ἀλλήλοισ ἰσες, και πνεσ, ὅ απ' ἐλεφάντων ποσα ἐξήνοτα ἰμαχίσηντο.* Interpretes: erant XL viri, qui ab elephantis pugnabant. ineptissime. vide *Plinium* libro VIII, cap. VII. Sed hæc nos fusius in libro *De venatione amphitheatrali*. in quo, & item altero *De circensibus*, multa *Suetonii* explicamus, quæ hic propterea omittimus. Vtrumque commentariolum amicis multis pridem communicatum, edere breui cogitamus: nisi, quod potius velim, eruditissimus *Lipsius* fidem suam ante liberarit, & studiosorum votis satisfecerit.

Navali prelio in minore Codeta defosso lacu] *Dio*: Καὶ τὸ ναυμαχίαν ἔκ ἐν τῷ θαλάσῳ ἔδεν ἐν λίμνῃ πρὸ ἀλλ' ἐν τῇ ἡπίεσσι ἐποίησεν. χαίρει γὰρ π ἐν τῷ Ἀρείῳ πεδίῳ κοιλάται, ὅδωρ τε ἐς αὐτὸ ἰσῆα, ὅ και ναῦς ἐπὶ ἡλίω. Quod ait *Dio*, *Cæsarem* ἐν τῷ Ἀρείῳ πεδίῳ χαίρειν κοιλάται ἐκείνασε ἰσῆα quendam in campo *Martio*: id *Suetonius*, defosso lacu in minore codeta. *Codeta* siue campum *Codetanum* ad *Tiberim* fuisse ex *Festo* & veteribus vrbis descriptionibus constat. *Minor Codeta*, & *Maior* sic appellatæ, vt *Velabrum Maius* & *Minus*, atque alia in eadem vrbe. Hic lacus mox à *Cæsaris* morte, ex decreto *senatus*, teste *Dione* fuit complanatus: itaque & *Octavius* & qui deinceps *naumachias* edidere, lacus defodisse narrantur. *Naumachias* tamen aliquot fuisse, in quibus aqua semper esset ex *Fronsinis de aquaductibus libello* discimus. Porro hanc esse veram huius loci lectionem, in *minori Codeta*, non vt vulgo edunt in *mayem cochlea*, recta ratione rem putantibus

tantibus dubium esse non potest Ita enim habent vetustiores & meliores codices, testibus *Beroaldo, Ransoneto, Turnebo, Torrenio, Petro Pithæo, Grosorio, &* qui duos vidisse ait, præstantissimo viro *Iosepho Scaligero*. accedat his *vetus Lugdunensis editio anni DVIIL*. in qua sic scriptum est. accedant & antiquissimi duo regis bibliothecæ, in quibus ita inuenimus. Postremo accedat *Memmiani* omnium, opinor, vetustissimi, pondus & auctoritas. Corruptam esse eam tot librorum scripturam, ne suspicari quidem licet. qui enim potuit imperito librario de *Codeta* venire in mentem, nisi sic in exemplari fuisset? profecto non ita solitum ab eo genere hominum in bonis auctoribus peccari, ut per aberrationem mentis voces veteres paucis cognitæ, sententiæ aptas, loco notiorum ponerent, contra quæque vox erat insolentior, eo semper magis istorum hominum iniuriæ fuit opportuna. Sæpe factum esse ut *c* & *d* scribarum imperitia truderent se loco inuicem apud veteres scriptores, pridem ab industriis hominibus sumus admoniti. Similiter hæc quoque *coeslea* pro *codeta* scribi primo cœpit: deinde cæterorum secuta est deprauatio. *Coeslea* autem veteres scribebant, non *cochlea*, teste *vetere libro Glossarum, & Velio Longo De orthographia*. Hæc ita accidisse, non tam mirum videri mihi solet, quam miror reperiri hodie, qui ineptam illam lectionem tueantur: quorum pertinaciam satis *libro De circensibus*, cum de *naumachiis* siue *naualibus circensibus* ageremus, retudimus.

Tyria & Ægyptia classis] *Scrib. Tyria & Ægyptia classis*. Sic *libro V. Spectaculo classis Sicula & Rhodia concurrerunt*. vel ita potius *scribe, biremes ac triremes, quadriremesque Tyria & Ægyptia classis*. Hæc vera scriptura, neque aliter *Memmianum*.

Ut plerique aduena aut inter vicos aut inter vias tabernaculis positio manerent] Occupatis videlicet omnibus sacris publicisque locis, ubi tendere soliti peregrini, si hospitem non haberent. *Dionys. Halic. lib. 8. 8. 8. ἡ κρατὶς ἢ τῶν Οὐολέων νεότης ἐξ ἀπάσης πόλεως, ὡς ἂν τὸ μὲν ἢ ἐν, παρὴν ἐπὶ τῶν ἀγώνων δεῖται. καὶ καλοῦσιν οἱ πλείους ἐν ἱεροῖς τε καὶ δημοσίοις τόποις ἐν ἔχοντες καταματῆς ἐν οἰκίαις τε καὶ παρὰ ξένοις.* *Maccho* poeta comicus: — *κατάλοισι ἑσάμῃ μιδοσίμῳ Δυναμένῳ δ' ἔσθ' ἐν τιμῆνι καδί(ας τῆν), Ὁ περὶ τῶν πύλων καὶ τῶν πύλων ἰδρυμένον*. Sic *Jonas* cum *Niniuen* venisset, ad vrbis portam casulam sibi construit. *Memdicos* etiam, ut veterum philosophorum multos, in porticibus templorum

plorum aliisque locis publicis habitasse constat. *Dio Chrysostomus de Diogene*, οἰκοῖς ἐχρητο ἢ πόλεσι, καὶ ἐν ταῦτα διέτριβεν ἐν τοῖς κοιναῖς τοῦ καὶ ἱεροῖς. *Idem in eodem*, οἰκίας τὰς καλλίστας καὶ τὰς ὑγειονότατας ἐν ἀπό-
Caus ἢ πόλεσιν εἶχεν ἀναπνεύμανας, τὰ τε ἱερά, καὶ τὰ γυμνάσια. *Spartia-
 nus in Socrus*: *Tota urbe milites in templis, in porticibus, in aedibus Palatinis
 quasi in stabulis manserunt.* Sic *Stilpon apud Athenaeum* alio fatur κοι-
 μάται ἐν τῷ ἢ μισθῷ ἢ δῶν ἱερῶ. *Inter vicos & inter vias*, est in viis
 urbis & ad urbem. *Apud Plautum & Terentium*, *inter vias* valet με-
 ταξὺ πορευομένων, vt, *inter cenam μεταξὺ δειπνῶν.*

Cap. XL. *Fastos correxit*] A. V. DCCVIII. suo III. & M. *Æmilii Lepidi* consulatu. *Censorinus* aliique. De hac correctione & anno confusionis quem hic describit *Suëtonius*, vide *Iosephi Scaligeri diatribam initio lib. IV De emendatione temporum.*

Ex Kal. Ianuarii nobis temporum ratio congrueret] *Placet emen-
 datio doctorum virorum, nouis pro nobis legentium.*

Cap. XLI. *Senatum suppleuit*] Quanta cum inuidia eius ordinis declarant *Ciceronis* loci, *epistola ad Leptam libro sexto*, & apud *Senecam patrem lib. VII.*

Patritios allegit] *Lege Cassia. Tacitus Annalium lib. XI, 25, 2.*
 In his allectus *Cicero*: *Dio libro XLVI.* *Causam suppletarum* toties patritiarum gentium breuiter aperit, *idem lib. LII.* *Augustus*, inquit, gentes patritias suppleuit, ἐπειδὴ τότε πλείον ἀπολώλει (ῥῶν. ἔδεν γὰρ ἔτις ὡς τὸ ἑκατῶν ἐν τοῖς ἐμφυλίοις πολέμοις ἀναλίαι). καὶ ἐς τὸ ποίνσιν ἢ παλίων ἀναγκῶν ἀπὸ τῶ νόμου. *quia & maxima patritiorum pars perierat: vt enim quisque generosissimus est, ita maxime bellis ciuilibus absumitur; & ad peragendos ritus patrios existimantur illi semper esse necessarii.* *Vespasianus* tandem in futurum prospexit ne facile patritii desiderari possent, constitutis mille gentibus patritiis. Ita interpretor quod ait *Aurelius Victor*: *lectis vndique optimis viris, mille gentes compositæ cum ducentis ægerrime reperisset.* pro *allegit* in cod. *Viterb.* erat adnotata altera lectio elegit. sic in veteri quadam inscriptione ELECTVS IN FAMILIAM PATRITIAM. *Tacitus* dicit, *sublegere, asciscero.* *Dio* ἡγκαταλέγειν & (υμνηθεῖν τὸ ἢ ἐν πατρίδων γένε). *Turonensis* hic *allegit.*

Magistratuum numerum ampliauit] *Dio* libris XLII, & XLIII. variis locis.

Nudatos opere censorio restituit] Duplex *καυσιπρόπεια* in his verbis. *nudatos* dixit pro *notatos*, quod proprium verbum est censorum: nihil tamen hic mutò. sic *Cicero* ad *Atticum* de iudicio *Clo-diano*, loquens, *nudos equites* vocat, probri plenos. *numquam turpior in ludo salario, confessus fuit: maculosi senatores. nudi equites: tribuni non tam erati quam ut appellantur erarii.* Sic etiam *exutus & exuere* apud *Tacitum Annalium lib. III. Piso exuta dignitate in decem annos relegatur. libro XV. Exuci dehinc tribunatu Pompeius, Cornelius Martialis, Flavius Nepos. Ait, opere censorio: sic vocatur opus quod notam censoriam meruit. A. Gellius libro III, cap. XII. non id sine pœna fuit: sed erat opus censorium: censesque erarium faciebant.* possumus etiam interpretari *opere censorio*, nota censoria, cui opponitur statim iudicium sententia: siue per censes. Ut *lib. II. opere militari*, id est, per milites. *Columella lib. XII: ne videar intempestive censorium opus obiurgandis moribus nostrorum temporum suscepisse.*

Sententia iudicum de ambitu condemnatos] *Dio lib. XLIII. Ἐδυνόμενος τε ἐπὶ δόξοις πνῶς, καὶ ἐξελεγχόμενος γὰ ἀπίλυσι.* Paullo ante dixerat idem, Cæsarem in sermones hominum incidisse, quod sententia iudicum pulsos in exilium multos, intercessione quorundam tribunorum restituisset: *καὶ ὅτι τοῖς δικαστῶν ἐπ' ἀρχῆς ἀποδείξει ἀλλῶν ἐν τῇ Ἰταλίᾳ διατῶν ἐπέστρεψεν. quod ambitus damnatis in Italia manere permisisset.*

Quos populus vellet pronuntiarentur] Hæc scripta lectio omnium librorum pro *renuntiarentur*: quod est verbum in ea usitatam ac solemne.

Circum tribus missos] Ad singulas tribus. sic apud *Liuium: circum insulas litera misse.* apud *Cæsarem: circum conuentus Campanie gladiatores distribuit.* At editiones prisca habent, *cuiusq; tribuum.*

Commendo vobis illum] Hac formula vsi principes Cæsaris exemplo, cum suis candidatis honores mandari iuberent. In *S. G. quo Vespasiano imperium datur*, ita scriptum est: *Vtique quos Magistratum, potestatem, imperium, curationemue cuius rei pecentes senatus populoque Romano commendarit, quibus suffragationem suam dederit, promiserit: eorum comitibus quibusq; extra ordinem ratio habeatur.* *Tacitus Annalium primo: senatus libens tenuit, moderante Tiberio, ne plures quam quatuor candidatos commendaret, sine repulsa & ambitu designandos.* Sic

Dio

*Dio libro LV. extremo, de candidatis Augusti: τὸ τῶ δὲ καὶ τοῖς ἑπειτα
 γέγραμματα πνα ἐκπιδὲς ἑνὶ τῶ τε πλῆθει καὶ τῶ δὴμῳ.*

Admisse ad honores & proscriptorum liberos] Contra quam lege Cornelia siue Valeria de proscriptione fuerat cautum. *Cicero, Plutarchus, alii.* Notat *Dio lib. XLI, XLIII & LIII.* Patris exemplum secutus Octavius, non in Sullæ tantum proscriptis, sed etiam in suis.

Recensum populi nec more nec loco solito, sed vicatim per dominos insularum egit] Chiasmum obserua: nam *vicatim* refertur ad illa, *nec loco solito.* Locus solitus fuit campus Martius, & quæ in eo erat villa publica. *per dominos inf.* ὡς τὸ *nec more.* More solito per censes & publicos scribas res peragebatur. Quare merito *recensum* appellat, non censum: recteque ab eruditissimo *Torrenſio* obseruatum, labi *Plutarchum* qui censum populi Romani à Cæsare factum scripsit. Fefellit *Plutarchum* vox *populus* in eo scriptore Latino quem sequitur, pro plebe frumentum publicum accipiente. & ita hic *Suetonius* quoque accipit. *Dio* optime hic quidem: nam alibi minus recte idem populi censum à Cæsare vt censore actum scribit.

Vicatim per dominos insularum] Hoc est, per locatores, qui suas siue domos siue insulas egenis locarent. In re veteri vsurpat *Tranquillus* loquendi genus recens. Ante Neronem plures in vrbe domus quam insulæ: post Neronem contrarium fuit, vt ex *Tacito* notum. inde cœperunt appellatione *insula* quæuis ædes locatitiæ intelligi: & per *dominos insularum* omnes locatores. Sic *insularius* nominatus seruus flagitator, pensionum exactor. *Glossarium* ἐνοκολόγῳ, *insularius.*

Ad centum quinquaginta retraxit] Aut centum & sexaginta. Nam *Dio* ait, τὸς ἡμῖσις. sed verius est, *Dionem* παρμερῶς locutum, rotundandi numeri studio, vt sæpe auctores. Verba *Dionis*, καὶ τὸς γε ἡμῖσις ὁμῶ π αὐτῶν ὁραπαλήμει. nihil hic mutandum. Nuperus tamen emendator iubet nos scribere τὸς ἡμῖσις ὁμῶ αὐτῶν quæ oratio est contra Hellenismum. vel, inquit, αὐτῶν. nihilo melius. ignorat ὁμῶ π tritum Græcis genus loquendi, in moderatione sententiæ. *Demosthenes* contra *Aphobum* priore, καὶ βρακοῖας ὁμῶ π τάλαντων διακαχημένους. *Plutarchus* De oraculorum defectu: ὀλιγαδέων αἰ πρότερον πῖσις καὶ οἱ πόλεμοι πᾶσαν ὁμῶ π ἢ οἰκουμενῶν ἀπειράσαντο. Μοχ: οἱ μὲν ὑδνδὸς ἀπλῶς ἢ διδῶν, οἱ δὲ ὁμῶ π πάντων αὐτῶν ποιῶντα. & sæpe alibi idem scriptor alique

aliique passim. Sic Græci iidem *ἄπο π* dicunt pro aliquatenus. quodammodo, non nihil. *Plato Phædro*: *ἕνθεν καὶ ἄπο π ἀσιεῖν*. Idem in *Gorgia*: *Ταῦτ' ὀπιεκῶς μὲν ἔσιν ἄπο π ἄτοπα*. qui locus magnos virose exercuit. *Aristophanes, Vespi*: *ταῦτα κελιδῶν, ἄπο π μικρὸν ἐπιθήκισα*. Sic apud *Hippocratem in Prothotico* *ἄπο π ἀλέθεια*. & in *III. Epidemiorum*, *ἄπο π ἀελοφείων ἰχθύων*. apud *Ciceronem* *ἄπο π πενεγκίνα*. apud *Strabonem libro II*, vt nostra ipsi vineta cædamus, *ἄπο π σωζομένον* non *ἀελοφείων*, quod olim visum. male item in superiori loco *Dionis* scribit idem criticus *προσπύλαιψ* pro *προσπύλαιψ*. additum τὸ *ως* in hac voce ad indicandum, prius à Cæsare recensum factum, quam frumentum diuisum. prudentissime. *ως* quid hic valeat, scire valim.

Ex his qui recensiti non essent] Hoc est, qui in recensione Cæsaris admissi ad frumentationem non essent. *Pithai* liber recensiti ita *Memmianus*.

Cap. XLII. Ut exhausta quoque, vrbi frequentia suppeteret] Scribæ *vrbi*. In voce exhauriri qua hic accipitur notione, calumnia *Ciceronis* nota in *Agraria secunda*.

Ne quicquid maior annu XX minoræ XL] In omnibus fere libris antiquis scribitur, *minoræ X* quod ferri non potest, vt recte docti viri obseruarunt. Fortasse etiam pro *XL* rectius *LX* legeretur. Videtur enim hac lege definitum humanæ vitæ spatium, quo vir sobolis generationi aptus est: quæ facultas citra sexagesimum fere non cessat: vltra *LXV*, raro durat. etsi scimus in quibusdam longe aliter & fuisse olim, vt de *Mafanissa* aliisque legimus: & nunc quoque in hoc mundi effeto senio esse. Ipsi vidimus nuper, qui anno septuagesimo quarto generarunt. Probo tamen vt scribatur *XL*. nam cum sit hoc *λελειργίας* genus, & quidem vt tunc erant homines, molestissimæ, quod sub Augusto legem *Papiam* ferente apparuit, verisimile est Cæsarem sustinendo ei oneri breuius spatium lege definisse, ad similitudinem aliarum *λελειργιών*.

Minus tertia parte puberum ingenuorum inter pastores haberent] Quid hoc ad vrbi frequentiam? plurimum: voluit Cæsar suos ciues aliquantum à studiis bellicis retrahere, & ad pacis artes traducere. militi legionario vxorem ducere ius non fuit. pecuarios & negotiatores nihil vetuit matrimonio operam dare. Vide quæ notamus *libro II ad caput XLII*. Veterum porro legum agrariarum

capite vno cautum fuerat, de numero puberum ingenuorum, quos inter pastores habere tenerentur qui pecuariam facerent. Hanc legem Cæsar ex antiquitate petitam reposuit à se correctam. Extat apud *Appianum* ἐπιφουλ. libro primo; vbi videtur tanquam legis Liciniae à Licinio Stolone latæ pars proferri istud caput. Ait enim: ἥ δὲ δημόρων εἰσηγμέναν ἕκιναν μισθὸν ἔχειν τῆς γῆς πέντε πεντακσίαν πλείονα: μηδὲ πωρβάλλουεν ἕκαστον πλείω τὰ μείζονα, καὶ πέντακσίαν τὰ ἐλάττονα. καὶ ἐς ταῦτα δὲ αὐτοῖς ἀριθμὸν ἐλάττωρον ἔχειν ἐπέταξαν, οἱ τὰ μισθόμενα φυλάξουσιν καὶ μισθώσιν ἐπιπλέον. Quod ait Appianus, certum numerum ingenuorum hominum ea sine pecuariam facientibus (ita verti debent quos ille πωρβάλλουοντας appellat) fuisse imperatum, vt per eos resciri posset, si quis aduersus hanc legem peccaret: id etfi verum esse haud negauerim: non puto tamen eum præcipue scopum auctoribus legis huius fuisse propositum: sed illum potius quem isto loco Suetonius nobis aperit. quo nimirum exhaustæ vrbi continuis bellis & crebris in colonias distributionibus, ingenuorum & ciuium nihilominus copia suppeteret.

Deducto summa aris alieni, si quid vsura nomine numeratum] Vetus inuentum fuit Romanorum quoties angusta fides erat. Lilius libro VI. tribuni promulgauere leges omnes aduersus opes patritiorum, & pro commodis plebis: vnam de ere alieno, vt deducto eo de capite quod vsuris pernumeratum esset, id quod superesset, triennio aquis portionibus persolueretur.

Qua conditione quarta pars fere credi deberibat] Facile est rationem inire. Lex ista lata anno DCCVII. cum primum Cæsar victo Pompeio in urbem venit, non multo post exactum alterum belli ciuilibus annum: biennii igitur vsuram à belli principio exegerant creditores: quam si, vt fere tum fiebat, centesimam erant pacti, deducta ea de capite, videnos quaternos è centenis nummis amittebant: id est quartam fere crediti partem.

Cuncta collegia] Quæ paucis ante annis P. Clodius tribunus pl. lege lata partim restituerat, sub S. C. nouem annis prius facto. Coss. L. Cæcilio & Q. Marcio: partim noua adiecerat ex omni face vrbis ac seruitio. Cicero, Asconius, Dio, alii.

Pænis facinorum auxit: & cum locupl.] Voculam & licet repertam à nobis in omnibus exemplaribus, ne vno quidem excepto, prorsus tamen tollendam censemus. Ita enim sententia

conci-

concipienda, *Panas facinorum auxit, cum locupl. eo fac. sc. se obl. quod int. patr. exulabant. parricid.*

Quod integris patrimonii exulabant] Libera Rep. raro factum ut civis Rom. sine privilegio, iudicio publico condemnaretur: omnibus enim libera fuit prius quam sententia pronuntiaretur, abeundi potestas. ita sententiam iudicis simul & bonorum iacturam evadebant. auctores *Polybius, Cicero, alii*. Idem ius fuit & civibus Atheniensibus: unde sumserunt, ut puto, Romani. *Demosthenes* χ^τ Ἀεικελῆτος. πῶς φέροντι, ἢ πρῶτον ἔξεσιν εἰπόντι λόγον μεταστῆναι. καὶ ὅθ' οἱ διαζόντες, ὅτ' ἄλλων ἀνθρώπων ἔδεις κύριος καλύπτει. At civibus Rom. ut alia omnia libertatis iura, sic hoc quoque per principes iam inde à Cæsare imminutum, penitus tandem est ademptum. Sed de hoc iure plura aliquando ad sextum Polybii, si Deus voluerit.

Vt Cicero scribit] Cur duo insignes critici hæc verba tollant quæ in omnibus codd. comparent, causam non video: nisi si visa iis & lecta, quæcunque hodie è scriptis Romanæ Sirenis nos tetraæ filii desideramus.

Cap. XLIII. *Repetundarum conuictos, etiam ordine senatorio mouit*] Ante Cæsarem qui repetundarum crimine ceciderant, exilio puniebantur & æstimatione. lege Iulia iidem ordinem amiserunt & iudices ad litem æstimandam acceperunt. ordinis ex hac causa amissi exempla suggerunt *Tacitus, Plinii epistola*; hic ipse in *Othone cap. II.*

Vsum conchyliata vestis] *Dio in Augusto*, qui eandem legem retulit, ἢ ἰσθῆτα ἢ ἀλουργὴ μινδῆνα ἄλλον ἔξω ἢ βελδίων ἢ ἐν γαῖς (puto scribere τῶν τε ἔ τ.) ἀρχαῖς ὄντων ἐν δούρατι ἐκείδου.

Lecticarum vsum & margaritarum ademit] *Eusebii in Chronico* verba sunt, in anno proximo post deuictam à Cæsare Ægyptum: *prohibita lecticis margaritisq. uti, quæ nec viros nec liberos haberent. & minores essent annis quinquaginta quinque.*

Cap. XLIV. *Bibliothecas Græcas & Latinas*] malim, *Bibliothecas Græcam & Latinam.* ut fere libro sequente.

Siccare Pontinas paludes] *Dio lib. XLIV* initio inter recensendos honores quos Cæsar dictator est consecutus, ita scribit, ὡς τε ταῦτα ἐδέξατο, τὰ τε ἕλησι τὴν Πόντινα γῆναι περὶ σέτασαν. quibus verbis eo loco positus quid sibi auctor ille voluerit, alias viderimus.

Meminit & lib. XLV. vbi *πόμψινα* vocat non *πόσινα*, vt ante. eadem diuersitas apud Latinos.

[*Ea quo ad formam & habitum, &c.*] Hæc omnia quo ordine hic proponuntur, eodem postea explicantur. Hic perpetuus mos Suetonii, ne semel quidem, vt videtur, eius interpretibus, obferuatus.

Cap. XLV. *Fuisse traditur excelsa statura*] Silenus apud *Iulianum in Caesaribus* de statura & forma huius: *Και γὰρ ὡς ὄρεος ἐστὶ μέγας καὶ καλός. ἐμοὶ γὰρ εἰ καὶ μὴδὲν ἄλλο, τὰ γὰρ αὖτε ἔχει καραλλυῖν ἐστὶ ἀγροκόμοιος.* Alludit autem sub Sileni persona Iulianus, ad caluitii deformitatem: nam tales Sileni pingebantur, vt ex Luciano & poetis constat. Iisdem nasum collisum tribuebant, teste *Seneca*, & *Luciano* eodem. Ideo *Lucretius*: *Simula, silena est*, *Xenophon* Silenos nominat *ἔστιν τοῖς Κατωκοῖς αἰχίσυς.*

[*Terotibus membris*] Succulentis, nec tamen obesis. *Philosophus* hunc habitum *εὐοσμον* vocat, & *ἀφρόδη καὶ διυδραμύον*: qui medius est inter *ἔλαττον* & *περίπλεον*.

[*Nigris vegetisque oculis*] Qui præ se ferrent τὸ *σπαστικόν* *Caesaris*, & illum ei proprium vigorem, celeritatemque quodam igne volucrem, vt *Plinius libro septimo*. *Aristoteli* quoque oculi nigri, sed qui ad flauum colorem inclinent, indicium sunt *ἑσυχίας*. At in *Viterb. codice* scriptum est, *nigris, leuibus, volubilibusque oculis*: quod intelligeremus de iis oculis quos Græci vocant *ταχὺ κινῶντας* vel *κινεμένους*: quibus contrarii sunt, *οἱ πενήγτες ὀφθαλμοί*. oculi fixi. Lego cum vulgatis, *vegetis*. *Eginhartus in vita Caroli Magni*, quæ tota fere Suetonii verbis & sententiis scripta est: *Apice capitis rotundo, oculis prægrandibus ac vegetis.*

[*Bis inter res agenda correptus est*] Semel Africano bello, teste *Plutarcho*: iterum fortasse Hispaniensi contra Pompeii liberos; nam ægrotasse eum tunc, auctor *Dio*. sed an comitalis fuerit ille morbus quæri potest: nam verba *Dionis* aliud videntur indicare. *agenda* non *gerenda* habent *vet. codd*: ex iisdem alia sunt quæ isto capite emendauimus.

[*Circa corporis curam morosior*] Sic omnes libri: quod testari placuit: quia scio quibusdam visum, *morbosior* esse scribendum. ingeniosa, fateor, coniectura: sed cuius gratiam facimus ipsis, nos quidem: nisi prius nos docuerint quare hæc omnium librorum lectio

lectio ferri non queat. *Morosis* opponitur indifferenti. vt cum mox ait, fuisse Cæsarem circa victum indifferentem.

Imo laurea perpetuo gestanda] Liber Memmii, *ius laurea corona p.* vide quæ scripsimus ad cap. II.

Etiã cultu notabilem ferunt] *Cultu notabilem* vocat, τὴν ἐξοχὴν ἰδιότητος ἐξάλλης, vt de regibus & tyrannis loquitur *Polybius* in VI. & apud *Nicetam*, σοφῆς ἐξάλλης ἐπέκειτο: alibi dicit ἰδιότητος κρυφανῆς. *Notabilis* vox frequens *Plinio*, *Seneca*, *Fertulliano*, & *Cypriano*. *Seneca* in epistolis, vt *inter istos nomen inuenias opus est non tantum luxuriosam rem, sed notabilem facere.* De Cæsaris lautitiis *Dio* libro XLIII. τῆ τῷ ἰδιότητι χαυκτέρα ἐν πᾶσιν ἐνηθροῦντο, καὶ τῆ ἰσοπέσει. καὶ μετὰ ταῦτα ἐνίστη καὶ ὑψηλῆ καὶ ἐρυθροχρῶν, καὶ τὴν βασιλέως τὴν ἐν Ἀλβῆ ποτὴ γενομένης, ὡς καὶ ἀποσπικῶν Ἰσίοι δὲ τὸ Ἰέλιον, ἐχρῆτο. *Delitiis fluxioris vestis vbiq̄ue luxuriabatur, & calceamentorum: quibus etiã postea interdum vsus est altioribus & coloris rubri, more regum qui Albe quondam regnarunt, vt qui propter iuliam, ipsos genere contingeret.* Sic legi debet hic locus & exponi: nam vulgo postrema verba pessime eduntur sic, ὡς καὶ ἀποσπικῶν Ἰσίοι δὲ τὸ Ἰέλιον. Interpretibus facile condonarem si hoc tantum peccassent, quod deprauatam lectionem secuti sunt: sed ἰσοπέσειν verti *cincturam fluxiorem*, quis ferat? nihilo consultius verba ὑψηλῆ & ἐρυθροχρῶν ad ἰδιότητα retulerunt: cum perspicuum sit ad ἰσοπέσειν referri. quid est autem vestis ὑψηλῆ? atqui de calceamentis Cæsaris loquitur auctor. ea namque sunt quæ vel humilia vel alta dicuntur à veteribus, vt *libro sequente* annotamus. ἰσοπέσεις ἐρυθροχρῶν sunt calcei punicei, quibus interdum utebantur proceres Romani in triumphis & pompis solemnibus. In lapide posito memoria C. Marii. DE. MANVBIEIS. CIMBRICEIS. ET. TEVTONICEIS. AEDEM. HONORI. VICTOR. FECIT. VESTE. TRIVMPHALL. CALCEIS. PVNICEIS. à regibus Albanis esse exemplum ait *Dio*: à quibus etiã mulleorum calceorum vsus patritii Romani didicerant, vt ait *Festus*. Regum igitur Albanorum insigne quondam fuisse calcei punicei, vt Imperatorum nouæ Romæ πεδίλων ἐρυθρῶν siue πομπικοῦσφῆς, quod ex *Zonara*, *Niceta* aliisque constat.

Vsum enim lato clauo ad manus fimbriato] Fimbriæ inter ea per quæ vesti ornatus accedit, & pretium. sic paludamenta ducum fimbriata erant. *Plutarchus* Lucullo προσωπῶν ἐπεσεῖδα vocat. Sic & mappis additæ fimbriæ. *Petronius* inter Trimalcionis delicias recenset,

set, *mappam laticlaviam*, *fimbriis hinc atque illinc pendentibus*. nam *mappas* quoque *purpura & auro clauatas* fuisse constat. *Latum clauum ad manus fimbriatum* interpretor, *χίτωνα πλατύτημον, χεῖρας ἔχοντα μέχρι τῆς καρπῶν κροσῶντος*, *tunicam laticlaviam, manicas ad manus usque habentem, easque fimbriatas*. vel intelligit *tunicam ἀνάκτορον* simpliciter, id est, ea longitudine ut brachia tegetet. prior interpretatio est melior. Atque hic obseruent studiosi antiquitatis, quod hodie solet à nonnullis obseruari, ut indusiorum nostrorum extre-
mæ manicæ ornatus causa accessionem habeant limbi è subtiliore tela, vel simplicis atque expansi, vel in densas plicas corrugati; eius moris vestigium fuisse in istis tunicis ad manus fimbriatis. Sic earum corrugatarum telarum, quæ collo aptantur, imago fuit in subuculis vel interioribus tunicis, circa collum fimbriatis, quibus vsos esse veteres obseruamus. Nam talem olim fuisse formam interiorum vestium, quibus honestiores utebantur; declarant versus *Lycophronis*, quibus indumentum illud describit non habens exitum, quo vsa est *Clytemnestra* in tollendo *Agamemnone*. Sic enim ille doctissimus poeta:

Ο μὲν γὰρ ἀμφὶ χίτλα τὰς δυσιξόδους
 ἔπλεττο καλὰ θούεσσι ἀρχενισυρῶσσι βρόχι
 Ἐν ἀμφικλήσῳ συνέταραταιμίνῳ
 Τυφλαῖς μαλίεσσι χερσὶ κροσῶντος ἱεφῶεσσι.

Hæc obiter isto loco: nam si Deus dederit vitam & otium, alibi totam illam antiquitatis partem pulcherrimam diligenter tractaturi sumus.

Nec ut vnquam aliter] Traiectio, in qua frequens *Suetonius* pro, *nec vnquam aliter, quam ut super eum vingeretur*.

Vnde emanasse Sulla dictum] Scribo, *vnde manasse s. d.* nisi tamen verbo *emanare* vsus *Suetonius*, ut significaret non palam id esse dictum à *Sulla*; sed vocem ab ipso editam in secretis colloquiis, postea esse euulgatam. Verbum *constat*, sustulimus, auctoribus libris nostris & *Torrentii*.

Cap. XLVI. *Villam in Nemorenfi à fundamentis inchoatam*] *Diomedes grammaticus libro primo*: *Inchoauit*, inquit, *ab inchoo*. Sic dicendum putat *Iulius Modestus*, quia sit *compositum à chao, initio rerum*. At *Verrius & Flaccus* in *postrema syllaba aspirandum probauerunt*. *Cohumt*

enim

enim apud veteres mundum significat: vnde subtractum inchoare. Tranquillus quoque his assentiens libello suo plenissime, ædem inchoatam ita differuit. in libris vulgatis male choaum pro cohum est editum. Ad Festum in ea voce. male etiam inchoare & inchoatam, contra apertissimam Diomedis mentem. Fortasse etiam scribendum; At Verrius Flaccus aliq, in p. vel, At Verrius Flaccus in p. s. a. probavit Verum hanc emendationem incertiorẽ reddit, quod Flacci cognomen non in Verria solum gente, sed aliis multis fuisse repertum, constat. Apparet autem ex isto Diomedis loco, extitisse olim aliquod de re grammatica Suetonii opus, cuius hodie etiam titulus nobis incognitus. Sane ædem inchoatam dicit Tranquillus in hoc opere libro secundo cap. LX. sed non illum locum respicit Diomedes, neq; vllum alium istorum librorum. Quin autem vbique in nostro scriptore inchoare & inchoatum sit scribendum nemini dubium esse potest, si sua Diomedis constat fides. Vide amplius Seruium, aliosque grammaticos.

[In expeditionibus tessellata & sectilia pavimenta circumtulisse] Pavimenta appellat, materiam pavimentorum: ipsa sectilia marmorisq; crustas & tesseras, quas circumferebat Cæsar in expeditionibus, vt quoties castra metandum esset, pavimenta ex iis in prætorio, picta de musuo, struerentur. Quare oportuit eum in suo ministerio multiarios artifices semper habere. At apud veteres, vt testatur Polybius, militum gregariorum munus fuit in extruendis castris, ἡ δὲ ἑκαστῶν τῶν ἰδρυμένων. postea luxuria etiam in castra perripuit: adeo vt inter sarcinas ducum ista pavimenta fuerint. Ideo prætorium in castris templo propter magnificentiam Iosephus comparat. Plinius quoque lib. XXXVII. Neronis viatoria cubicula vniomibus constructa queritur. inde illa indignatio Horatii de castris Antonii; Interg, signa turpe militaria Sol aspicit conopeum. Iuuenalis de Othonis speculo; Res memoranda novis annalibus, atque recenti Historia, speculum ciuilibus sarcina belli. idem Poëta de patina Domitiani: sed ex hoc tempore iam, Cæsar, figuli tua castra sequantur. Fatetur Velleius inter Tiberii sarcinas belli Germanici Pannonicique tempore, fuisse balinei instrumentum: sed in vsum ægrotorum, non ad delicias Tiberii: iam medici, ait (2, 114) iam apparatus cibi, iam in hoc solum imporatam instrumentum balinei nullius non succurrit valitudini. Transit hic luxus ex Oriente & castris regum Asia ad Romanos. nam talem fuisse illoꝝ, non in vrbe solum, sed militiæ quoque, vitam,

nemo ignorat qui Græcos auctores legerit. *Trebellius Pollio de Herode tyranno: homo omnium delicatissimus; & prorsus Orientalis & Græca luxuria, cui erant sigillata tentoria, & aurati papiliones & omnia Persica.* Sustulit ex parte hunc luxum Adrianus Imper. *ac triclinia de castris & porticus, & cryptas & topia diruit,* inquit *Spartianus.* Porro apud veteres in frequentissimo vsu tessellata pavimenta fuere: adeo ut eum plurima eorum essent genera, istud tamen pavimenti appellationem propriam sibi fecerit. Itaque *auctor Glossarii* vertit, *pavimentum* ἡφολόγημα, ἡφολόγησιον ἑδαφοῦ: & *Cicero* porticum domus suæ *pavimentatam* ait fuisse in ea *pro domo*, non simpliciter ἐσρωμένω sed *arte pavimenti*, ut *Lucilius* dixit. Græci quoque λιθόσρωτων hoc pavimenti genus vocarunt, & è Latinis *Varro* ac *Plinius*. Apud *Hæmerum* quidam è veteribus criticis κρατῶπιδον ita interpretati sunt, nempe λιθόσρωτων ἑδαφοῦ ἢ ἡφολόγημόν. sed falli eos opinor: neque enim tam antiqua apud Græcos ea ars fuit, ut ex *Plinio* discere licet. In *Evangelio Iohannis capite XIX* λιθόσρωτων puto esse iudicii locum, qui in Rabbiorum scriptis appellatur קַבְצֵי הַשֵּׁכָה q. d. *cubiculum cesura* propter sectilia & cæsi marmoris frustra, quibus elaboratum eius pavimentum. et si potest vox Hebraica aliter exponi: de quo nolim contendere. *Apuleius: pavimenta ipsa lapide pretioso castim diminuto, in varia pictura genera discriminantur.* *Gregorium Nyssenum in Theodorum Terentem martyrem: Καὶ ὁ ἅγιος Ἀπίδων ὁ Κυρδέντις ἰσοπέδις ἀξίον ἐπίνοσι τὸ πᾶσιμαυρὸν ἑδαφοῦ καὶ τοῖς αἰδιόλοις ἔτω φιλοτεχνήμασιν ἐν δὲ παδεί ἃ ὄψιν.* *Elegantissime vero S. Augustinus libro primo De ordine cap. pr. si quis tam minutum cerneret ut in vermiculato pavimento nihil ultra unius tesselle modulum acies eius valeret ambire, vitæperaret artificem, velut ordinationis & compositionis ignarum: eo quod varietatem lapillorum perturbatam putaret, a quo illa emblemata in unius pulchritudinis faciem congruentia simul cerni collustrarique non possent.* Meminit huius artis etiam *Epiphanius in disputatione contra Valentianos.* De his pavimentis non repetam quæ pridem sunt ex *Plinio, Vitruvio & Isidoro*, notata aliis. Sed prætermittam corruptum in illorum mentione locum apud *Senecam patrem*, nemini adhuc emendatum. Lego igitur sic hæc verba ex controuersia prima libri secundi: *In hos ergo exitus varium ille secatur lapis, ut tenui fronte parietem tegat: at quam iunctum seuerè! in hos pavimentum tessellatum, & infusum rectis aurum.* elegantissime *Papirius Fabianus* cuius illa sunt, postquam dixit opes eximias saepe

maxi-

maximorum malorum esse causam, subdit hoc ὑποφώνημα quod in libris omnibus corruptissime scriptum est. Illud, *as quam seuerè iunctum!* Persiano simile, *per laue seueros effundit iunctura vngues.* & est ἄσμιξ insertum venuste, vt in eo genere scriptorum non pauca. ita autem restituimus ex illa corrupta lectione, *tegat quam vin-
tū seuerè,* & pro *pauimentum leuatum* facimus *pauimentum tessella-
tum.* Illud quoq; nondum cuiquam explicatum, quid sibi doctis-
simus auctor Glossarii velit cum scribit, *pauimentum χονδοβολίας ἰδα-
φθ* (nam ita potius scribendum) puto autem intelligi pauimenti
genus quod non tessellis, sed quasi punctis ac granis sit distinctum,
& vermiculatum: *Nicetas Choniates lib. tertio, πλάκας φαίλον ἑστιγμένες
ποικιλοχέοις* appellat. Idem auctor eo loco *τυπώματα δὲ φαίδων* no-
minat, figuras opere musiuo &, vt loquitur idem alibi *φαίδων μικρῶν
δάδιζον,* vel *ἐνδύσει λοπλάεις φαίδων* expressas: quod interpres non
est assecutus. *Gregor. Naz. dixit οἰκίας κατασπαλίσεως φαίδων λοπλάεις
διαδίσει.* *Galatras διαλυπέδω* sic vsurpat in exhortatione ad artes,
τό τε ἰδαφθ ἐκ λίθων πολυτελῶν (υγκεῖδω δῖων εἰκόνας ἔχον ἐξ αὐτῆς
δατελυπομένης. *Procopius lib. primo De adificiis Iustiniani: ἐναξέουσι* ἢ ἤ χα-
φῆς ἢ ὄροφῃ πᾶσι ἐπὶ κρητῶν ἐλακύνει τε ἢ διαχρύνει ἐλαυθα παρῆσα. ἀλλ' ἐναξ-
μοδίσει φαίσι λοπλάεις τε καὶ χρομάσιν ὠραιόμεναις παντοδαποῖς αἰ δὴ τὰ τε ἀλ-
λα καὶ ἀνθρώπους ἀπομιμῆσι. *Nicetas idem in Iohanne Comneno verbum
εἰκονίζεω sic vsurpat. ἔσσι, inquit, οἱ ἐν τοῖς τοίχοις δὲ φαίδων καὶ χρο-
μάτων εἰκονίζομαι. eruditus interpres φαίδας hic putauit esse penicil-
latis: magno errore: sunt enim tessellæ, vel laminæ aut bractæ:
nam in Manuele Comneno memorat auctor ille ἀνθρώνας φαίδων
χρυσῶν ἐπιδίσει διαυρίζοντας. quod vel de bracteis aureis quibus pa-
rietes illiti, accipiendum; vel de tessellis inauratis. *Nicetas alibi vo-
cat τὸς ἐκ τῶν φαίδων καὶ χρομάτων ἀεγισμούς: & in Isaacio Angelo τὰ
δὲ φαίδων ποικιλοχέων ἔκλυμα. Tessellæ Græci etiam βόλια dixerunt:
vnde est χονδοβολίας vox in Glossarii superiore loco, pro minutissi-
mo genere harum tessellarum instar granorum, nam id est χόνδρος. hic
in Gallia vocamus *marqueterie*: Glossarium, *Tessella*, βόλια καὶ
ψῆφοι. Sunt & tessellæ lusoriae, βόλια. *Hieronymus in vita Apollonii;
Prophetes tabula ludit & tesseris? Græcus interpres: αἰσθήσε τάβλα καὶ
βολοῖς τῷζει; in Græco epigrammate ἐ- τάβλαν. Ἐξόμενος μὲν τῷ δὲ
παρ' Ἑλλάδι γρηπῆσι Πείργια κινίπης περὶ βολοκλυπῆς. Hesiychius: πε-
σοὶ βόλια ἐν οἷς ταυλίζω. *Scythia quæ Suetonius alique nominant in****

hoc argumento, sunt quas *Palladius* in Maio, *tabellas marmoreas aut paginas*. Hebræi, תיכשן כן vt *proverbiorum cap. XVIII*, et doctiores interpretantur Græci ἀβάκια & ἀβακίσκοις. *Moschus* apud *Athenam* & *Eustathium*, πάντα ἢ πάντα δάπεδον ἔχεν ἐν ἀβακίσκοις (ὀγκύμενον ἐκ παλαιοῶν λίθων). *Eustathius* hanc notam subiicit, ἕνα τὸ ἀβακίσκοις, ἢ ἢ δ' ἡλὸν ὡς ἢ μόνον ἐπὶ σαιδῶν ὁ ἀβὰξ καὶ τὸ ἀβάκιον, ἀλλ' ἰδὲ καὶ ἐπὶ λίθων ὁμοιοχημίων ἑυλίνοις ἀβὰξι. *Gregorio Nazianzo*: πάλας vt Latinis *paginae* dicuntur, in lepidissimis versiculis quibus animam alloquens suam, visne, inquit, ἡφίδων ἑοριμὸς κινεῦμενον χεδόντι; Λάμψεν πάλας τε ἀνδρῶς Ἀνήχρουν πολύχρην; etiam Romanis scriptoribus abaci inter parietum ornamenta; *Plinio libro XXXV, cap. primo, Vitruvio lib. VII cap. III.*

Cap. XLVII. *Animosissime comparasse*] ἀεὶ θυμώτατα. sic animosus corruptior apud *Tacitum*. apud *Ælianum*, ἀνδρείως καὶ ἀνδρεῶς. apud *Dionem* ἀθυμώτερον pro lentius & remissius.

Seruitia recentiora politioraq;] Non eadem ratio erat seruatorum qui elegantiae & floris ætatis causa emebantur, atq; eorū qui ministerii. In his nouitia seruitia pretio cedebant veteranis: quæ vel Græcorū vox νεώνησιν indicat: dicitur enim per contemptū atq; ἀπολιπέδον vt ἀκωνήσιν. *Claudius* eleganter de *Eutropio*, Tot translata iugū summis: sic colla vetustum seruitium semperq; nouū. In illis recentissima quæq; gratissima, & iucundissimi vsus: nempe quorum formam vultumq; adhuc nullus labor deturparat, & vt Græci dicerent, ὡς τὰς ὄψους ἰδέμεναι παλαιωτέρας Ἠοανίκεν. Ea sine excogitata multa à veteribus mangonicæ artis peritis, vt quam tardissime flos ille ætatis, quo pædagogia ista commendabantur, præteriret. Hi sunt quos Græci dicunt ἀωρολλίους; vt quidem scripsere nonnulli veterum criticorum in versu hoc *Cratini ex Archilochis*, Ἐρατρωνίδη Βάδιππε ἦσ' ἀωρολλίων. sed scripserunt alii ἀωρολείους, vt apud *Hephæstionem*. ita & *Ælianus* nominat, de animalibus lib. XIII cap. XXVII. Vim Græci illius nominis exprimit *Seneca* pluribus verbis ep. CXXII. Non viuunt contra naturam, qui expetunt vt pueritia splendeat tempore alieno? Quid fieri vel crudelius vel miserius potest? Nunquam vir erit vt diu virum pati possit: & cum illum contumelia sexus eripuisse debuerat, ne at is quidem eripies. Quare placet lectio omnium vett. recentiora: nec placet eruditissimoorum virorum emendatio. Recentia seruitia opponuntur exoletis & σκληροῖς καὶ παρρηηόσι, quos Græci κάλλοτας dixerunt. In libro

Cui-

Cuiacii fuit *rectiora pollucioraque*. perperam. *polluciora* fortasse aliquis arripiat antiquarius, pro selectiora, meliora. qualia sunt quæ diis consecrantur & pollucta dicuntur: nobis veriora quam acutiora sunt cordi. Cum præsertim videantur veteres vocem *polluctus* in contrario sensu posuisse. *Plautus Rudens*: *Non ego sum pollucta pagoid est communis & omnibus exposita.*

[*Immense pretio*] *Iuuenalis Sat. V*:

*Flos Asia ante ipsum pretio maiore paratus,
Quam fuit & Tulli census pugnacis & Anci.
Et, ne te teneam, Romanorum omnia regum
Friuola: quod cum ita sit, tu Getulum Ganymedem:
Respice cum sities, nescit tot millibus emtas
Pauperibus miscere puer: sed forma sed atas:
Digna supercilio.*

[*Et cuius ipsum puderet; sic ut rationibus veteret inferri*] Romanorum olim tanta in tabulis conficiendis diligentia, ut quacunque ex causa pecuniam expendissent, id in rationes referrent. Ideo dixit *Seneca in epistola prima* luxurioso diligenti rationem constare impensæ. Inde sæpe vsu venit, ut scelus pecunia redemptum, aliaque talia, ex ipsis auctorum tabulis probarentur: vel vide *orationem pro Cluensio*. Nullas vero tabulas conficere, quod olim de Antonio oratore vulgo creditum, hominis esse parum frugi, extra quam si quis filius familias esset, indicabant. auctor *Cicero pro Calio*. Circumspectiores, quod in *Cæsare* hic notat *Suetonius*, quæ male & nequiter emerant, vetabant rationibus inferri à dispensatore: aut sub falsis titulis iuebant inferri, ut de *Vespasiano* scribitur *lib. VIII. c. 22*. Dispensator enim non solum æra singula annotabat, sed singulis summis titulum præponebat, unde constaret impensæ ratio. *Posidonius in vita Augustini*: *Nunquam clauem, nunquam anulum in manu habens: sed ab eisdem domus præpositis cuncta & accepta & erogata notabantur, quo sciretur quantum acceptum, quantum dispensatum fuisset, vel quicquid indispensatum vel dispensandum remanisset: in multis titulis magis illius præpositi domus fidem sequens, quam probatum manifestarumque cognoscens.* Quos vocat *Posidonius titulos*, *Cicero articulos* dicit, ut ad *Characteres Theophrasti* notabamus: Græci vulgo *ἐλλόγια. λόγων* est scriptura brevis, sententia una, cuiusmodi fere oracula erant.

ἑλλόγιον est scriptio causam expensæ pecuniæ continens, siue præfatio summæ quæ in rationes refertur. Ἐλλόγιον exemplum & formula est in illo Vespasiani, *cap. XXII: Vespasiano adamato HS CCCC.* item illo ex rationibus Periclis, exagitato à Comicis. Εἰς τὸ δῖον ἀνάλωστα τοῦ ἕτον. hinc ἑλλογίζεσθαι, inferre rationibus cum indicatione causæ. Latine *imputare*. Paulus dixit καταλόγουσθαι. *Glossar. Imputat, ἑλλογεῖ.* Græcis Iuriconsultis ἀνῆλλογος est compensatio. & ἑλλόγιμος ἄνθρωπος, quem nos lingua vernacula dixerimus, *homme de mise.* Vocem ἑλλόγιον Romani fecerunt vsu suam, & dixerunt *ellogium*, vel quod pridem obtinuit, *elogium.* nam plane nihil elogium quam ἑλλόγιον, titulus, causæ brevis explicatio, præfatio: & ita sæpe *Valerius Maximus* præfationem pro elogio vsurpat. Hanc veteram esse censemus vocis *elogium* originem: de quo tam multi ante nos quæsiuerunt.

*Cap. XLVIII. Vno quo sagati palliativæ, altero quo togati cum illustrioribus provinciarum discumberent] Per sagatos & palliarios placet Turnebo Gallos & Græcos intelligi: sagum enim esse Gallorum. Hac ratione possumus & Hispanos intelligere, nam & illorum sagum erat. Præter Strabonem in III, Appianus Iberiis, ἡσάντων ἀπὸ τοῦ παχίστου, ἐν τῷ χαλαρῷ αὐτὰ θεωροῦμενοι, ἢ τῷ σάρον ἀγῶνι. Mox ἐν ποσειδωνοῦ σάρον ἰσπανικῶς. Inde apud Val. Max. *sagulum Hispanum.* Sed non puto hanc auctoris esse mentem. De comitibus enim Cæsaris hoc accipio, & ea quæ dicebatur cohors prætoriana. Igitur per togatos intelligit honestiores è comitatu: puta, consulares, prætorios, senatores, legatos, & quæstores: per *sagatos & palliarios* turbam omnem reliquam. Sagatos fuisse Romanos castra sequentes, tam notum est, quam ducem paludatos. Sic Vitellius, ut est scriptum *lib. VII* Romam introiit paludatus ipse, comitibus sagulatis. quin ipsæ quoque ducum chlamydes saga appellantur ab *Horatio & Val. Max.* Non est autem dubium, Cæsarem in suo ministerio ac comitatu Græcos aliquos habuisse, ut medicos aut alios eruditos viros, quorum convictu delectaretur. hi sunt quos *palliarios* nominat.*

Cap. XLIX. Præter contubernium Nicomedis] Serio hanc maculam à se amover Cæsar, apud *Dionem lib. XLIII.*

Spondam interiorem regia lectica] Scipio Africanus in oratione in P. Sulpicium Gallum hominem delicatum, qui in conviviis adolescentulis cum amare, cum sibiridis a tunica interior accubuerit, qui

non

non modo vinosus sed virosus quoque sit: cum ne quisquam dubitet quin idem feceris quod cinadi facere solens?

Edicta Bibali quibus proscripsit collegam suum] Cæne assentiarius eruditissimo viro qui emendat *prescripsit*. quod ferri non potest. Mirum fugisse tantum in his literis virum quid sit *proscribere*. Dicitur enim de edictis magistratum loco publico positis. Cicero ad Atticum, *proscripsit ille. se per omnes dies comisiales de celo servaturum.* Græci pro eo & *περὶ χάριν* dicunt & *σηλεύειν*.

A satellitibus regis eum in cubiculum regium educum] A cæna surgens Cæsar, in ξενώνα sive hospitale cubiculum sibi assignatum recesserat: sed nihil aliud, saltem ut pudori suo consideret: inde postea per satellites est eductus, & ad regem deductus. quod concise hoc loquendi genere indicatur. atque ita *Thucydides* & auctores alii, sæpissime verborum compendium faciunt. Quare nihil mutandum. De huiusmodi transitu à triclinio in cubiculum loquitur *Seneca*, epistola XCV. *Transio puerorum infeliciam greges, quos post transacta convivia alia cubiculi consumelia expectant.*

Et quid illi tu dederis] *Memmianus* codex, *quid illi tunc dederis.*

Qualia currum prosequentes ioculariter canant] Vide *Plinium* lib. XIX. cap. VIII. Notatus hic mos sæpe à scriptoribus Græcis rerum Romanarum. Huc refero illud *Varronis De lingua Latina: Hinc appellatum dictum in mimo, ac dicitiosus, hinc in manipulis castrensibus dicta ducibus: Intelligit militum διακελευσέας quas in duces suos iaciebant.* *Martialis:*

Consuenero iocos vestri quoque ferre triumphi:

Materiam dicti nec pudet esse ducem.

A Græcis ad Romanos hunc quoque morem mansisse certum est. *Phrynus de diis: ὁ δὲ θεϊαμβὸς ἀπὸ τοῦ θροῦν καὶ λαμβάνει τὴν κλῆσιν ἔλαχεν. ἔθεν ἢ ἐν τοῖς καὶ τὸ πόλεμον θριαμβοῖς πολλοῖς ἀναπαύσεισι σκώπουντες ἑαὶν.* in capite de *Baccho*.

Gallus Cæsaris regis, Nicomedes Cæsarem] *Dio* vertit lib. XLIII. *Καίσαρ μὲν Γαλάτιας ἑδραλώσατο. Καίσαρα δὲ Νικομήδους.* poterat aptiore verbo uti quam *δραλώσα* quod parum quadrat.

Cap. L. *Cui & proximo suo consultatu*] Eum accipe qui proxime tempora illa secutus est quibus *Seruiliam* amare cœpit: vel, ut cum *Plutarcho* dicam, quem proxime præcessere. *οἱ ἄλλοι καὶ εἰς μὲν*

ἡ μάλιστα ἰσθρως ἐπιφλασθῆ. Erat autem tunc temporis Cæsar iuuenis & νεαῖος ἐπ, ait Plat.

Ex auctionibus hasta ei nummo addixit] Turonensis liber, ex auctionibus hasta. minimo addixit. idque iam probo, & sententiæ Torrentii labens accedo.

Quo melius emtum sciatur, tertia deducta est] Bene emere est vili pretio emere, ἀξίον πωρεῖσθαι vel ἀξίως. Doctissimus Turnebus qui hic & in epigrammate Martialis care emere interpretatur, aliud agebat cum illa scriberet, neque Turnebus erat. Sensus est, eos qui pretii paruitatem miraretur quo prædia emerat Scruilia, magis miraturos si sciant tertiam partem à venditore Cæsare fuisse remissam. Hæc simplex sententia horum verborum, in quibus latet Ciceronis iocus propter ancipitem notionem vocum tertia & deducere. Docti viri putant alludi ad legem Cæsaris de solutione æris alieni; subtilius meo iudicio, quam verius.

Cap. LII. Ut naso scripsit] Probabiliter disputant interpretes laudari Actorium Nasonem, cuius ante facta mentio. tamen Viterb. Nasa habet. & in ora Vassa. Lislæi Vasa. Pithœi & Turonensis Vasto.

Eadem naue thalamego] Quales habebant, paratas Ægyptii reges DCCC. Vide Appianum in præmio. Similes, si usum spectes, veterum Gallorum paradæ, de quibus Ausonius & Sidonius. Item illa Neronis de qua Plutarchus Πτερὶ ἀπορυσίας. Seneca cubicularas & lusorias vocat. De iis sentit Gripius in Rudente :

Post animi causa mihi nauem faciam, atq; imitabor Stratonicum:
Oppida circumuectabor.

Nisi exercitus sequi recusasset] Attende loquendi genus, Ægyptum pane penetravit, nisi exercitus sequi recusasset; pro, factumq; esset, nisi. penetravit igitur, est penetraturus fuit. Sic in Galba cap. X. serui per angiportum in balnea transfuantem pane interemerunt, nisi expressa cruciatus confessio esset. Hegesippus Ἐυδὲμῆτος, libro II. tanto impetu in Romanos prosiluere, ut omnem exercitum auerterent, nisi equites subuenissent. libro quinto idem, Romanos flamma circumvallauerant, nisi mature consuluisent.

Quam denique accitam in urbem, n.] Cleopatram venisse Romanam proximo anno post bellum Alexandrinum à Cæsare confectum, testis luculentus est Dio, lib. XLIII. Hieronymus ex Eusebio in illo

illo anno, qui est ipsi quartus Olympiadis CLXXXIV: *Cleopatra regio comitatu Urbem ingressa.* nam quin appellatione Urbis Romam & Eusebius & Hieronymus intellexerint, non potest dubitari. et si aliter summo viro scimus esse visum: sed hoc est *ἡγεμονικὸν ἀνδρὸς δωμαίου*, cui *Suetoniani* huius loci tunc in mentem non veniebat, *ἡ τᾶν δι' ὕψους ἀμάσημα.*

Qua scire C. Marium & C. Oppium, reliquosque Caesaris amicos] Tacitus Annal. lib. XII, 60. C. Oppius & Cornelius Balbus primi Caesaris opibus potuere conditiones pacis & arbitria belli tractare. Marios posthac & Vedios, & cetera equitum Romanorum pravalida nomina, referre nihil attinuerit. Multa M. Tullius in epistolis ad Articum.

Non esse Caesaris filium quem Cleopatra dicat] Prima editio, quaque de Cleopatra dicant. Lislæi, de Cleopatra dicant. Fortasse pro, quem de Cleopatra editum dicant: sed præstat legere cum vulgatis & Ms. Qui putant legendum, Esse Caesaris, sublata negatione, quia Antonius Oppium eius rei auctorem in senatu laudauerat, falluntur: nec attendunt ad illa Suetonii verba, quasi plane defensione ac patrocinio res egeret. innuit enim ideo scriptum ab Oppio librum, ut mentitum Antonium in senatu probaret.

*Quas & quot vellet ducere liceret] Dicit quas: quia illi & civi Rom. & senatori non cum omnibus ius fuit connubii: puta, cum ea quæ esset sanguine propius iuncta, cum peregrina, cum liberta aut serua. Dicit quot, quia legibus Rom. non permitta πολυγαμία. Primus omnium Romanorum, ut *Plus.* ait, Antonius duas simul uxores habuit. *Dio* prius membrum prætermisit, non recte. nisi tamen scripserat ille, *ἀμέλει καὶ γυναῖξιν ὁποῖαις καὶ ὅσους ἂν θελήσῃ συνεῖναι οἱ ἐτόλμησαν τινες ἐπιτρέψαι.* In plerisque codd. etiam Viterb. *vellet* scriptum, non *vellet.* Ea lectio confirmatur veteri exemplo Semiramidis quod refert *Orosius*: item exemplo *Valentiniani Imp.* qui ut duasiple posset uxores ducere, lege lata id omnibus permisit. auctores *Socrates, Nicephorus* alii. Simile est quod de *Claudio* narratur *libro V. cap. XXVI.* Inuat etiam quod *Suetonius* *legem* appellat, non *rogationem.* Assentior tamen potius *vellet* probantibus. Præter *Dionis* auctoritatem, firmant prima editio, & codices *Pithœi* ac *Lislæi.**

Omnium mulierum virum, & omnium virorum mulierem] Pherastes Comicus:

Οὐκ ἂν ἀνὴρ γὰρ Ἀλλκιβιάδης, ὡς δοκεῖ,
 Ἄρης ἀπιστῶν ἔργα γυναικῶν ἐστὶ σὺν.

Vetus poeta alius :

Ἀνέρες ἠρνήσαντο, καὶ ἐν ἐγένεστο γυναικας
 Οὐτ' ἀνδρες γυναικῶν, ἐπεὶ πάντων ἔργα γυναικῶν.
 Οὐδὲ γυναικας ἔασιν, ἐπεὶ οὖσαν ἔλλαχον ἀνδρῶν.
 Ἄνεις εἰσὶ γυναιξί, καὶ ἀνδρῶν εἰσὶ γυναικας.

Cap. LIII. Nam circa vitium C. Oppius adeo indifferensem do-
 cet] Indifferens circa vitium est qui ευκολο. Græce dicitur vnica voce.
 est enim ευκολο το καλον, cibus. vnde βυκολοῖν & alia. Propria igitur
 ευκολια est indifferencia circa cibum, etsi pluribus verbis Plur. in hac
 historia, καὶ περὶ διαίτας δυκολίαν dixit. vbi interpretes, vitium tenui-
 tatem nescio quare vertere perperam maluerint, quam verbis Sue-
 tonii. Seneca aliter expressit epist. XC. Sapiens faciliu vitium fuit. hoc
 est ευκολο περὶ διαίτας. Sic δυκολο proprie, morosus circa cibum :
 sed generaliter accipitur pro δυροπο. morosus, siue multorum
 diuerforum morum homo. nos vulgo dicimus phantastique. vt &
 veteres Græci φαντασιοκοπιῖν & φαντασιοκότο sic vsueparunt. Auctor
 libri qui Sapientia Sirach siue Panaretou inscribitur, cap. III. μὴ ἴδῃ
 ὡς λέων ἐν τῇ οἰκίᾳ. (καὶ καὶ φαντασιοκοπιῶν ἐν τοῖς οἰκοῖς) καὶ. Ne sis in doma
 tua leoni simili, & vexans morositate tuos famulos. ita puto interpretan-
 dum illum locum. etsi scio paullo aliter solitam accipi eam vocem,
 vt apud Eustachium in Odyss. λ. φαντασιοκότο & ἐλποδοκόμενον pro-
 eodem. apud Eusebium ὁ φαντασιοκοπιῶν & ὁ ἐλποδοκόμενος idem Histon
 lib. VII.

Conditum pro viridi appositum] Vnguento vti pro oleo, eius
 est qui vetus prouerbiu tollat, τὸ ἐπὶ φακῆ μύρον. Inest in factor
 ἰσχυρὰ δαπάνης inepta. Philosophus vocet qui id faciunt βαράνους,
 ἀπειροχάλεις, σαλάκοναι. Talis Horatio describitur Næuius :

— — nec sic vt simplex Næuius vnctam

Coniuius præbebit aquam : vitium hoc quoque magnum.
 simplex Horatio est ἀπειροχάλο. Oppius in Cæsar's hospite negli-
 gentiam aut rusticitatem appellat istiusmodi ἀπειροχάλιαν. vt & Plu-
 tarchus vertit ἀρχοικίαν. recte vero Plutarchum conditum oleum legisse
 non conditum: patet ex iis quæ diximus. Ait autem ille asparagos
 fuisse, in quorum paratu μύρον ἀρτ' ἔλαβη Cæsar's hospes Valerius

Leo

Leo Mediolanensis vsurpauit. Oleum asparagis affundi solitum testis Varro, *virgula diuina. oleum in incubrationem seruauimus, quod in sparagos totum legitime vertamus.* Sic in No^o ii codicibus scribitur hic Varronis locus. recte neque assentiendum aliter pronuntiantibus. *ἀσπαργ* pro *ἀσάργ* dicit vsit vnde cunq̄ue doctissimus, vt *πάρης, ἀσάρης* : & à verbo *ἀσάω* deducta, *ἀσάλαθ*, *ἀσάλαθ* : *σάλαξ*, *ἀσάλαξ* : inde & *ἀσπαργ* secundum quosdam, quia trahendi vim habet, ventrem molliens, vrinam ciens. Porro ex his *Suetonis* verbis discimus, non quodvis olenim in asparagorum paratu vsurpatum ; sed viride. Ita vocabant quod ex acerba premitur olea nec matura. nam istud censebant vulgare, & *Romanicum* dicebant, vt est apud *Catonem. Virgilius* : - & *amara pausia bacca.* *Seruius, de pausia viride oleum fit.* Græci, quod sciam, *ἴλαιον χλωρόν* non dixerunt, pro optimo oleo : at Hebræi pariter cum Latinis, *רַגְוִי יָדוּ* hoc est oleum viride : quod Græci Latinique interpretes varie expresserunt.

Cap. LIV. *Abstinentiam neque in imp.*] Verbum Cæsaris fuit : potentia paranda & conseruanda duo esse instrumenta, *milites & pecuniam* : eorum alterum alterius stare praesidio. hæc causa est rapinarum illius. *ὃ δ' ἰσθὶ κακίας ἐποίησεν* ait *Dio lib. XLII.* hoc est, non pecunias propter ipsas amabat, vt qui proprie *φιλοχρημαῖοι* dicuntur. *κακίας* ponit ibi *Dio ἀπὸ φιλαργυρίας*, quam esse *πίσης κακίας* *μητροπολιν* dicebat *Bion.*

In Hispania à proconsule & à sociis pecunias accepit] Intelligo extortam proconsuli cui succedebat Cæsar, pecuniam, iniecto calumniarum metu : cum metueret iste, quisquis tandem fuerit, proconsul, ne Romam reuersus lege repetundarum interrogaretur. Certum enim, decessoris causam à Cæsare plurimum vel premi vel subleuari, prout ei foret animus, potuisse. Porro Hispaniam vltiorem ex prætura fortitus est Cæsar : cum illam proconsule rexisset cui succedebat. neque enim eadem perpetuo aut prætoris provincie fuerunt, aut proconsulares : cuius rei exempla in historia Romana non pauca. Est etiam quando auctores eum qui ex prætura prouinciam fuerit nactus consularem, rexisse illam proconsule, vel proconsulatum administrasse dicant. Exemplum in promptu de *Q. Cicerone* apud hunc nostrum *lib. II cap. III.* Id si isto loco admittimus, legam lubens, cum Turonensi & nonnullis

aliis: *In Hispania proconsule, & à sociis pecuniam accepit.* Atque idem hic significabit *proconsule*, quod libro secundo, *administrare proconsulatam.*

Ternis que millibus nummum in libras promercale] hoc est, vt in singulas auri libras septem argenti & selibra penderetur. Ita doctissimus *Budæus*: quem in hoc argumento regnare pæne solum, consentiunt omnes. pro *ternis* inueni in nonnullis *quaternis*.

Tria millia pondo auri furatus è Capitolio] Huius furti nemo veterum, nisi fallor, meminit. *Plinius* quo nos reiciunt interpretes, nihil quod huc pertineat, refert, neque libro XIX cap. III. nec lib. XXXIII cap. III; capite vero primo eiusdem, simile furtum narratur *M. Crassi*, qui suo & *Cn. Pompeii* tertio consulatu duo millia è *Capitolini Iouis* folio rapuerit, à *Camillo* ibi condita. Solebat autem coronarium aurum atque etiam, vt videtur, triumphale, aut pars illius, in *Capitolini Iouis* cellam referri.

Tantundem inaurati aris reposuit] Similis *Vitellii*, fraus lib. VII commemoratur.

Cap. LV. *Eloquentia militarique re aut equauit præstantissimorum virorum gloriam, aut excessit*] Iam ante monuimus ad finem cap. XLIII. *Suetonium* quæ ibi proposuit, eodem deinceps ordine sigillatim exsequi. Nunc igitur transit ad illius *ciuilia & bellica studia*, vt ibi est locutus. quare dubitari non potest (quod acute pridem vidit & *Lipsius*) quin sint hoc loco veteres omnes corrupti, in quibus scriptum *Eloquentia militari, quare*. prorsus enim necessum est legere vt restituimus. Ab initio huius capituli ad finem LV, de studiis & eloquentia *Cæsaris* agit: à principio LVII, ad LXX finem studia bellica enarrantur: quæ deinde subiiciuntur quomodo ad ciuilia eius studia referri debeant, suo loco explicabimus. Non me fugit apud *Plutarchum* tribui *Cæsari λόγον ἀντὶ τῶν στρατιωτικῶν*: quod videri queat vulgatæ lectioni asserendæ facere. Verum id *Cæsar* ibi de se tot iam annos in *Martis* castris versato, excusationis gratia, in contentione cum principe eloquentiæ *Cicerone*. Quare nihil ea verba falsam *χαρῶν* adiuuant: quæ vel propterea stare non potest, quod sententiam hiulcam atque imperfectam reddit.

Strabonis Cæsaris secutus est] Inuenimus in Mss. quibusdam *Cæsar secum est*. quod propterea notamus, ne tironem aliquem ea scriptura decipiat: vt sæpe accidit, quoties immaturo iudicio ad tractan-

tractandos Mss acceditur. rectum est *Caesari*. nec potest aliter: non enim satis definite distincteque C. Iulius Cæsar Strabo vetus orator de quo multa Cicero, solo cognomine designaretur, cum præsertim in aliis multis Romanarum gentium Strabones reperiantur:

Orationes aliquas reliquit } . Ut in Dolabellam unam, vel plures. *Asconius Pedianus*: Ne forte erretis, & eundem hunc C.N. Dolabellam putetis esse, in quem C. Cæsar orationes legitur.

Vt pro Q. Metello } Ita legendum, retracto ut fugitio, quod male cum præcedentis dictionis fine coaluerat. quod mendii genus passim in hoc auctore fuisse commissum, non mirabuntur qui in Pisanarum Pandectarum lectione aliquid olei & operæ posuerit.

Quam scripsit Metello } Titulus integer fuit, *oratio Cæsaris quam scripsit Metello*. Longe fallitur vir doctus qui putat tollenda esse, illa verba, *quam scripsit*. cui enim persuadebit inscriptam fuisse hanc orationem sic? *oratio Cæsaris Metello*.

Apud milites quoque in Hispania } Fallitur vir doctus qui mavult *Ad milites*. *Diomedes libro primo*. Sane frustra apud veteres reperitur. *Vt C. Cæsar apud milites de commodis eorum; non frustra vos milites*.

Subita hostium incurfione } Longe aliter auctor libri de bello Hispaniensi: nam ut ille narrat, adeo nulla fuit subita hostium incurfio, ut contra ægre Pompeiani ad prælium elici potuerint. Græci historici in prælio Mundenfi describendo, omissiores fuerunt: maxime omnium *Appianus*.

Cap. LVI. *Cicero in eodem libro* } Membranzæ regiz & eruditissimi Pithœi, in eodem *Bruto*. neque aliter scribendum, Turo-nensi etiam libro auctore.

Dum voluit alios habere parata unde sumerent } Et Ciceronis & Suetonii omnes meliores codices *parata* scribunt: quæ vera lectio est, non *paratum*, ut Lambino visum: aut *paratam*, ut alii.

Celeriter eos perscripseris } Malim *conseceris*, ut est hodie in nostris codicibus. locus est in præfatione libri VII.

Reliquit & de analogia libros duos } Liber Angeli Politiani, *De analogia ad Neronem duos libros*. quam appendicem nostræ membranæ non agnoscunt.

Dum ab vrbe in Hispaniam vltiorem III & XX die peruenit } Legendum VII & XX die. neque enim quarto & vigesimo, sed

vigesimo septimo die Hispaniam peruenit fulmen istud belli. *Strabo lib. III: φασιν οι Συγγεγραφεῖς ἐλθεῖν ἐν Καίσαρα ἐκ Ρώμης ἐπὶ τὰ καὶ εἰκοστὴν ἡμέρας εἰς τὸ Ὀρέακονα καὶ τὸ φασίπυρον τὸ ἐνταῦθα ἦν ἕως ἐμμελλὰ Κυρά-
πλεον τὸ πρὸ τῆς Μύκωνος πόλεως.* Appianus eundem numerum cum *Strabone* habet: addit autem confectum hoc iter cum βαρυτάτῳ σπασθῶ. In *historia Miscella* non XXIII scriptum inuenies: sed XVII manifesto librarii errore qui alterum X omisit. Non igitur dubium quin locus iste Suetonii sit emendandus. sic alibi saepe peccatum, & pro V scriptum II vel contra. Est autem antiqua loci huius deprauatio: reperimus enim vulgatam lectionem non solum in codd. Suetonii nostris omnibus, sed etiam in fragmento quodam rerum Iulii Cæsaris, quod ex veteri libro descriptum beneficio viri eruditissimi *Iacobi Bongarsii* nacti sumus. Continetur iis schedis belli Hispaniensis historia à nescio quo ex Suetonio, Hirtio alijsq; concinnata, plane pro captu sæculi Barbari: etsi non Barbaro prorsus stilo.

Quas primum videtur] Placeret magis, quis, primus is.

Ad paginas & formam memorialis libelli conuertisse] Eadem fuit forma epistolarum vulgo: quod declarant Ciceronis epistolæ: in quibus *extrema pagina* valet extrema pars epistolæ: sic alibi *pagina* in epistolis nominantur. quod si impleta pagina superesset aliquid: tum vero transuersa charta scribebant in margine prorsus vt hodie fieri interdum solet. *Cicero ad Atticum libro V: Nunc venio ad transuersum illum extrema epistola versiculum.*

Extant & ad Ciceronem, item ad familiares domesticis de rebus] Fallitur iterum vir ille eruditissimus, qui putat tollenda esse illa, *ad Ciceronem*. Quid? Cæsarem ad Ciceronem scripsisse mirum tibi videtur? at, inquis, non fuit illi Tullius familiaris. ille vero satis amicus & familiaris, quod epistolæ ad Atticum multis locis testantur. Et tamen fallimur, si putamus Suetonium hoc loco Ciceronem inter Cæsaris familiares ponere: quem potius ab illis separat, si recte accipimus ipsius verba. *A. Gellium* Ciceronis non meminisse *libro XVII cap. IX* mirum non est. Solos enim nominat eos ad quos Cæsar per notas scripserat. nemo autem de Cæsare & Cicerone hoc dicit: neque ea est Suetonii mens. qui hoc tantum voluit, extare sua memoria adhuc, aliquas Cæsaris ad Ciceronem epistolas. extant & hodie quædam: sed vt puto pauciores.

Ad familiares] C. Oppium & Cornelium Balbum & alios qui res eius absentis curabant. De hoc genere procuratorum *Asconius Pedianus*. Græci vocant τὰς ἐπιπέλους τὰς ἀποδημίας πρὶν, vt *Appianus* Manium Antonii procuratorem.

Si quis inuestigare & persequi vellet]. Melius legeris *voles*, vt in editione Roberti Stephani. *persequi* pro *assequi* legendo, vel intelligere, vt apud Græcos ἀκολουθεῖν & ἵπιδω. Sic imitatione Græcorum *transire* dixerunt, pro percurrere siue lectione, siue oratione, vt illi διέρχεσθαι. In ὁμιλίαις Græcolatinis quæ Glossario sunt adiectæ, leguntur hæc, & ego *transseo lectionem*. καὶ ἐγὼ διέρχομαι ἀνάγνωσιν. doctissimi viri barbare dictum pronuntiarunt, & inepta Græci sermonis imitatione. Ego memini sic loqui elegantissimum scriptorem A. Gellium *cap. vii*. Ipse inquit *voluendis transeundisq; nostris admodum voluminibus exercitus defessusq; sum. transeundis*, hoc est legendis. sic accipio *lib. III ad Herennium*, cum ait auctor, vt ipsi nobiscum *primus transeamus bis aut ter eam versum*: id est, legamus attente: vel repetamus apud nos quasi recitantes. *Libro primo de inuentione, transire breuiter argumentationes* non semel dictum, pro recensere. διέρχεσθαι, & oratione percurrere. Hoc visum obiter monere: quia doctissimos viros valde superiores loci habuerunt exercitos dum hunc ἑλλησισμὸν non obseruant.

Quæram elementorum litterarum]. *Dio lib. XL*. εἶδει δὲ ἕτερον ἄλλως ὅποτε τὴν δι' ἀπορήτων πρὶν ἐπέσκαλε, τὸ τέταρτον αὐτὸν περιέειπεν ἀπὸ τῆς καθ' ἑαυτὸν ἀπὸ ἀπληροφάνειας.

Item dicta collectanea] Alibi notamus quosdam Græcorum libros edidisse, *ισοδυναμῶν* indice, ἴσωνήματα ἢ ἀπερὸς ἑαυτῶν λεγόμενα: fortasse tamen verius est, eum librum intelligi quem *Ἀποδημιῶν* vocat Cicero in *epistola ad Petrum*. Nam quod volumina dicuntur illi, Suetonio libelli: non debuit ea res quemquam mouere. *Volumen* Latinis est omnis sectio maior, siue liber sit, siue libri pars. Sic *librum primum Bibliorheca* *Diodori* duobus voluminibus constare dixeris recte. *Plinius in epistolis*: *Libri tres in sex volumina propter amplitudinem diuisi*. ipse *Diodorus* τμήματα & μετέας vocat. Viterb. cod. legit, *Dicta coniectanea*, pro *conlectanea*, vt puto.

Cap. LVH. Incredibili celeritate confesit] De quo non absurdam sententiam *M. Tullius ad Asticum* de *Cæsare*: *Hoc τῆρας horribili vigilantia, celeritate, diligentia est.*

Meri-

[*Meritoria reda*] In manu exarato libro Iacobi Cuiacii pro istis verbis erant hæ literæ Græcæ: ΜΗΡΤΑΡΗΔΑ. quod quid sit diuinare nequeo. nisi quod videtur qui ita scripsit vsus exemplari vbi fugientes essent hæ literæ latinæ, *miriareda*: quod scribendi compendium cum non intelligeret, suspicatus Græcum verbum esse, Græce scripsit. At *reda* Gallicum est, non Græcum vocabulum. Græci meritoriam redam dicerent, *μῆδων τὸν τετρακύκλον* vel *ὄχημα τετρακύκλον*. Reda quatuor rotas habebat, vt cisium duas, auctore *Isid.* propterea Græci in rebus Romanis, *τετρακύκλον* appellant. *Xiphilinus in Adriano*: ἢ δ' ἔστιν ὁπότε ἔτι ὄχημα ὅτε γὰρ, ἔτι τετρακύκλος ἰπέρι. *nunquam*: inquit, *in illo itinere nec currum nec redam conscendis*. *Dionis* interpretes *τετρακύκλον* pudendo errore *quadrigis* interpretantur. Nam et si mancipes publici cursus redas quasdam soliti appellare *quadrigas* vel *flagella*, vt narrant *Impp.* in codice: non tamen ferendus sit, qui viatorium *τετρακύκλον* quadrigas dicat. Separat autem *Dio* redam & ὄχημα: cum tamen ὄχημα sit nomen generis: sed accipitur pro carpento aut alio curru artificii maioris. ideo scribitur in *Glossario* ὄχημα, vehiculum, currus. ὄχημα ἰον *reda*. alioquin & *τετρακύκλον* siue *reda*, ὄχημα est. *Eunapius in Aedæso*, ὅτι δ' Ἰδαμειῶν ὅτι τετρακύκλος ὄχημα ἔφερετο. vbi idem error eruditissimi *Iunii* verentis *quadrigas*. Quemadmodum autem hoc genus vehiculi à rotarum numero *τετρακύκλος* nomen inuenit, sic apud vetustissimos *Æoles* ab eodem numero *πέντερον* dictum, & apud inferioris ætatis Græcos Latinosque *δίκυκλον* & *birota*. In *Codice Theodosiano De cursu publico*: *statuimus reda mille pondo sancum modo superponi, birota ducenta, veredo triginta*.

[*Vel innixus inflatis vrbibus*] Inuentum est antiquissimum. Græcis ante Alexandrum fuisse in vsu ex *tertio* *Ἀναξάδοτος Xenophontis* sub finem liquet. Non igitur Græcos sed Barbaros solum hoc docuit Alexander, quem tamen libro VII sic loquentem inducit *Curcius*: *Vrbibus ampem traiciendi exemplum fecimus nuper: hoc vt Scythæ imitari nesciant, Bactriani docebunt*. Hi vtres vel inflabantur follibus, vt *Suetonius* indicat, & *Xenophon*, *Casar*, *Florus*, aliique è Latinis: vel stramentis inferciebantur; vt apud *Currium* libro septimo c. 5: *vtres quam plurimos stramentis repletos diuidit. His incubantes trans nauero annam. mox quor vtres saxamento repleti debebant lege stramento*. inepte enim nuper mutarunt. *Arrianus* de traiectione Istri libro primo

primo τὰς διφθίρας ὅρ' αἰς ἐκλήθηεν. ἡ γὰρ φωνὴ παρὰ τοὺς Ἕλληνας &c. His igitur vtribus siue θυλάκῃσι: περυσμένοις, vt Græci interdum nominant, ita incubantes & pedibus iter adgubernantes, tranabant: sed postea inuenti sunt à Romanis ascogephri, hoc est pontes vtribus iunctis constantes: quorum descriptionem habemus in libro *Notitia Imperii*. Meminit *Zosimus libro tertio*, sic iunctum Tigrim narrans à Iouiano in reditu è Perside. ἀπὸ τῶν αἰγύπτου ἀλλήλοισιν ἑκδοθέντων καὶ ζεύγματος τρεῖς πόντιαι διὰ τῶν τότε κατασκευασθέντων, ἐποχόμενοι τε τούτοις διέβησαν.

Vt persæpe nuntios de se præuenerit] Plutarchus: ὅτι δ' ἀγγελοῦ ἢ χρηματιστοῦ διαδύουα παρ' αὐτῶν χροῖον πολλῶν ἦν ἀπίστον, ἐπαύθη μὲν τὰς ἐπιπέρας ἐπεὶ τὸ ἔργον ἔβη.

Cap. LVIII. *In obeandis expeditionibus dubium caucior an audacior] Polybius acerrimi vir iudicii, & in rerum caussis scrutandis sollers, libro primo, Romanorum ingenia ita depinxit, vt si eius descriptionem ad res gestas magni istius Cæsaris referas, dixeris ipsissimum Iulium esse quem describat. Ideo visum illius locum apponere: καθόλου, inquit, Ῥωμαῖοι πρὸς πάντα χροῖοι τῇ βίᾳ καὶ τὸ πρὸς τὸν πόλεμον οἰόμενοι δεῖν καὶ ἀνάγκην ἐπιτελεῖν, καὶ μηδὲν ἀδύνατον εἶναι ἔργον ἢ ἀπαρτῆς δεξιάτων, ἐκ πολλοῦ μὲν καθόλου διὰ τὴν πᾶσαν ὀργάνωσιν, ἐκ πᾶσιν ὅμως ἄλλοις. Omnino ait Romani in omni re quam instituant, violenti, & quicquid semel proposuerint, id necessario fieri debere existimantes: nihilque eorum quæ semel decreta ipsis fuerint, non posse fieri statuentes: efficiunt illi quidem pleraque omnia hæc tanta violentia & impetu, ex animi sententia: in quibusdam tamen notabiles clades patiuntur. Ita vides, quibus virtutibus & artibus pop. Rom. orbem subegerat, iisdem esse per Cæsarem & superatum, & in ordinem coactum.*

Neque in Britanniam transuexit, nisi ante per se p.] Hic mihi suspecta Suetonii memoria: nam illud per se, qui potest fidem inuenire, cum Cæsar ipse aliter scriptum reliquerit? præmississe ait C. Volusenum cum nauī longa.

Cap. LIX. *Professionem aduersus Scipionem & Iubam non distulit] Minutius Felix: Caius Cæsar ne ante brumam in Asiam nauigia transmitteret, auguriū & auspiciū renisentibus, spreuit: eo facillius & nauigauit & vicit.*

Cui ad opprobrium vita Salutioni cognomen erat] Editio Romana & aliæ nonnullæ, vt Roberti Stephani, ita hoc cognomen scribunt; quod in libris aliis tam varie scriptum reperitur. Ro-

manam *χαφλω* confirmant meliores codices *Plinii libro septimo cap. XII. & lib. XXXV. cap. II.* & ita apud *Plutarchum Σκιπίων Σαλ. κτίων.* apud *Dionem Σαλαπίων* minus recte. *Cornelia* gens, quod sciunt omnes, in plurimas ditifia fuit familias: in iis vna quædã obscura & ignobilis, vnde iste erat: quem cognomen *Salutionis* à mimo cui similis fuit, traxisse, credamus affirmanti *Plinio libro VII.* *Suetonius* ait, ad opprobrium vitæ, id illi cognominis esse impositum: quod non repugnat sententiæ *Plinii*, vtrumque enim fieri potuit, vt & vultus & morum similitudine *histrionem* illum referret. Sic *legimus Curionem* oratorem corpore & lingua percitum & inquietem, *Barbuleii Scenici* nomen coactum suscipere. Hic *Salutio* à *Cæsare* tum assumtus, in gratia apud eum postea fuit, & loco aliquo. Opes sane tantas parauit, vt earum magnitudine *Scipionem* vnum è familia *Africanorum* induxerit, vt vellet testamentaria adoptione in familiam simul & nomén ei succedere. quod factum nobilibus viris vehementer improbatum: *Messala* imprimis, qui ea causâ motus librum edidit *De familiis*. auctor *Plinius lib. XXXV.* *Viris doctis* qui istum locum varie emendant, equidem magis audiendum quam auscultandum censeo.

Cap. LX. *Pralia non tantum destinato, sed ex occasione sumebat*] *Vitærb. sine ex. pralia sumere* vt apud *Tacitum II Historiarum: Orthoniani, quanquam dispersi, pauciores, festi, pralium tamen acriter sumere.* & alibi; *pugnam resumere.* & *XV Annalium, sumere coniurationem.* Genus loquendi militare, vt terga sumere. vnde apud *Seruium* ex *Salustio, more pralii sumtu tergis & redditu.*

Cum minime quis morurum putaret] *Vera lectio. speraret.* ita in exarata lectione optimorum quorumque librorum. Mutarunt imperiti magistrelli non hoc loco solum, sed aliis multis veterum scriptorum: quod scripti codd. arguunt. nesciebant isti qualemcunque ἢ μέλλοντες δόξαν Latinis *spem* dici, Græci ἐλπίδα; vt in primo *De legibus* docet *Plato.* & ita loquuntur grauissimi auctores. ita dictum diuino *Hippocrati* primo *Prophetico, μανῆσαι τέτους ἐλπίς.* ita *vati Thebano, κοινὰ γδ ἔρχοντ' ἐλπίδες πολιπόων ἀνδρῶν, Neimeonicarum ode pr.* Ita etiam optimi quique *Latinorum.* quod aliis obseruatum.

Quo sapius vicisset hoc minus experiendos casus opinans] *Prudens & necessarium consilium.* Bene olim *Alexandri* milites *Si non militibus vel ipse sibi parcat: ne fortunã suam nimis onerando fatiget.* *Lustinus lib. XII.*

Quin

Quin castris quoque exueret] Magni duces stantibus hostium castris adhuc, plenam se adeptos victoriam non putabant, nec dum Imperatoris meritos cognomen. *Plutarchus in dictis memorabilibus Pompeii.*

Cap. LXII. *Vt aquilifer moranti se cuspide sit comminatus]* *Plut. & App. libro II* Ἐμφυλίων hoc docent accidisse eo prælio quo Pompeius insignem de Cæsare apud Dyrrhachium victoriam tulit: aiuntque statim occisum istum aquiliferum ab iis qui circa Cæsarem erant. *Cusps* est hastilis quo aquila gestatur pars posterior mucronata, qua terræ infigitur. Græcis *κείραρις* & *σύραξις*: etiam *Καυραλίδης*. sed *πῆρ μὲθ' ὀμυρον* tantum.

Cap. LXIII. *Victoria nauicula]* Sic dictum ut supra *reda meritoria*: vectoria est, τὸ τῷ πορθμῶν πλοιαεῖα. atque hoc mire factum auget. *Turnebo* assentior & cum Cuiacii & Pithœi codd: *vectoria* lego, non ut aliis placet *victor*. *Dionis* verba pro omni ratione sunt: ἢ Ἐλλήσποντον ἐν πορθμῶν πνι φρασίμεν.

L. Cassium partis aduersa] Libri nihil variant: *Dio* consentit, μετὰ τῷ Κασσίου τῷ Λελίῳ. Sed quæ ad ea verba *Dionis* eruditissimus *Xylander* disputat, impellunt me ut in prænomine erratum putem. & C. pro L esse scribendum.

Cap. LXIV. *Elatam leua ne libelli, quos tenebat madefierent]* *Codex Politiani, eleuata leua.* falso. nam verum est manum læuam à Cæsare in eo periculo esse elatam, ne commentarii quos illa manu tenebat, madefierent. *Dio*, πολλὰ χράματα ἐν τῇ ἀριστερῇ χειρὶ ἀνέχετο ἐνήξατο.

Cap. LXV. *Militem neque à moribus neque à fortuna probabat]* Si quid mutandum, nihil melius emendatione *Torrentii*, à *forma*. Sed quid si hoc melius? magni enim æstimamus consensum *Mss.* igitur à *fortuna* interpretor, à *consensu*. Græci, πλεῖστον δὲ δοκιμάζειν: quod *Polyb.* in *sexta historia* ait factum à Romanis in equitum dilectu: sed & in pedite seruatum idem; ut ex ipso *Polybio* probauimus alibi. *Liuius lib. XXXIII, 31* Nabidem Spartanū ita facit alloqui *T. Quintium*. *Vos à consensu equitem, à consensu peditem legitis: & paucos excellere opibus, plebem subiectam esse illis vultis.* Postius *Latro* apud *Senecam patrem lib. II. consensu senatorium gradum ascendit: consensu in castris senatorium ordinem promouet: consensu iudices in foro legit.* Quod negat à moribus probatum Cæsari militem: id à Romana disciplina per

fuit alienum. Obseruo enim tantæ Romanis ducibus curæ fuisse, mores suorum militum, vt in numeris ad cuiusque nomen nota morum apponeretur. Appianus *Εμϋλιών* lib. III. ἤπτε τῶν τῶν χιλιάρων τοὺς σαταίους. ἀνάγκη γάρ εἶναι ἐν τοῖς Ῥωμαίων στρατοῖς αὐτὸ καὶ ἓνα ἀνδρα ὁ πρόπϞ.

Præcipue pluuiis & festis diebus] Hæc duo tempora quam sint hostilibus insidiis opportuna, ex scriptoribus stratagematum discere licet.

Cap. LXVI. *Non negando, minuendove*] Liber Cuiacii *inhibendove*. non absurde: imo fortasse recte. Notæ artes hodieq; politicis, rumores sinistros inhibere.

Cum expectatio aduentus Iubæ terribilis esset] Viterb. cum expectatio Iubæ. Ipsi Cæsari nedum militibus eius, θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι πάτασσι, si Dioni fides: qui plane diuinitus seruatum narrat.

Leuis armatura C millibus] Errant qui censent hæc verba non esse legitima. Hirtius, cum præsertim ab incolis eius provincie, nunciarentur aduersariorum copia, equitatus infinitus, legiones regia III. leuis armatura magna vis. Scipionis legiones X, elephantæ CXX, classesq; esse complures. vide amplius totum locum. Appianus nihil te mouebit, si recte ceperis. eum adi.

Desinant quidam querere vltra aut opinari] Vim horum omnium verborum vnica sibi familiari voce exprimunt Græci historici ὄψασθαι γὰρ. passim ea Plutarchus vtitur. Appianus quoque III *Εμϋλιών* de Cassio. ἐκείνῳ ἐξ ἀπείρημα] ἰσχυρὸν ἢ ὄψασθαι γὰρ ὄντες, εἰ δὲ τὸς αἰτίους μανθάνοντες, εἰ δὲ εὐδύορτες ὅτε καὶ μάθοιεν.

Aur quidem vetustissima naue impositos quocunque vento in quarumque terras inbebo aucti] Scribe, *aur* equidem vetustissima nauis impositos. Obseruo autem fuisse hoc apud veteres inter supplicii genera. Ita puniti à Tito primum, (Suetonius ait in illius vita cap. VIII sed obcurius) deinde à Traiano delatores. Plinius in libro Panegyrico: *Congesti sunt in nauigia raptim conquesta, ac tempestatibus dediti: abirent fugerentq; vastas delationibus terras: ac si quem fluctus & procella scopulis reseruassent, hic nuda saxa & inhospitale litus incoleret: ageret duram & anxiam vitam, relictaque post tergum totius humani generis securitate, moreretur.* Ita scuitum olim à tyrannis, Christiani nominis osoribus, in viros sanctos. Victor de Geisericò Vandalo. *Tunc vero memorata urbis episcopum, id est Carthaginis, Deo & hominibus*

MAZI-

manifestum, nomine QuodvultDeus, & maximam turbam clericorum nauibus fractu impostum, nudos atque expoliatos expelli precipit. Eadem historia in Martyrologio, in VII Kal. Nouemb. QuodvultDeus episcopus vna cum clero à Geiserico rege Ariano in nauibus fractu absque remigijs & velis impostus, præter spem Neapolim appulit. Eius generis, sunt & ista ex eodem libro, in Aprili: Hos omnes Aurelianus præfectus, nauibus vetusta impostos in altum mare deduci præcipit. Paulo post: alios ignibus conflagrari, alios nauiculis impostos, pelago immergi fecit. In Septembri: Priscus episcopus vnus fuit ex illis, qui sub Valente imperatore, ob fidem Catholicam vetustæ naui impostri, ex Africa ad Campaniæ littora peruenerunt. habentur & alia exempla in historia rerum gestarum ἀριστομανές & ἀλάστορ & illius Valentis.

Cap. LXVII. *Neg, pro modo exsequebatur*] Cur hic quisquam offendat causam video nullam. Vnde vero colligunt, apud Cæsarem, vt apud Stoicos, peccata fuisse æqualia? non sane id verba ista significant: sed hoc tantum, fuisse illum in puniendō milite suo leniorem, nec semper meritas pœnas exegisse, duobus criminibus exceptis desertæ stationis, & seditionis: in his fuisse ἀπαράτητον.

Neque pro modo exsequebatur] *Modum* appellat ius consuetum, & disciplinæ militaris instituta. at *exsequi* hic est, quod Græci ἐπιτίθειν punire. sic alibi apud Suetonium & Senecam. Tacitus in vita Agricolæ: *omnia scire, non omnia exsequi.*

Remisso officiorum munere] Vide Polybium libro sexto, & quæ libro sequente notamus:

Milites suos etiam vnguentatos bene pugnare posse] Vetus est luxuriæ patrociniū. Bacchi apud Euripidem, Aristippi apud Laetium:

καὶ γὰρ ἐν Καρχήμασιν
ὁ νοῦς ὁ σώφρων ἐ διαφθερήσει.

Vt argento & auro politis armis ornaret] Antiquum hoc institutum Romanorum: Iuuenalis, *Argenti quod erat, solis fulgebat in armis.* Vide Plut. in Bruto, & Iosephum Ἀλώσις lib. quinto. Ideo semper tecta arma gerebant, nisi prælii tempore: tum splendida vestis indui solita, arma ad splendorem dari detractis tegumentis: quæ fere erant ἐ corio vel pelle. Iosephus θήκαι appellat, Attici, σάγματα. Plutarchus Lucullo: ὅτ' ἐδῆτα λαμπρὰν οἱ ἄνδρες λαμβάνεσθαι. ὁδοπορεῖντες, ἔτι θυραοῖς ἐκκαταδεδυμένοις χεῖρας, καὶ κέρας γυμνοῖς, ἄσπορ ὄν, τὰ σκύτια ἤν' ὄπλων σκεπτάσματα ἀποβάσαντες: ἀλλὰ μαχημένων ἔστιν ἢ λαμ-

ἡ λαμπρότης αὐτῆ, καὶ βαδίζόντων ἡδὴ πρὸς τὰς πολεμίας. Nudabant arma & in lustratione exercitus, arque omni transuectione pompra. Iosephus V Ἀλώσεως, cap. XXV. Suetonium Velleio, & infra in funere Iulii.

Metu damni] Voluit igitur Cæsar suum militem esse φιλόμουτον, vt olim Iphicrates. Vide Plur. initio Galba.

Audita clade Tituriana] Adi ad lib. V De bello Gallico.

Cap. LXVIII. Tenuiorum tutelam] Hoc est, alituram & necessitatum omnium exhibitionem. Tueri hoc interdum significat apud Ictos, & alios veteres. Macrobius lib. II Saturn. cap. sec. Plancus in iudicio forte amici cum molestum testem destruere vellet, interrogauit (quia sutorem sciebat) quo artificio se saeretur.

Quarum centum ac triginta millia intra vallum reperta sunt] Aut hic aut apud Cæsarem mendum in numero. eum vide lib. III De bello ciuili.

Centum & viginti ictibus scuto perforato] Appianus totidem, ἑκατὸν καὶ εἰκοσι. Plutarchus, ἑκατὸν καὶ βιάκορτα. CXXX.

Cap. LXIX. Non enim cessit vnquam tumultuantibus] Dionis super hoc notanda verba iis qui cum fructu historias legere volunt. Cæsar, ait ὅτοι κατέξεν ἀλλοῖς, νομίμων μὴδὲν δεῖν ἢ ἀρχοῖτα ὄντα γνώμην ὑπὸ τῆς ἑστῆς βίας ποιεῖν, ὡς καὶ ἄλλοι π. αὐτοῦς ἑρῶν δὲ τὸτο πλεονεκλήσου ἐδελήσαντων. non cessit tumultuantibus, Cæsar: existimans ducem contra animi sui sententiam coactum militum facere nihil debere. alioquin futurum mox vt ob id ipsum alia commoda velint consequi.

Et nonam quidem legionem apud Placentiam] Appianus in huius rei commemoratione Ἐμφυλίων. lib. sec. quid appellat legem Petreiam? An fuit lex aliqua de militum decimatione lata? an potius locus mendosus, & legendum: Χρήσομαι τῷ πατέρω νόμῳ καὶ τῷ ἐνάτῳ τέλει, ἐπειδὴ μάλιστα τῆς σωῆς κατέσχε τον δίκαιον διακλήρωσά θανεῖν. lib. III vocat legem militarem. αἰτήσας ὄντα ἢ κατὰ τὴν τῆς σωῆς διακλήρωσε τῷ στρατιωτικῷ νόμῳ.

Cap. LXXI. Studium & fides erga clientes] Redit ad ciuilia studia Cæsaris: nam ad caput vsque LXXVI docet, quomodo se ille gesserit, cum erga eos qui partes ipsius, in Rep. sequebantur: tum erga illos qui studio diuersæ partis ducebantur. Capite XLIV cum proponeret auctor se dicturum de studiis Cæsaris ciuilibus, vtrumque complexus est: & eloquentiæ studia de quibus dixit ante,

ante, & hæc de quibus nunc agere instituit. in quo Græcos est imitatus, apud quos *πολιτικὴν* vtrumque hoc studiorum genus complectitur: ponitur enim & pro eloquentiâ atque oratoria arte, & pro ratione administrandæ publicæ rei. Hoc norunt qui *Platonem* & *Aristotelem* norunt.

Stipendiarium quoq; pronuntiatum] Ita omnino legendum: nec aliter libri vet. Masintha iste quem vocat Suetonius nobilem iuuenem, videtur fuisse è stirpe regia ortus: vnus alicuius eorum Africæ regum qui in Africa, quod Romanis restitissent perierat amisso regno. Hunc veteris splendoris vmbra aliquo modo retinentem, pendere sibi stipendia Hiempsal pridem à pop. Rom. rex salutat, adnitente Sulla, iubebat. Re ad senatum delata, Masintha Romam venit: Hiempsal filium Iubæ mittit. ibi magna contentione actum est, diuisis senatorum studiis. Vicit tandem Iuba: & Masintha pronuntiat Iubæ stipendiarius: multum renitente Cæsare, cuius studium in defendendo Masintha hic Suetonius commemorat. Ita hunc locum interpretandum censemus: nec dubitamus falli interpretes in totius huius historię explanatione: maxime eos qui contra librorum omnium consensum putant scribi debere, *pronuntiauit*. Etiam ii falluntur qui Masintham esse putant Oxyntham Ingurthæ fil. cuius meminit *Appianus*. Is cum patre captus circa annum V. C. DCXLVIII. hæc caussa Romæ disceptata prætorè Cæsare, anno post XLII. quomodo igitur iuuenis tum esse potuit, vt Suetonius eum vocat.

Inter officia prosequentium] In turba amicorum, ad salutarem portam conuenientium, vbi ex more salutabatur is, qui in prouinciam pro prætorè aut proconsule exibat. *Festus Pompeius*.

Cap. LXXII. *Et in diuersorio loco quod vnum erat cesserit*] Traiectionibus quas vocant delectari Suetonius, alibi notamus: verum ista lectio defendi ea ratione non potest. In editione Rob. Stephani plana omnia, *in diuersorio quod vnum erat, loco cesserit*. sed & mitum in omnibus fere libris aliter legi. *Vicereb. τὰ & in* non habet. fortasse an, *diuersorioti quod vnum erat cesserit*.

Ac ipse humi ac sub diuo cubuerit] *Humi*, pro, *ἐν σιλῶδας*, vel culcita viatoria humi strata. Sic Græcis: *χαμῶνας* qui in stramentis vel culcitis super humo constratis cubant: *χαμῶνας* Latini. scriptores dicunt *humi dormitiones*. Deinde *sub diuo*: an præcise verum &

verum? *Plutarchus* saltom ait ἐν τῷ αἰεσίῳ ἢ θύραις. Est vero αἰεσί-
 γιον non vestibulum vt vertunt: sed protectum, siue tecti proiectura
 quæ aliquantum spatii ante ianuam tegeret. αἰεσίματα Græcis, &
 γείσα. Latinis *suggrundia* & *protecta*. Glossar: *proce* — etum ἐν δῆτις.
 scrib. *protectum*. Non etiam displiceat *accubueris*, vt in multis libris,
 non *cubuerit*. ea voce innuitur, ad fores sub protecto cubuisse Cæ-
 sare. *Turonensis* ramen *cubuerit*: quod fortasse rectius.

Cap. LXXIII. *Vi non occasione oblata libens deponeret*] Faci-
 litas in accipienda satisfactione, & redintegrandâ post offensam
 gratia, inter notas magni viri, & magis principis. *Antoninus Imp*:
 & quod maluit re esse, philosophus, doctum se ait τὸ αἰεὶ τῆς χα-
 λειπνεύτης ἢ πανμολήσαντας, δὲ ἀλλήλους ἢ ἀδιαικίως, ἐπειδὴν τὰ χεῖρα
 ἀλλοῖ ἐπαυλθεῖν ἐδελήσασαι, διακείδαι. Talem describit *Pompeium*,
Velleius.

Hospitio quo patris eius, sicut consueuerat vii perseverauit] Non
 dubium est patris *Catulli* domum in *Transpadana* regione *Italiae*
 fuisse: quò *Cæsarem* post triumphos suos iuisse, nemo dicere susti-
 nebit, qui meminerit, paucis diebus postquam triumphasset cæ-
 sum illum fuisse. Porro epigramma *Catulli* quo *Cæsari* stigmata
 sunt imposita, constat illud esse in *Mamurram* αἰνεσίμῳ scriptum,
 cuius initio est, *Quis hoc potest videre, quis potest pati?* Quum igitur
 mentio prædæ *Ponticæ* & *Ibericæ* arguat, scriptum esse id epi-
 gramma sub tempora nouissima vitæ *Cæsaris*; colligi inde necessa-
 rio videtur, quæ hic dicuntur de reconciliatione *Cæsaris* & *Catulli*,
 ea breui illo tempore esse gesta, quod medium fuit inter reditum
Cæsaris in urbem post bella ciuilia confecta & eius cædem. Hæc
 si ita sunt, non video qui possit verum esse. quod *Suetonius* heic di-
 cit de *Cæsare* diuerforio *Catulli* patris, post reconciliationem vsò.
 Quare *Iosephus Scaliger* inter *Suetonii* παραρτήματα hanc historiam
 esse ponendam pertendit, *Notis ad Eusebii Chronicum*, numero
 MDCCCCLX.

Cap. LXXIV. *Iugulari prius iussit, deinde suffigi*] *Tarqui-*
nium priscum crucibus fixisse eorum corpora qui necem sibi con-
 fecissent, notat *Plinius*, vt *scæuum* & vni illi vsurpatum, locus est libro
 XXXVI cap. XV. Sub *Imp* vero factum sæpius vt amputata fon-
 tibus capita in crucem tollerentur. Exemplum est in *Nigro* apud
Xiphilinum in Seuero: & in *Albino* apud eundem *Xiphilinum* & *Hero-*
dianum.

dianum. Simile est, quod de Cleomene *Plutarchus* narrat: cuius verba eo proferam libentius, quod veram eorum sententiam, non interpretes modo non videre: sed ne doctissimus quidem ille vir qui nuper in libello de cruce eum tractavit. *Plutarchus* igitur postquam Cleomenis ἀλευκροῖαν commemoravit, ὃ ὁ Πτολεμαῖος, inquit, ὡς ἔγωγε ταῦτα, προσέταξε τὸ σῶμα τῷ Κλεομένει κρεμάσαι κατακυρῶσαντος. Sententiam esse putant, iussisse Ptolomaum, ut Cleomenis corpus crucifigeretur cutē detracta. sed vocem κατακυρῶσαν quis vnquā ita vsurpauit: ipsa vocis compositio, si exempla deessent, illam interpretationem per se satis refelleret. Quare aut eorum codicum probanda χρῆσι qui habent καταμυρῶσαντος, & vertendum; iussit Cleomenis corpus affigi cruci, vnguentis factum, siue vnguentatum (sententia, vt puto, non inepta: nam ista vnguenta ad maiorem infamiam valuerunt: nempe quo diutius integrum corpus maneret, & facies semper agnosci quiret. καταμυρῶσαν hoc loco, quod *Herodoto* aliisque παρεχέμεν) vel significat hic κατακυρῶσαν in culleum capite tenus insuere. Addo capite tenus, quia ex historia quæ statim sequitur, caput saltem fuisse nudum constat. *Vitruuius* libro decimo quod Græcus scriptor dicit βυρῶσαν βύρῳσις vertit, *coriis inuolpere.* *Polybius* id vocat καταρράψμα εἰς ἀσκὸν, libro octauo: vbi referens Achæi supplicium, ait, ἔδοξε πρῶτον μὲν ἀκρωθιγιάσαι τὸν ταλαίπωρον. μετὰ δὲ ταῦτα δὲ κεφαλῶν ἀποτεμόντας αὐτῷ καὶ καταρράψαντας (male quidam, καταρρίψαντας) εἰς ὄνειον ἀσκὸν ἀνασυρῶσαι τὸ σῶμα. Moris fuisse apparet, vt fontium perditissimi quique & maxime exosi, parricidarum in morem vel ante vel post supplicium culleo insuerentur. Etiam in *Martyrologiis* leges, viros sanctos culleis insutos in mare sæpius demersos.

Premio dato] Duobus talentis. *Plutarchus*:

Philemonem a manu seruum] Afferimus vocem seruus contra docti viri coniecturam. *Cicero De oratore lib. III. quem seruum ille sibi habuit ad manum.*

Tam suspicione quam crimine carere oportere] *Linia* apud *Dionem* LV: τί σὶ ὃ Αὐγῆσι, μὴ μόνον μινδὲν ἀδικεῖν, ἀλλὰ μὲνδὲ δόκειν.

Cap. LXXV. *Denuntiante Pompeio*] Auctore sententiæ tam tristis *Cn. Domitio*, qui solus ita censuerat. in *Nerone cap. II.*

Mosis apud Herdam deditionis conditionibus] Concise, pro, mota mentione conditionum. sicut paullo post motam regni mentionem.

Exceptis dantaxat Afranio, Fausto & L. Cesare.] L. Annæus Florus libro IV cap. II. Nemo casus imperio præter Afranium; satus ignouerat semel: & Faustum Sullam; didicerat generum timere: filiamque Pompei cum patruelibus ex Sulla; hic posteris cauebatur.

Et Casar liberis.] Ita recte veteres quædam editiones: nam mirum est; omnes Mss. hic peccare. Periit L. Cæsar in Africa, Utica capta. Vide Dionem. Huius mors eos omnes vehementer perculit, qui in clementia Cæsaris spes vitæ suæ habebant sitas. Cicero Varroni: *ut audiui de L. Casare F. mecum ipse, Quid hic mihi faciet patri? Itaque non desino apud istos qui nunc dominantur cœnitare. Quid faciam? tempori seruiendum est.* quibus ex verbis, & ex historia, apparet voluntate Cæsaris eum periisse, contra quam credidisse videtur Suetonius.

Statuas L. Sulla atque Pompeii.] Dio libro XLIII. M. quoque Tullius Cæcinnæ: *In quo admirari soleo grauitatem, & iustitiam, & sapientiam Cesaris: qui nunquam nisi honorificentissime Pompeium appellat.*

Ciuili animo tulit.] Libro sequente de hac virtute quæ ciuitatis dicitur, agemus fufse. quædam & Torrentius hic docte.

Cap. LXXVI. Ut iure casus existimeret.] M. ipse Antonius ita pronuntiauit, auctore Seneca, *De beneficiis libro V.* nam de reliquis senatoribus non est dubium quin eadem fuerit cunctorum, demtis paucis Cæsarianis, sententia. in quam transire se non obscure declarat his verbis Suetonius. Laudo iudicium & liberam vocem, non enim puto fuisse sub Cæsaribus extra omne periculum, palam de primo auctore imperii quod ipsi tenebant, ita pronuntiare. Inde illa tam multa Dionis in detestationem facti huius non vno loco. damnat idem Seneca quoque non vna ratione, *De beneficiis lib. II.* Est vero grauis hæc quæstio, neque huius loci.

Non enim honores modo nimios recepit.] Absit ut concedamus claris. Torrentio tollendam vocem *recepit.* non obiiciemus consensum omnium librorum: sententiam stare posse negamus ea sublata de industria enim separauit auctor honores quos recepit Cæsar, ab iis quæ decerni sibi passum ait.

Continuum consularum.] Contra antiquis plebiscitum, quo cautum ne quis eundem magistratum intra decem annos caperet. *Livius libro VII extremo. De consulatibus Cæsaris diuersa tradi à veteribus, notum est.*

Perpe-

Perpetuam dictaturam] Hic multa contra leges : nam & plebiscitum vetus erat, quo cauebatur ne quis duos magistratus vno anno gereret. Deinde lex siue maiorum institutum fuit, quo dictaturæ exuendæ semestre tempus præfinitum. Tertio modus ipse quo dictator creatus est, contra leges fuit. Vide *Dionem*. Postremo, quod extra Italiam dictator sit profectus, quodq; alia seruari solita à dictatoribus, omnia contemserit, quantum nefas est ?

Præfecturamq; morum] Recte *præfecturam morum* : non *cen- suram*. Cæsar enim censor non fuit : sed morum præfectus, vt & à Cicerone nominatur. hoc est, rem habuit, titulum per speciem modestiæ recusauit. Summa enim censuræ fuit dignitas, quam non dubitat *Plutarchus* vocare in *Æmilio Paulo*, ἀρχὴν πάντων ἰσχυρῶν : in *Catone* κορυφὴν πνευμάτων ἀπάσης, καὶ ἄριστον πᾶσι τὸ πολιτείας ἀπάσης ἐπιτελείωσιν. Pars potestatis eius fuit morum cura, & vt ait *Plut.* ἡ δὲ τὰ ἦδη καὶ τὸς βίος ἐξήταστος. hanc partem Cæsar vsurpauit, & ideo *præfectus morum* dictus : non totam censuram. Nec verum est quod *Dio* ait, ideo censoris appellatione abstinuisset, quia id parum honorificum existimaretur. melius alibi idem scriptor : Augustum æque censoris nomen ac dictatoris refugisse. male igitur illi dictus Cæsar *πρωτὸς δὲ βίω*. *Suetonio* potius assentiamur, qui regimen morum honore censuræ caruisse in *Octauiō* scribit. Primus, opinor, *Pompeius* hunc titulum nactus, *tertium consul corrigendis moribus dilectum*, inquit *Tacitus III Annal.* 28.

Insuper prænomen imperatoris] Appellatio *imperatoris* in historia Romana trifariam accipitur, *primum*, pro ἡγεμῶν & στρατός. hoc sensu imperator à militibus nominatus, qui imperium bellī suis auspiciis administrandi à populo accepisset : veteres vt notat *Institianus* in *Nouellis*, *prætozem* vocabant. Deinde pro victor & νικητής. Nam qui res magnas bello gesserat & lege definitum (notant *Dia lib. XXXVII*, *Cicero vltima Philippica*, *Orosius libro quinto cap. III*. alii) hostium numerum occiderat, à militibus Imperator solitus salutari. *Cornelius Tacitus lib. III Annalium* 74. *Tiberium* id quoque *Blaso* tribuit, vt imperator à legionibus salutesur : prisco erga duces honore, qui beneficia Rep. gaudio & imperii victoris exercitibus, conclamabantur, erantque plures simul imperatores, nec super ceterorum aequalitatem. Postremo Imperator idem significare cœpit à *Iulio Cæsare*, ac rex. Has tres significationes subobscurè notat *Dio lib. XLIII*. τὸ, τι ἔστι ἀνὸς ἐξ ἑτορῶν ὀνόματι

ἐν ἑμῇ ἐστὶ τὸ ἀρχαῖον ἐπὶ μόνον, ὡς καὶ ἄλλοι τε καὶ ἐκείνῳ πολλάκις, ἐκ τῶν
 πολέμων, ἐπεκλήθησαν (secundam quam diximus significationem in-
 telligit) ἢ ὡς οἱ πινὰ ἀλοτελῆ ἠγεμονείαν, ἢ καὶ ἄλλην πινὰ ἐξουσίαν λαβόν-
 τες, ὠνομάζοντο (hæc prima significatio : sequitur tertia) ἀλλὰ καὶ
 ἀπ᾽ ἐστὸ δητὸ καὶ νῦν τοῖς τὸ καὶ ἐχουσι διδόμενον, ἐκείνῳ τότε παρ᾽ αὐτῶν
 τῆ καὶ παρ᾽ αὐτῶν, ὡς περὶ τὴν κύριον περὶ δεσπῶν. Bene Dio κύριον : & fortasse
 περὶ δεσπῶν non περὶ δεσπῶν. fuit enim vox Imperator tertio significatu
 priuatiuè omnium principum, vt *Suetonius* loquitur *hic & lib. III.*
 eadem vox secunda notione, cognomen illorum fuit, institutumq;
 est vt quoties hostis vinceretur, toties priuiceps Imperator saluta-
 retur: *Dionis* locum in explicatione huius moris pessime acceptum,
 non possum quin illustrem. scribit ille *lib. LII* de Octauio ἢ Ἐὶ αὐτῶν
 καὶ τρεῖς ὁπλήσιον ἐπέθετο: λέγω ἢ ἐπὶ τῶν νίκαις καὶ τὸ ἀρχαῖον διδο-
 μένῳ πινὰ (ἐκείνῳ γὰρ πολλάκις μὲν καὶ παρ᾽ ἄλλοις, καὶ ὑστερον ἀπὸ αὐτῶν
 τῶν ἐργῶν ἐλάσεν, ὡς καὶ ἐν εἰκόσῳ ὄνομα αὐτοκράτορος ἔχει) ἀλλὰ τῶν
 ἐπερῶν ἢ τὸ καὶ ἐστὸν διασημαίνεσθαι. Hoc vult, Augustum quinto con-
 sulatu Imperatoris nomen assumisisse tertio significatu. at secundo,
 & sæpe illum ante cognomen id ex victoriis suis meruisse, & postea
 quoque sæpius: Ita vt hac notione vicies Imperator fuerit saluta-
 tus: hæc *Dionis* sententia, hæc veritas rei. Lapis verus doctissimo *Onu-
 ffrio* descriptus, IMP. CÆSAR. DIVI. F. AVG. PONT. MAX.
 COS. XIII. IMP. XX. TRIBVNIC. POTEST. XXXVII. P. P.
Facitus de Augusto, nomen Imperatoris semel atque vicies partum. ἐν εἰκο-
 σίῳ, in superioribus verbis significat in viginti praliis. repetendum
 enim ἐργῶν. valeat igitur inepta, falsa, & absurda interpretum sen-
 tentia, εἰκόσῳ legentium. Possum *Dionis* sex alios locos proferre con-
 firmandæ nostræ interpretationi: sed otio abuti nolo, neque meo,
 neq; lectorū, Scribit accuratissimus *Lipsius*, post *T. Blasium*, cui vo-
 cabulum Imperatoris concessit *Tiberius A. V. C. DCCLXXV* ne-
 mini subditorum eum titulum fuisse communicatum: me, vt assen-
 sionem sustineam, mouet *Appianus*, qui secundo *Εμμενῶν* non peni-
 tus ademtum priuatis exercituum ducibus sua ætate (sub *Adriano*
 vixit) eum honorem: sed difficiliorem ad eum aditum relictum
 esse scribit. non enim dari cuiquam nisi cæsis X M. hostium. cum
 ante ἐπὶ πᾶσι τοῖς μεγίστοις ἐργῶν tribueretur. Auspicia tamen penes
 solos principes fuisse fatendum omnino est.

Statuam inter reges] Septem statuæ totidem regum, & octava Bruti tyrannicidæ, in Capitolio consecratæ visebantur. iuxta Brutinam collocata Cæsarea est *Dio lib. XLIII.*

Suggestum in orchestra] *Infra libro VI ad cap. XII.*

Sedem auream in curia & pro tribunali] Placet ista lectio: vult enim Cæsarem sella aurea usum ut alios curuli, in senatu, & in foro, pro Rostris. quod Cicero declarat *Philipp. II.* Fuit tamen cum ex Dionis verbis legendum suspicaret, *in curia pro tribunali.* verba Dionis sunt, *σέλιον οἱ ἐπιχρῶσθαι ἢ πότε οἱ βασιλεῖς ἐπέχρηντο, ἐδίδου.* *sella* inquit, *aurea, & columna qua olim reges vsi, decreta.* Quænam hæc columna est? interpretes de statua inter reges exponunt. non deest quod obiiciam. nam & dictum ante Dionis de illa statua: & *σέλιον statuam* hic interpretari, & *χρῶσθαι σέλιον* statuam ponere nonne ineptum est? putabam velut cippum aliquem fuisse in curia medioeris altitudinis, in quo statueretur sella aurea, tanquam in paruo & humili tribunali. Iuvat *Florus* qui non sedem aut sellam vocat, sed *suggestum.* Id autem est *βήμα* & tribunal. De loco Suetonii, mutonunc: nec recedo ab edita lectione: de Dioneo cogitemus adhuc.

Thensam & ferculum Circensi pompa] Distingue duos mores circa principum honores solitos vsurpari, quos multi perperam confundunt. *Vnus* fuit, ut absentibus aut mortuis sella poneretur in theatro cum corona: cuius rei expressam similitudinem vidimus in multis nummis. dixit pridem de hoc *Iustus Lipsius ad II. Annolium* docte, & accurate. Sed videntur Romani à Græcis id didicisse: nam *πεσεδεία* non merentibus illam solum decernebatur Athenis & in aliis urbibus Græciæ: sed etiam posteris ipsorum. ad eius rei memoriam primo institutum, ut etiam mortuis sella ponerentur: deinde reges sibi & suis hunc honorem tribuerunt. *Athenæi* locum non male huc traxeris *lib. V.* in descriptione pompæ Philadelphi quem mox proferemus: Simile est, quod Eumenes, ait *Emilius Propius, in principii nomine Alexandri statuit tabernaculum, in eoque sellam auream cum scepro ac diademate iussit poni.* Alter mos fuit, ut in pompa Circensi, quam vnus optime describit *Dionys. Halicarnas. libro septimo,* cum simulacris deorum, inferretur principis imago, in thesa & ferculo sicut imagines numinum. Res, ut puto, inaudita Romæ ante Cæsarem. apud Græcos simile quid obseruamus. *Asbenæus* in enarratione pompæ Philadelphi. *Ἐπίμπτουσαν*

δε καὶ θρόνοι πολλοὶ ἐξ ἐλφραῖου καὶ χρυσῆ κατεσκευασμένοι, ὡς ἐφ' ἑνὸς ἕκαστου
 σφραῖνον χρυσῆ. ἐπ' ἄλλοι δὲ κέρας χρυσῆν, ἐπ' ἄλλοι δὲ ἦν σφραῖνον χρυσῆς,
 καὶ ἐπ' ἄλλοι δὲ κέρας ὀλόχρυσον. ὅτι δὲ τὸν Πτολεμαῖον τῷ Σωτήρι θρόνον,
 σφραῖνον ἐπέκειτο, ἐκ μυθίων κατεσκευασμένον χρυσῆν. ait traductam in-
 ter res diuinas quas paullo ante commemorauit, sellaem Ptolemæi
 Soteris cum corona aurea: nec non sellas multas aliorum, quorum
 nomina non ponit. Vbi vides non obscurum vestigium vtriusque
 moris ante expositi. Dionis verba quæ his Suetonii respondent,
 vbi vterque honos exprimitur, apponam vt emendem. nam docti
 viri vnius literulæ offensione excæcati sunt. ἔτι τὰ θάλαρα τὸν π
 θρόνον αὐτῷ δὲ χρυσῆν, καὶ δὲ σφραῖνον αὐτῷ δὲ διάλαρον καὶ διάχρυσον, ἐξ ἱε
 τοῖς ἡδὲ θεῶν ἐκαμύξιαθ. hæctenus de sella: sequitur de thensa. καὶ
 ἦ ἱπποδρομίας, ὄχρον εἰσαγάθ ἐψηφίσαντο. male vulgo editum, ὄχλον. fe-
 cimus ὄχρον. sic appellat thensam. alibi ἄρμα. & est thensa aliud
 nihil quam, ἄρμα πομπικόν siue ἱερὸν. vel vt vertitur in *Glossario*,
 ἄρμα θεῶν. *Diomedes lib. I. Tensa, deorum vehiculum.* Recte autem
 emendari à nobis ὄχρον, fidem fecerit ipse *Dio* ita scribens *lib. XLIX.*
 ὁ δὲ Ἀθηναῖος ὄχρος πρὸς τὸ Καπιτώλιον ἐξ ἱπποδρομίας πρὸς ἐπασιὸν (τυφέβην)
 & libro *quinquagesimo*, ὁ, τε ὄχρος ὁ δὲ Διὸς ἐν τῇ ἡδὲ Ῥωμαίων ἱπποδρομίας
 τυφέβην.

Simulacra iuxta Deos] *Dio*: καὶ ἐν ἡ πόλει τοῖς τε ναοῖς τοῖς
 ἐν τῇ Ῥώμῃ ἀνδραγαθῶν πρὸς αὐτῷ ἡδὲ ἐκάλειον. Hoc dixit *Vitruuius*:
inter deorum sedes dedicari.

Paluinar] *Lectisternia* Romanorum ex *Liuiio* aliisq; nota:
Græcos idem fecitasse, primi fortasse nos obseruamus. *Scholias*
Pindari Olympionicarum oda prima: ὄχρα πρῆς ἦσαν οἱ Ἀθηναῖοι δὲ Διαν-
 τα, ὡς μὴ μόνον Διαντῶα φυλῆ ἀποδοῖξαι ἀλλὰ καὶ κλίνην αὐτῷ καὶ πανο-
 πτίας κατακομῆν. *Emilius Probus* in *Timotheo*: *Quæ victoria tanta fuit*
Asciæ læticia, vt cum primam ara Paci publice sua facta, eiq; dea paluinar
fit institutum. *Pausanias Arcadisi*: κλίνην τε ἱεράν τῶν Ἀθηναῖος, καὶ αὐτῶν εἰκὼν
 χαρῆς μεμιμημένον ἀνάκην. in *Phocis* de templo quodam *Æsculapii*:
 κλίνην δὲ ἐν δεξιῶν κείται δὲ ἀγάλματι. *Valerius Max. lib. II. c. 10*: *Rhodi*
quoque eas (intellige *Harmodii* & *Aristogitonis* imagines) *vtrbi sua*
appulsas, cum in hospitium publice inuisissent, sacris etiam paluinaribus re-
coperunt. Huc spectant & quæ de *Themisone* diuinos honores vsur-
 pante *Athenens* commemorat.

At nullos non honores] Male vulgo, nonnullos. lib. II: ad nulum non facinorosi societatem coibant. libro quarto: quoque magis nullius non boni exceppli fautor videretur.

*Præfectosq. pro prætoribus constituerit] Imo pro quæstoribus. Dio, ἐπὶ τῆ διοικητικῆς δὴ τοῦ πολιανομένων, ἐπειδὴ ταύτας εἰς ἀρχαίας ἀπέθετο, ἐγένοντο. Sed placet magis vt nihil mutemus: nam istos quidem præfectos constat & quæstorum in vrbe munera obisse: prætoribus tamen eos potius comparat, quia prætextam, curulem sellam, & sex lictores, quæ sunt insignia prætorum, habuere. colligi potest ex *Dione*. Omnino autem legendum, repugnantibus omnibus libris, *absente se*, cum *Torrentio*: vel *pro se*, vt *Lipsius*. *Dio* præne ad verbum: ἐν τῇ ἀποδημίᾳ τῇ τῷ Καίσαρι, οἱ πολιανομοὶ τὰ ἐν τῷ αἴτι περὶ γράματα μετὰ τῷ Κλεόδη ἐπαρχύνειν ἔχον.*

*Consulii morte cessantem honorem in paucas horas petenti dedit] Fulse Cicero in epistola ad Curionem. Hoc sine exemplo factum à Cæsare, in exemplum vertit. Anno DCCXV in paucas horas suffecti ædiles. Dio lib. XLVIII. Anno DCCXXI in locum prætoris qui ultimo die obierat, creatus alius eis τὰς λοιπὰς ὥρας. Dio, XLIX. ita accidit anno DCCCL. sed ex alia causa. Tacitus lib. XII. *Annal. 4: adactus Silanus eiurare magistratum, & reliquis prætura dies in Eprium Marcellum collatus est. At grauis censor Nero exemplum improbauit. vide libro VI cap. XV. idem iudicium Dionis.**

Magistratus in plures annos ordinauit] In annos quinque. Apud Appianum in oratione Antonii scribe, ἐς ἃς περὶ τῆς αἰτίας, οἷς ἴσῃ καὶ τὰ ἀστὴρα ἡμῶν τὰ ἐτήσια, καὶ τὰς ἐπὶ ἰσθμῶν ἢ σεβαστῶν ἐπιπέδων ἡγεμονίας διατάσσεται. vocat ἀστὴρα ἐτήσια, comitia urbanorum magistratuum, qui omnes fuere annui. meminit & alibi.

Rufini liberti sui filio] Variant libri: quidam Rufioni, alii Rufsoni: quidam Rufsoni.

Cap. LXXVII. Vt T. Ampius scribit] Et hic fluctuant nostri codices. Viterb. plane, Titus Amplius, alii T. Amprius. Vrsino placet Tampius. ex antiquis inscriptionibus & Tampix familiae denariis. Nos quoque vidimus argenteum nummum, sed scriptura accipiti: tam enim T. AMPIVS, quam TAMPIVS legi poterat.

Appellationem modo sine corpore ac specie] Cur negat speciem saltem Reip. superesse: an legendum, sine corpore atq. re. Ouidius:

Aus sine re Deus est, frustra q. timeatur.

Sic

Sic Graeci, vt

Ω τλήμων ἀρήν. λόγος ἄρ' ἦδ'. ἐγὼ δ. σι.
 Ως ἔργον ἦσκεν. & B. *Basiliius* yenuitissime in *epistola ad Patrophilum*:
 πάν μοι ἦθ' ὑποπτον ἐνομήδην, μὴ ἦ) ἐν ἀνδράπε φύσει, τὸ ἀγάπης καλόν.
 ἀλλὰ ψῆμα ἦ) διαφύσσων. ab eadem mente est illud eiusdem libro de
Spiritu Sancto, cap. XXVII. εἰς ἄνομα ψιλὸν περιεῖδαν τὸ κίευμα. atq;
 ita saepe etiam B. *Chrysostomus*. Ceterum in Suetonii verbis nihil
 mutandum; sed illud potius est obseruandum: vocem *species* Lati-
 nis duo significare, & id quod vere est atque subsistit; vt cum tem-
 perantiam virtutis speciem esse dicimus: & id quod veram exister-
 tiam non habet; & vt loquuntur Philosophi, τὸ μὴ ὄν μὲν εἰαινόμενοι
 ἢ. vt cum χρλοβαίρινα dicimus habere speciem auream. & speciem
 dominationis Claudio Imperatori, vel postremis Regibus stirpis
 Merouingiae tribuimus; vim imperii, Claudii libertis, aut Carolo
 Tuditi. Caesar priore notione hic accipit non posteriore. Ac
 fortasse etiam verum est, quod *Desiderius Heraldus* meus obseruabat,
 vir probitatis eximia, & cui literæ meliores quum debeant iam non
 parum, multo plura olim sunt debitura; si per forenses occupatio-
 nes ipsi licuerit; is igitur obseruabat videri Cæsarem alluisse, ad
 discrimen positum à veteribus inter vocabulum & appellationem.
Quintilianus libro primo, cap. IV. *Fuerunt qui ipsum adhuc vocabulum*
ab appellatione diducerent; vt esset vocabulum, corpus visu tactuq; mani-
festum, domus, lectus: appellatio, cui vel alterum deest, vel vtrumque,
ventus, calum, Deus, res.

Cap. LXXVIII. *Et inexpiabilem sibi inuidiam]* Non aliter
 multi veterum Codd. etiam regius vnus perantiquus. alii in ea-
 dem bibliotheca & *exitiabilem* s. vt & *vetus Politianus* & *Turonensis*.
Triumphanti & tribunitia subsellia præteruenti] Triumphan-
 tes à magistratu excipiebantur in aliqua porticu vel alio quo loco,
 vbi positis subselliis eos expectabant. Vide *Iosephum* lib. VII *Exscidiis*
 cap. XVI.

Pontium Aquilam] In gente Pontia fuit Aquilarum familia.
 In antiquissima inscriptione extat: L. PONTIVS AQVILA.
 Hunc autem constat acerrimum Reip. propugnatores fuisse: pro
 qua & vitam fudit bello Mutinensi D. Bruti legatus. Dio XLYI.

Cap. LXXIX. *Coronam lævram candida fascia pratigatam]*
 Fascia candida est diadema regiū. *Plutarchus* vertit διάδημα βασιλικόν.

Tali

Tali fascia candida ornata causa regum Macedonia, ut nostri hodie galeri loris vel torulis quibusdam. Veteres *Grammatici*: καυσία πάλῳ ἢν πάλῳ ὄν οἱ Μακεδονικοὶ βασιλεῖς ἐφόρον, λαδρον αὐτῶ διαδήμα φειλῶτες. Vide *Ælianum De animal. lib. XV cap. II*. Inde est quod in Pompeio fascia licet curales affectati regni suspensionem mouerunt, quia erant candida.

Discutere valuit] Ita probo cum Viterb. & aliis libris nonnullis: quidam voluit. quod placet Torrentio. *Dionis* verba vtri lectio potius faueant incertus sum. ἔ μέντοι καὶ ἔπραξέ τι δι' ἑ αὐτῶ ἀχθεῖται τῷ περὶ φημῶν ὡς ἀληθῶς ἐπιστάθη.

Quanquam & plebei] Ita meliores codd. pro plebi. Vnde nata deprauata lectio plebeio, quam improbo, etsi doctis probatam. sed *Dio* ait πῆς. neque probabile est, vnum tantum fuisse. Plebs igitur hic non est plebs vniuersa sed & plebe perditissimus quisque in hoc summis, ut aliis præiret ad hanc acclamationem.

Varia fama percreb.] Viterb. *valida fama per.* puto melius.

Cap. LXXX. *Maturandi destinata negotia*] *Vox negotia* in hoc loquendi genere omitti solet, ut apud *Liuium*, *maturare caepa*; apud *Ciceronem*, *perficere cogitata*. neque hic fortasse *Suetonii* est.

Idem in curia] *Regius codex, in curiam.* Fr. Pithæi, *inde in curiam.*

Latum clauum sumserunt] *Sumserunt* penultima correpta, ut: *obstupui steteruntq. coma.*

Subscribere quidam L. Bruti statua] Ita olim moris fuit plebi Romanæ, si quid palam profiteri non auderet, voluntatis suæ significationem edere, scribendo in porticibus, parietibus, statuarum basibus aliisque monumentis defunctorum. *Plutarchus in Græchiis*: ἢ ἢ πλείων αὐτῶ ὁ δῆμος ἐρμῶ καὶ φιλοπρίαν ἐξῆψε, περὶ ἀλάμει ἢ ἢ χαμμάτων αὐτῶν ἐν τοῖς καὶ τοῖς καὶ μνήμασι γραφομένοις. Similia his & in Græcorum historia reperiuntur exempla.

Non esse consulem eum] *Et Cicero* negat esse consulem, in *epistola ad Curium.*

Post remotos Caserium & Marullum trib.] Hæc distinctio restituta ex cod. Viterb. quanquam viderat hoc acute *Torrentius*. quem miror in ratione temporum explicanda esse hic hallucinatum. Fallitur sane & cum putat annum intercessisse à *Co ss.* sub-

stitu-

stitutus Fabio ac Trebonio, ad offensam Tribunorum: & cum eorum exauctorationem conficit in finem anni quo fuit Cæsar, ut ait, quintum consul. Neutrum stare potest. Contigit enim utrumque horum post reditum Cæsarum ex Hispania: mense autem Octobri cum reuertisset, Idibus Martiis proximis est occisus. Itaque trimestris Q. Maximi consulatus, in eum annum incidit, quem *o Divorla* vidit nouissimum Cæsar: Albanæ feriæ & tribunorum casus, in eum quem vltimum ipse inchoauit. eiusdem anni mense Februario etiam illa Luperçalia celebrata sunt de quibus modo est actum. Quis vero nescit ferias Latinas statim principio consulatus sui à Coss. solitas indici? Comitia quorum hic mentio, tempore non suo, primis anni mensibus habita: vel mense Februario, quo olim legationes audiri solitæ à P. C. vel Martii initio. Sed festinauit Cæsar, quia primo vere vrbe exiturus erat. iam enim Octauium cum parte copiarum Apolloniam præmiserat.

Conspiratum est in eum à LX amplius] Idem numerus apud *Eutropium & Orostum*. Dio negligentius, *in ôλίγος*. Nomina eorum, quæ in libris extant qui ad nos peruenerunt, ista fere sunt:

M. Iunius Brutus Philippensis.

D. Iunius Brutus Albinus.

C. Cassius Longinus.

L. Cassius C. frater.

C. Seruilius Casca.

P. Seruilius Casca.

Q. Ligarius.

P. Turullius.

Ser. Sulpicius Galba.

L. Tullius Cimber.

L. Minutius Bassilius.

M. Spurius.

Sext. Popilius Lena.

Cacilius.

Bucolianus.

Rubrius Ruga.

Sextius Naso.

Pontius Aquila.

Atilius.

Petronius.

Cornelius Cinna.

Cassius Parmensis.

His possunt duo addi, Cn. Domitius Abenobarbus, & Sextus Pompeius. illum pars scriptorum inter coniuratos ponit: Dio etiam *Κραγία* nominat: pars sceleris, & ut Valerius Max. semper loquitur, parricidii absoluit. Sex. Pompeius etsi Roma a fuit tempore coniurationis, lege tamen Pedia tum cæteris conspiratis damnatus est. Habeo & alios quos in hoc album suspicor referendos: sed suspicor tantum.

Marcelloq; & D. Bruto principibus conspirationis] Fœdissimum mendium in priorém nostram editionem nescio quomodo irrepsit. nam inter coniuratos qui Cæsarem occiderunt, nullus fuit, quod sciam Marcellus: neq; dubitari potest, veram esse librorum omnium scripturam, *Marcoq; & Decimo Bruto*.

Partibus diuisis] aliis super ponte, aliis sub ponte collocatis. Hinc intelligimus pontes comitorum non humiles, sed altos fatis fuisse.

Postquam senatus Idibus Martiis editus est] Is dies propter Annæ Perennæ festum hilariter solitus agi. Ideo etiam ludi in in Pompeiano theatro erant futuri. Moris autem fuit ut quibus diebus spectacula in eo theatro exhiberentur, senatus in Curia Pompeii haberetur. Notandus Appiani locus. *Ἰάαι ἢ ἦσαν ἐν τῷ Πομπηίου θεάτρῳ ἢ βελδλίθειον ἕμιλλα ἢ πῖ περὶ αὐτὸ οἰκῶν ἕσπεδα. εἰωθεὶς ἐπὶ τῷ Ἰάαισιν αὐτὸ γίνεσθαι.*

Cap. LXXXI. *Vt Iulio prognatus*] Memmianus, ut illo prognihil mutandum; nam Iulius Cæsar auctorem generis sui faciebat Iulum Æneæ filium, & ut ait Dio lib. XLIII posteris Æneæ se dicebat *παροσέκην δὲ τῷ Ἰουλίῳ.*

Ne quis fabulosam aut commentitiam putet] In membranis superscripta erat emendatio, *ne quis fabulosum aut commentitium putet.* Probo.

Equorum greges quas in traiciendo Rubicone flumine consecrarat] *Eusebiius in Odysseam μ. ὅτι ἢ γὰρ καὶ ἰσοείας ἀγέλας ὅλας ἡμέρων ζῶων*

Ἕλληνας ἀφιέρναι δαίμοσι, ὡν ἐκ ἦν θειωτὸν ἀπλεδαί πνας ἐν οἷς καὶ πλωὰ
 ἀπῆντο ἱεροῖς ἀνεμμένα ὅσ πωῶνες καὶ γῆνες, καὶ τοιαυτὰ πνα, καθομύλη) ἐ
 ἦ ἰσουλίας. Solita hoc modo consecrari omnis generis animalia,
 etiam pisces, ut apud *Athenaeum lib. sepr.* scriptum. maxime autem
 id factitatum in iis quæ vsui aut voluptati fuerant: quibus hoc
 quasi præmium datum, ut ante obitum manu emitterentur & sine-
 rentur ἀφῆτα. Sic seruos quos amabant imminente morte prope-
 rabant liberare, ut saltem in libertate morerentur, ut *Plinius in epi-
 stolis* docet. Sic in *historia Marcellini XXIX*, Valentinianus Impera-
 tor Innocentiam Vrsam quæ diu fuerat oblectatus, tandem ut bene
 meritam sylvas abire dimisit innoxiam. Eo refero *Theodoret* verba ex
 oratione secunda Θερασπιτικῆς. Vbi ait Homerum vnguentis delibu-
 tum ita fuisse à Platone è Rep. sua pulsum, ut mulieres solent hiru-
 dines. μύρω γε ἀλείψας, καθάσθαι αἱ γυναῖκες τὰς χελιδόνας, ἐκ τῆ ἰσουλίας
 ξυντεθείσης πόλεως ἀπέπνευσε. repetit idem & oratione decima. Sed à
 vetustioribus sumit hæc *Theodoretus*. nam multo ante dixerat *Dio
 Chrysostomus* in sermone de Homero, καὶ καλέουσι Plato μάλα εἰρηνικῶς
 εἰς ταντας ἀσθῆ εἶρω ἢ μύρω καθάσθαι ἀφιέρναι παρ᾽ ἄλλως. τῶτο ἢ αἱ γυναῖ-
 κες ἐπὶ τῆ χελιδόνας ποιῶσιν. *Aristides in tertia Platonica*: ὁ Πλάτων
 Ὀμηρον μύρω χελιδόνας ἐπέμπει χελιδόνων πλωὶ καθάσθαι. videntur mu-
 lieres, quando erant missuræ è potestate auiculas quibus plurimum
 fuerant oblectatæ, solitæ illis vnguentum affundere, quod genus
 luxus obseruo etiam in hac re fuisse vsurpatum. Sic apud *Plinium
 in epist. lib. nono* delphino, qui omnibus erat admirationi, *Octa-
 vius Anitius* legatus proconsulis vnguentum superfudit. Memi-
 nit *Solinus cap. XVII.* & apud *Philostatum in vita Apollonii*, elephan-
 ti cuiusdam ἀφῆτος mentio fit, quem soliti incolæ regionis μυρίζεν ἢ
 ταινίον. de equis testis *Simonides*. *Elitianus de animalibus lib. XI cap.
 XXXVI.* ὅπ ἢ ἢ μύρω ἐχείοντο ἵπποι, *Σιμωνίδης ἐν τοῖς Ἰάμβοις λέγει.
 lib. XVI cap. XXIV.* Similis stulticia eorum qui pisces monilibus
 & inauribus ornabant, ut narrat *idem lib. XII cap. XXX.*

Rubicone flumine consecratur] Turonensis, *Rubiconi flumini*:
 quod olim Turnebo non sine ratione placuit. nam cui Cæsar equos
 istos consecrauit: fluiuis pro numinibus habitos olim & cultos,
 nemo est quin sciat.

Auem regaliolum] In Glossario non *regaliolus* sed *reganiolus*
 scribitur: nam *reganiolus* dicta hæc auicula quasi rex auium. Sic
 autem

autem legendum in eo libro, *Regaiolus* $\text{Καίν}\text{\textcircled{C}}$. *Regaiolus* βασιλίου $\text{\textcircled{C}}$, δρνώσιον. vbi vides inconstantiam simul & imperitiam eius Grammatici: male enim $\text{Καίν}\text{\textcircled{C}}$ interpretatur, & cum frigilla regaliolum confundit. In altero scriptum est, βασιλίον $\text{\textcircled{C}}$. *regula* scrib. *regulus* vel *regaiolus*. De hac aue *Plinius*: In tertio *Pauli Æginete* legimus auiculam Græcis βασιλίον dictam, omnium quas nosset vetustas habitam esse minimam. nec multo esse maiorem passerem troglodyten: quam volunt eruditi esse nostrum *roitelet*.

Ea vero nocte cui illuxit dies cadis] Melius sic quam vt *Dio*, ἐρ τῆ νυκτι ἐν ἡ ἑσπέρῃ.

Cum Ione dextram iungere] *Dio*, τὸ εἶ Διδος χειρὸς ἀπ' ἑαυτοῦ. non recte in vulg. *dextras*.

Collabi fastigium domus] Dixit ante decreta fuisse Cæsari templa, aras, puluinaria, non secus ac Deo: eodem & fastigium istud pertinebat. quod ex Ciceronis, Plutarchi & Flori testimoniis cognoscimus. Vt igitur Valerio Poplicolæ olim honoris causa concessum, vt foras aperirentur ædes eius: sic Iulii domus fastigio ornata. *Fastigium* aliquando est ἀπὸς ædificii summum, vt Festus interpretatur: itaque de priuatorum ædibus dicitur. *Cicero ad Q. fratrem lib. III: absolutum ostendi in ædibus tuis tectum: quod supra conclauia non placuerat tibi esse multorum fastigiorum.* & apud *Senecam epistola CXXII.* interdum significat tecti formam deorum templis propriam, quæ Græcis ἀετός & ἀέτωμα dicitur. *Aristophanes* *Auibus* in beatissimæ illius suæ Reip. descriptione, pro summa felicitate ponit, quod omnes in ædibus fastigium habentibus habitaturi essent, vt numina in templis.

Εἶπα, αἰτ, πρὸς τύποιον, ἄσῳρ ἐν ἱεροῖς οἰκόντων.

Τὰς γὰρ ὑμῶν οἰκίας ἐπέσμεν πρὸς ἀέτον.

De his fastigiis multa alibi, ex erudita antiquitate prompta, notam^o.

Libellumque insidiarum indicem] Putauit Cæsar supplicem libellum hunc esse: ideo cæteris *seniores* commiscuit. Similem errorem admisit *Nicephorus* Imperator, cum vxoris *Theophanus* & *Tzimissæ* coniuratione cæsus est. *Fuse* narrat *Codrenus*. Geminum istis exemplum in *Annalibus* nostrorum temporum posteritas leget, ac fatorum vim ineuitabilem etiam in ea cæde recognoscet. Res plane memorabilis, & quæ olim inter θαυμάσια ἀνέσματα & prouidentię diuinæ argumenta iactabitur.

Libellis cæteris, quos sinistra manu tenebat, commiscuit] Non sinistra, sed dextra, ait *Manilius*:

— *toriens prædicta cauere
Vulnera non potuit, toto spectante senatu
Indicium dextra retinens.*

Etiam commixtum cæteris libellum indicem negat Plutarchus: ἐν τῇ χειρὶ κειμένων καὶ φυλάττων ἐκείνο μόνον.

Dein pluribus hostiis castis] *Florus*: nec perlitare centum victimis poterat.

Cap. LXXXII. *Assidentem conspicati specie officii circumstiterant*] Aliæ editiones male præiuerunt. nam *conspirati & circumstiterunt* scribendum.

Cimber Tullius] Nuperæ quædam editiones mutarunt in *Tillius*, perperam. nam *Tullius* appellatur in omnibus Latinorum codd: & Græcorum quoq; non nullorum etiam *Plutarchi* in *Bruto*: at in eiusdem *Cæsare* & *Appiano* Τίλλιος mendose.

Clamantem, ista quidem vis est] *Plautus Capiteuicæ*: *Vu hec quidem hercle est, & trahi & tradi simul.*

Alter Castus] Non solum in prima editione, sed etiam in membranis, vt docti viri testantur, & vidimus ipsi, ita scriptum est, & mox *Casti brachium*. non vt emendatum est à Beroaldo, vt arbitror, *alter Casta & Casta brachium*. Scio *Plutarchum*, & *Appianum* eius emendationis esse fundos: sed quis scit annon illi potius sint corrigendi? deinde quam multa in hac historia, vt aliis omnibus, diuerse narrantur ab historicis? possent multa adnotari: sed κατὰ λόγον nolumus.

Arreptum graphio traiecit] Mss. quidam *arrepto*. alii, *abrepto*. quidam *abreptum*. non nihil variante sententia. Veteres scribebant vel stilis vel calamis: quia autem σιδεροφορεῖν non licebat, & stilis & calamis ad necem inferendam abutebantur: sed illis frequentius. in historia Ecclesiastica & apud *Prudentium* multos martyres graphiis confossos beatam animam cælo vnde acceperant reddidisse legimus. & apud *Plutarchum* in *Gracchiis* perit *Antillus* quidam χερσὶν μεγάλαις κεντρίμανθ' ἐπ' αὐτὸ πῆτο πεποιθῆσαι λεγόμενοι. qui locus est testis improbitatis quorundam per illa tempora, qui graphia ad cædem ex professo parare soliti. Propterea cautum aliquando Romæ, ne ferrea graphia quisquam haberet, sed ossæ, vt

Isido-

Isidorus refert. Sed & calamis χαρικοῖς ad eandem abusi. refert enim *Euagrus lib. III*, Stephanum Antiochiæ episcopum à pueris interceptum χαλάμοις ἴσα δόρασι δένδρει.

[*Vndique se strictis pugionibus peti*] Qui Miscellam historiam composuit, *cultros senatorios* vocat: nescio quare: Græci quidam ξίφην. vere pugiones fuisse, ex *Dione* constat, notante; illatos eos in Curiam in scrimis libellorum. Vide *Plut. in Bruto*.

[*Καὶ οὐ εἰ ἐκείνων, καὶ οὐ τέκνον*] Hæc lectio veteris Romani cod. & quorundam Mss. in Viterb. tantum, *Καὶ οὐ ἐκείνων εἶ*; in aliis καὶ οὐ τέκνον; vt in vulgatis, & Turonenſi; fortasse melius. Sic enim apud *Dionem* quoque.

[*Dependente brachio*] *Appianus* pro eo dicit *διεκόμισαν οἴκαδ' ἀνωμάτως, οἷα τρεῖς*, hoc est lectica non æqualiter sublata sed dependente, vt cum à tribus solis gestatur.

[*Fuerat animus coniuratis*] Melius supra conspiratos & conſpirationem vocabat. nullum enim iusiurandum interceſſit. *Plutarchus* quoque *ὑνωμένος*: sed cum correctione, *λεχάδω γδ' ἕως*.

Cap. LXXXIII. *Quod Idibus Septembribus proximo in Lauitiano suo fecerat*] Cum reuerſus ex Hispania ad triumphum, ex veteri more ad urbem eſſet. videtur autem per mensem ibi fuiſſe. nam Octobri urbem eſt ingreſſus.

[*Demandaueratque virgini Vestali maxime*] Ita veteribus mos fuit, vt ex *Pandectis*, & historiis notum. *Appianus* ait, *L. Pisoni* focero: *Αἰνικιον ἢ Πείσωνα ὅτω πᾶς διαθήκας ὁ Καῖσαρ παρεῖπτε*. sed errat.

[*Ex quadrante reliquo*] Omnes codd. hunc locum corrupte ſcriptum habent, vt in vulg. *reliquos in ima cera*. Veram emendationem & ſententiam aperuit primus *Lipsius*. poſſis etiam legere ſic: *ex quadrante reliquo, alioſq; in ima cera*. C. *Octavi*. vt illis verbis, *alioſq; in ima cera* ſubſtitutiones intelligantur, quas fieri ſolitas in ima cera ſive extrema pagina, ex *ICtorum* libris certum eſt.

[*Pluresq; percufforum in tutoribus filii, ſiqui ſibi naſceretur*] Valde oſcitanter partem iſtam teſtamenti Cæſariani legit *Dio* in eo. auctore Latino vnde ipſe ſumſit. Ita enim vertit: *μαθὼν ὁ δῆμος ὅτι τότε Ὀκλαῖον υἱὸν πεποιῖν*, καὶ ἢ Ἀντωνιον τότε Δέκκιον, καὶ πᾶς ἄλλοις ἢ *Φραγίων ἐπιτρόπυς αὐτοῦ*. Ait *Octavius* teſtamento eſſe adoptatum: eique datos eodem teſtamento *ἐπιτρόπυς*. Quid appellat *ἐπιτρόπυς*; tutores? Atqui *Octavio* annum agenti decimum *Octavium* tutor.

tutor dari non potuit. Curatores? illi vero testamento non dantur; sed dati confirmantur, inquires. Scio. verum quis hoc dixit præter *Dionem*? deinde quam absurdum quod necessariam istam partem de postumo prætermittit? Nimis certum est, optimum alias scriptorem, cum ista verteret non attendisse animum ad illa verba: *si quis sibi nasceretur*. Itaque ad *Octavium* retulit, quæ de postumo scripserat *Cæsar*.

Populo hortos] *Viterb.* cum hic tum alibi, *ortos*. vt apud *Varronem* & *Ciceronem* quoque in plerisque libris. Sic in *Turonensi Omerus* semper non *homerus*. In his hortis postea fuit ædis consecrata *Forti Fortunæ*. *Plut. De Romanorum Fort.*

Et viritum trecentos sestertios] Si *Octavio* fides, centenos vicenos tantum. vide *Dionem lib. XLIV*. Mirum vero, qui fieri potuerit, vt res ista diuulgata diuerse traderetur.

Cap. LXXXIV. Funere indicto] à *Cos. Antonio. Laëtantius libro I: Si Cos. non fuisset Antonius, Caius Cæsar pro suis in Rempublicis meritis, etiam defuncti hominis, honore caruisset, & quidem consilio Pisonis soceri & L. Cæsaris propinqui. Funus indicere Græcis ἀναγγέλλειν: Hæstibus.* Romanus mos ex *Terentio* & aliis notus.

Rogus exstructus est in Martio campo] Quæ ad funerum curam pertinere, ea vel domi peragebantur, vel in foro, vel extra portam. Domi curatum funus per plures dies: ibi fiebat *in opòθεις* & mortuus septem dies in vestibulo positus, qua à domesticis, qua ab amicis, plangebatur, ac coronis aliisque muneribus honorificis afficiebatur. *Tranquillus* hanc totam partem prætermittit: solitus insignia tantum notare. In foro laudabantur: extra urbem cremabantur. *Cæsar* tamen in ipso foro crematus, non in extructo ei rogo: quod per populi tumultum euenit. Simillimum est quod paucis ante annis in funere *Clodii* à *Milone* occisi acciderat, vt narrat *Asconius*. *Dio* quidem inter alios *Cæsari* decretos honores hunc commemorat, vt mortuus intra pomerium sepeliretur: sed ea non est causa combusti intra urbem *Cæsaris*.

Iuxta Iulia tumulum] quæ in *Martio campo* sepulta contra maiorum instituta. *Dio libro XXXIX*.

Et pro Rostris aurata ades ad simulachrum templi Veneris Genitricis collocata] Bononiensis editio quæ proxime Romanam secuta est, legit, *aurata sedes*. at *Ms. & Romana, ades*. recte dubio procul.

Ædem

Ædem appellat *pegma* in foro extructum, ut ibi collocaretur Cæsaris corpus, dum laudatio perageretur. Ita autem vocat, primum, quia ut disertim notat, in modum templi fuit confectum: deinde propter religionem circa defunctos. qua ratione dixit *Polybius* lib. VI imaginibus defunctorum solita *περίθωσι ξύλινα ναΐδα*, & *Plinius* quodque armaria illa vocat *ediculus*. Postremo, quia de Julio Cæsare tanquam de Deo loqui solent: fuitq; hæc illius ἀποθέωσις quædam & consecratio. Sane enim cum legantur multi ante Cæsarem in foro laudati; nemini tamen extructam ædem legimus: sed lectum pro Rostris, vel in Rostris, ut loquitur *Africanus*, fuisse positum. Postea vero quam cœpere Impm. illis ritibus consecrari quos describunt *Herodianus* & *Dio*, hoc quoq; seruatum est. *Dio in Suetoro* de funere Pertinacis: Ἐν τῇ ἀγορᾷ τῆ Ῥωμαϊκῆ βήμα ξύλινον ἐσχεῖν τὸ λιθινὸν κατακεκλιμένον καὶ ἐπ' αὐτῷ οἰκημα ἄτοιχον πέδυσλον ἐκτε ἐλέφαντι & χρυσῷ πεποικιλμένον ἐπέθη, καὶ ἐν αὐτῷ κλίην. Prorsus illa verba οἰκημα ἀτοιχον πέδυσλον ædem illam exprimunt quam hic *Suetonius* narrat: nam quod columnis non parietibus cincta fuerit, non potest esse dubium, etsi nemo id veterum dixit. At quomodo aliter defuncti corpus cerneretur à populo? quomodo *Antoni*us ostensione vulnerum, illam conspiratis inuidiæ flammam excitasset.

Intraque lectus eburneus] *Polybit atate qui laudandi erant*, plerique pro Rostris statuebantur erecti. *Συντελεμένους, αἰτ, ἡ ἐκφορῆς, κομίζε*) μετὰ τῷ λοιπῷ κόσμῳ πρὸς τὸς κελύμενος Ἐμβόλους εἰς τὴν ἀγορὴν, ποτὲ μὲν ἐσὼς ἐναρξῆς, σπανίως δὲ κατακεκλιμένον. Possimus tamen *Polybii* verba accipere de simulacris defunctorum cereis; quæ ut à populo conspici possent, machinamentis erigebantur. Tale simulacrum ab *Antonio* ostensum est populo, super funebri lecto Cæsaris, ea arte factum, ut versatile esset, omniaque ei imposita vulnera mire ob oculos poneret. auctor *Appianus*.

Et ad caput tropæum cum veste in qua fuerat occisus] Quod *Suetonius* tropæum, *Appianus* κωνίον, vocat. τὸ σῶμα ἔκαστω ἐγύμνω, & ἡ ἐδῶτα ἐπὶ κονίῳ φερόμεντων ἀνέσσει. qui nouerit tropæorum Romanorum formam, intelliget quam bene huic loco ea vox conueniat.

Omissio ordine] Ordo quem dicit, fuit hic: præibant Magistratus & Senatus positis dignitatis insignibus: sequebantur equites habitu lugubri: deinde milites cum armis, sed versis: postremo populus per tribus. *Tacitus, alii*.

Men' me seruasse, vt essent qui me perderent] Si ita legimus erit sententia ei similis quam exagitat *Epictetus* in *dissertationibus lib. primo, cap. IV.* τὰς ἐξαι! ἐπὶ ταῦτά μιν τὰς πολλὰς ἐπισημαί; *Virgilius: Felix morte tua, neque in hunc seruata dolorem.* *Velleius* de *Cæsare* pæne victo prælio *Mundenfi: consistens ante recedentem suorum aciem, increpita prius Fortuna, quod se in eum seruasset exitum.* Non placet nisi hæc sententia: non, inquam, puto enim eiulare quod se seruauit vt postea misere periret: sed hoc potius, quod alios seruauit à quibus sit deinde occisus. Lege igitur vt in membranis omnibus, *Men' seruasse, vt essent qui me perderent*? Ita legerunt *Græci*, quod ex versione apparet. *Εὐὲ δ' ἔ' τοὺς τε ἀειψοῦσι, τοὺς κλεινύτας ἡς;* apud *Appianum.* In *Pacuu*i fabula pronuntiabatur hic versiculus ab *Aiace* suas victorias *Achiui*s exprobrante: vel de *Vlyssè* dicebatur: de quo ait apud *Quid*ium,

Seruauitq; animam, minimum est hoc laudis, inertem.

Ex Electra Attii alia] Sic emendauimus corruptam omnium librorum lectionem *Attii.* De hoc poëta plura ad *Persium.*

Laudationis loco Cos. Antonius per præconem pronuntiauit S. C.] Nullam ergo aliam habuit *Antonius* de laudibus *Cæsaris* orationem? Si *Appiano* fides, nullam. hoc enim ille disertis verbis affirmat. Falsâ igitur & ad arbitrium conficta illa bene longa oratio quam *Dio* pro *Antoniana* venditat. quod non eo solum loco apud eum scriptorem eruditus lector obseruare poterit. Quod ait *Suet.* per præconem, *Appianus* contra, sua ipsius voce *Antonium* id *S. C.* recitasse.

Lectum pro Rostris in Forum Magistratus & honoribus functi detulerunt] Aptius erat *detulerant.* nam hoc factum ante illa quæ modo narrata sunt: quod non obseruant quidam. *detulerunt* igitur, nempe ex vestibulo domus *Cæsaris*, in *Forum*, & pro *Rostris* p̄suerunt.

Circumstantium turba] Quidam cõdices, *circumstantium.*

Virgula arida & cum subselliis tribunalia] Vide *Appianum.* *Plutarchus* adiicit & *mensas* numulariorum quæ erant in foro. Si: *Africanus* in gemina historia funeris *Clodiani*, *populus* duce *Sext. Clodio*, corpus *P. Clodii* curiam inuit; *cremanitq; subselliis, & tribunalibus & mensis, & cõdicibus* librariorum.

Quit

Quicquid præterea ad donum aderat, concessit] Damnatam lectionem calculis *Beroaldi* & quorundam aliorum; sed omnium nostrorum libb. suffragiis confirmatam, restitimus. *Eratoſthenes* in descriptione similis moris, quem *συμβολίας* vocant Græci (nos fuse exponimus ad librum VI) pro eo dixit, ἐρρίπλον ἢ διατῆς ὅπως ἐκαστὸν ἀπὸ βρεῖ.

Deinde tibicines] Legi apud quosdam superioris ævi criticos extare codices, vbi scriptum sit, *Deinde siticines*. quam lectionem nec reperi, nec repertam probarem. Adi *A. Gellium* & *Nonium*. Omnes libri etiam quæ in regia bibliotheca, item *Memmianus* constanter *tibicines*: non *siticines*: non etiam *tubicines*: quam vocem cum hoc loco viri docti pridem non sine causa restituisſent (nam in nobilium & publicis funeribus tubam adhiberi solitam pueri non nesciunt) reperti sunt nuper qui de ea obseruatiumcula triumpharent.

Veteranorum militum legionarii] Hoc est, legiones compoſitæ à veteranis militibus, quæ Romæ tum erant, deductionem in promiſſos agros expectantes. vt iam diximus. De his multa *Appianus*.

Præcipueq; Iudæi] Qui Cæsarem dilexiſſe videntur ob Pompeii cædem, à quo vrbs ipſorum capta fuerat. Iudæos tamèn militaſſe Pompeio contra Cæsarem testis *Appianus*. verum ea offeſſa mox bello Alexandrino expiata est: cui & interfuerunt, & egregiam Cæsari operam nauauerunt. inde illa Cæsaris in eam gentem collata beneficia. *Iosephus De antiquit. lib. XIV.*

Noctibus continuè bustum frequentarunt] Ingentis desiderii argumentum: nam de plebe Romana minus est quod narrat *Appianus*, ἢ νύκτα πανδημει τῆ πυρῆ παρέμεινον.

Cap. LXXXV. *Concionatum de Cæsare requirebat*] Viterb. *inquirebat*.

Solidam columnam] Græci de hac columna cuius & *Cicero* meminit, silent omnes: aram contra plerique omnes positam ibi narrant, vbi fuerat crematus. *Dio* factum à populo scribit: *Appianus* à *Pseudomario*.

In foro stant] Eo ipſo loco vbi fuerat crematus, vt diximus. At reliquiis Cæsaris quid factum? vnus te docebit ex omnibus historicis *Dio*: τὰ ἀπὸ οἱ ἐξελεύθεροι ἀφαιρίλοντο, καὶ ἐς τὸ παρῶν

καλεῖσθαι μνημείων κατέθεντο. *reliquias eius liberri ante sustulerant, & in par-
trum monumentum condiderant.* hodie locus editur corrupte. legitur
enim *αρωτων* quod fatetur Xylander se non intelligere. nupero cor-
rectori omnia curua recta. Non me fugit exponi posse *αρωτων μνη-
μείων*, monumentum de quo prius cogitarant. nam initio propo-
situm fuerat, & cremare in Campo Martio, & inferre cineres in Iu-
lium monumentum : sed & coacta interpretatio est : & mani-
festo falsa. nam id per Pontifices non licuit: quorum etiam au-
ctoritate factum ne in exstructo ibi rogo cremaretur, vt *Appianus*
docet.

Scripsitq; PARENTI PATRIÆ] Cicero non plebem sed
Antoninum auctorem facit : & inscriptionem aliter conceptam
habet, *PARENTI OPTIME MERITO.* locus est in *epistola ad
Casium lib. XII ad familiares.* Errat late vir doctus qui argumento
huius inscriptionis Antonianæ inducitur, vt cognomen *Patriæ Pa-
tria* mortuo demum Cæsari decretum fuisse putet. Id vero *Cicero*
nullus dicit: neque verum est: sed cognomen viuo Cæsari tribu-
tum: postea damnata quodammodo eius memoria, actisque in du-
bium vocatis amissum, hac inscriptione, quasi publico consensu,
iterum confirmatum ei fuerat.

Apud eandem longo tempore sacrificare] Quomodo longo tem-
pore cum statim per Dolabellam Cos. ea columna sit deiecta? & ta-
men ait, *perseueravit.* Dio parcius: *δύειν ἐπιχειρεῖν.*

*Controversias quasdam interposito per Cæsarem iureiurando dis-
trahere*] Vult dicere, cultum eum locum instar templi. nam con-
trouersia in templis distrahi solita. Exemplum habes apud *Plato-
nem in Protagora, Isocratem in Trapezitico, Plinium, epistola prima, libri
quinti,* & apud *Dionem* variis locis. Aliquando templa non ingre-
diebantur: sed officii sui satis se admonitos putabant, si ad ædem
alicuius Deum accessissent. *Antiphon in ea περὶ χοροῦ, de ludio aut
salio. ἢ ἐξὸ περὶ αἰεὶς ἀπὸ τοῦ ζήλων διαλλάξω τέτοις ἐν τῇ πόλει ἐνανθῶν
μαρτύρων, οἵασι διαλλάξω ἡμῶς ἀπὸ τοῦ νόμου τῆς Ἀθηνῶν.* Distrahebantur
autem iureiurando interposito vt ait *Suetonius.* quod ideo
vetus poëta eleganter appellauit *mantile quo quotidiana noxa exter-
geantur.* Et iurabant per Deos heroas magnosque viros defunctos,
etiam per viuos: vnde est illud apud *Lucianum* *ἕρκος ἐν πρὶ* pro ob-
seruari colique ab aliquo officiosissime. Pertinet huc quod de hæ-
reticis

reticis quibusdam vt Priscillianistis, Donatistis, aliis in historia veteris Ecclesiæ narratur. Nam & istis sectæ suæ princeps erat ἄρχος: per illum iurabant, & controuersias suas in eius memoriis dirimebant. Cur dicit *Sueronius* quasdam? puto quia aliæ controuersiæ ad alios deferebantur deos siue heroas. Sic narrat Plutarchus Thebanos solitos de rebus amatoriis ad Iolai tumulum conuenire.

Cap. LXXXVI. *Cum gladius sectantium se*] Etiam hic peccatum fuerat coalitione finis præcedentis dictionis cum sequentis initio, vt millies in Mss. & Pandectis Flor. arguit ita esse, corruptior adhuc lectio cod. Lislæi, *adinsectantium*, Ego non puto Latinitatem pati vt aliter legatur quam *sectantium*.

Insidias vndique imminentes] Ipse Cæsar notat optime quantum esset omnibus bonis odio. Verba eius sunt: *ego dubitem quin summo in odio sim, cum M. Cicero sedeat, nec suo commodo me conuenire possit? atque si quisquam est facilis, hic est: tamen non dubito quin me male oderit.* in epistola prima, lib. XIV ad Atticum. similia his epistola sequente.

Subire semel confessum satius esse, quam cauere semper] Est verum quod Seneca dixit epistola XXII. *Nemo tam timidus est, vt malis semper pendere, quam semel cadere.* Non abludit illud beati Chrysostomi: βέλτιον ἀπαλθεῖν ἢ δεικνῆναι φέρεται χαιμῶνα. ἐπεὶ καὶ τὸν Κάιν ἀνεκτίτερον ἢ ἀποθανεῖν, ἢ ὄσα πάντος τρέμειν.

Cap. LXXXVIII. *Periit VI & L ætatis anno*] Non quidem exacto: dærant menses circiter quatuor.

Atque in Deorum numerum relatus est] Quod in antiquissimis Græcis historiis dici solet, aliquem à morte vel πετεχνῆσαι πικρῆ ἠρωϊκῶν, vel ἰσοθέων, vel ἰσολυμπῶν vt Philo, id latini multo inuerecundius dicunt, *in deorum numerum referri, vel consecrari.* vt in epistola *Pati de Hippocrate ἀνεγέδου.* Fere autem conditoribus urbium aut aliis de publica re bene meritis, honores heroici decerni soliti; donec paullatim pro diis habiti etiam isti. *Plutarchus in mulierum præclaris factis:* τῆ λαμπρότητι ἠρωϊκῶς πικρῆ ἀποδιδόντες, ὕστερον ὡς θεῶ θύειν ἐψηφίσαντο. deferre πικρῆ ἠρωϊκῶς est quod vna voce ἀναγίξεν dicitur, & longe differt à θύειν, vt notant veteres Grammatici. Adulatio postea an superstitione θεοποιῶν inuexit: cuius moris extat grauis censura apud *Plutarchum* in Romulo. Atque istiusmodi adulatione reliquos mortales superarunt ciues Attici, illi ipsi quorum

patres Aristotelem capital admisisse pronuntiarant, cum pzanem in Hermiam composuisset. Romani ante Impp. parcius hanc insaniam publice infanire. Solus è regibus, vt ait Cicero, Romulus consecratus est, & postea pauci alii. Priuata tantum ἀποθεώσεως fiebant, parentum per liberos consecratorum, & domestica religione cultorum, vt ex Varrone *Plutarchus* docet in *Quæstionibus Romanis*. Atque hi sunt *dii animales*, de quibus Labeo libros scripserat: in quibus aiebat (*Seruii* verba sunt) *esse quadam sacra, quibus anima vertantur in deos, qui appellantur animales, quod de animis fiant*. Hæc annotanda duxi, vt origo ἀποθεώσεως Impp. intelligeretur. nam vt parentes à liberis consecrabantur, & priuata religione colebantur: ita Imperatores qui patres patriæ & dicebantur & habebantur publice in deorum numerum relati & publica religione culti. primus hoc in Cæsare patre sanxit Augustus: quem propterea κοροπλάσιον *Juliani* Silenus nominat. & rationem addit ἡ γὰρ ἐκ ἐπλάσιος ἡμῶν, ὡς περ ἐκείνοι τὰς γύμνας, ὧς εἰελάσῃ, θεὸς ὦν ἕνα καὶ πρῶτον τετονὶ Κάισαρα; *Manilius*:

*Iam facit ipse deos, micritque ad sidera numen
Mains, & Augusto crescit sub principe cælum.*

Sed mirum est Iulianum in Augusto id ridere quod nullo ante Augustum passim vsurpatum legimus. Nam in *Idyllo Theocriti* XVII. nonne describitur ἀποθεώσεως Ptolemæi regis Ægypti, à filio qui successerat patri facta? vbi recte antiquus scholiastes: ἐξεδιῶθη ὁ Πτολεμαῖος ὑπὸ τοῦ υἱοῦ sic habet scripta lectio; non vt vulgatum est, ἐξεδῶθη. prorsus absurde. Quid? nonne Aratum ducem suum Achæi in numerum deorum retulerunt fato functum? nam scribit *Polybius in nona historia*; non solum eos honores, qui heroibus tribuebantur, ei fuisse decretos, sed etiam sacrificia; qui proprius deum cultus censebatur. διὰ τὴν αὐτῶν inquit καὶ πρῶτος ἡρωικὰς ἐψηφίσαντο. Primis temporibus, qui humanarum virtutum modum videbantur supergressi, horum nomina post ipsorum obitum in rituales libros referebantur, & anno vertente memoriam illorum celebrabant, atque eorum animas in beatorum insulas receptas esse, omni post-futuro iudicio liberas sibi persuadebant. *Cedrenus* de antiquis Assyriis loquens ritum hunc ita describit: ἦν δὲ τὸ τῆ ἀποθεώσεως ἄξιμα τοῦτον. Ἐν τῇ ἱερατικῇ αὐτῶν βίβλοις ἐτάσσοντο τὰ ὀνόματα αὐτῶν, μετὰ τῶν ἀπὸ τῆς κατ' ἐκείνους καὶ χρόνον ἐορτῆς αὐτῶν ἐπιτέλεον. ἀβροντες τὰς αὐτῶν ψυχὰς εἰς τὰς ἡμέρας μακά-

μαρτύρων ἢ (Cæs. 89); καὶ μικρῆ κείνου ἢ κείνου πνεύ. Huc etiam pertinet, quæ obseruamus ad *Athenæum lib. VI cap. XIV.*

Ludis quos primo consecratos ei heres Augustus edebat] Non multum interest siue primo scribatur, vt in omnibus membranis: siue *primos*, vt quibusdam editis. Ea vox referri debet non ad *ludos* vel *consecratos*; sed ad verbum *edebat*. Iulio varii ludi fuerant consecrati, sicut libro proximo dicemus. auctor de iis loquitur quos reuersus Apollonia primo edidit in patris honorem. *Suetonius* hic seorsim sentit ab aliis: qui non Cæsari sed Veneri genetrici eos ludos quibus cometa apparuit, fuisse consecratos tradunt. *Seneca, Plinius, Dio, alii.* Possumus conciliare cæteris nostrum, si illa verba *consecratos ei*, exponamus, consecratos ab eo. ita sæpissime loquitur *Suetonius*. *Appianus*, Καὶ οὗ θεῆς ἐπέλει ἀνακειμένους ἐν τῷ πατρὸς Ἀφροδίτῃ Γενετρίστῃ.

Simulacro eius in vertice additur stella] Ad exemplum eius simulacri quod Augustus ei tum consecrauit, vt ex ipso refert *Plinius*, in Foro: vt *Dio*, in ipsa Veneris Genetricis æde.

Ac ne vnquam eo die] Qui ante legitimi senatus dies erat. notum ex historia, & monet *Dio*.

Cap. LXXXIX. *Percussorum autem, fere neque triennio quæquam superuixit*] Sane fere. nam excelsere triennium non pauci. Prima hostia qua mors Cæsaris expiata est, C. Trebonius fuit, quem in Asia Dolabella occidit. secuta inde D. Bruti cædes & Pontii Aquilæ aliorumque bello Mutinensi: mox celebrata proscripio, qua periit Ligurius, & quicumque alii prehendi potuerunt. Sed plurimi bello Philippensi, quod tertio anno à cæde Caii gestum est, sublati sunt. quo respiciens *Suetonius*, paucos triennio superuixisse scribit. pauci illi, ii sunt qui cum Sex. Pompeio erant. estq; eorum mentio apud *Appianum & Dionem* in pacis conditionibus, quæ conuenit inter Cæsarem, Antonium, & Pompeium, a. n. V. C. DCCXV. post Caii necem quinto. Superuixerunt & Pompeio quidam, Antonio ipsos protegente: in his Parmensis ille Cassius, quem postremum omnium pœnas dedisse *Velleius* ait. Obiit post Actiacum bellum, cum Cæsari superuixisset annos tredecim, & quod excurrit. Huic porro de Cæsaris percussoribus obseruationi, similis est ista *Marcellini* de auctoribus cædis Gordiani iunioris: *Nec errauere dic-*

manes

manes eius inulti, quod velut clarescente iustitia, omnes qui in eum conspirauerunt, cruciabilibus interiere suppliciis. lib. XXIII.

Neque sua morte defunctus est] Seneca ad Lucilium, Bella res est mori sua morte. Firmicus libro VIII cap. XIX : Erit longeuus, in senecta felix, & qui sua morte moriatur. cap. XXIX. sed ii tandem superstitibus filii sua morte morientur. Sic οἰκεία τελευτή ἀποθνήσκειν apud B. Chrysostrum. Ita & Græci locuti sunt. Epiphanius libro I. καὶ μήτις λέγεται περὶ τῆς Ἀσίας. ἢ ὅτι θανάτου ἰδίῳ πέθνηκαν. Eusebius De preparat. lib. primo : ἢ ὅτι ἐπίσχει ἰδίῳ θανάτῳ, εἰ μὴ βία πρὶ πολλῶν τῶν τοῦ ζῶοντος. Ptolemaus libro quarto Tetrabibli ἰδίῳις τελευτήσῃν θανάτοις, & βιαίοις ὀpponit inuicem. Dicitur &, sua die mori in veteri epigram. Inuiolatus artus Die suo peremitus hoc situs est in agro. quo etiam modo Hebraei sunt locuti. iobus cap. XV. וְיָמֵי מוֹתוֹ כְּיָמֵי אֶבְרָהָם. id est vt vertunt Græci περὶ ὧρας φθαρσίαι. Demosthenes aliq; Græci saepe suam mortem τὸ αἰὶματον θάνατον, καὶ τὸ παρωμένῳ nominant: Cicero naturam & fatum. Vide A. Gellium. Plinius in epistolis, naturalem & fatalem. Tacitus mitem obitum, & Nicetas μαλακὸν θάνατον.

Nonnulli semet eodem illo pugione quo Casarem violauerant, interemerunt] vt Brutus & Cassius. quorum nomina inter exempla vltionis diuinæ clara sunt. non minus insignis Cascarum fratrum mors: de quibus quoniam tacent veteres historici, apponam epigramma antiquum per illa tempora editum:

*Occidère simul Casca, simul occubère
Dextra quinque sua, qua scelus ausus erat.
Castra eadem fouère: locus quoque vulneris idem.
Partibus afflictis victus vterque iacet.
Quanta fuit mentis, tanta est concordia fati.
Et tumulus cinerem parvus vtrumq; tegit.
Par fratrum multo celebrandum carmine vatam,
Vna si fierent parte minus gemini.*

Hos exitus fecere Cæsariani conspirati omnes. Hos exitus faciant quicumque principibus vitam scelere & perfidia eunt ereptum. Plena est omnium temporum historia huius generis exemplis. Sed nostra hæc ætas quanto infamior perfidia subditorum in principes: tanto insignior vltionis diuinæ argumentis. Illastre imprimis est,

est, quod nuper dum hæc scribimus, accidit: quando in Henrici III Christianissimi, fortissimi, benignissimi Regis necem cuius Parisien-
sis ætate puer pæne, malitia veteranus, coniurare sustinuit: cuius
particidii incepti detestatio expressit à me hæc epigrammata, quæ
pro coronide huius libri visum ascribere.

IN IOHANNEM CASTELLVM

*Prodigiosa malitia iuuenem, regie maiestatis
percussorem, post illius uti vulnus carsum &
supplicio affectum.*

Ω Ἐ παρασιβῶς πολυήμαθ' ὦ ἀδελφεῦ
Ἔργε! φῦ δ' οἷς καὶ καὶ ἀπαδαλίης!
Ἐτλης ἀρεῆτος καὶ ἀνέστη, τὴν ἐνὶ λαμῶ
Φεγγῶ ἰὼν Φεάγης πάντας ὀμῶ κλαίειν;
Ἡ Κοί μὲν λύκος ἔχει παῖρα, μήτηρ δ' ὑαίνη
Καὶ πῆξις μεθ' οὗς Κοί πόρε γεννημένω.
Οὐ δ' Φεγγῶ ἔης· ἀλλὰ Φεγγῶις ἐνάειμθ'
Ἀνθρωπῶ μορφῶ, θῆρ δ' νόον τέλειθε.
Καίκε χέρ' ἰοβόλω μέγα δὴ μέγα ἔργον ἔρεξας,
Εἰ μὲ Ὑψιμέδων εἶργον ἀνακτα μόρε.
Σῶτε ΘΕΟΣ βασιλῆα. σώσσε δ' λαὸν ἀμ' αὐτῷ
Χαίρετ' ἐπυρένιοι, χαίρετ' ἐπιχρόνιοι.
Καμμοεῖη δὲ σε θειοτάτη κίχη θειοῦς ἀλαστρ'
Καὶ θάγες ἀνόμορθ' οὐδ' ἀνάτω θανάτω.
Οὐκ ἀβίῃ κατὰ ἔργα· ἔχει ΘΕΟΣ ἔκδικον ὀμμα'
Οὐ δ' Δίκη μερόπων πάντων ἔλειψε γένθ'.

ΑΛΛΟ.

Ἦθειλεν, ὦ μέγα θαῦμα! ἔης κλαδηνίμθ' αἶψ'
Φεγγῶ ἰσπέζων ὄρ μεθροντα κλαίειν
Τὸν κ' ἐν ὑσμίνης νέον Ἐλισσα ἦδ' Ἀχιλλῆα
Καὶ θέμιδθ' Δίας μελίχιον ὀρόπολον.
Ἦθειλεν· ἀλλὰ ΘΕΟΣ λαὸς ἐλεύθερας ἀπίερες
Τῶ ἔργον κέφαλιώ φύσολο ἐκ Βελίων.
Οὐκ ἔφθης κλαίων μαρῶτατε μυείαδ' αὐτὸς.
Ἐκτάνθης παρπαθῶν, ἄξιθ' ὦν πλείωνω.
Ἔχει ΘΕΟΣ τ' ἀλίεον· ἔχεις τέλαν οἶα ἔοργα.
Ἔς τῆδ' ἰδὼν χρεμέτω ὅπως ἀλίεονθ'.

ISAACI CASAVBONI
IN C. SVETONII TRANQVILLI
DE XII CÆSARIBVS
LIBRVM II

Animaduersiones.

Cap. I.



Racipuam olim fuisse] Princeps editio, *præcipuam omnium fuisse*. Fortasse, *præcipuam omnium olim fuisse*.

Vicus Octavii vocabatur] An hic fuit conditor urbis? an exhaustam casu aliquo frequentavit? magnum certe quoddam videtur istius extitisse in Remp. beneficium, cuius gratia *ἡρώδης πῦας* sit consecutus. Ait autem *Diodorus lib. XX*, honores heroicos esse istos: *de nomine alicuius nomen loco imponere, ei aras, festa, ludos decernere*, & similia his. Quod igitur mox addit, *ostendebatur ara Octavio consecrata*, nihil vetat accipere de ara ipsi Octavio consecrata.

Qui bello dux finitimo] *Bellum finitimum*, vel quod cum finitimis quacunque causa geritur: vel quod pro finibus: qualia fere bella illo seculo. istud autem non finitimum tantum, sed vere antarium, ut veteres appellabant.

Semitruda. exta rapta foco profecuit] His verbis continetur præcipua huius facinoris laus. Non enim tantum fuit hostem fuisse, quantum reperisse viam tam cito, qua & religioni deorum satisfaceret, & sine mora hostis pelleretur. Hæc est illa vis animi, quam commendat in Themistocle *Thucydides* (lib. I) quod fuerit in subitis consiliis inveniendis cum res postulare, excellens atq; ut ipse loquitur, *καὶ τὸ αὐτοχρηδίασαι τὰ δὲ νῦν*. Sic in historia Romana laudantur Tullus Hostilius rex & Papyrius cursor propter consilia salubria inter ipsa pericula iniecta. *Extæ raptæ foco profecare*, est, victimæ carnes quæ in foco coquantur, rapide accipere, & earum proficias siue *ἱμαχίας* diis offerre, & in aram iniicere adolendas. Moris antea fuerat Veliternis, exta cocta Marti profecare: Octavius & præsentis vir consilii, & religiosus, hostium incursione

audi-

audita, intelligens non esse *ἑδρα ἀμύλω*, & vt vetus verbum fuit, *ἑδρὴν δὲ ᾧδρα + βαμὸν βελύκειν* semicruda quam nulla exta iudicauit fatius esse profecare. Mars factum probauit, & victoriam dedit: vt quidem cæci homines sibi persuadebant. inde Octauio decus & gloria. Fuerunt & dii Romanorum tam bono stomacho quam Mars Veliternus: nam & iis cruda, nedum semicruda, exta data. Arnobius lib. VII. *Auerfionibus stomacherum numina laborant? vt ad expellenda fastidia saporum varietas quaratur? vt modo his asæ, modo cruda ponantur, semicocta modo & semicruda?* Idem lib. II: *Quam Romulo Pompilioque regnantibus, percocta plane ac madida cremarentur diu exta, nonne rege sub Tullo semicruda cepisti & leuiter animata (scribo exanimata) porricere prisca obseruatione contempta?*

Vt in posterum quoque] Vulgo, quoque anno. sustulimus eam vocem auctoribus omnibus Mss.

Cap. II. *Ea gens à Tarquinio Prisco rege inter Romanas gentes* Patrii sunt vel maiores gentium *allecta, in senatum mox à Seruio Tullio in patricias transducta* et minorum. Maiorū gentium *] Allegere* genere et sanguine patricio, id est *inter gentes Romanas, est, ciuitate donare.* Id primo datum Octauia patrici à Romulo labori promeruit *genti per Tarquinium Priscum: Deinde Tullius rex traduxit in se-* natum vero: an copulatione in *natum inter patricias gentes, vel vt videtur olim scriptum fuisse,* patrici postea patrici facti. *inter patricios. nam in membranis Viterb. est, in patricios. Non igitur statim ac Romam venit, patricia gens fuit: qui honor tamen quibusdam peregrinis fuit tributus, vt de Claudiis & Vitelliis legimus. In cod. Petri Pithæi scriptum erat, Inter minores gentes allecta in senatum, mox à Serv: quæ lectio ferri aliter non videtur posse, quam vt dicamus solos maiorum gentium senatores fuisse patricios: minorum gentium non item. Aut certe *κατ' ἐξοχὴν* patricios istos à Suetonio esse appellatos.*

Ac rursus magno intervallo per D. Iulium in patriciatum rediit] Iulius Cæsar dictator lege Cæsia patriciorum numerum augens, asciiuit in eum numerum Octauium, mox ab induta libera toga, Dio lib. XLV. *Lego autem magno intervallo tum Vaticano & Viterb. Alii magna vi.* Sic alibi Suetonius infra hoc libro, *Diætas nam magna vi offerente populo.* & apud Celsum non raro. qui etiam magna mole, pro eodem dicit. Id vero hoc loco non conuenit: dictatori enim facile fuit quicquid voluit. nisi si magna vi dictum pro *μεγάλην αὐδῆν* quod videtur Dionis narratio confirmare.

Emilio Pappo imperatore] Pleriq; Mss. *Æmilio Paulo*, male. vide *Liuium libro XXVIII.*

Auus municipalibus magisteriis contentus] Viterb. *ministeriis contentus*. possis intelligere, fuisse quædam negotia in eo municipio curanda publice ei commissa. sic ministerii titulo relegasse Catonem dicitur. *Clodius à Velleio II, 45. Valerius Max. lib. VII cap. III. Idem vt Puteolos venit, perinde ac publicum ministerium agens, summa cum licentia correptis nauibus in Siciliam penetravit.* Placet tamen magis vulg. lectio. *magisteria* vocat *ἀρχαίς* municipales, quas magistratus nomine non dignatur, & erant reuera vmbra honorum magis quam honores veri.

M. Antonius libertinum ei proauum exprobrat restionem] *Ætate Suetonii* extabant adhuc Antonii epistolæ, vnde hæc sunt ab eo desumpta. *Cremutius Cordus apud Tacit. III Annal. 34: Antonii epistola, Brusi conciones, falsa quidem in Augustum probra, sed multa cum acerbitate habent.* Meminit & *Serv. in V Æneid.* Contra has epistolas scripserat *librum Messala*: cuius mentionem facit *Sofipater Carissus lib. I. Pro libertinum scripti quidam libertum. restionem* autem scribendum non *Restionem*. *Glossarium*, *χοινοπλόκ* resticularis, restio. *Plut. τὸ κοινόπλοκον* dixit. sed si grammaticis fides, restio erit *χοινοπλόκη* non *χοινοπλόκον*. *Fronto, restiarius qui facit, restio qui vendit.* Pato autem ea ratione restionem audisse proauum Octauii, qua pater Ciceronis dictus fullo, Demosthenis *μαχαροποιός*: quod familias haberent eorum artificidrum peritas, ex eaque re ipsi, vt moris erat, quæstum facerent. At *Gratianus Valentiniani Augusti pater funarius* fuit nuncupatus, quia funes venalities solitus circumferre, vt scribit *Victor*. Videntur autem restiones olim inter vilissimos artifices habiti: sicut apud Græcos *οἱ ἰμονιστῆρες*. vnde prouerbiū apud comicū *ἰμονιστῆρες μέλην restionu cantilena* hoc est vilis hominis & *δτελέες*, vt Græci interpretantur.

E pago Thurino] è municipio Thuriis. Locus nobilis vel propter historiarum patrem *Herodotum*, qui inter alios colonos eo concessit. *Strabo*, alii.

Cap. III. Octauius pater] Scripti *Torrentii. C. Octauius p.* quomodo etiam in *Turonensi* habetur. Sane patri Augusti fuisse prænomen *Caio* certum est è veteri inscriptione, quam ad librum primum attulimus.

Et re & existimatione magna fuit]. Recte existimatione cum Turonensi & omnibus melioris notæ: non autem existimatione: sic passim erratur contra germanam Latinitatem. Velleius Patertulus II, 59: Fuit Caius Octavius, vt non patricia ita admodum spesiosa equestri generis familia, grauis, sanctus, innocens, diues.

Hunc quoque à nonnullis argentarium] Qui patrem Octauii argentarium fuisse dixerit, neminem è veteribus reperias, præter auctorem versiculæ qui infra habetur, Pater argentarius, ego Corintharius. Describitur in epistola ad Octauium, non Ciceronis quidem, sed vetere tamen: quid de sua patria audient, quam spoliis triumphique decorarunt? an esse quendam annos XIII (legendum XIX vel XX) natum cuius auus fuit argentarius, stipulator pater, vterque vero præcarium quaestum fecerit, sed alterum vsque ad senectutem, vt non negaret: alterum à puericia, vt non posset non confiteri; eum agere, rapere rem publicam?

Atque etiam inter diuifores operasque campestris proditum] Puto fuisse nonnullos in hac plebeia gente Octauiorum, qui hoc genus quaestus & similes non aspernarentur. talis namque fuisse videtur, aut ortus talibus, is de quo Cicero in epistola ad Trebatium: Cn. Octavianus, an Cn. Cornelius? tuus quidem familiaris, summò genere natus, terra filius: is me, quia scis tuum familiarem esse, crebro ad cenam inuitat. adhuc non potuit perducere: sed mihi tamen gratum est: Et in alia epistola: Ego si foris cenitarem; Cn. Octauio familiari tuo, non defuissem: cui tamen dixi, quum me aliquoties inuitaret, oro te, quis tu es? omnino vilem & obscurum oportet hunc fuisse Octauium, à quo se inuitari Cicero, tantum non contumeliæ loco duceret.

Ex pratūra Macedoniam sortitus] Successit Octavius Prætorius C. Antonio viro consulari. Is ex consulatu quem gessit cum Cicerone in Macedoniam abiit: estq; inde reuersus Coss. Q. Cæcilio Metello Celere, L. Afranio. Ita incidit annus quo præfuit Macedonia Octavius in consulatum C. Cæsaris quo etiam tempore Q. Cicero Asiam administrabat. Etsi autem consularis non erat Octavius, prouinciam tamen rexit pro consule. Ideo scriptum in lapide de eo PR. PRO. COS..

Cap. IV. Priusquam confiteri se candidatum consularis posset] Scribendum erat profiteri. nam sic Viterb. & quod postea didici, Vrsini cod. nec aliter editum à Roberto Stephano. Memmianus tamen confiteri.

Verum M. Antonius deficiens maternam Augusti originem] Seruius ad illa è quinto libro Æneidos : — genus vnde Atii duxere Latini; notat: propter Atiam dicit, matrem Augusti; de qua Antonius ait, Aricina mater. alludit Seruius ad locum Antontii quem refutat diuinus orator in tertia Philippica.

Materna tibi farina] Obiicit auum maternum, pistorem Aricinum.

Siquidem ex crudissimo Aricia pistrino] τὸ σiquidem deest in aliis multi, si ex crud.

Hanc finxit manibus collybo decoloratis Nerulonensis mensarius] Obiicit auum paternum nummularium, Et autem sermo allegoricus. Tuus, inquit, paternus auus farinam sumit, è pistrino crudissimo Aricino : hoc est, vxorem duxit filiam pistoris Aricini, cuiusdam hominis vilissimi: hanc ille farinam finxit manibus collybo decoloratis. Vult dicere, auum Octauii, qui esset numularius abiectissimus, ex ea farina quam sumperat de pistore Aricino, finxisse & formasse, tanquam aliquid dulciarium opus (hoc est genuisse) patrem Octauium. Legimus autem *finxit* ex nostris & Torrentii libris, & ita prisca Romana editio, ac Rob. Stephani : Id verbum optime isti loco conuenit : nam ex farina finguntur opera dulciaria, quorum figuræ erant infinitæ, vt placentæ, scriblitæ, crastula, lucunculi, hami, lacertuli, spicæ, globuli, enchyta, circuli, liba, aliaque plurima. *Martialis :*

*Mille tibi dulces operum manus ista figuræ
Extrues.*

Varro de lingua Latin. fectores dicti à fingendis libis. Sic apud Scribonium : fingere pilulas & pastillos. & apud Petronium : oua ex farina pingui figurata. & apud Plutarchum διαπλάσσει μάλιστα τοῖς εἰς ἄρτια πλάσσει. In secunda Etloga Calphurnii, recte libri veteres, fingere liba Priapo. non figere. Inde fictorum ordo, cuius mentio etiam in veteribus inscriptionibus. In aliis libris est pinsit. quod esset vt μύδαειν Theophrasto. Appellat patrem Octauii mensarium Nerulonensem. faciens allusionein ad eius oppidi mensarios, aut ad aliquem eius ætatis nummularium insignem paupertate, aut alia qua re non bona : talem istum vult fuisse. In Viterb. erat Verulonensis non Nerul. legerim Verulonensis. Vide Plinium lib. III cap. V. At in antiquissima Lugdunensi

nem editione reperi *Nemorensis*. quod idem esset atque Aricinus. Memmianus, vt in editis.

Cap. V. *IX Kal. Octobris paulo ante solis exortum*] Imo vero post solem occasum. Hallucinatam enim esse hoc loco Suetonium, neque defendi hac parte illum posse, si vere eidem auctori aliisque dictum, Augusti horoscopum esse Capricornum, certissima demonstratione probatum est diuini ingenii viro *Iosepho Scaligero*, cum in *quinto de emendatione temporum*, tum etiam in *vherrimis notis ad Manilii Astronomicum primum*.

Regione Palatii, ad Capita bubula] Inuenias qui partem vrbis vbi natus Augustus, *Lautus Carinas* fuisse nominatam scribant. Vide *Sernium ad librum Octauum*.

In deprecanda grauiore adulterii pena] Quam pœnam deprecetur, nemo potest diuinare: quia non omnis adulterii eadem pœna: hoc quale fuerit nescimus.

Præter aetatem] Hæc adlegatio non admittebatur lege Iulia. *Papinianus*: *Si minor annis adulterium commiserit, lege Iulia tenetur: quoniam tale crimen post pubertatem incipit*.

Cap. VI. *Iuxta Velitras*] In vetustis scholiis Horatii legere memini, Augustum *Vlubris* nutritum: quod si certum esset, *Vlubras* hic foret legendum. Sed illi scholiastæ fidem arbitrari non ausim.

Cap. VII. *Infanti cognomen Thurino*] Fuit & Cæpias Octauio cognomen: ita enim Dio tradit, & ex eo *Xiphilinus* ac *Zonaras*: cuius verba ex Dione sunt emendanda.

In memoriam maiorum originis] Atqui maiores Octauii & pago Thurino originem non habuerunt: etsi quidam illorum ibi confedere.

Quod in regione Thurina, recens eo nato, pater Octauius aduersus fugitiuos rem prospere gesserat] Thutinum agrum bello Spartacio valde à fugitiuis fuisse vexatum ipsamque urbem captam, auctor est *Appianus lib. I. Eucvλιων*. Horum reliquias ab Octauio *δὲ τὸν ἀποπέρι* fuisse deletas, cum in Macædoniam ex prætura iret, dixit ante Suetonius. eo tempore Octauius F. annum agebat tertium. Causæ igitur accipe verbum *recens*. simul obserua: Nominalibus non sunt imposta cognomina: sed postea ex occasione captatum omen aut decus.

Imagunculam eius aream veterem ferreū litteris inscriptam] Turbant interpretes istæ ferreæ litteræ in arē inscriptæ: deinde alius aliter aut corrigit aut exponit. mihi hoc magis mirum non videtur, quam quod *Dio libro XLIV* narrat, decretum in Cæsaris honorem factum litteris aureis in pilam argenteam fuisse inscriptum. τὰ δόγματα, ait, τὰ πρὸ τούτων γινόμενα ἐς σήλας ἀργυρῆς χρυσίοις γράμμασιν ἐνέγραψαν. *Seneca epist. V*: *Non habeamus argentum in quod solidi auri cælatura descenderit.* *Petronius*: *Habebat etiam in minimo digito sinistrae manus anulum grandem subauratum, extremo vero articulo digiti sequentis minorem, ut mihi videtur, totum aureum, sed plane ferreū velut stelligum ferruminatum.* Obseruo Græcos hanc artem τέχνην ἐμπαιστικὴν nominasse. *Athenæus libro XI* in fabrica Nestorei populi: οἱ μὲν ἔν λέγουσιν ἔξωθεν δεῖν ἐμπόρευθε τὸς χρυσῆς ἥλας τῶ ἀργυρῶ ἐμπόματι χρῆσθαι ἐμπαιστικὴν τέχνην. Sic legi debet ille locus ex Mss. & *Eustathia*. *Idem lib. XII*: παμπανι τε ἐσνεῖζετο χρυσῆς ἑλικας ἐμπαιστικῆν. Etiam *lib. superiore* meminit *Idem* poculi, ut videtur argentei, ἔχοντο κύκλω γράμματα ἐνδεκα χρυσῶ, χρυσῶ δαυμασί, & aliorum similis artificii. Non existimo autem in huius artis operibus cælaturam auream quæ in argentum descendebat, fuisse exemptilem. Quare non assentior viro docto, qui superiorem *Senecæ* locum de emblematis interpretatur. Nam emblemata, ut è *M. Tullii Verrii* scimus euelli poterant è vasis quibus illigata prius fuerant, & aliis includi, quod in litteris eius imagunculæ quam commemoret *Suetonius*, non magis fieri poterat, quam cælaturæ aureæ, in iis operibus quæ hodie vocamus *Damascena*.

Inter cubiculares colitur] Imagines dedicatas soliti habere veteres in variis ædium partibus: suorum quidem maiorum, ut notum est, in atrio: hoc est celeberrimo ædium loco & maxime conspicuo, quem vocat *Polyb. in sexta* ἡ ἐμπόρευθε τῶ οἰκίας τόπον. Eorum vero quos amarent, in cubiculo: *Suetonius in Caligula c. 7* de Germanici liberis: *duo infantes adhuc rapti, vnus iam puera scens insigni festiuitate: cuius effigiem Augustus in cubiculo suo positam quotiescunque introiret exosculabatur.* *Plin. lib. XXXV*: *Idem & vultus Epicuri per cubicula gestant ac circumferunt.* At viri docti in bibliothecis non in cubiculis dedicatas habebant veterum auctorum imagines, ut ex *Cicerone*, *Plinio*, *Iuuenale* aliisque constat. Colebantur autem in cubiculo istæ imagines vna cum laribus: eorum custodiæ apponi solitus

litus puer. *Suetonius in Domitiano c. 17* : *Puer cura lartum cubiculi ex consuetudine assistens interfuit cadi.* Meminit & *Macrobius* eiusdem ministerii *sub finem lib. 1 Saturnal.* Fuerunt inter cubiculares imagines & eorum numinum simulacra dedicata, quæ tori genialis curam habere existimabantur. *Augustinus De civitate Dei lib. VI cap. IX.* *Parcat humana verecundia : peragat cetera concupiscentia carnis & sanguinis procurato secreto pudor.* *Quid impletur cubiculum turba numinum quando & paranyphi inde discedunt?* De his sentit *Plin. lib. XV cap. XI.* *omnia iam (intellige mala cotonea & struthæ) & virorum salutarioris cubilibus inclusa, simulacris noctium conscis imposta.* Posterioribus imperatoribus peculiaris mos fuit, ut in cubiculo ipsorum Fortuna esset aurea, quam morituri ad eum transmittabant qui sibi esset successurus. Vide *Capitolinum in Antonino Pio, & Marco Antonino Philosopho* : item *Spartianum in Severo.* Alludebat *Marcellinus* ad hunc morem, cum recensens omnia quæ *Valentiniani* obitum præcesserunt, ita scriberet XXX, 21 : *Noctē quam lux ereptura eum vita secuta est, ut per quietem solet, videbat coniugem suam absentem sedere passu capillis, amictu squalenti coniectam : quam estimari dabatur fortunam eius esse cum tetro habitu iam discessuram.* Hic mos non videtur antiquior quam ignis prælatio cuius mentio in eorundem principum historia tantum : nam *Domitianus* quidem *Minervæ* non *Fortunæ* simulacrum in cubiculo habuit. Videtur & signum *Minervæ* quod *Cicero* urbem relinquens in *Capitolio* consecrauit, quodque diu ante domi suæ coluisse ait, in cubiculo eius positum prius fuisse. Atque hæ sunt quas vocat *Suetonius cubicularis imagines.* Ad quam similitudinem solita alia quoque in cubiculis dedicari. *Tacit. lib. XV, Annal. 55.* de *Sceuno* coniurationis in *Nerone* reo : *Is raptus per milites, & defensionem orsus, ferrum cuius argueretur, olim religione patriæ cultum & in cubiculo habitum, ac fraude liberti subreptum respondit.* *Suetonius in Nerone 25* : *Sacras coronas in cubili circum lectos posuit.*

Pro opprobrio nomen prius obiici] Nomen prius, est nomen, siue cognomen quod infans habuerat, pridem autem habere desierat. Clara mens *Augusti* ex superioribus *Suetonii* verbis : certa etiam lectionis huius fides, consentientibus omnibus libris. quod ideo dico, nequis doctissimo viro mutanti vocem prius in posterius putet esse assentiendum. Næ tu vir eruditissime ἡμεροτες, ἐκ ἐτυχῆς.

Postea C. CÆSARIS] Legebam C. IULII CÆSARIS, videbatur enim sine ratione omissum nomen præcipuum: sed cum hic de cognominibus Octavii tantum agat, locum ea vox non habet. Sed nec prænomen C. ferri potest. Scribe igitur, *postea CÆSARIS*. liquet clare ex sequentibus verbis. Memmianus tamen ita. *postea Gaii Casaris*.

Deinde AVGVSTI cognomen assumfit] Idibus Ianuarii anno DCCXVII, se VII, & M. Vespasiano Agrippa III Coss. Sic Ovidius primo Fastorum. Censorinus ait: *ex ante diem decimum sextum Kal. Febr.* Lapis qui Narbone est, ait Augustum auspicatum esse imperium VII IDVS IANVARIAS. Orosius, VIII idus Ian: & triplici triumpho urbem esse ingressum & primum tunc AVGVSTVM esse salutatum: & orbis imperium suscepisse.

Quibusdam censensibus] Imo gestiente Octavio sic nominari. vide Dionem.

Ab auctu] Vel omnis boni gratia: vel ut ait Dio, *ὡς καὶ πλείον π, ἢ καὶ ἀνδρώπυος ὄν.* nam augere verbum erat sacrorum. infra hoc libro, *augeri hostias iussit*. in dedicatione aræ Narbonensis: SI QVIS HVIC ARÆ DONVM DARE AVGEREQVE VOLET LICETO. inde mactus, magmen, magmentum.

Vel ab auium gestu gustave] Festus *gustave*: quod malim. Docti viri gestum auium ad tripudium solistimum referunt: sed, meo iudicio, non bene: nam ad augurium ex auium volatu referri debet: non enim volatum tantum obseruabant, sed & quomodo se gererent in volando. Inde illa auium diuisio in disciplina augurali, alias auspicium facere ore: alias ore & alis: alias volatu & alis.

Augusto augurio]

Septingentesi sunt paulo plus aut minus anni,

Augusto augurio postquam incluta condita Roma.

Cap. VIII. *Dis cunctatus an proximas legiones imploraret*] Velleius H, 59: *Cui ut est nunciatum de cade annunculi, cum protinus ex legionibus centuriones suam suorumque militum operam ei pollicerentur, neque eam spernendam Salvidienus & Agrippa dicerent &c.*

Id consilium ut præceptum immaturumq, omisit] Plautus *incoctum* simili translatione:

Eccere autem, capite nutas: non places quod repperit:

Quicquid est, incoctum non expromis, bene coctum dabit.

Vibe

Urbe repetita hereditatem adiit] Quam tamen Brundisii iam creuerat, & nomen Cæsaris vsurpare cœperat. *Dio & Appianus. vide Ciceronem ad Att. lib. XIV epist. XII.*

Dubitante matre] Cui persecutionem conspiratorum dis-
suadenti appositissime respondit versu Homérico:

Αὐτῆς πεδναίω, ἐπεὶ ἐκ ἀρ' ἔμμελλον ἐταίρω

Κτεινομένω ἐπαμύνοι.

Cum Antonio per duodecim fere annos] tribus demtis men-
sibus: ex a. d. quintum Kal. Decemb. A. V. C. DCCXI ad a. d. III.
Non. Sept. anni DCCXXIII.

Cap. IX. Neque per tempora, sed per species] *Velleius Pater-
culus I, 14: Facilius cuiusque rei in vnum contracta species, quam diuisa tem-
poribus, oculis animique inhaeret.*

*Cap. X. Nihil conuenientius ducens, quam necem auunculi vin-
dicare*] *Paulus I. C. omnes heredes vel eos qui loco heredum sunt, officiose
agere circa defuncti vindictam conuenit. Vide in Dig. & Cod. De his qui-
bus vt indignis hereditas aufertur.*

Et quia prauisum periculum subterfugerant] Non hoc dicit:
Brutum & Cassium veritos Octauium, vrbe discessisse: nam Romam
ante deseruerant metu Antonii. pnto igitur Octauium per milites
Cæsarianos infidias struxisse illorum vitæ, quo tempore Antii erant
& per Italiam vagi errabant, vt ex *epistolis Ciceronis* apparet.

Legibus aggredi] *Lege Cornelia de sicariis aut Iulia de vi
publica, aut Iulia maiestatis.*

Ludos autem victoria Cæsaris ipse edidit] *Matio curante. ipse
Matius epistola ad Ciceronem: At ludos quos Cæsaris victoria Caesar ado-
tescens fecit, curauit. At id ad priuatum officium, non ad statum Reipub. per-
tinebat. Vir doctus refert ad Palilia, quibus celebrata ex Scto me-
moria Cæsarianæ victoriæ de Pompeii liberis in Hispania victis:
sed falli eum ex Ciceronis epistolis intelligimus. Dies Paliorum
fuit XI Kal. Mai. Hoc veto ludos adhuc parabat Matius XV Kal.
Iun. nec nisi aliquanto tempore post sunt editi: sed varios ludos in
memoriam victoriarum Cæsaris fuisse celebratos docent *Dionis* ali-
quot loci: & *Appianus* quoque *Ἐμδουλίων lib. II* decretum est, inquit,
δύσειν ἢ πόλιν ἀνά ἕτη ἑκάστον, αἷς αὐτὸς ἡμέρας ἐν ᾧ διατίξισον ἐνίκα.*

Non audentibus facere quibus obrigerat id munus] *Dio, lib. XLV
de ludis Veneris Genitricis, quos edidit Octauius mortuo auun-
culo:*

culo : καὶ μετὰ τὸ τοῦ Ἰαννίου εἶναι τὴν τῆς Ἀφροδίτης ἐμπορίαν καταδειχθῆσαν ἢν ὑποδείξαντο πνεύς ζώντες ἐπὶ τῆς Κασσίου ἐπιελέσειν, ἐν ὀλιγοῖσι ὡς τῶν πᾶσι καὶ τῆς Παιελίων ἱστορομίαν ἐποιήσαντο, αὐτὸς τοῖς οἰκείοις τέλεισι διέθηκε.

In locum Tribuni plebis forte demortui] Sic & Appianus loquitur : ἦν δὲ δημόρχων πνὸς ἀποθανόντων. neuter videtur de Heluio Cinna intellexisse : nec potest, nisi fallor.

Candidatum se ostendit] Sic Pithœi cod. Lislai & quidam editi : Viterb. ac plerique alii *candidatum petitorum se ostendit*. Legebam *candidatus petitorum se ostendit*. Quod ait Suetonius, *necdum senator*, de eo vide ad cap. XL.

Ac ne publicum quidem & translaticium ius] *Ius translaticium* Græcis ἐγκυκλίον δικαίον : quasi ordinarium, in quotidiano usu positum. Demosthenes in Aristogitonem oratione priore : ἡ δὲ τῆς ἰσον, ἡ δὲ τῆς ἐγκυκλίαν δικαίων μετρίαν διδόναν οἱ νόμοι.

Hortantibus itaque nonnulli percussores ei subornavit] Videtur Octavius velle excusare, quum ait aliorum hortatu id ab eo factum. Ceterum de his insidiis non eadem omnes tradunt. Velleius plane factum negat II, 60 : Mox, inquit, Antonius, velut insidiis eius petitus, scelestè insimulare cœpit : in quo turpiter deprehensa eius vanitas est. Appianus vero etiam modum earum narrat ex verbis Antonii : corruptos nempe fuisse aliquos ex ipsius satellitibus. Cicero ad Cornif. lib. XII ad fam. Rerum urbanarum acta tibi mitti certo scio : quod ni ita putarem ipse perscriberem : inprimis, Casari Octaviani conatum. de quo multitudini fictum ab Antonio crimen videtur, ut in pecuniam adolescentis impetum faceret. Prudentes autem & boni viri, & credunt factum & probant. Seneca de clementia I, 9 rem ponit ut certam : Divus Augustus, quum hoc ætatis esset quod tu nunc es, duodevicesimum egressus annum, iam pugiones in sinu amicorum absconderat : iam insidias M. Antonii Cos. latus perierat. Quod ait Seneca, Octavius id ætatis iam pugiones in sinu amicorum abscondisse, vereor ne sit ὡς τῆς ἰσορίας in gratiam Neronis ἡδισταδέν. nam id neque vllus è veteribus tradit : neq; aut Casaris in cuius potestate ille erat, aut ipsius Octavii moribus, quibus adhuc esset usus, conuenit.

Periculum inuicem metuens] Velleius : C. Casar iuuenis quotidianis Antonii petelatur insidiis.

Cum Hirtio ac Pansa qui consulatum acceperant] Hisdem Kal. Ian. & inierunt isti consulatum, & Sctum est factum auctore Cicerone, quo hic honos Octaviano delatus. *Velleius* vocat *Coss. designatos*: incogitanter.

Sine paludamento] Hoc erat ἥπιος & turpis fugæ argumentum: nam in summo periculo aut fuga soliti duces paludamenta & omnia insignia honoris ponere. *Appianus lib. V* loquens de eodem Octavio in Sicilia periclitante de vita: ὁμοίῃ τῇ ἀδελφικῆσι τὰ στρατηγικὰ σημεῖα ὡς ἐν κινδύῳ· μάλιστα ἂν ἀπέδυτο. *Idem* alibi de Sexto Pompeio: καὶ ὁ Πομπηίου ἐν ὁδῷ περὶ τὴ μεταγνώμης τῆ πύθουμένου τῆ ἰσότητος ἠδ' αἴξεν εἰς ἰδιώτην. & exempla plura apud *Plutarchum* & *Dionem*: libro XLIX de Sexti Pompeii fuga loquens, τὸ σιδῶν αἰτῆ τὸ στρατιωτικῶν ἀπέδυτο. vbi suspicari aliquis possit scribendum στρατηγικῶν: sicut paullo post de eodem τὸ ἄμα τὸ στρατηγικῶν ἀνέλαβε. Sed verius nihil mutandum: nam etiam *lib. LIII* duobus locis *στρατιωτικῶν* ἑστὶν est paludamentum. *Cæsar III De bello civ. 96*: Pompeius iam cum intra vallum nostri versarentur, equum nactus, detractus insignibus. *Imperatoris, decumana porta se ex castris eiecit. Horatius* de Antonio: Terra marique victus hostis, punico lugubre mutavit sagum.

Non modo ducis sed etiam militis fundum munere] *Amthian. Marcellinas lib. XXV c. 13*: Corporis munus à milite, ab imperatore vero animi posicitur. *Onofander*: στρατηγῶν γνῶμη πλεον ἰσχυρὴ βίωμα. sed hæc ad *Polybium*.

Aquilifero legionis suæ] Quæ hæc Cæsaris propria legio? nam certum est eum iulium esse comparato à se exercitui præesse, qui tribus minimum legionibus constabat. An legendum legionis III? nam ab ea scriptura proclivis in hanc declinatio: An potius *legionum una* hoc est *vnus*? nam prius scriptum fuisse videtur *legionum una*. Id nisi sit, *Torrentio* assentior.

Aquilam humeris subiisse, diuq; portasse] Quod sane mirum: nam & signa militaria scimus fuisse tanti ponderis, vt iis portandis vix valentissimi humeri sufficerent: & Octavius nec ætate ea tum fuit, nec lacertis illis, vt sine maximo conatu par oneri esse posset. *Herodianus (lib. IV cap. 7)* in Caracalla vt arduum & rarum notat, quod suffecerit baiulandis interdum signis, dum per omnia militibus suis vult facere se æqualem. Verba eius insignia: ἔστ' δὲ ὅτε καὶ τὰ τῆς στρατοπέδων σύμβολα, ἐπιμήκη ὄντα καὶ χυσοῖς ἀναθήμασι πολλοῖς κα-

κορημένα, μάλιστα ἄπο τῶν γενναιοτάτων στρατιωτῶν φορέμενα, ἐπὶ τοῖς ὤμοις ἔφε-
 ρεν αὐτοῖς. i. e. aliquando etiam signa militaria, qua & praelonga sunt, &
 multum donariis ornata, ut illa vix validissimi gestent milites; ipse hume-
 ris imposta ferebat. Auctor historia Miscella lib. XI c. 8 de Constantini
 labaro loquens: Constituit itaque certos signiferos, qui in eo labora-
 rent, quorum opus erat, ut visibus humeris eum veberent, & omnes acies
 ita lustrarent.

Cap. XI. Rumor increbuit ambos operacius occisos] Dio plane
 idem, & Tacitus lib. I, 10 vulgi sermones de Augusto commemo-
 rans: Cæsis Hirtio & Pansa, siue hostis illos, seu Pansam venenum vulne-
 ri affusum, sui milites Hirtium, & machinator doli Cæsar abstulerat. Sed si
 vera sunt, quæ de moriente Pansa apud Appianum legimus, difficile
 creditu est causam mortis ei attulisse Cæsarem. Increbuit autem
 cum gemino r in Memmiano & omnibus melioris notæ libris scri-
 bitur: non increbuit; quæ scribendi ratio apud plerosque auctores
 obtinuit.

Solus victores exercitus occuparet] Viterb. solus victor ex. occ.
 Memmianus & alii victores.

Cap. XII. Ceterosque duces & exercitus consentire pro patribus]
 Nondum constituitur utra lectio vera sit, pro patribus ut reperi in omni-
 bus membranis: an pro partibus ut reperisse aiunt viri docti in qui-
 busdam Mss. & editum est à Roberto Stephano. Consensum pro pa-
 tribus & Rep. fuisse victo Antonio maximum in transmarinis præ-
 fertim provinciis, referunt omnes historici. Velleii verba sunt (II, 62)
 protinus Pompeianis partibus rediit animus. Et notat idem tempori-
 bus illis Brutum & Cassium decem & septem legionum fuisse po-
 tentes. Ideo Antonium, Cæsarem subinde admonuisse quam inimica ipsi
 Pompeiana partes forent: & in quod iam emerfissent fastidium. (II, 65) Si-
 milia his apud alios legas, quæ valent ad stabiliendam lectionem
 pro patribus. Cui fauent imprimis Appiani ista lib. III: τόσα τε πέρας
 ὁ Κæσαρ, ἐπενόει τὰς ἐς τὸ Ἀντώνιον διαλύσεις πυνθανόμενος (adverte caus-
 sam huius consilii) ἢ δὴ τοῖς αἰμοὶ τὸ Βρῦτον ἕκαστος συνήχθει τέλη στρατῶ,
 καὶ χεῖρας ἐπ' αὐτὰ Ἀντωνίου. Rursus si ad verba Suetonii diligenter at-
 tendimus, non possumus alteram lectionem damnare: profusum
 enim videtur ad M. Antonium, Lepidum, Plancum & Silanum re-
 spicere, eosque exercitus, qui in Gallia Cisalpina tum erant. Nam
 & horum magnus fuit pro partibus consensus: quod Velleius, Plin-
 tarchus,

archus, aliique narrant. Inde illa tam subita victi Antonii velut integram restituitio: habuit enim hic quoque eo tempore de quo sentit auctor legiones septemdecim, ut *Plutarchus* scribit. Quare scribi malim *pro partibus*: præsertim quum alterum illud *pro patribus, ἀπὸ τῶν* pro Repub. siue pro optimatibus, quæ erant partes Pompeianæ, sit insolentius.

Quasi alii se puerum] *Dio* de Octavio : ἐκείνῳ ἢ ἐπὶ τε τοῖς ἄλλοις, καὶ ἐπὶ αὐτῷ ὅτι παῖς ἦκεν θινῶς ἀνακλιῶν ἐκ ἀναβολῆς ἐποιοῦσατο. Ita autem vulgo tum Romæ appellabatur. *Atticus* scribens Ciceroni, *In presentia belle iste puer retundit Antonium*. Sed & decreto senatus cautum legimus vere an falso, nequis Octavium vocaret puerum. *Seruius*: HIC ILLVM VIDI IVVENEM; *Cæsarem* dicit *Octavium Augustum*: decreuerat enim senatus, ne quis eum puerum diceret, ne maiestas eius imperii minueretur.

Alii ornandum tollendumque iactassent] *Viterb. ordinandum*. *perperam*. *Velleius* II, 62: Hoc est illud tempus quo Cicero, infito amore Pompeianarum partium, Cæsarem laudandum & tollendum censebat, cum aliud diceret, aliud inselligi vellet. Porro iocum hunc Ciceronis Octavius mox Romam reuersus ad rapiendum magis quam petendum consulatum, non inuenisse ἀντεμυκλήσει. Venienti enim ad se Ciceroni, suaque in illum officia venditanti, respondit non aliter quam ὅτι τῆς φίλων αὐτῷ τελευταῖῳ ἐντυχάνοι, ait *Appianus*: hoc est, quod amicorum nouissimus eius salutaret. sententia acuta & ancipiti.

Nurfinos grandi pecunia] *Dionis* lib. XLVIII in hac historia, cum in aliis parum conuenit cum *Suetonio*; tum in temporis notatione magnæ discordia: vult enim bello Perusino illud accidisse: cui labor ut potius habendam fidem sentiam. Cæterum, vtut habeat de tempore, non est dubium prætextum illum fuisse quem ait *Tranquillus*, non veram causam: quæ non alia fuit quam pecuniæ ad militibus largiendum inopia: quæ res Octavium sæpe ad magnas crudelitates, non ἀεθρημένως sed ἐξ ἀνάγκης impulit.

Extorres oppido egit] *Dio*: ὡς καὶ ἡ χώραν, καὶ πλεῖν πόλιν ἅμα πᾶσαν ἐκλεπέειν. *Mira* scuitia: sed cuius exempla in historia Romana multa.

Cap. XIII. *Nec successum victoria moderatus est*] *Viterb. successu*. non male.

V. ff.

Ut statua Caesaris subiiceretur] Sic factum in Trebonio occiso à Dolabella. Dio: καὶ ἐκείνῳ ἀποκλείνας ἢ κεραλῶν αὐτῷ πρὸς ἢ καὶ παρὰ εἰκόνα ἔριπεν. *Subiiceretur* scripsimus, ut in cod. Viterb. Cuiacii & aliis melioris notæ: non ut vulgo *submitteretur*. Dio ἔριπεν.

In splendidissimum quemque captivum, non sine verborum contumelia famiis] Inuenimus in vno codice *extinxit*. in ea editione Lugdun. quam ex multis, ut ait, Mss emendauit Ant. Francinus scriptum est, *secuit* sine in ante *splendidis*. quæ lectio mire sauitiam Octauii intendit. *secuit* enim, vel ad flagellationem ante supplicium (qui mos in seruis receptus olim) referendum: ut apud *Horat. de Mena*;

Sectus flagellus hic triumuiralibus:

Vel ad quoduis aliud læuæ excarnificationis genus. Sic τήνιν apud Græcos. *Arrianus Dissertationum Epicteti lib. III cap. XXI*: ἕδε γὰρ ἐν οἰκίᾳ χαλῶς οἰκουμένη παρελθὼν πρὸς αὐτὸς ἑαυτὸν λέγει. Ἐμὲ δὲ οἰκονόμον ἴδῃ. οἱ δὲ μὴ, ἕως ἔφαθὲς ὁ κύριος καὶ ἴδων αὐτὸν σεβαστῶς διατασσόμενον, ἑλκυσσας ἔτιμιν. Qui locus valde huic similis est *Matth. cap. XXIV, 50*: ἤξει ὁ κύριος ἢ δόλος ἐκείνου ἐν ἡμέρᾳ ἢ ἐν ὥρᾳ ἢ ἐν γνώσει καὶ ἀπροσμησίᾳ ὡσὺν. Sic etiam Latini *scindere* verbum vsurpant. *Martialis: Mauis Rufe coquum scindere quam leporem*. Et reuera sectio vsurpata olim in suppliciis præsertim feruorum. Princeps poetarum vocat *δαμναίῃσι τήνιν* Ὀδυσ. 5. Tale est Melanthii supplicium Ὀδυσ. χ.

Ἐκ τῆς Μελάνθιον ἦρην ἀνά τὸ ὄρυθρον τε καὶ ἀλλήν.

Τὴ δὲ ἀπο μὲν ῥίνας τε καὶ ἄλλα νηλεῖ χαλκῷ.

Τήνιν. μήδεα τεξέευσαν κωπὴν ὡμὰ δόσσαρχ.

Nota etiam illa è XII tabulis de confessi æris iudicatis nec soluentibus, TERTIIS NYNDINIS PARTEIS SECANTO. apud *Aul. Gellium, Quintilianum & Tertullianum*. Quæ sauitia quia multis mira videtur, exemplis confirmanda est. *Lyfius in oras. pro Callia sacrilegii reo*. μετὰ δὲ πάντα ἐπιδείξεν ὡς ἦν Κιθίων βασιλέα, καὶ περὶ δίδος, ληφοῦς ἰσὺ αὐτῷ ἰδέσθαι. καὶ ἐ μόνον ἢ δάναλον ἐφοβήτο ἀλλὰ καὶ καθ' ἡμέρας αἰκίσματα, οἰόμενος τὰ ἀκρωτήρια ζῶντος ἀποτμηθῆσθαι. Sic *Bæbius Syllæ iussu* in frustra laceratur: ut est apud *Florum & Lucanum*. itera alius senator iussu *Caligulæ*: de quo *Tranquillus libro quarto. Athensaus lib. XII*: ὁ δὲ βασιλεὺς ὅτῃ ποτὲ καὶ ζηλοστυπίας ἢ αὐτῷ γυναικὶ ταῖς αὐτῷ χερσὶν ἀνέτεμε ἢ ἄνθρωπον, ἀπὸ τῆς αἰδέων ἀρξάμενος. *Eusebius lib. X. hystor. Ecclesiast.* ἦδν τῆς πινὲς κρινολέαν ἰσόμενον πλεωντῶν, ξίφι τὸ σῆμα

ἰσὺ πολ-

εις πολλά τμήματα κατακρυβήμενοι. Etiam apud *Socratem lib. VII Hypatia* illa doctissima, μεληδὸν διασπᾶται à furente populo Alexandrino. Vide etiam *1 Samuelis cap. XV*. In *Martyrologis* reperies non paucos qui post alios cruciatus tandem *minus atim sunt concisi*.

[*Verborum consumelia*] Alii codices *verberum*, hoc est, *eiua*.

[*Iam istam in volucrum fore potestatem*] Non ausi sumus mutare, cum ita scriptum sit in Viterb. & aliis optimis codd. — Translatitium est *in potestatem* pro in potestate: & id genus multa apud omnes veteres. Probo tamen magis alteram lectionem, *iam istam volucrum fore potestatem*. atque ita in Memmiano inuenimus.

[*Sortiri vel dimicare iussisse vt alteri concederetur*] Viterb. & vetus Romana ac plerique alii codices ita scribunt: nec displicet. Captiuos ita tractare mos fuit, præsertim Pœnorum. *Valerius Max. lib. IX de Annibale: Quos vero in castra perduxerat, parua fere fratrum & propinquorum iungens, ferro discernere cogebat.* *Appianus* de eodem: ὅσοι ἦσαν ἀπὸ τῆς βουλῆς, ἢ ἄλλων ὁμογενῆς, μονομαχείν αὐτὸς κατὰ τῶν τοῖς λιθυσιν ἠνάγκασι, πατέρας τε ἡοῖς καὶ ἀδελφοὺς ἀδελφοῖς. & alibi *idem*. itemque *Liuius lib. XXI*. At *Pithœi, Lislæi*, alii que, vt pridem *Tur-nebo* obseruatum est, habent *sortiri vel micare*. Ea si placet lectio, notemus loquendi genus: sic enim loquitur quasi diuersa essent *sortiri vel micare*: quum non aliter differant quam vt genus & species. *Glossarium, micare λαγχάνειν*. Sortitionis varii erant modi: micare, de ea dicitur quæ fit per digitos subito expansos sub certo numero. *Nonnus lib. XXXIII* hunc morem eleganter exprimit, describens certamen inter Cupidinem & Hymenæum quos inducit miro iaculationis genere brabeuta Ganymede certare;

— — φιλακρίτων ἢ βολάτων.

λαγμός ἐν μετέπων ἑτερότροπα δὲ πύλα χειρῶν.

καὶ τὰ μὲν ὀφθαλμοὺς ἀνέχετον, ἀλλὰ ἢ καρπῶ

χειρὸς ἐπεσθῆκατο συνήσθη δὲ ζυγὸς δρομῶ.

Hinc dictum est *dimicare*, quod proprie est sorte ac micatione finem imponere controuersæ. deinde accipi cœpit pro tollere controuersiam quoquo modo: sed quia ferro id sæpe fit, propterea pro pugnare ponitur, prorsus vt *λέγειν* & *cernere*. Græci magistri *πυκίτευον* vertunt eleganter: nam proprie dicitur de ea pugna quæ ex rixa inter duos est orta. Fuit autem frequens apud veteres micationis vsus in controuersis: nam etiam in contractibus faciendis si de

pretio aliave qua re non conveniret micatione controuersiam tollebant. sic res in foro, sic carnes de lanio emebantur. Quod tamen postea iure mutatum est, cautumque ut sub exagio, hoc est *αεὶς ὑβιδῶν*, non micatione carnes emerentur. Cuius instituti auctorem facit *versus inscriptio* omnibus nota Apronianum praefectum Vrbi. Eius initium est :

EX AVCTORITATE TVRCI APRONIANI V. C.
PRAEFECTI VRBIS.

RATIO DOCVIT VTILITATE SVADENTE CONSVE-
TVDINE MICANDI SVMMOTA SVB EXAGIO PO-
TIVS PECORA VENDERE QVAM DIGITIS CONLV-
DENTIBVS TRADERE.

Varro de Parmenone: *micandum erit cum Graeco vtrum illius numerum, an ille meum sequatur.* Alludit Varro non ad lusionem, ut volunt: sed ad illam quam notauimus consuetudinem transigendi de pretio in emptione, & id genus aliis, per micationem. Atque hinc potius ortum putem prouerbium, *Dignus qui cum vel in tenebris mices*, quam ex lesu quem aiunt quidam Graecis fuisse familiarem, & ab iis *ἰμάλαζιν ἢ δακίλων* appellatum. somnia mera.

Cum patre qui se obtulerat, occiso] Extat haec historia apud *Dionem*, initio lib. LI. vbi caetera eadem reperias, duo diuersa à narratione Suetoniana. Alterum, quod accidisse hoc ait post Aetiacam victoriam: in quo solennis dissensio est *ὅτι τὸς ἄλλους*: qualem supra notabamus in historia de Nursinis. Alterum est, quod dicere videtur, filium se prius obtulisse neci: nam Suetonius, patrem. Quanquam possumus locum Dionis aliter accipere: non enim nouum, ut τὸτο ad id quod remotius est referatur, & accipiatur simpliciter τὸτο & ἐκείνῳ pro ὁ μὲν, ὁ δὲ. Floros autem nominat ille. Scio clariss. *Torrentium* aliter hunc locum exponere: & ad Egnatios refert, quos *Appianus* ait similiter patrem & filium occisos. Sed qui vtriusque Graeci scriptoris narrationem cum Suetonii verbis contulerit, non dubito eum mihi assensurum: ut taceam Egnatios non bello, sed proscriptione perisse.

Voluntariam occubuisse necem] Memmianus, Lislæi & Pithæi eodd. *voluntariam occubuit necem*. melius. tamen Viterb. aliter aliique.

M. Faonius] Graecis *φαώνιος* dicitur: scribitur tamen apud quos-

quosdam βαρώνι, sed, vt puto mendose: nam in multis dictionibus scriptura Græcorum, præter *Æoles*, dissimulat *Æolicum* digamma. quod Latini exprimunt: *Danus* δαῖος. αὐδὸν, οὐκίτη, αὐδὸν αὐκίτη, λαῖον, λευε, λαῖον λακίτη: ὄτε, οὐκί. & hoc genus sexcenta. In quibusdam aliter. discesserunt enim ab *Æolibus*, & alios Græcos sunt imitati, vt aër, ἀῖρ. at *Æoles* αὐδῆ & eos secuti Syri ʾAuer etſi ʾAuer air quoque ab illis dici scribique non nescio. Quare falluntur docti qui in libris Latinis rescribendum *Faonius* contendunt. Lapis quem profert *Vrsinus*, vbi *FAONIVS* scriptum est, tanti non est: fabрили enim peccato id admissum, vt alia μύεια ὄσα.

Neq; veteranorum neq; possessorum gratiam tenuit] Sunt libri qui habent, *neque v. neque priuorum g. t.* id est singulorum qui per Italiam agris suis deturbabantur. non placet.

Quo tempore L. Antonius] Bellum *Perusinum* sub exitum anni *DCCXIII* conflatum, ineunte anno sequenti est confectum. nam in obsidionis tempus inciderunt *Kalendæ* anni *DCCXIV*. vt *Appianus* narrat. Quem in eo manifestum est falli, quod bellum hoc accidisse putauit vergente iam ad finem prioris triumuiratus quinquennio. secundo enim anno tantum inceptit.

Cap. XIV. Res nouas molientem] Videtur auctorem belli *Perusini* facere *L. Antonium*: cum constet non tam belli causam eum præbuisse, quam *Fulviæ* præbenti secundas egisse. *Florus*: *Semper alias L. Antonii pessimum ingenium Fulviæ gladio cincta virili militia vxor agitabat.* Vbi scripserim, *vxor Antonii agitabat, Et piissimum non pessimum.* hic enim est *L. Antonius*, qui cognomen meruit *PIETAS*, propter insignem pietatem, vt *Dio* ait, in fratrem: vt ego putabam, in *Rempub.* quam ille omni ope annifus est vindicare in pristinam libertatem. Apparet hic eius animus ex historia eorum temporum, præsertim *Appiani*. Sane *Augustus* ipse epigrammatico illo mollissimo quod suorum vni includit *Martialis lib. X* *Fulviæ* vni belli huius causam tribuit.

Saluis fuis] Confer cum narratione *Appiani*.

Cap. XV. Trecentos ex deditiis electos] *Prisca* editio *Rom.* centum demit: scribit *ducentos*. *Dio* totidem adiicit: ἐπὶ τῆς Καίσαρι τῆς πεντήρας ὁσωνύμων ἀχθέντες ἰππεῖς πεδασίται, καὶ βελδίσται.

Ad aram D. Iulio extructam, hostiarum more mactatos] Mos notus ex *Tertulliano*, *De spectaculo*; & *Seruo* ad illum versum,

Vientes rapit inferias quos immolet. ymbriu. Trogi breuiator libro XI, 2 de Alexandro: Prima illi cura paternarum exequiarum fuit: in quibus ante omnia cadu confcios ad tumulum patris occidi iussit. Tacitus de clade Vari, in primo Annal. c. 61. Adiacebant lucio propinquu Barbare are, apud quas tribunos ac primorum ordinum centuriones maclauerant. Sic Spartacus fugitiuus Crixo occiso trecentos e captiuis Romanis imolat: auctor Appianus I' Εμφυλ. Sic Sulla C. Marium occidit, pertractum per ora vulgi ad sepulchrum Lutatia gentis, ait Valerius IX, 2, 1. Idem factatum à Carthaginensibus. Polybius lib. extremo: Quod ait, hostiarum more, non tenere adiectum. Seneca de clementia I, 9 :: Ergo non dabit pœnas qui tot ciuilibus bellis frustra petitem caput non occidere constituit, sed immolare? Valerius Max: Damaspipi iussu principum ciuitatis capita hostiarum capitibus permista sunt. Alibi de Q. Pompeio Cos. Ambitiosi ducis illecebru corrupti milites, sacrificare incipientem adorti, in modum victimæ maclauerunt.. Linius lib. VII, 5 : Nec in acie tantum ibi cladis acceptum quam quod CCEVII milites Romanos captos Tarquinienses immolarunt : qua fœditate supplicii aliquanto ignominia populi Romani insignior fuit: idem libro XXV: pecorum modo inulti trucidantur. Sic apud Philonem contra Flaccum iepciς γέγονοι κερεινθῆνας. Cur tantæ ignominia hoc mortis genus haberetur, modus efficiebat, quem aperit paucis verbis Florus lib. II cap. V. Legatos quippe nostros, ob ea quæ deliquerant iure agentes, nec gladio quidem, sed vt victimas securi percussit. Olim securi tantum fontes puniebantur: postea etiam gladio: hoc supplicium illo lenius & honestius visum: ideo in militem animaduersum à Caracalla qui Papinianum securi occidisset, iussus gladio. Victimæ autem comparantur securi percussi, quia & illæ secespita, & hi securi, humi strati feriebantur. Appianus, ὃ Σκισίων τὸς εἰς τὸ μέσον ὄρα θέντας αἰκισάμεν: ὃ καὶ μᾶλλον αὐτῶ τὸς ἐκ ἐρήσαντας ἐκέλευον τὸς ἀρχένας ἀπάντων ἐς τὸ ἔδαφ ὃ παλάοις θεροσθέντας ἀποτμηθῆναι.

[*Conspecto eum ad arma isse*] Miram & nos varietatem hoc loco offendimus. Viterb. *conspicato*. Lislæi, *conspetto*: Vetus Romana, *eum ad arma isse ex proposito*. in aliis, *consulto*: puto rectum esse, *conspetto*. nam ita quoque *Cuiacii libb.* & *Memmianus codex.* *At competto*, quod *Lipso* placet, non possum probare. est enim *ἐκ συνδύμα?*, quod huic loco non conuenit.

Cap. XVI. *Sed diu traxit intermissum [sapius]* Annos septem circiter: liquet ex sequenti descriptione: quam ad Suetonii & historię lucem visum pro bono subicere.

A. V. C. DCCX. Occiso Cæsare incipit Sext. Pompeius in Hispania tum latitans emergere: Afinium Pollionem prælio fundit: cum Lepido paciscitur de relinquendis Hispaniis, si bona paterna recipiat: probat Senatus & C. s. Antonius.

A. V. C. DCCXI. Bellum Mutinense: Sextus Pompeius ex Hispania reuertitur: à Senatu in bona paterna restitutus, maritimæ oræ præficitur: lege Pedia inter conspiratos damnatur: partem Sicilia occupat: proscriptos & fugitivos suscipit, magnum modum legionum efficit.

A. V. C. DCCXII. Sex. Pompeius totam Siciliam in suam potestatem redigit: Octavius in Macedoniam cum classe tendens per se & Saluidienum Rufum eum aggreditur, ac saltem oram Italiæ ab eo defendit. Belli Siculi hæc initia.

A. V. C. DCCXIII. Pompeius occupatis bello Philippenfi Octavio & Antonio, maria infestare, & omnes Italiæ oras vexare non cessat.

A. V. C. DCCXIV. Octavius expeditionem in Gallias destinans, pace frustra tentata cum Pompeio, per Mutiam ipsius matrem, M. Vipsanium Agrippam bello Siculo præficit. Pompeius Italiam incursionibus vastat: urbem fame premit. Hoc anno fœdus iteratum inter III viros Octavium & Antonium, qui in Italiam ex Asia venit: & cum collega societatem belli contra Pompeium iniiit.

A. V. C. DCCXV. Colloquium & fœdus ad Misenum promontorium inter Octavium, Antonium & Pompeium. Sicilia & Achaia Pompeio in pacis fœdere conceduntur: eius filia M. Marcello Octaviæ F. despondetur.

A. V. C. DCCXVI. Menas à Pompeio ad Cæsarem transfugit: bellum Siculum serio recrudescit: Antonius accitu Cæsaris Brundisium vsque venit: inde statim soluit, reuertiturque in Græciam, prodigiis territus. Pompeii classis Cumas in Italia occupat, aliaque in ea ora, ducibus Menecrate & Apollophane. Octavius cum Sabino & classe sua Rhegium venit: præliis navalibus inter eos varie pugnatum. Cæsari classis pars maxima qua vi hostium,

qua tempestatibus, & quidem ætate, perit. Res Pompeii Menecratis ducis iactura valde labefactata.

A. V. C. DCCXVII. Superioris anni finis, & hic totus, à Cæsare impenduntur in paranda classe & exercendis copiis: eique negotio præficitur M. Vipsanius Agrippa.

A. V. C. DCCXVIII. Menas redit ad Pompeium, eum denique mox iterum deserit. hoc anno Cæsar adiutus Lepidi copiis, terra marique in Sicilia & ad Siciliam Pompeium oppugnat tandemque expugnat, & in fugam se dare compellit. Dio, Appianus, cæteri.

Modo reparandarum classum causa] Refer ad annum DCCXVI & sequentem.

Et quidem per ætatem] Non sine causa notat. nam neque solet fieri in illo mari: & calamitas Cæsaris eiusmodi fuit, ut confessione omnium ira Deum aduersus ipsum, fauore aduersus Sextum accidisse videretur. propterea *ἰχθυόωσι* miser Sextus, vitio vsus humani ingenii. Itaq; ergo nihil iam hominis spirans, Neptuni filius & dici & credi voluit.

Modo pace facta] A. V. C. DCCXV. & nota *ὑπεροχίας*.

Et ad remum datus] Non in pœnam ne erres: sed simpliciter intellige factos remiges, nam aliud sonat vulgo hoc loquendi genus.

In quo quum hyeme tota copias exercuisset] Ex historia apparet sesquiannum in hunc apparatus fuisse consumptum. Non placet tamen lectio quam profert & probat *Torrentius*, *hyemes totas*: neq; enim verum est Octauium plures hyemes copias suas in portu Iulio, de quo Suetonius intelligit, exercuisse. *Dionem* vide.

Inter Mylas & Naulochum] Ultimo anno belli Siculi duobus magnis præliis naualibus res est confecta. Alterum apud Mylas habitum, alterum ad Artemisium. Is locus non procul Messana aberat, vbi copias suas Pompeius habuit in nauali, quod *φειρώνιμος* Græci *Ναυλόχος* vocant, ut *Appianus* bis, Sueton. *Naulochum*. Fuisse eum locum Messanæ nauale, ut erat Gythium Sparta, Cenchrea Corinthi, ex collatione *Strabonis* & *Appiani* satis liquet. Dio non nominat diserte, sed de Naulocho intelligendum quum scribit *lib. XLIX.*

οἱ δὲ Σίξου ἀπὸ ἐν τῇ οἰκίᾳ ναυλοχῶντος ὕδην ἐδίωκτο ἀνιέναι.

Verum supinum cœlum intuentem stupidum cubuisse] Ita legendum, non supremum cœlum. Obiicit Octavio Antonius ignaviam, simul & *δεισιδαιμονίαν*. quod quando in acie stare debebat, lateret supinusque cœlum intueretur, vota solum diis firmdens. Alludit enim ad morem eorum qui vehementissime aliquid à Deo peterent: supini quippe orabant, & ut ait *Horatius*, cœlo supinas ferebant manus. Ideo negat *Prometheus* apud *Æschylum* se

— — — *Ἠπλύον γνήσιδαι
καὶ λιπαρῆτιν ἢ μέγα συγκύματον
Γυνακομίμοις δεισιδασσιν χερσόν.*

Heliodorus lib. IX *ἑλίας τὰς χεῖρας πρὸς τὸν οὐρανόν εἰς ἰκασίας ἔμψασεν.* Possimus & ita hanc vocem interpretari ut apud *Iuvenalem*:

Et multum referens de Maccenate supino.

Addit *stupidum*, id est, *ἄπο θεῶν ἄφρονα*. / In *Viterb.* erat *incubuisse*.

Militibus in conspectum fuisse] Emendavimus ex *Viterb.* & *Cur-iaciano*. nam male vulgo etiam *Mss.* *venisse*. Corruerunt qui non observauerant elegantias præfici sermonis. Est autem *fuisse* positum pro *venisse*. Græci *ἔδρα γνήσιδαι*, vel etiam *γνήσιδαι*. *Eustasius* in *Ἑρωπιῶν βιβλίῳ sexto*: *Ἐν τῷ δωματίῳ. Ἰθὺς ἐν ἔξαρῆσιν, ἢ βαπτίης κὺ πῶς τὸ δωματίον γέρνει.* *Abi in cubiculum: illa igitur è mensa statim surrexit, & in cubiculum venit.* Sic sæpe ille scriptor, & alii & meliores eo multo & vetustiores: contra *venire* τῷ esse locum sæpe obtinet, præfertim apud poëtas. Sic fieri accipit *Apuleius Milesiadv X.* *Hæc ut primum ante iudicio conspectum facta est.* sed & *facere se* pro *venire*, aut *sistere* ponebant. *Apul. inisio V: intra limen sese facit.* Nam mali critici sunt, qui putant mendosum & mutant. *Terentius: Huc te fac,* pro *veni*, vel *accede*, ut explicat *Donatus*. Affinis significatio verbi *ποιῶν* apud Græcos, ut in *Actis*, *ἔξω ποιήσατε τὰς ἀποστόλους*, quod *poëtes* ad verbum interpretari, *facite extra apostolos.* *Aristoteles in Oeconom.* *τὰς ἀποσταλέντας ἐς φυλακὴν ποιήσας.* *Cedrenus*, *Θηοτὺς φαίδραν ἀπὸ ὀψέως ἐποίησεν.*

At die Circensium proximo] Vide *Dionem* in *actis* anni *DCCXIV.*

Pompe simulacrum Dei detraxeris] Alludit ad hanc historiam *Iulianus in Cesaribus*: *ὅτι ἢ Ὀκλαβιανὸν, αἰτ, ἢ ὕδραν ἔφερον ὁ τῷ Ποσειδῶνι θεοῦ πικρῶν ἔπιματρῶν αὐτῷ ἢ ὕδατος ἔλασων δὲ ἢ χερσόν, ἄλλως τὴν καὶ μαθησιακῶν αὐτῷ ἢ εἰς ἢ δὲδὸν ἑπισηφαιίας.*

Tran-

Traiecto in Siciliam exercitu] Eo bello quod gestum est anno DCCXVI. Historiam hanc diligentissime exponit Appianus, sed paullo aliter.

Cum partem reliquam copiarum continenti repeteret] Ita Viterb. & alii optimi codd: quidam tamen, *cum ad partem reliquam copiarum continentem repeteret*: quæ lectio planior. atque ita in editione Rob. Steph.

Dolens proscriptum olim ab eo patrem Paulum] Is est opinor cuius nomen refert in proscriptorum album, & eadem narrat Appianus lib. IV. etsi Æmilius illi tantum dicitur.

Circius in perpetuum relegauit] Orosius: *Lepidus supplex Casari factus vitam & bona impetrauit, perpetuo emendatus exilio. longe mitius ut plerique alii narrant. Velleius hoc tantum: vita rerumque suarum dominium concessa ei sunt: spoliata quam tueri non poterat, dignitas. Dio in Italia fuisse habitum non sine custodia: Appianus aperte Suetonio repugnat; vult missum à Cæsare non in exilium, sed Romanam, ut priuatus degeret, Pontificatu maximo, quem gerebat, contentus, Εμouλιω lib. V. Et alibi quoque idem Romæ eum in summa ædificia esse versatum narrat, de Lepidi junioris & matris coniuratione in Augustum loquens lib. IV. Mihi hic Appiani suspecta fides: nam Dio anno demum DCCXXXVI. duodecimo post conspirationem anno, ab Augusto in urbem retractum, auctor est: nisi dicamus post mortem filii, non necessitate, sed voluntate sua in agros secessisse & solitudinem: quod videtur innuere etiam Dio.*

Cap. XVII. *M. Antonii societatem*] Fecerant ineptissime qui superioribus ista coniunxerant.

Reconciliationibus variis male focillatam abrupte tandem] Dicitur est elegantissimum Appiani de Octauid & Antonio: *Κυρεχθὲς ἢ αὐτοῖς ἢ μεταβολὴ πρὸς τὴν πατρὸς ὑπομνήσας ἐν φιλαργίας, καὶ ἐς τὰς πίστεϊς καὶ χερείας. Afferemus & huic loco lucem ex notatione temporum.*

A. V. C. DCCX. cædes Iulii: reditus Octauii ab Apollonia, & cum Antonio contentiones variæ in urbe. Antonius tandem urbem relinquit.

A. V. C. DCCI. Bellum & pax Mutinensis: fœdus factum inter Cæsarem & Antonium affinitate confirmatur, Clodia Fuluix filia ex primo marito, (tres enim habuit) Octauid desponsata.

A. V. C.

A. V. C. DCCXIII. Cæsar Romam reuersus ex bello Philippensi, exorta cum Fulvia socru similitate, Clodiam dimittit adhuc virginem. Perusinum bellum.

A. V. C. DCCXIV. Cæsar & Antonius Brundisii conveniunt: reconciliantur affinitate redintegrata per Octaviam, quæ Antonio nubit: Romam simul ingrediuntur: Antonius redit in Asiam.

A. V. C. DCCXV. Antonius iterum venit in Italiam, & ad Misenum promontorium, cum Octavio depositis similitatibus fœdus renouat.

A. V. C. DCCXVI. Antonius ex Græcia reperit Italiam, specie opem ferendi Cæsari contra Pompeium: sed portento territus, priusquam Cæsarem alloqueretur, Brundisio soluit.

A. V. C. DCCXVII. Antonius tertio redit in Italiam: amicitiam cum Cæsare Tarenti redintegrat, & tertiam cum eo iungit affinitatem, desponsa Iulia Octavii Antyllo filio suo. Inde abit in Asiam, & bellum Persicum.

A. V. C. DCCXIX. Octavia cum muneribus & legionibus ad Antonium reducem in Ægyptum ex Armenica expeditione tendit: Antonius eam domum redire iubet, amore Cleopatraz occupatus.

A. V. C. DCCXXI. Reuerso Antonio ab expeditione Armenica in Ægyptum, recrudescunt similitates inter eum & Cæsarem, frustra tentata pace amicorum intercessione.

A. V. C. DCCXXII. Inimicitia inter Cæsarem & Antonium crescunt, Octavia suas res habere iussa: Antonius hostis populi Rom. appellatus, vel Cleopatra potius.

A. V. C. DCCXXIII. Hoc anno a. d. IIII Non. Septemb. victus Antonius ad Actium, sequestri perit.

Male focillatam] Sic omnes nostri: nec mutanda vox elegans *focillatam* aut *focilaram* vno l. sic enim scribitur in Turonensi. Glossarium *focilar* *δοπλῆτα*. Lucanus seu quis alius ad Pisonem, ex veteri lectione: *sed miserum parna stipe focilar*. Varro, focillor aliter quam Suetonius usurpavit, *De vita populi Rom. lib. II: Propter res secundas sublato metu non in commune spectant: sed suum quisque diuersimodum focillantur*. Proprie *focillare* est ægras fauces lana apposita

posita fouere, vt fuit moris. contra *effocare* dicimus fauces premere ad perniciem.

Degenerasse eum à civili mora] Intelligit facta Antonii contra maiorum instituta & grauitatem Romanam, quæ pluribus explicantur ab historicis. Vide *Dionem initio lib. L.*

Testamentum aperiendum recitandumque pro concione curauit] De hoc Augusti facto equidem sic existimo, vt inter exempla magnæ cuiusdam immanitatis referendum censeam. Primum quia contra ius naturæ est, vt rebus alienis nos immisceamus, quæ ad nos nihil pertinent: neque id solum, sed etiam si vel maxime ad nos pertinerent, humanitatis tamè lex est, multa nescire velle. Inde est quod in cælum tolluntur laudibus, Athenienses, Pompeius, Iulius Cæsar, Antonius & alii, qui hostium suorum literas in castris repertas, aut alio casu captas, legerè noluerunt. Simili ratione, paulo qui sit humanior nemo, delatorum voces admittat. Multo minus æquum videtur, quæ sit alicuius viuientis valentisque voluntas, super iis quæ post mortem suam fieri velit, fatagere. Itaque ait *Plutarchus*: vilium hoc factum ἀλλότριον ἔχει δεινόν. Deo quoque ἐξ ἑρῶν ἡδὲ γυμνασίου vocat. Amplius dico, capital admissum si æstimeretur hoc factum legibus Romanis: teneretur enim pœna legis Corneliæ, de falsis leg. I. D. Ad legem Corneliam de falsis. leg. XXXVIII. D. De pœnis. Taceo violatam deorum religionem quorum sacerdotibus sanctissimis, virginibus Vestalibus, Antonius hoc testamentum commiserat: neque illæ sane prodiderunt: sed maiori vi quia reniti non poterant, inuitæ cesserunt. Non me fugit quid pro Augusto dici queat: sed verius hoc nihil quisquam dixerit: voluisse illum in odium & inuidiam Antonium adducere. Erant autem capita testamenti Antonii, quæ maxime exagitauit Octavius, hæc tria. Primum, quod Cæsaroni redderet testimonium, quasi filio Cæsaris naturali & legitimo: quum is è matrimonio ortus non legitimo, iure ciuis esse non posset, sed peregrinus tantum: proinde capere quidquam de bonis ciuis Romani non poterat. Alterum, quod reliquos Cleopatrx liberos summis affecisset elogiis & honoribus, iisque plurima contra leges reliquisset. Postremo, quod iussisset corpus suum, vbicumque mori ipsi contigisset, Alexandriam deferri, & cum Cleopatra, quandoque fato functa, sepeliri.

Quod

Quod in Roma etiam] Testamentum Antonii factum est Alexandria, sed pluribus exemplis: eorum vnum ibi custoditum, alterum Romam missum. vide *Dionem*. Non igitur satis apte aut vere nosse reliquerat: nam dubium non est, quin post ea tempora scripserit Antonius id testamentum, quibus notissime in vrbe fuit.

De Cleopatra liberis inter heredes nuncupati] Scripta lectio, & de *Cl. lib.* sic optimi quique codd: an verum est? *quod in Roma etiam de Cleopatra, & de Cleop. lib.* neque enim de liberis tantum Cleopatra in testamentis sui tabulis egerat Antonius; sed multo etiam pluribus de ipsa Cleopatra: vt cum illi bibliothecam regum Pergami, velut legati iure, donabat; & cum corpus suum, vbi-cunque ipsi contigisset mori Alexandriam mandabat deferri, vt eodem tumultu cum Cleopatra conderetur. lege *Plutarchum & Dionem lib. I.*

Et Ti. Domitium] Omnino, vt erudite Torrentius observavit, *Domitium* vel *Cn. Domitium* scribi debet: tamen scripti libb. omnes ita habent.

Bononiensibus quoque] Contrarium plane affirmat *Dio*: eum vide. Ego suspicor *Dionem* in hac historia lapsum, quum non satis intelligeret, quid esset, Bononienses in clientela Antoniorum antiquitus fuisse: propterea dixisse Antonium fuisse Bononiæ *Nisur.* quod falsum puto.

Gratiam fecit coniurandi pro partibus suis] Respexit ad hanc historiam *Ovidius Trist. lib. I*:

Sæpe fidem aduersis etiam laudavit in armis:

Inque suis amat hanc Caesar: in hoste probat.

Et alio loco eiusdem libri:

Sed tamen in duris remanentem rebus amicum,

Quamlibet inuiso Caesar in hoste probat.

Nec solet irasci (nec enim moderatior alter)

Cum quis in aduersis, si quid amavit, amat.

Potes referre & ad historiam T. Vinii Philopœmenis, de quo cap. XXVII.

Nauali pralio apud Aëgium vicit] a. d. IV Non. Sept. A. V. C. DCCXXIII. ætatis suæ XXXII. diebus demptis XXII. Atque ab hoc principio numerati anni imperii Augusti, inquit *Dio*. Sed

notum est, docente eodem Dione atque aliis, non idem initium imperii Augusti omnes constituisse.

Ab Actio cum Samum insulam in hiberna se recepisset] Augustum traiecit in Asiam mox à victoria Actiaca testatur Dio lib. LI. Venisse Samum Ionicam, ex iis colligimus quæ narrat Appianus lib. IV. de duobus Metellis proscriptis, patre & filio. Ait ibi. Cæsarem in hac insula διακείναι τὴν ἀρχυαλάτους. Venit eodem & anno post, confecto bello Alexandrino, quando V consulatum ibi suscepit, & idem postea bis quum Græciam & Asiam lustraret. Vide Dionem in rebus gestis anno DCCXXXIV. meminit & Strabo lib. XIII.

Inter promontoria Peloponnesi atq; Ætolia] Inter Rhium opinor & Antirrhium, qui erat brevissimus simul & æstuosissimus ex Ætolia in Peloponnesum traiectus.

Nec amplius quam septem & viginti dies] Dio tamen ait triginta & ἑβδόμη αὐτῆς τριακῆς μετὰ τὸ ἀφίξειν ἡμῶν ἀπὸρ. Ad hanc celeritatem respicit Germanicus apud Tacitum I Annal. 42: *Dium Augustus vultu & aspectu legiones Actiacas exterruit.*

Donec desideria militum ordinarentur] Viterb. & Cuiacii codd. *Donec & desid.* Pithœi, Turonensis, *donec ad de.* quam lectionem probat idem ille Cuiacius in obseru. lib. de quo statuat per me eruditus elector. *Desideria* sunt ἀξιώσεις. sic apud Tac: *desideria militum & desideria legionum* apud ICTos aliquando pro libellis supplicibus, ut infra cap. LIII. *adeuntium desideria excipiens.*

Viditq; mortuum] Non aliter Mss. recte prima editio, *viditq; mortuam Cleopatram.* Dio fere ad verbum τὸ τε σῶμα αὐτῆς εἶδε, & φέροντα αὐτῷ & Ἰσίδωρος εἶπὸς ἀνασφάλλειν περὶ τὴν νεκρά.

Quod periisse morsu aspidis putabatur] Præter historicos Galenus historiam mortis Cleopatrae fufè narrat, in libro de theriaca ad Pisonem. Quum autem tres ibi dicantur esse species aspidum, ptyadem, terrestrem, & chelidoniā; quo genere perierit Cleopatra non dicit Galenus. Solinus & Isidorus hypnalen appellant.

Quem ex Casare Cleopatra concepisse prædicabat] Vulgo ex Casare patre. Sic alibi ut cap. XLV. hic tamen Mss. vocem *patre* non habent.

Cap. XVIII. *Conditorium & corpus Magni Alexandri*] Quid appellat conditorium? an quam Strabo lib. ultimo πύλον? Ea erat arca olim ex auro, postea è vitro, in qua servatum Alexandri M. corpus.

corpus. Sic ait Plinius lib. XXXV. *defunctos multos scilicet dolis condi voluisse.* Inde conditorium, *θήκη, λάβραξ.* An potius quem Strabo *περίβολον* vocat, intelligit? Locus fuit vrbe media, sepulturæ regum destinatus; quem vocari ait Strabo *Σήμα*. Sic enim legimus non *Σώμα*: vt habent etiam manu exarati. Didymus in prouerbio *θύτος ὁ σφάκλις. ἐν μίση τῆ πόλει μνήμα ὁ οἰκοδομίας ὁ νῦν Σήμα καλεῖται, πάντας ἐκεί τὸς πατέρας σὺν αὐτῇ κατέθετο, καὶ Ἀλέξανδρον τὸν Μακεδόνα.* Atque hoc melius. Petronius, *iacuerunt ergo vna preclusis conditorii foribus.* Seneca, *conditium* pro eo dicit epistola LXII & LXXXIV. Plinius vterq; *conditorium*. Ammianus Marcellinus libro XVIII: *conditorium muralium tormentorum* pro *ὀπλοθήκη*. Cæterum fuisse in media vrbe Alexandria conditorium Alexandri, etiam ex hodierna specie illius semirutæ vrbs potest constare: si vera sunt quæ leguntur apud Leonem Africanum, non contemnendum scriptorem; cuius verba sunt è libro VIII in descriptione illius vrbs: *Neque pratermittendum videtur, ait, in medio Alexandria rudetum, ediculam instar sacelli constructam adhuc superesse, insigni sepulcro, magno à Machumæani honore affecto, memorabilem, quo Alexandri Magni corpus summi Propheta ac Regis velut in Alcarano legunt afferuari contendunt. Concurrit autem ingens eo peregrinorum vulgus in longinquis etiam regionibus, colendi ac reuerendi sepulcri gratia, cui quoque magnas frequenter largiuntur elemosynas.* De eodem conditorio vide quæ scribit Suidas in Seuero Sophista.

Floribus aspersis] Pars Mss. *aspersum.*

Num & Ptolemaum] Torrentius corrigit *Ptolemaum*. Placet: nisi intelligas de Ptolemæo Lagi, qui fuit regni illius conditor, & supra omnes insignis.

Vrbem Nicopolim apud Actium condidit] Apud, id est, è regione. Græci modo *πρὸς τὴν Ἀκτίαν*, modo *πρὸς τὴν Ἀκτίαν*. Sinum Ambracium ingredientibus ad dextram est Actium, vetustissimū Apollinis templum ab Augusto instauratum, & magnis reditibus ditatum: ad sinistram Nicopolis, libera ciuitas, Augusti opus & *κτίσμα*. Itaque vt *κτίσμα* diuini honores illi Nicopoli habebantur, eratq; ibi apex honorum omnium, Augusti sacerdotium. Quare etiam anno nomen dabat sacerdos Augustalis, & in scribendis publicis aut priuatorum contractuum instrumentis, ad tempus notandum, nomē eius ascribebant: quo modo fieri solitum in plerisque Græciæ vrbsibus fati constat.

constat. Hæc nos ita esse colligimus ex eo loco *Arriani* Dissertatio-
 num *Epicteti* lib. I cap. XIX. quem ante nos attigerunt magis
 quam explicauerunt *Iustus Lipsius*, & *πολυμάδης*. Ille *Petrus*
Faber. Sic autem habet: Σήμερον τις ἐπὶ ἱερῶν εἰλάει μοι τὴν
 Αὐγύστην. λέγει αὐτῷ. ἀνδραπε ἄφες τὸ πρᾶγμα. δαπανῶντες πολλὰ εἰς εἶδόν.
 αἰτ' οἱ τὰς φωνὰς φησι γέροντες γέροντες τὸ ἐμὸν ὄνομα. μή τι ἔν σὺ τῷ
 ἀναγινώσκεις λέγεις παρὸν, Ἐμεῖ γέροντες; εἶδὲ καὶ νῦν δύνασαι παρῖναε
 πᾶν, ἐὰν ἀποθῶνς, τί ποιήσεις; μενῶ με τὸ ὄνομα. γέρον αὐτὸ εἰς λίδον,
 ἢ μενῶ. ἄρα, ἔξω ὁ *Nicopolέως* τις ἑμεῖα; ἀλλὰ χρυσὸν στέφανον φορήσω.
 εἰ ἀπαξ ἐπιδυμῶς στέφανον, ῥόδιον λαβὼν αἰίδα. ὄψαι γὰρ κομψότερον. Di-
 xerat aliquis in sermonibus *Epicteto*, velle se fieri sacerdotem *Aug-*
usti: *Epictetus* ea ratione dissuasit, quod magnos sumptus esset
 facturum nulli bono. Sumptus intellige, vel ludorum qui in ho-
 norem *Augusti* *Nicopoli* celebrabantur, maximis eorum impensis,
 qui præditi essent sacerdotio: neque assentior iis qui ad curam lu-
 dorum *Actiacorum* hoc referunt: quia non *Augusto* illi sacri; sed
Apollini: neque putandum est ludis *Apollinis* præfuisse alium po-
 tius quam sacerdotem eius *Dei* in cuius honorem edebantur. De-
 inde *Actiacus* ἀγὼν ἱερὸς fuit, & habuit σίτην, quod obseruat *Dio*:
Augustalis, vt videtur, non item. Vel potius intellige sumptus
 quos facere conueniebat iis qui hunc honorem ambiebant: eos
 enim fuisse maximos constat. Vide lib. V ad cap. IX. Quæ se-
 quuntur in narratione *Arriani*, sunt corrupta: quid enim est οἱ τὰς
 φωνὰς γέροντες? nam doctis viris qui conantur ea verba interpre-
 tari quasi sana, oleum & opera, me iudice, perit. Nos autem legimus
 οἱ τὰ σύμφορα γέροντες: & eam sententiam eruimus quam initio
 retulimus. Est vero illustris hic locus ex quo attentus lector discat
 non pauca vulgo haud ita nota: vt quod de anno in instrumentis
 notari solito diximus. Multæ enim ciuitates sub imperio Romano,
 proprios annorum characteres habuerunt & neq; *Coss. Romanos*
 indices cuiusque anni scripserunt, neque *Iuliani* rationem sunt
 secutæ. Infra cap. LIX. *Quædam Italica ciuitates diem quo primum ad se*
venisset, initium anni fecerunt. Sic igitur *Nicopolitani* annos nume-
 rarunt ab *Augustali* suo: quod & *Alexandriæ* factum: fuisse enim
 illis quoque *Augustalem* suum anni indicem, & *Ἐπιαντὸν ἀγῶνα*,
 vt loquitur *Theodoretus*, *Cuiacio* ex non editis eius vrbis *Chroni-*
cis notatum est. Habeo etiam in antiquissimis *Ἱεροῦ παρχαίου*, id
 est,

est, canonem paschalem, scriptum Græce, ubi anni caput est non Ianuarius, sed September: quod in Alexandrina Ecclesia aliisque scimus obtinuisse. Extat tamen Nouella qua iubentur omnes omnium partium imperii Rom. *Συμβολαιος* in scribendis instrumentis annum Imperatoris & Coss. annotare: qua constitutione videntur aræ ciuitatum propriæ ab usu omni summotæ. Præterea obseruandum, inter alios honores fuisse hunc deferri solitum sumis sacerdotibus, ut de illorum nomine contractus insignirentur. Auctor Maccabæorum lib. I cap. XIV. *ἡ ἰουδαίαν οἱ Ἰουδαῖοι ἡ οἱ ἱερεῖς, ἔτι δ' αὐτοῖς Σίμωνος ἡγάμενος καὶ ἀρχιερεῖς.* Deinde, *καὶ ἕκαστος γενέσθω ἐπὶ τῶν ὀνόματι αὐτοῦ πάσαις Συγγραφαῖς τῆς χώρας.* Nemo vero dubitare potest recte à nobis eum locum esse constitutum, nam *Σύμφωνα* Græcis *Κτῆς* aliisque scriptoribus τὰ *Συμβόλαια* dicuntur. Glossarium Græcolat. *Σύμφωνον*, *Συνθήκη*, pactum, compactum, conuentum, conuenticulum, pactio, & *Σύμφωνα ποιῆν* apud mediæ ætatis Græcos, pro contrahere & pactum facere. Obseruatione etiam dignum est, quod ait paullo post, de corona aurea istorum Augustalium: nam tales erant prouincialium sacerdotum. *Tertullianus* De idololatria cap. XVIII. *Igitur purpura illa & aurum ceruicis ornamentum eodem more apud Ægyptios & Babylonios insignia erant dignitatum, quo more nunc prætextæ, vel trabeæ, vel palmatæ & coronæ auræ sacerdotum prouincialium.* eius coronæ meminit & Dio Chrysostronus. In fine superioris loci, illa *φόδινον λαβὼν περιθεῖν*, caue veritas cum viro magnæ famæ, *roseam indutus circumi.* quod excusari non potest: sed *roseam sume & capiti circumda.*

Ludosque illic Quinquennales constituit] De agone Actiaco multa erudite obseruat *Iosephus Scaliger*: quem studiosus lector consulat cum in libris De emendatione, tum etiam ad Eusebii Chronicon numero, MDCCCLXXXVIII.

Locum castrorum quibus fuerat usus] Viderit lector vtri potius assentiendum putet, Suetonio an Dioni. Tranquillus locum castrorum totum in templum ait versum, & hic & capite XCVI. Dio in castrorum loco urbem Nicopolin fuisse ædificatam: templum, de quo loquitur Suetonius, in loco in quo fuerat Augusti tabernaculum. Ego Dionem potius sequar: video enim factum etiam alias, ut quo in loco castra habuerant, ibi urbem mox conderent Romani. *Strabo lib. IV* de Augusta apud Salalios: *ἡ ἑξ ἑκείνης Πρωμείων*
ἡ πόλις ἦν.

πέμψας ἄλλοις ἢ πόλιν Αὐγύεταν ὁ Κάουρ ἐν ᾧ ἐς ἐπιπέδουσι χεῖρ Οὐάριον, Sunt & exempla alia non pauca. Non enim aliunde est, quod tam multæ Hispaniæ, Africæ, aliarumq; regionum vrbes sub *Castro-rum* appellatione reperiuntur. At Suetonius non in hoc tantum errare videtur: sed etiam quum dicit templum hoc ab Augusto fuisse Neptuno & Marti consecratum: nam & Strabo & Dio aiunt Apollini: quibus potius habendam fidem, assentietur mihi, opinor, qui meminere & qua semper religione Apollinem Augustus vt omnium sibi bonorum auctorem, vereque parentem coluerit: & contra quam parum sibi amicam numen Neptunum crediderit: quamque ipse parum Neptuno amicum. Suetonio, qui locum vt puto, non viderat, & Actiacam victoriam in mari quæsitam noverat, imposuit mos cõmunis, cuius in historiis multa testimonia.

Exornatum naualibus spoliis] *Philippus* in epigrammate.

Ἐμβολα χαλκοχρεια, φιλόποια τέχρα νῆων.

Ἀκλιακῆ πολέμου κείμεθα μῆστύεια.

Cap. XIX. *Lepidi iuuenis*] A. V. C. DCCXXIII dum Augustus reliquias belli Actiaci conficit: extinctus est vigilantia Mæcenatis vrbis custodiae propositi.

Deinde Varronis Murena & Fannii Capionis] Sequitur ordinem quem Liuia apud *Senecam* I *de Clem.* 9: *Saluidianam Lepidum secutus est; Lepidum, Murena; Murenam Capio, Capionem Egnatius.* At *Dio lib.* LIV vnã non duas facit coniurationes Murenæ & Capionis: hunc, præcipuum machinatorem doli: illum, seu vere seu falso creditum participem. Accidit octennio post superiorem.

Mox M. Egnatii] Res. nouas molitus est triennio post Murenam & Capionem, Coss. Q. Lucretio Vispillone, C. Sentio. Auctor *Velleius* II, 93. *Dio lib.* LIII ad annum DCCXXVIII qui Coss. habuit Cæsarem VIII, & T. Statilium Taurum II. aut certe ad proximum videtur referre, in quo magna est temporum diuersitas, annorum fere septem. *Seneca* qui modo Egnatium modo Egnatios nominat, innuere videtur, conspirasse cum hoc vel fratrem vel alium eiusdem gentis. In Mss. plerisque offendimus *Genatii* vel *Genutii*. apud *Dionem*, Μάρκου ὁ Γενάτιος Πρωτοῦ.

Exin Plautii Rufi] Membranæ *Plantii Rufi*. Tempus coniurationis huius notatum non reperio à veteribus historicis, nec sequentium quoque aliquot.

Hybri-

Hybrida] Deest in Mss. quibusdam, non recte. Sic accipe
 ut in isto *Hirtii de bello Africano*: *Præterea ex fuga prælioque Pompeiano,*
quos secum à Brundisio transportaverat, equites Germanos Gallosque, ibiq;
postea ex hybridæ libertinis seruisq; conscripserat. Vocat hybridas Numi-
 darum abiectissimum quemque è libertinis seruisq; prognatum.

Ad extremum Telephi] Refero illa, ad extremum non ad in-
 fidiarum ordinem: nam si Senecæ fides, post Cinnam nemo Au-
 gusti vitæ insidiatus est: sed ad ordinem narrationis, quæ in hoc
 definit: vel ad personæ vilitatem. ideo subiicit:

Nam ne vltima quidem sortis hominum conspiratione & periculo
caruit] De his postremis sentit Liuvia apud Senecam, quum ait,
Ut alios taceam quos tantum ausos pudet, nam si pereundum est, *εἰ δὲ τις*
γὺν ξύλη, inquit vetus dictum. In Telepho omnia indigna: quod
 seruus, quod mulieris, quod factor, frue, quod idem est, nomen-
 clator: ita scriptum in antiquissimis libb. ut in Pandectis quoque
 Florentinis, pro *nomenclator*, ut *figulina* pro figlinæ & *exemptuorum*
sempalum ac similia. Hos seruos fere Afros fuisse comitio ex Lu-
 ciano de mercede conductis, vbi inter miserias degentium in aulis
 magnatum, hæc ponit, *περίμενοι ἀδύμενοι ἔ ἀποκλειόμενοι, ἔ ἀνάγκη*
τοῦ ἐπίου ἔ ἀχληρῶν δοκῶντα ἔ ἀπὸ θυροφῶ κακῶς Κυρίων, καὶ ὀνομακλή-
τοι Λιβυκῶ παπῶμενοι, ἔ μισθῶν τελευτῶντα ἔ μνήμης ἔ ὀνομακλή. Quo ex
 loco id etiam intelligimus in potentiorum familiis fuisse nomen-
 clatores ut hostiarios: quos vides à Luciano iungi, ut similis mini-
 sterii & paris dignationis. Similiter Seneca in libello, In sapien-
 tem non cadere iniuriam: *Quidam sè à cinerario impulsos moleste fe-*
rent, & contumeliam vocant hostiarii difficultatem, nomenclatoris super-
biām, cubicularii supercilium. Nomenclatorum ministerium non
 ad prensationes tantum candidatorum pertinet: sed ad salutatio-
 nes matutinas, & dispositionem conuiuarum aliaq; talia. Plinius
lib. XXXIV cap. L. Hoc perfecere mancipiorum legiones, & in domo tur-
ba externa, ac seruorum quoque causa nomenclator adhibendus. Non iam
 igitur quisquam miretur cum eruditissimo Torrentio, mulieris
 seruum fuisse nomenclatorem.

Rapere ad exercitus: Telephus] Vulgo scriptum est, *ad extro-*
nam Telephus. ineptissime: emendauimus primum ex coniectura:
 Heinde ex editione Rob. Stephani: nam *Visorb. ac Vett. alii codd.* cor-
 rupti sunt.

Cap. XX. *Dalmaticum adolescens adhuc*] Annum agens trigesimalum. *Appianus in Illyricis* clare arguit. recte igitur *adhuc* : vt intelligamus de extrema adolescentia.

Antonio deuicto Cantabricum] Quod confectum est A. V. C. DCCXXX. à morte Antonii, sexto, *Dio lib. LIII. Orosius* auctor est durasse id bellum annos quinque susceptumq; ab Augusto A. V. C. DCCXXVI: *Eusebius in Chron:* ad annum tertium Olymp: CLXXXIX *Augustus Calabriam & Gallos veltigales facit. Scribe Cantabriam.* Et in *fastis Græcis* vbi extant verba ipsa Eusebii, sic scriptam reperi, *Αυγους & Κοϊσαρ Καλαβείαν & Γαλάτιας ἑσποράς ἐποίησεν.* Sed *Κανταβείαν* scribendum. Ex eodem *Eusebio* discimus, mouisse etiam postea Cantabros: sic enim scribit ad annum primum Olymp. CXC. *Cantabri res nouas molientes opprimuntur.*

Ruina pontis consauciatus] Pontem intellige qualem describit *Vegetius lib. IV cap. XXI. Plinius*, *surrim* appellat: item *Dio*, *αὐτὸν οὐκ εὐκρίνον ἀπὸ πύργου πρὸς ἑλίαν ἐπιβῆναι & περὶ βλάπτειν κερῶμενον κατέκτενεν.* Sic *Appianus* expressius: ex quo etiam apparet in verbis *Suetonii ὕστερον κατέκτενον*: prius enim acceptum vulnus, quod secundo loco memoratur. Aliter hæc *Florus libro quarto cap. XII.*

Cap. XXI. *Partim ductu, partim auspicio*] *Ductu*, hoc est per se: *auspicio suis*, id est per legatos. Sic in veteri inscriptione apud *Plinium lib. III cap. XX.* de eodem Augusto. QVOD EIVS. DVCTV. AVSPICISQ. GENTES. ALPINÆ. OMNES. QVÆ. A. MARI. SVPERO. AD. INFERVM. PERTINEBANT. SVB. IMPERIVM. P. R. SVNT. REDACTÆ. *Seneca paullo aliter epistola XXXIII de Epicureis* qui omnia semper ad vnum sectæ suæ ἀρχηγὸν referebant. *omnia qua quisquam in illo consubernio locutus est, vnius ductu & auspicio dicta sunt.*

Aquitaniam] De Aquitanis triumphum retulit *Messala A. DCCXXVI.* vt testatur vetus, quæ hodieque extat inscriptio. *Tibullum vide eleg. VIII lib. I. & lib. IV. & ibi notata à nobilissimo Scaligero.*

Pannoniam] Diu tractum bellum. Vide *Dionem*: initium eius videtur referre *Velleius* in annum DCCXXXV. *Subinde ait (II, 96) bellum Pannonicum, quod inchoatum Agrippa* (ita docte emendat *Lipsius*) *M. Vinicio aua tuo. Co s. magnum atroxque & perquam vicinum imminet Italia, per Neronem gestum est.* Plura de illo bello, & reli-

& reliquis quæ deinceps commemorantur, idem Velleius paullo post. Scribit Dio Pannonios dictos à *pannis*, voce indigena, ex quibus consuevit sibi tunicas manuleatas hic populus. quod mihi videtur mirum. Annon enim vox latina est, *pannus* hac notatione? sane: *pannos* enim Latini appellant *ράκν*. *Navius* Tabularia: *Qui habet uxorem sine dote, pannum positum in purpura est. pannum*, id est, quod in Evangelio *ράκν*. *Horatius*:

Purpureus late qui splendeat vnus & alter

Afsuitur pannus.

Sic *Valerius Max.* fasciam regiae coronae vocat, *pannum lib.* VII & linteamina quibus vulnera obligantur, *panni & pannuli* dicuntur. Inde vox *pannutia* apud *Perfium*, & apud *Terent.* *pannis obstra.* apud *Senecam* grabatus & pannus extremæ paupertatis sunt indicia. Sic *πανιον* accipio apud citimæ vetustatis Græcos. ut quum in descriptione *ἑπικροσίων* quæ pro tesseriis erant, *Cyropalates* ait *τμήματα ἐκ πανίων κρόστης*. Ergo & Pannonii à pannis quasi pannosi, vel pannutii *ράκνιδες*, qui vestes gerent, non *ἀπράφους* (quales fuisse plerasque omnes apud veteres perspicue alio opere docemus) sed ex variis pannis ac plagulis confutas *καὶ ραφιδυμένους*. Similiter Romanii iidem à cultu incolarum Galliam Togatam & Braccatam appellarunt: ne quis miretur de Pannoniis. Litem fortasse inter me & Dionem dirimat *Velleius Paterculus*, qui Pannoniis tribuit, *non disciplina tantummodo, sed lingua quoque notitiam Romana*. Illos ego arbitror non solum tunicas ex variis pannis consuisse, sed etiam mulierum stolas ex diuersis limbis & pannulis oblongis contextuisse, non multo secus ac fieri hodie apud Heluetios notum est. Coniecturam facio ex his quæ de vestibus muliebribus *Pæonium* (quos cum Pannoniis non confiderim quidem, vetante *Dione* sed plerique veterum confundi propter morum & institutorum similitudinem putem) apud Græcos legere memini. Veteres *Critici* ad illum *Hesiodi* versum, *μηδὲ γονὴ σε νόον πυροστέλῃ ἐξαπατάτω*, sic notant: *ὅτι πυροστέλῃ αὐτῆς αἱ ἡσ Παιδίων θυγατέρες ζώνας παταίας φέρουσιν, ρακνιδες, πολυκρόσους. καὶ αὐτῆς δὲ σολίζουσ τὰς αὐτῆς ὀρασίας.* *Dionis* verba de appellatione Pannoniorum sunt hæc, *lib. XL. ὀνομάζοντ' ἑστίους ὅτι τὰς χερσὶν τὰς χειρῶν τὰς ἐξ ἰματίων πνῶν ἐκ πάντων ἐπιχωρείας πινυ καὶ καταπνυνορτες, καὶ περὶ πυροστέλῃ σὺρρέπλυσιν*, id est, sic *nammantur*, quia tunicas manuleatas sibi consuunt, *sed* *patrio quodam modo vestibus certi*

generis,

generis, in eos quos pannos appellant. Quod ait ἐξ ἱμαλίων πινῶν, referendum ad multiplicem materiam ex qua vestes confunt, lana, lino, pellibus, & aliis. Nec probo quod ἱμάτια centrones hic nonnulli vertunt: nam integros pannos sic vocat ex quibus centones & pañi minutiores scissura fiunt: Latini quoque vestem hoc vocant, Galli, *une piece entiere*. Similis locus eiusdem Dionis in *fragm. lib. LXXXVII* de caracalla veste ab Imperatore eiusdem nominis inuenta: Καί πινά ἐστὶν ἑνδοσὶν βαρβαρικῶς πῶς καὶ τακῶσιον καὶ Κυρράπιον εἰς μάνδυνος τρόπον, ἀεὶ πῆξις. Non esse autem certum veriloquium Pannoniorum Dionis, vidit ipse, & fassus est verbis sequentibus. Fatemur & nos quæ supra scripsimus non nisi coniectura niti: quam labefactari eo maxime intelligimus posse, quod Pannoniorum nomen cognitione Romanorum antiquius esse videatur. extat enim in fragmento quodam Polybii apud Suidam in ἐρμηνείων: nisi tamen mendum est.

Ac *Salassos gentes Analphins*] Fortasse, *Salassos aliasque gentes Analphins*. ex inscriptione quam modo protulimus.

Germanosq; ultra Albim fluvium submovit] Florus lib. IV, 12 *Victor Drusus, in tutelam provinciarum presidia atque custodias ubiq; disposuit, per Mosam flumen, per Albim, per Visurgim.*

Suevos & Sicambros dedentes se traduxit in Galliam] Tacit. lib. II *Annal. 16* ex epistolis Tiberii ad Germanicum: *Se novies à Diuo Augusto in Germaniam missum, plura consilio quam vi perfecisse. Sic Sugambros in deditionem acceperis, sic Suevos.* Quod ait Suetonius & Sicambros & Suevos in ripam Gallicam esse translatos: de Sicambribus facile assentior. Ea enim gens, sicut & Vbiorum ad latum Rheni Teutonicum olim sita, perpetuis Suevorum incursionibus vexata facilis transducit. Idem & Strabo videtur sentire cum scribit de ea ripa Rheni: ταύτης ἢ τὰ μὲν εἰς τὴν Κελτικὴν μεσσηζον Ῥωμαῖοι, τὰ δὲ ἔσθιν μεταρυσάντα εἰς τὴν ἐν βάθει γάραν, καὶ ἀπὸ Μάρσι. λοιποὶ ἢ εἰς ἡλίτρι; καὶ τὴν Συμβροῶν μέση. Ait partem aliquam Sicambrorum remanere in veteri patria: reliquis videlicet in Galliam transductis. De Suenis vellem parcins locutum Suetonium: nam quis veterum geographorum & historicorum Suevos in Galliam transevit, præter Suetonium? Sed Pithæi codd. præferunt *Seubos*. in qua scriptura vestigium ut puto latet veræ: nam reiecto *s* in finem superioris vocis, mutatione minima feceris *Vbios*. Strabo lib. IV. οὐβίος μεσσηζον Ἀγείπας εἰς τὴν ἐπὶ τὴν Δάνα. Ita igitur legitur. & accuratè

illimum scriptorem culpæ absolvimus. præsertim cum testetur *Vr-
fianus* ita scriptum in suis Mss.

Nec vlli genti sine iustis & necessariis causis bellum intulit] Non
ea sententia Dionis : qui Pannonios ab Octavio nulla ne minima
quidem re laeso, bello petitos scribit, lib. XLIX.

Tantumque absuit à cupiditate quoquomodo imperium augendi]
Hunc Augusti animum testatur eius de Alexandro dictum, quod
Plutarchus refert. Dederat idem & moriens tale consilium suis: quod
tamen non defuere qui secus interpretarentur. *Tacit. I A. II: Ad-
dideratque consilium coercendi intra terminos imperii, incertum metu, an-
ger invidiam.* Dio lib. LVL *γνώμην τε αὐτοῖς ἔδωκε τοῖς τε παῖσιν ἀ-
κιδῆσαι, καὶ μὴ δαμῶς τῶν ἀρχῶν ἐπαυξήσασθαι ἐδελήσασθαι.* Deinde causas
adiicit.

A quibusdam vero novum genus obsidum fœminas exigens] *Novum.*
hoc est inusitatum, ea præsertim ætate : alioquin res non erat nova:
neque id Suetonio ignotum puto, vt visum quibusdam. Factum
olim à Romanis in Clœlia, factum à Græcis non semel; item ab
Asdrubale in Hispania. *Polyb. lib. X. παρασημαίνοντες οἱ περὶ τῆ Ἀσφίβαν
αἰσῆν αὐτοῖς, ἦσαν χημάτων τε πλῆθος, καὶ τὰς θυγατέρας εἰς ὀμηρίας.*
Ec initio VIII eiusdem grauis illa posita est sententia : τὸ μὲν μὴδενὶ
πιστεύειν εἰς τέλος ἀπειροῦ. τὸ δὲ λαβόντα τὰς ἐνδεχόμενας πίστις παύειν
τὸ κατὰ λόγον ἀνεπιτήμητον εἰσὶν ἢ ἐνδεχόμενα πίστις, ὄρκοι, τέταρα, γυναῖκες. τὸ
μάλιστα, ὁ παραγενὸς βίος. *Tacitus De moribus Germanorum*, hoc in ea
gente vt ipsi proprium obseruat.

Marium pignora] *Memmius, Liskæ & Viterb. marium pignora.*
Trogi breuiator libro XXVI. qui nec atati nec pigneri respecta timere.
Aliter Agræus vetus grammaticus, pignora rerum: pignora filiorum &
affectionum. Vocat affectiones, quos alii affectus. *Volcatius Gallicanus:*
Nec in eius liberos aut affectum seuit. *Capitolinus:* Affectus suos vnice
dilexit: filios & neposem, vltra morem: filiam & neptem, religiose: &
sepe alibi.

Mulctatus est pecunia] *Optimi libri* quidam, *vlcus est p.*

Vt captiuos sub lege vendideret] *Dio lib. LIV de Scordiscis*
Ἰλλυρίας τὸ πλεῖον ἐπ' ἐξαγωγῇ ἀπέδοτο. ex venditionibus mancipio-
rum tractum vt docemur à I. C.

Neve intra XXX annum liberarentur] Factum in Salassis à
Terentio Varrone. *Dio lib. LIII. συνέλαβεν τε τὸς ἐν ἡλικίᾳ, καὶ ἀπέδοτο,*

ἐφ' ᾧ μὲν δὲ Ἐρῶν ἔντος ἔκαστ' ἐπὶ τῆς ἐκδοσεως αὐτῆς. Quò ex loco suspicio est in Suetonio quoque legendum XX non XXX. Non solum autem sic alienabantur serui, vt non manumitterentur intra certum tempus: sed etiam vt omnino ne manumitterentur. Vide ICtos.

Indos etiam ac Scythas] Indorum & Scytharum legatos simul venisse ad Augustum Tarraconem vsque auctor est *Orosius*. Ego obseruo duas legationes à Poro rege Indorum ad eundem Augustum. Alteram quæ ad eum venit in Hispaniis bellum gerentem, cuius *Orosius* meminit, & cum eo *Eusebius in Chronico*: qui id annotat ad annum Augusti, vt ipse numerat XVIII. quamuis incidit in tempus belli Cantabrigi. Hi legati petendæ pacis causa venerunt. Secuta est deinceps altera legatio, quæ ad Augustum A. V. DCCXXXIV peruenit: quando ipse post Græciam Asiamque lustratam, Samum per hyemem venit. Hi legati cum magnis muneribus ad sancendum fœdus, quod ante petierant, venerunt. De his *Strabo lib. XV*, & *Dio lib. LIV*. Regem Indorum à quo venerunt ad Augustum legati, *Eusebius* Pandionem in Chronico appellat non Porum. Πάνδιον, αὐτ, ὁ ἦν Ἰνδῶν βασιλεὺς φίλος Αὐγούστου καὶ Σύμμαχος ἔτι παρασκευασαυ. Venerunt postea & ad Traianum Indici legati. In historiis autem Imp. Constantinopolitanorum sæpe memini legere venisse ad Imperatorem legatos Indorum, vt ad Constantinum, ad Theodosium, Heraclium, Iustinianum, alios.

Parthi quoque & Armeniam vindicanti facile cesserunt, & signa m.] Et hic Homericæ figura est: nam signa militaria restituta sunt Augusto, ad statum Orientis componendum, in Asiam & Syriam profecto, A. V. DCCXXXIV. Armenia autem cessit Phraates quo tempore C. Cæsar Augusti F. ad bellum Armeniacum missus est, circa annum vrbis DCCXLVIII.

Obsidesq; insuper obtulerunt] *Strabo lib. VI & XVI. Tacitus Annal. lib. II in principio.*

Cap. XXII. *Ianum Quirinum semel atque iterum à condita vrbe clausum*] De Iano Quirini & portis templi eius, deq; more eas aperiendi, claudendive, res omnibus hodie nota: sed quoties id acciderit aut ante aut post Octauium, paucis habe, quæ quidem in iis memoriis quæ nunc extant, legere meminimus. Prima mentio est

est apud *Livium* & *Plutarchum* in historia Numæ: ab eo mos institutus. Huius temporibus per annos XLIII Iani portæ clausæ fuerunt. Anno deinde ab urbe condita DXIX, Coss. T. Manlio Torquato, C. Artilio Balbo II clausum esse iterum Ianum eodemq; anno rursus apertum multi referunt. Tertium clausit Augustus A. V. C. DCCXXV. Coss. se V, & Sexto Apuleio, post victum Antonium. Quartum idem princeps Coss. ipso IX, & M. Iunio Silano quum ex bello Cantabrico Romæ rediisset A. V. DCCXXIX, auctor *Dio* in eius anni actis *lib. LIII.* & *Orosius clare lib. VI cap. XXI.* Quintum quoque clausit idem Imperator circa tempora natiuitatis Regis & Pontificis summi IESV CHRISTI Domini nostri. *Dio* huius historiae non meminit in illius anni rebus exponendis: sed meminerant veteres alii, ex quibus fuisse *Orosium*, qui diserte notat *lib. VI cap. XXII* non dubium. Scio viros doctos hanc tertiam κλεισιν ad XI eius consulatum referre ex inscriptione quæ Emeritæ in Hispania cuius initium. IMP. CÆS. DIVI. F. AVGVSTVS. PON. MAX. COS. XI. TRIBVNIC. POT. X. IMP. VIIII. ORBE. MARI. ET. TERRA. PACATO. TEMPLO. IANI. CLVSO. nobis aliter videtur. Putamus enim eo lapide non indicari quo anno clausus Ianus ab Augusto fuerit: sed inter argumenta prosperi status florentis tum imperii clausum Ianum esse positum. Quid autem mirum, si priore anno clausus nondum fuerat apertus? non enim aperiebatur nisi causa esset. Sic tertium ab eodem clausus per annos multos (fere duodecim, ait *Orosius*) ad Varianam vsque cladem mansit obferatus. tum apertæ eius templi fores ad Neronis vsque tempora patuerunt. Sextum clausit Nero, se III & Valerio Messalla Coss. anno V. DCCCXI. Septimum (*Tacitus* & *Orosius* aiunt sextum, quia Nero sine vera causa clauserat) Vespasianus A. V. C. DCCCXXIV. Coss. se III & Nerva. Magnum deinceps altumq; silentium apud historicos super Iani portis. Mansisse tamen consuetudinem antiquam testatur *Capitolinus in Gordiano iuniore.* Ait enim Coss. Prætextato & Attrico, qui est annus conditæ urbis DCCCXCV Gordianum Iano aperto, quod signum erat indicti belli, profectum esse contra Persas. Sed & sub Christianis Imp. seruatum aliquandiu vetus hoc institutum, testis locuples *Ammianus lib. XVI* qui in historia rerum gestarum à Constantio clausi ab eo Iani mentionem facit. Id accidit post victum Magnentium,

tium, cum sublatis omnibus tyrannis vnus ille Romani orbis Dominus extitit A. V. C. CIO CV.

Terra marique pace parta] Formula frequens in Augusti nummis & statuæ olim. Rostratæ statuæ quæ ei posita est decreto senatus post victum Sext. Pompeium, inscriptio fuit hæc: OB. PACEM. DIV. TVRBATAM. TERRA. MARIQVE. PARTAM. Apud *Appianum* Ἐμφυλίων libro V ita hunc locum leges: ἡ ὀπισθοδρομικὴ ἐπιγραφή ἐστὶν ἐπισημασμένη ἵνα μὴ ἐπιλησθῆται, ἀλλὰ ἵνα ἐκείνη ἐπισημασμένη ᾖ τῆς ἐπιγραφῆς ἐπισημασμένης. ἡ ἐπιγραφή ἐστὶν ἐπισημασμένη ἵνα μὴ ἐπιλησθῆται, ἀλλὰ ἵνα ἐκείνη ἐπισημασμένη ᾖ τῆς ἐπιγραφῆς ἐπισημασμένης. OTI THN EIPH-NHN ESTASIASMENHN EK POΛΛOY ΣΤΝΕΣΤΗΣΕ ΚΑΤΑ ΤΕ ΓΗΝ ΚΑΙ ΘΑΛΑΣΣΑΝ. vulgo legitur ἀπεκλειμένη τῶ κίονι νεῶν ἐμ. nullo sensu. intelligit rostra captiuarum nauium circum columnam fuisse affixa, cui statua Augusti superposita.

Post Philippense] Est ita: post bellum Philippense ouauit primo Octavius: non tamen verum est quod videtur sensisse Suetonius, ex ea victoria eum ouasse. Nam contra ea ouatio ticulum & caussam habuit, pacem factam cum M. Antonio: qui & ipse eundem simul honorem vsurpauit. A. V. C. DCCXXXIV. auctor *Dio* & *Fasti Capitolini*: in quibus de duabus Octauii ouationibus hæc leguntur IMP. CÆSAR. DIVI. F. C. F. III VIR. R. P. C. OV. + QVOD. PACEM. CVM. M. ANTONIO. FECIT. & de ouatione ex Sicilia IMP. CÆSAR. DIVI. F. C. II. III. R. P. C. II. A. DCCXVII. OVANS. EX. SICILIA. IDIBVS NOVEMBR.

Dalmaticum] Illyrium quidam appellant. in his *Appianus*: contra historiam & veritatem.

Cap. XXIII. *Sed Lollianam maioris infamiae quam detrimenti*] *Velleius Paterculus lib. II. c. 97*: Sed dum in hac parte imperii omnia geruntur prosperrime accepta in Germania clades, sub legato M. Lollio, homine in omnia pecunia quam recte faciendi cupidior, & inter summam vitiorum dissimulationem vitiosissimo: amissæ legionis quinzæ aquila, vocauit ab vrbe in Gallias Casarem. *Dio* narrat in anno qui habuit Coss. L. Domitium P. Scipionem. Vnus quod sciam est *Eusebius*, qui Lollii huius non cladem in Germania sed victoriam de Germanis commemoret. Notat ille ad annum quartum Olympiadis CXC. Germanicos in arma versos M. Lollius superat.

Excubias per urbem indixit] Ita solitum in omni tumultu & ad omnem cladis acceptæ nuntium, vt sæpe apud *Liuium*. Tunc vero

vero caussa præcipua fuisse videtur, quod erant in vrbe Germani Gallique milites non pauci. vide *infra cap. XLIX.*

Venit & magnos ludos Ioni Opt. Max.] Dio lib. LV. prius factum notat ob aliam occasionem. Eum lege. Ait autem, χῆ τὸ τῆς πανηγύρεως ἢ μεβάλης ἡύστατο. Eleganter *Dio ἰουχιδαι χῆ* pro vouere dixit, vsitato Demostheni & aliis loquendi genere, vt pridem ad Dionys. Halicar: notare meminimus. Male igitur interpretes Dionis omnes synceram lectionē suis emendationibus deprauant.

SI REMPUBLICAM IN MELIOREM STATVM VERTISSET] Lege **SI RESP.** ex suggestione libri Memmiani & Pithæi. Elegans & vetus locutio.

Quod factum Cimbrico Marsicoque bello erat] Nempe vt ludi magni vouerentur sub eadem conditione: nam alioquin sæpe aliàs ex votis ducum, **SI HOSTEIS FVDISSENT**, iidem ludi sunt celebrati: vt *Q. Seruilius Ahalæ Dictatoris apud Liniū lib. VII. & Camilli item Dictatoris, ibidem, & alibi item.*

Caput interdum foribus allideret] Istud est quod Græci eleganter dicunt ἄσπετεια ἢ ἄσπρημα εἶναι, vt *Polybius III.*, qui etiam in VI idem loquendi genus vsurpat, sed aliter *M. Tullius* vocat *detestabilia genera lugendi.* in tertia Tusculanarum: *Ex hac opinione sunt illa varia & detestabilia genera lugendi, pædores, muliebres lacerationes genarum, peccoris, feminum, capitis percussiones.* Similis ex impatientia ἀσπρημάτων, exempla apud poetas & historicos passim obvia. *Seneca de ira: Quid opus est mensam euertere? quid pocula affligere? quid se in columnas impingere?* in *Ciceronis* oratore, *incurristi amens in columnas.* quanquam eius facti non tam impatientia quam infania videtur caussa extitisse. *Apud Capitolinum in Maximinus: iaciebat se in parietes, nonnunquam terra se prosternebat.* *Ibidem, incurrare in parietes, vestem scindere videbatur.* *Appianus de Carthaginiensib. ἐς τὰ ἄσπρημα ἑρπίπτον καὶ χερσὶ καὶ κεφαλῶν ἀπὸ ἐπιπλοῦ.* & similia his multa: sed quod ait *Suetonius foribus*, nescio an non sit in eo aliquid religionis: vtique si ad fores ædium sacrarum refectas. *Tibullus:*

*Non ego tellurem genibus prorepere supplex,
Et miserum sancto tundere poste caput:
Non ego si merui dubitem procumbere templis,
Et dare sacratis oscula liminibus.*

Purabant hac sui iniuriâ leniri Deum iram: *Cuero lib. III Tusculana- rum*, causas lugendi enumerans: *accedit superstitio muliebris quadam. Existimant enim diu immortalibus se facillimo sacrificiuros, si eorum plaga percussis, afflictos se & stragos esse fateantur.* ex qua opinione multa fluxerunt in veteres ritus. Sed Suetonii verba & *Florus & Orosius* simpliciter acceperunt, & *parietem pro foribus* ambo posuerunt. sic apud Græcos *παύειν τὴν κεφαλὴν τοῦ σώματος τῶν τοῖχων.*

Diemque cladis quotannis maestum habuerit ac lugubrem] Nihil variant alii Codd. Cuiacii sic: *diemque cladis quem damnis maestum ac lugubrem habuerat memorans.* Fortasse non male si modo scripseris, *quem damnis aliis maest.* Sic fieri solet in omni lamentatione, vt si quid vnquam in longa vita nobis aduersi eodem tempore contigerit, memoremus: Quæ sint autem illa damna diuinare difficile est. Sed cladis ipsius Variarum quis fuit dies? Quæsiui enim, & cum cura quidem: frustra: neminem enim veterum historicorum exorare potui, vt id me doceret. Non *Dionem*, non *Velleium*; non *Tacitum*, *Florum*, *Zonaram*, qui omnes hanc cladem (copiosius alii, alii breuius) commemorant: omnes diem tam insignem quasi ex compacto reticent. Video tamen, *Beroaldum*, *Torrentium*, aliosque, incompertum nobis diem reperisse: nempe accidisse hunc stragem a. d. IV. Non Sextil. quo etiam die ad Cannas male olim pugnatum à Romanis. Mirabar quis hoc illos docuisset: nam præter superiores historicos, etiam *Plutarchus* id nobis inuidit, cum in *Camillo* de diebus atris disputans, similes huiusmodi casus non indiligenter colligeret: sed animaduerti postea, manasse hoc *ἔλαττονα ἰσοπέδιον* ab viro *Beroaldo*, qui primus id notauit ad ad hunc Suetonii locum: ex eo reliqui *ἰσοπέδιον* nimis & ἀκαταπέσιον. *Beroaldum*, qui falso historicos id tradere ait, decepit *Florus* hic locus è libro IV, 12, 33: *Varus perdit res eodem quo Cannensem diem Paulus, & faso est & animo secutus.* Putauit *Florus* hoc dicere, *Varum* eo die periisse quo *Paulus* Cannensi prælio. Atqui *Florus* eleganter & *ἰσοπέδιον* diem pro clado vsurpat. Sic plane nos *Francoceltæ* *la iournee* pro clade vel pugna decretoria. Sic idem *Florus lib. II cap. VI* de *Annibale* & *Scipione* loquens: *Non fuit maior sub imperio Romano dies, quam illum duo omnium & antea & postea ducum maximi, ille Italia, hic Hispania victor, collatis cominus signis direxere aciem.* olim seu ferro, seu iudicio controuersia disceptanda erat, dies certus assignari solitus: ex

eo more cœpit vox *dies* pro die prœlii aut clade ea die accepta vsurpari : & similiter pro *iudicio* : quod in Cilicum-idiotismo familiare fuisse testis Hieronymus. : inde illud Pauli Apostoli ἀνακείρας & ἀνδροπῶντος ἡμιέρας.

Cap. XXIV. *In re militari & commutavit mulea & instituit*] Exempli gratia quod notat Isidorus libro XVIII cap. III. *pilam in signa constituisse fertur Augustus : propter nationes in cuncto orbe subiectas ; et magis figuram orbis ostenderet.* Cuius tamen historię βεβαιώσω idoneum poscerem libens Isidorum.

Disciplinam seuerissime rexit] Ursini Codd. vt ipse testatur, *exegit* : quod etsi non improbo, pluris tamen apud me est tot libb. consensus. Sic *regere disciplinam* leges & apud alios inferioris aui historicos, huius plerumque æmulos.

Ne legatorum quidem cuiquam] Non solum ergo militum vxores, si qui forte per illa tempora vxores habuere, sed ne legatorum quidem, maritos in prouincias comitari solitæ. Quod postea tamen licentia temporum viuo adhuc Augusto (imo ipsius Augusti exemplo, qui in Occidentem atq; Orientem sæpius meauit comite Liuia) mutari cœpit : & magis Tiberii principatu. Apparet ex ea relatione Cæcinæ, cuius Tacitus meminit libro III *Annal.* 33 : *inter que Seuerus Cæcina censuit ne quem Magistratum cui prouincia obueneret, vxor comitaretur.* Iuuenalis *Sat.* VIII de rectoribus prouinciarum loquens :

*Si tibi sancta cohors comitum, si nemo tribunal
Vendis acersecomes, si nullum in coniuge crimen,
Nec per conuentus, & cuncta per oppida curuis
Vnguibz ire parat nummos raptura Celeno :
Tunc licet à Pico numeres genus.*

Nisi grauate] Sic prima editio. scripti fere *grauato*, quod idem est. μόλις χαλπῶς. non, vt quidam explicant, grauiter affecto.

Ipsum bonaq; subiicit hasta] Vt in aliis, ita in hoc quoque veterem morem retulit Augustus : testes *Linus, Dionysius, Cicero, Valerius Max.* & *ICTI lege quarta Dig. de re militari §. grauis.* Vide amplius Festum, *portisculus*, & quæ ad eum locum magnus interpres notat. Vetus scriptor apud *Suidam* : ἰμαστῆρο βάλδοις, ἔτα ἐπ' ἕξασθω ἑπιπέριστο, δεικνύει καὶ ἀποδείξεται πρῶτον ἐξ ἑσθῶν, δὲ ἄλλο ἴδ.

Videntur Polybii esse verba: & ad Romanos mores referenda. Sed hæc fuisse ad Polybii lib. I.

Relegatum in agros] More seruatorum qui dominum ostenderant. *Vlp. l. XXXV. Dig. de hered. inst. Si seruus fuerit missus in villam, inserim illic futurus quia dominum offenderat, quasi ad tempus relegatus.* Liuia quoque cara illa fœmina, apud Dionem inter leuiiores pœnas quibus ciuium delicta castigari vult ab Octauio, κατάκλεισιν ἐν ἀγρῷ non permittit.

Citra commoda emeritorum premiorum exauctorauit] Sic & nostri libb. vt *Torrentii*, omnes.

Cohortem si qua cessisset loco dec.] Habes exemplum in ea cohorte quæ ad Promonam loco cessisset bello Dalmatico. *Appianus in Illyricis.* De ignominia κριθοραγίς nemo melius Polybio lib. VI meminit etiam Dio libro XLIX non vno loco.

Vt stare per totum diem iuberet] Inter leuiiores animauerfiones veterum fuerunt & ἔδρας & σάσεις ἀπίμοι. Ac videtur eius moris auctor fuisse Charondas, quem ait *Diodorus Siculus lib. XII.* genus hoc ignominia, summi supplicii loco in eos statuisse, qui vel ordinem in acie deseruissent, vel qui in delectu ad nomina non responderent; προστάξεν, ait, τὸς τοιούτους ἐν τῇ ἀρχῇ ἐφ' ἡμέρας πέντε καθῆσθαι ἐν ἑδρῇ γυμνακείας. Liuia apud Dionem lib. LV in præcipienda clementia Augusto, sic loquitur: καὶ ἤδη γὰρ πνεὺς καὶ ἰσθὺς μὴ πῦρ ἂν ἤλαπιζον, καὶ ἰσθὺς δὲ διαμαρτεῖν ἂν ἐρίεντο, ἐξοφρογιάσασθαι. ἔδρας τε ἀπίμοι, καὶ σάσεις ἑπονείδισοι, τὸ τε προσλυθηῖναι, καὶ τὸ προσκοθηῖναι Ἰσχυρὸς βέλπῃς ἐποίησεν. Vult animum coniugis à grauioribus suppliciis auertere & seniores malorum pœnas proponit, quibus potius vtatur: in his ἔδρας ἀπίμοις καὶ σάσεις ἑπονείδισος sessions inhonestas & stationes ignominiosas. Plato *De legib. IX.* ἀμύφοις ἔδρας, καὶ σάσεις καὶ ἀδυσάσεις in eandem rem commemorat: cuius locum videtur Liuia, vel Dio potius, imitari: quod si obseruassent Xipilini interpres non tam turpiter errassent. *Plutarchus in Antonio, κλιτύας ἀπίμοις προσμακίσειδης* non dissimiliter dixit. Reperio in disciplina militari Tacorum similem animaduersionis modum. *Iustinus libro XXXII, 3:* Daci suboles Cesarum sunt: qui cum Orole rege aduersus Bastarnas male pugnassent, ad vitionem segnitia, capteuri sominum capita loco pedum portare iussu regis cogebantur. Sed genere isto obiurgandi; quod plus habet ignominia quam cruciatus, plurimum vsu veteres Romani in di-

In disciplina militari scienda. exempla sunt apud *Livium lib. XXVII. & Valer. Max. lib. II* de C. Titio equitum præfecto, qui arma hostibus tradiderat. & alibi alia.

Interdum tunicatos] Dempstis sagulis quibus militiæ Romani utebantur. *Lampridius in Alexandro c. 54* de exauctoratis militibus loquens: *Depositum etiam sagulis militaribus, omnes non ad castra, sed ad diuersoria varia recesserunt.* De iisdem sentit *Herodianus lib. II, 13*: in exauctoratione prætorianorum, qui Pertinacem neci tradiderant, *πὸς τὴν ζώνην καὶ πὸς ἐσθῆτα καὶ ἐπὶ σύμβολον ἔφερον στρατιωτικὸν, ἀφαιρούσαντες, ἡμῶν ἐξέπιμπον.* Tunicatum apparere in publico magnum Romæ & in castris fuit vilitatis & humilis fortis argumentum. Contra, interdum toga ignominie causa sumi iussa: sed abscissis laciniis deformis, ut apud *Valer. Max. lib. II.* Nec dissimilis historia est quæ narratur *primo Paralipomenon, cap. XIX.* nam ibi quoque ignominie causa vestis præciditur.

Discinctosque] *Plut. ἀζώστῃ, Polyannus λυσιζώνῃ.* Olim qui aliquid ferri facere parabant cingulo vestes alias fluxas constringebant: quod proprie Latini dicunt *accingere se operi.* Inde homo nauus *ἰυζων* dictus; Sed, si res vrgeret, discincti opus aggrediebantur. *Hesiodus: γέροντες ἀζώστοι ἐπιον ζώσαντο δὲ πολί.* valet ibi *ἀζώστῃ*, sine mora vlla, aut tergiversatione. Ideo notant Græci litteratores, poni *ζώσαντες* interdum *ἐπὶ ἀργίας.* Adimebantur autem militibus ignominie causa cum cingulo interdum & calcei, siue, caligæ. *Valerius Max. lib. II cap. VII.*

Cum decempedis vel etiam cespitem portantes] Hoc pacto indicabatur regradiatio. In militia Romana sua cuiq; pro loco quem obtinebat in matriculis dignitas: ut quisque fortiter fecerat, aut flagitium admiserat, ita vel præponebatur aliis, vel postponebatur, ut *leg. III Cod. De commoatu.* Infimus gradus erat tironum militiam auspicantium, & caligatores, quos nullum adhuc facinus egregium in altiore promouerat gradum. His omnia fere incumbabant militie munia: nam in multis eorum opera utebantur tribuni & centuriones, plane in modum feruorum, ut ipsi queruntur apud *Tacit. prim. Annal.* Inde sunt isti *munifices* appellati: quibus opponebantur *beneficiarii*, qui vacationem munerum militarium habebant. Qui igitur contra militarem disciplinam aliquid admisserant, si regradiatione puniebantur, fiebantq; amisso ordine in quæ

promoti fuerant, pro beneficiariis munifices. Sic refert *Val. Max.* senatum permisisse M. Marcello ut eorum opera in expugnatione Syracusarum vteretur, qui apud Cannas Rempub. deseruerant: sed ita, dum ne qui ex eis munere vacaret. Inde est quod Augustus centuriones ignominiae causa iubet cum decempedis stare & cespitem portantes: quorum multus usus in tabernaculis conficiendis, aliisque obundis militiae muneribus.

[*Cespitem portantes*] : *Polyenus*, ἐκέλευσε πινδοφορεῖν δι' ἑλπίς ἡμέρας: non exprimit vocem Latinam cespes: neque enim est πίνδος, sed γῆς ἐκτομὴ βαθεία ut *Plutarchus* vertit in *Pompeio*. Glossarium *cespes* χρῆσιμον, χρῆσιμον, πίνδος. legendum χρῆσιμον, χρῆσιμον, πίνδος. Poterat omittere tertiam interpretationem. Animaduertimus & alios auctores Græcos in ea voce exprimenda laborare.

[*Cap. XXV. Ambitiosius id existimans, quam aut ratio mil.*] *Ambitiosius* hoc est blandius & κολακικώτερον. nam appellare milites *commilitones* eius ducis est, qui per blanditiam suos in officio velit retinere *Iustinus* libro XIV, 2, 8: *Itaque Eumenes blandimentis agere; suppliciter singulos alloqui: nunc commilitones suos nunc patronos appellans.*

[*Libertino milite*] *Seruis* in idipsum manumissis. *Verustiores*, *libertos* vocabant, posterior ætas etiam *libertinos*.

[*Si tumultus in grauiore annona metueretur*] Qui metus frequens in vrbe: utique postquam populus Rom. suffragii iure amisso cœpit curare panem & *Circenses* solum. Vide *Suetonium* in *Claudio: Symmachum* locis plurimis, & *Ammianum Marcell.*

[*Bi vsus est*] *Dio* in actis anni DCCLIX & DCCLXII. *Macrobii* lib. III: *Cæsar Augustus in Germania & Illyrico cohortes libertinorum complures legit, quas voluntarias appellauit.*

[*Seruos adhuc viris pecuniosioribus indidos*] Quæ, malum, ista dementia eorum qui *periculosioribus* hoc loco scripserunt? quæ porro doctos viros superstitione incessit, ut ineptissimam lectionem tam diu retinerent? neque illos proba, qui *pecuniosioribus* legunt. nam ea vox neque ferri potest, neque vllius ἀξιόπιστου libri auctoritate nititur. in omnibus enim, nostris quidem, est vera lectio, *pecuniosioribus*. *Dio* lib. LV: ὅσα τε τῶν ἀνθρώπων καὶ ὅσα τῶν γυναικῶν δόλουσιν οὐδὲν τὰ πημματα αὐτῶν σὺν προφῆ ἐπιμνήσασθαι λαβὼν ἠλάδιζοντι. Vbi οὐδὲν τὰ πημ-

πυλῶν verte ex censu. *Velleius* in eadem historia II, III; *Viri se-*
mitæq; ex censu libertinum coactæ dare militem. *Supina* prorsus negli-
 gentia interpretum *Dionii* eum locum perperam interpretantium.
 Iterum vero testificari cogimur, *pecuniosioribus* scriptum in melioris
 notæ libris omnibus, vt *Viterb. Pithœi, Lislæi, cæteris.* id vt non
 esset, tamen ex *Dione* facile erat videre intelligenti harum literarum,
 sic legi debere. Hæc nobis animaduersa nuper & liquido probata.
 Quod nunc repetimus in caussa est viri docti, quam hisce diebus
 non sine admiratione legebamus, disputatio, contendentis *peculio-*
sioribus recte scribi. Quæso autem, quo argumento? non alio vali-
 diore quam quod *Sidonio* dicatur *ager peculiosus in pastoribus.* *Epistol.*
lib. III. Sed profecto ἄλλο γλαυζ, ἄλλο καρῶν φέγγεται: aliter, in-
 quam, loquitur *Suetonius*; aliter *Sidonius*. Mihi vero is scriptor in
 se Latinitatis, *improbis inestabilisq;* est.

Sub priore vexillo habuit] Malim *sub primore vex.*

Quicquid auro argentoque constaret] *Lege, & quicquid*, nam
 omnino ita postulat sententia. *Militarium* donorum arque adeo
 omnium præmiorum duo sunt genera: quædam *πυλῆς σημεῖον* solum
 habent; vt palma, *θαλλός*, hasta pura; corona graminea, vel quer-
 na; & id genus per se nullius pretii vel parui: sed quæ in pretio ha-
 bentur propter id quod per illa significatur. In quibusdam inest
 & *κλήμα* & *δός* & *πυλῆς σημεῖον* coniunctim. Hæc proprie *δῶρα*
 appellat *Aristoteles*: ac notat vere propterea & opum & gloriæ cu-
 pidos doni esse appetentes: *ἀμφοτέρως γὰρ ἔχει ὡς δέοντα. καὶ γὰρ κλήμα*
ἔστιν, ἢ ἐπίον, οἱ φιλοχρήματοι καὶ πυλῶν ἔχει ἢ οἱ φιλόπρωτοι. Huius ge-
 neris sunt torques ac phaleræ aliaque multa, quæ Augustum faci-
 lius dedisse notat *Suetonius* quam vallares coronas: erant istæ quo-
 que ex auro: sed, vt aperte indicat *Suetonius*, pauco; vt pretio
 comparandæ non essent cum torquibus ac phaleris quare ad prius
 genus pertinent. amplius enim erat in eis *πυλῆς σημεῖον*, quam *κλή-*
μα & *δός*: contra in phaleris ac torquibus aliisq; multis. Doctum
 virum non audio emendantem *quanquam auro arg.*

Quam vallares ac murales coronas] Quare omisit ciuicas? Hæc
 si materiæ æstimationem spectes, omnium vilissimæ: fuerunt enim
 initio ilignæ, postea ex esculo, tandem quernæ: si honorem eis
 habitum, omnium gloriosissimæ & superbissimæ, præter obsidiona-
 lem. Quare parcissime omnium data istæ ab Augusto: quem & alii
 postea

postea principes sunt secuti. Videtur *ciuica* postquam cœpit appendi foribus Imp. quasi propria eorum habita & pars maiestatis ipsorum. Ex his licem accipit iocus Augusti apud *Quintilianum libro VI c. 5*: *D. Augustus*, ait, *cum ei Galli torque aureum centum pondi dedissent, & Dolabella per iocum, tentans tamen ioci sui pœnentum, dixisset, Imperator, torque me dona: malo te, inquit, ciuica donare.* cum Dolbellæ torque maximæ indicaturæ petenti, ciuicam potius se daturum ait Augustus, hoc ipso satis indicat quanti faceret donum ciuicæ, quam nisi coactus non daret.

Et sine ambitione] ἰχάειν. Imp. Honorius & Arcadius Stiliconi magistro mil. *honoris augmentum non ambitione sed labore ad vnum quemque conuenit deuenire.*

Quod ipsi quoque ius habuissent tribuendi ea quibus vellent] Id ius libera Republ. penes eos erat quorum auspiciis bellum gerebatur: postea sublata libertate, duces cum auspiciis hoc quoque ius amiserunt: non tamen repente, nec ἀπρόως, sed primum ea deserunt donare quæ honore præcellabant: deinde etiam alterius generis. ciuicam sane sub Augusto iam & Tiberio raro dederunt. *Tacitus III Annal. 21: Quo pralio Rufus Heluius gregarius miles seruari ciui decus retulit, donatusque est ab Apronio torquibus & hasta: Cesar addidit ciuicam coronam: quod non eam quoque Apronius iure proconsulū tribuisset, quæstus magis quam offensus.*

Ἀσφαλὴς ἢ ἐς ἀμείνων ἢ θεῶν. ἀσφάλειος] Dux ἀσφαλὴς Latine *cautus*, cui opponitur *audens* vt libro superiore: *dubium cautior an audentior.* *Tacitus de Suetonio Paulino, II H. 25, 3: Cunctator natura, & cui cauta potius consilia cum ratione, quam prospera ex casu placerent.* *Ammianus Marcellinus lib. XVI, 3: Iulianus nec itinera nec flumina transiri posse sine insidiis putans, etat prouidus & cunctator: quod precipuum bonum in magnis ductoribus, opem ferre solet exercitibus & salutem.* *Appianus in Ἀρμενικαῖς refert, Augustum, Fabii Maximi, qui cunctator dictus est, factum in ore sæpe habuisse.* *Idem Ἐμφυλίων lib. V* verbum Augusti memorat: *ἐκ εὐκυλον ἦν τὸ ἐπιφειδύουον.* In Viterb. vbi pleraque Græca eleganter sunt perscripta, hic tamen versus desideratur, relicto vacuo eius spatio. In ora vero hæc adscripta est interpretatio ad verbum, vt vbiq; Græci quod abest. *Accelera tarde sciens optime manentia in pugna bellatorem.* *Quid dicemus?*

cemus? an nugas esse meras hominis Græce indocti? an talem aliquam Græcam lectionem reperit auctor huius interpretationis.

— — *Ἐπιθε βεβηκώς. τὸ μὴ γινώσκον ὅτι
τὰ λῶτα μένει ἐν μάχῃ τὸς ἀσφαλῆς.*

Sed recta est lectio vulgata, quam & Memmianus confirmat.

Cap. XXVI. *Consulatum XX ætatis anno inuasit*] a.d. XIV Kal. Septem. nec amplius deerant XX anno Octavii, quam XXXVI dies. non enim errant, neque Dio, neque Suetonius, vt scribit vir magnus: sed, vt opinor, aliud agens: nam res clara est, & certa. Factum autem hoc ab Octavio sine exemplo vlllo, ait Dio lib. XLVI recte sane: nisi vnum Marium iuniorem excipias, qui & ipse *consul ante annos viginti per vim creatus est*, inquit Florus, lib. LXXXVI. sed quia mera vi id factum, cum eo noluit fortasse Dio Augustum comparare: qui per speciem saltem aliquam liberorum suffragiorum consul est creatus. Solinus: *Caesar Augustus consul creatus nonum decimum annum agens*. Tironi in historia Romana non imponant centuriones Cæsariani qui apud Appianum libro III Ἐμφυλίων petitionem illius defendere conantur, exemplo Coruini & Scipionis, qui inferiores ætate facti sint consules. nam id falsum est & comentitium: siue Appiano hoc imprudenter exciderit, siue centuriones imprudenter iactarint. M. Valerius Coruinus annorum saltem duorum & viginti fuit: Scipio Africanus superior, (nam illum intelligit) tam fere vltra ætatem Octavii, quam citra legitimam.

Hic faciet] Iulium Cæsarem aiunt cum audiret negari sibi consulatum, dixisse, *κόπροντα ἢ λαβῶν ἢ εἶφος, ἢ δὲ μοὶ δώσει. Appianus II Ἐμφυλίων*. Alii hoc aliter.

Suo quemque tirocinio deduceret in forum] Mos ex Cicerone, Suetonio & aliis multis Latinorum notus: Appiano notatur Ἐμφυλ. lib. IV: Ἄπλιος ἢ ἄρσι ἢ τῶν τελείων περὶ μένθη σολῶν ἢ ἢ ὡς ἐθῶ ἐστ, *Ἐν πομπῇ φίλων ἐπὶ θυσίας ἐς τὰ ἱερά*. Idem mos per prouincias servatus, vt docet *Apologia Apuleii*. At Sparta longe aliter. *Trogi breuiator libro III* cum allusione ad morem Romanum. *Pueros puberes non in forum, sed in agrum deduci præcepit*.

Ceteros autem sex] Lege, inductis vocibus autem *sex*, ita, *ceteros*, aut *novem* aut *sex*. ita Viterb. Pithæi, Lislæi & ex editis optimus quisque, vt Robert. Steph. nec potest aliter.

y

Cum

Cum mane pro ade Capitolini Iouis] Ex more omnium consulum, consulare sacrum facturus ascenderat in Capitolium.

Paullulum curuli sella praesedisset] Ut magistratum aspiceretur praesedit curuli sella, & sui adeundi potestatem fecit. Viro docto qui ad strenas refert non assentior: non enim ea causa consuli veniendi in Capitolium: quae autem de Augusti strenis alibi narratur, nihil huc pertinent.

Cap. XXVII. *Triumviratum Reip. constituenda]* Graeci historici triumviros Reip. constituendae ἀρμοσῆς appellant: notatque *Appianus* similem magistratum fuisse eorum quos Lacedaemonii mittebant in captas à se vrbes. Verius dixeris, decemviros illos, quos Romani in subactas provincias ad earum ordinationem mittere soliti, similes fuisse ἀρμοσῆς Spartanorum, τοῖς ἐξ ἑσπερίων σφιν τὰ ἰσθμια, ut idem auctor loquitur. at triumviris istis ut & dictatoribus similes apud Graecos, fuisse, qui turbato intestinis malis Reip. statu, ad eam constituendam soliti creati: hos Thessali ἀρχῆς, Lacedaemonii ἀρμοσῆς (sed qui à superioribus harmostis longe differrent) appellarunt, φοβούμενοι βασιλεῖς ἢ πωρῶνες καλεῖν, ait *Dionys. Halicarnas.* et si reuera tyrannica aut regia potestate erant praediti. *Agathias lib. I* φεγγων ἀρμοσῆς imitatione veterum vocat, quos Franci captis à se urbibus in Italia praeficiebant: sic accipiendum & *lib. IV eiusdem.* Istos veros triumviros Graeci latinorum imitatione τριῶν ἀνδρῶν appellant, ut in nummis Augusti. Γ. ΙΟΥΛΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΤΡΙΩΝ ΑΝΔΡΩΝ. item in alio. ΚΑΙΣΑΡ ΑΤΤΟΚΡΑΤΩΡ ΤΡΙΩΝ ΑΝΔΡΩΝ Λ. Δ. Extant & alii ad hunc modum. *Dio libro XLI* triumviratum vertit τριρχίαν.

Resistit quidem aliquandiu] Ad tertium vsque diem. *Plutarchus.* causam pete ex *Dione.*

Magnopere contendit ne cui parceretur] Si prudentia ab honestate & probitate separari potest, dicam consilium prudentissimum fuisse, etsi impium & saevissimum. Geminum huic illud fuit, quod olim sapientissimus senex *Hereñius Pontius* pater filio dedit, consultus ab eo cum ad *Furculas Candinas* inter duos saltus clausos exercitus Romanos teneret. Ad *Liuium libro IX.* At de *Octavio* longe alia narrat *Dio*: nempe servatos ab eo quotquot servari poterant.

C. Toranium tutorem suum] Dubitanter *Appianus*, λεγόμενος ait, ὑπό πρῶν ἐπιτύχουσιν Κάισαρ. vir doctus qui notat procuratorem vocari ab Appiano, non attendit ad significationem vocis Græcæ.

In cuius tamen pertinacia penitentiam] Sic fere loquitur de eodem Augusto *Appianus lib. IV* αὐτὸν ὁ Κάισαρ ἐς ἀπολογία τῆς Κικέρωνος ἐκδόσεως &c.

T. Iunium Philoætmenem] Dio tantum Philoætmenem vocat, *Appianus* Philemonem, quo modo scriptum offendi in quibusdam optimæ notæ Latinis Codd. Patronum huius Dio T. Vinium nominat: quam lectionem probō, & lego hic quoque T. *Vinium*. atque ita iam inveni in cod. Memmiano. Liberti enim δύο πᾶ ἀπλευδιδρώσι περισίλατον ὀνόματα ait *Artemidorus*, & hodie omnibus notum. Quare omnino ita hic edendum fuit. Lego etiam apud *Appianum IV* Ἐμφυλ. sic, Οὐίνιον δὲ ἀπλευδιδρῶ αὐτῷ Οὐίνιφιλοπιρίαι.

Equestri dignitate decoravit] Nostri quoque Mss. *honoravit* ἐτίμησι: sed prima editio, *decoravit*.

In eadem hac potestate] Viterb. *tempestate*, χωρῶ· ferri potest.

Nam & Pinarium] Lego, *nam & T. Pinarium*: ac de eo T. Pinario interpretor, cuius non infrequens apud *Ciceronem* mentio: ex quo auctore satis liquet bonarum artium & partium fuisse hunc virum.

Curiosum ac speculatorem ratus] Proprie curiosus est πολυπερῶμων. *Plautus Scicho: curiosus nemo est quin sit malevolus*, hoc est πᾶς πολυπερῶμων κακῶδης, ex *Plutarcho* Πισει πολυπερῶμων ὄντης. Nolo excusare scelus Augusti: sed & ille peccavit qui vel curiosus fuit, vel cur existimaretur, commisit; *Speculatores* fuisse milites quos *Plutarchus in Galba* δουλιῆρας ἢ διαγγέλλεις vocat, pridem docti sumus à doctis. Horum munus erat vt ubicunque essent, vicem fungerentur ἀντακυσῶν, ac si quid ducum vel principum cognitione dignum intellexissent, ad eum statim iter instituerent. Idem à celeritate qua utebantur, in conficiendis itineribus πληροφοροὶ dicti. *Hesychius* πληροφοροὶ τίλθ· ἢ στρασιωπικόν. *Plutarchus Galba: ἢ πληροφοροὶ* Συραχῶς ἐφοίτην, αἰὶ π· περιχαρῶν ἐκείνη φερόντες. *Iuvenalis Satyra IV.*

— — — *festinare coactos,*
Tanquam de Catthis aliquid toruisq; Sicambri-
dicturus: tanquam è diuersis partibus orbis
Anxia precipiti venisset epistola pinna.

Somnia sunt, opior; quæ ad hunc locum effutit editus nuper à Doctissimo *Pithæo* Scholiastes, de pinna in literis *Coss.* super re tristi. Verus tamen id commentum est: & cui fingendo ansam *Virgili* locus hic dedit, è libro nono: *Interea pauidam volitans pennata per urbem Nuntia fama ruit.* Nam ad eum locum sic notatum inuenias in veterum interpretum farragine. *Quidam volunt ideo hic famam pinnatam à poeta inductam, quæ tumultum & res aduersas nuntiet, vt illud tangere videretur, quod qui bellum nuntiaret pinnatas literas diceretur afferre.* Melius *Aristides* in illo excellentissimo Romæ panegyrico: epistolas quæ de publicis rebus mittebantur, tanta celeritate perlatas, vt pennis ferri viderentur. *Imperatori*, ait, ἐνμαεία πολλὴ καὶ θυμὸν πάσας ἀγειν ἢ οἰκικμένω δι' ὀπισθοῦ. αἱ δ' ἢ μικρὸν φθάουσι χαρῆσαι, καὶ πάρεσι, ὡσπερ ἰσοπύλων φερόμεναι. *Speculatores* *Dio* vocat δρόπλις & ἐρδνησίς, & separat eam militum τάξιν, ab ordine tabellariorum, quibuscum videntur docti illos confundere. locus est in fragmentis *Vrsini* LXXXIII. ταῦτά τε ἐν, αὐτῷ πολλοὶ ἵππωντο, καὶ ὅτι καὶ τὸν Ἀδύωντον ἐν ταῖς δρόπλις τε καὶ ἐρδνησίς μεμνησθεῖσά τε, καὶ ἢ ἐν αὐτοῖς τάξιν λελοιστά; ἔς τε τὴς χαμμαλοφόρας τελέσαστα, καὶ ὀφείκτον ἀποδειχθῆντα. *Speculatores*, vt ex hoc loco apparet, inferiores ordine tabellariis: quos etiam milites fuisse declarat alter locus eiusdem, ὀχημάτων τε ἐν ταῦτα, ὡς καὶ ἐρδνησίς τις ὅτι ἀγγαλοφόρων ἂν ἐπέβη.

Et Tedium Afrum] Scripti quidam *Rbedium*. Est sane obscura hæc gens *Tedia*. Legi tamen apud *Iuvenalem* in antiquis membranarum, *Tedia non lambis*: non *Media*. vt in editione optimi doctissimiq; *Pithæi*. vulgo *Tedia*.

Q. Gallium Prætozem] Sic legendum ex *Mss.* & *Appiano* apud quem solum hanc historiam legas. periit anno DCCXI extremo.

Oculus eius sua manu effosus] O feritatem! sed fecit non primus. *Sulla*, ait *Kalerius M. Marius non prius vita priuauit quam oculos infelicio erueres.*

Urbe interdicta dimissum] *Appianus* ex Augusti libris, vel alius Cæsariani, ὁ ὃ Κάισαρ ἐς τὸ ἀδελφὸν ἐπέλασσε χροστῆν. καὶ δοκεῖ νεὸς ἐπιπέως ἐδαμῆ ἐπὶ φερνῶν.

Tribunitiam potestatem perpetuam recepit] Tribunitia potestas Augusto decreta anno DCXXIV. post victum Antonium *Dio* libro LI. suscepta tamen ab eo, anno tantum DCCXXXI. idem. lib. LIII. & veterum fastorum fragmenta. Species tamen quædam tribunitatus iam ante fuerat eidem tributa, victo Sex. Pompeio año DCCXVIII. *Dio* lib. XLIX. Exemplum primum est à Iulio, cui S. C. delata ἡ ἐξουσία τῆς δημαρχῶν διὰ βίην. *Dio* lib. XLII & XLIV. Huius dignitatis ea fuit vis, vt sacrosanctus Augustus efficeretur instar tribunorum: vtque appellantis ipsum & intra pomerium (quod ius tribuni habuerunt) & intra proximum miliare (quod nulli vquam tribuno ius fuit) opem ferre posset. *Tacitus*, *Tiberium potestatem tribunitiam Druso petebat. Id summi fastigii vocabulum Augustus reperit, ne regis aut dictatoris nomen adsumeret, ac tamen appellatione aliqua cetera imperia premineret.* Quod diximus de opis latitudine, habemus à *Dione*, cuius verba sunt lib. LI. καὶ τὸ Κάισαρ τὴν τῆς ἐξουσίας τῆς δημαρχῶν διὰ βίην ἔχει, καὶ τοῖς ὀρθοσωμένοις ἀντιπρὸς, καὶ ἐπὶ τῶν πομπῶν, καὶ ἐξω μέχρι ὀδοῦ ἡμισαδίων ἀμύνει, ἀ μὲν δὲ τῆς δημαρχῶν ἐξῆν. in his verbis & simili loco qui habetur lib. LIV. ὀδοῦ ἡμισαδίων *septem stadia cum dimidio* interpretamur, hoc est miliare vnum. sic semper apud *Dionem* stadia septem cum dimidio vnum miliare efficiunt, qui fuit quorundam veterum podismus, vt ex multis scriptoribus liquet. Genus loquendi quo *Dio* vsus, fuisse nobis expositum nuper ad *Theophrasti* Characteres. Quod eo moneo, quia interpretes eius non intellecto plurimos *Dionis* locos vel depratarunt correctionibus suis, vel deprauatos ante non emendarunt, aut certe perperam interpretati sunt. Quædam obiter visum annotare libro LII. verba sunt *Mecænatis* de præfecto Urbis loquentis, ἵνα τὰς τῶν δασυῶν τῶν ἐν τῇ πόλει, πλὴν ὅν ἂν εἴπω, καὶ τῶν ἐξω αὐτῶν μέχρι πενήκοντα καὶ ἑξακοσίων σταδίων οὐκῶσιν, κέσθιν. non est dubium *Dionem* exprimere hic voluisse id intervallum quod apud I. C. De offic. præf. Urbis legitur. Quare scribendum αἰο μέχρι πενήκοντα καὶ ἑξακοσίων σταδίων, hoc est, intra centesimum lapidem. Auctor ipse *Dio* ita emendandi. subdit enim τὴν τῆς Ἰταλίας πᾶσιν ἢ ἕως πενήκοντα καὶ ἑξακοσίων ἀπὸ τῆς πόλεως σταδίων. Simile mendum obsidet hunc quoque locum

cum è lib. LV. vbi inter remedia laborantis annonæ refertur decretum Augusti, τὸ τὰ ἀνδραγαθὰ τὰ ὄνια καὶ πρὸς πρὸς ἰσχυρὰ καὶ ἐξαλοχίως καθύπερθε ἐξωσθῆναι. scribi debet hic quoque ἐπὶ ἀλοχίῳν. male enim χ' posuerunt pro ψ'. At Xiphilini codd. veram lectionem adhuc retinent.

Quaquam sine censura honore] Vide ad lib. I cap. LXXVL

Censum tamen populi ter egit] Habes in lapide Ancyrano.

Cap. XXVIII. *De reddenda Rep. hū cogitauit*] Intellige τὰ *cogitauit* cum effectu : nam alioquin & simulauit ipse semper se Rempub. velle reddere : & tandem, vt posset, optauit non simulare, sed ex animo, si fides vlla ipsi habenda. verba eius extant apud *Senecam* in libro De breuitate vitæ. *Diuus Augustus cui dii plura quam vlli prestiterunt, non desit quietem sibi precari, vacationem à Republ. petere. omnia eius sermo ad hoc semper reuolutus est, vt sibi pararet otium. Mox. In quadam ad senatum missa epistola, cum requiem suam non vacuam fore dignitatis, nec à priore gloria discrepantem pollicitus esset, hac verba inueni. sed ista fieri speciosius quam promitti possunt: me tamen cupido temporis optatissimi mihi, prouexit, vt cum rerum latitia moretur adhuc perciperem aliquid voluptatu ex verborum dulcedine. Suetonio reddere Remp. est quod pluribus Dio dicit, ἀποδίδου τὰ δῆμα καὶ τὰ ὄνια, καὶ τὰ ἴδνα, καὶ τὰς ἀρχὰς, καὶ τὰ χεῖματα. Sic apud *Senecam. Possidere Rempubl.**

Tedio diuturna valitudinis] Septimo suo consulatu, vt narrat Dio initio lib. LIII nisi aliquis malit ad ea referre quæ in XI consulatu gessit, de quo quidem Dio in eodem libro extremo. Vndecimo ipsius consulatu. Narrat Dio LIII extremo.

Magistratibus ac senatu domum accitis] - Dio, τὰς ἀρχὰς, τὰς πᾶσι ἄλλοις τὰς πρώτους καὶ τὸν βουλὰ καὶ τὸν ἐκπέων ἀποίκα. Errat igitur vir eruditus cum emendat *Magist. è senatu.*

Ita mihi saluam ac sospitem Rempub.] Dignum principe ius-iurandum. *Ammianus* lib. XXIV: *Animabat Iulianus exercitum, cum non per charitates, sed per inchoatam negotiorum magnitudinem deceraret assidue, sic sub iugum mitteret Persas: Ita quassatum recrearet orbem Romanum. Vt Traianus fertur aliquoties iurando dicta consueuisse firmare. Sic in prouinciarum speciem redactam videam Daciam: Sic pontibus Istrum, Euphratem superem: & similia plurima. Hactenus *Ammianus.* Tale illud *Planci Imperatoris in epistola ad Cice-**

ronem.

venem. Ita ab imminentibus malis Resp. me adiuuante liberetur. At in Octauio, quando Remp. primum capessabat, damnatum illud à bonis, Ita mihi parentis honores consequi liceat.

Rempub. *sistere in sua sede*] Sedes est basis, κρηπίς. *Sisters* δροπδῶν, ισάου. Est enim (quod non aduertunt interpretes) translatum è columnis vel colossis, qui magno pisu in suam basim (βασιδὸν interdum Græci vocant) restituantur, vt in eo exemplo quod narrat *Socrates lib. I. cap. XX.* Ita loquitur *Isocrates* Archidamo, ἐὰν χερσὶν ὀρίσσομεν, καὶ ἢ πάλιν οἷς ταυτὸ κλάσασθαι δυνήσομεν ἐξ ὧν ἐκ κρηπίδα. Eadem translatio in illis mox, *mansura in vestigio suo fundamenta Reip. Symmachus* epist. XLVI libro III. Ita voluenda attulit dies, vt domini nostri *Grasiani fortissima simul ac felicissima manu nutantia Resp. pondera fulciantur.* Sic obiter emendabis illum locum: nam vulgo *gratiam pro Grasiani.*

Fecitque se compositum voti] Audax dictum, *Scatinus IX Thebaid.* de Capaneo,

Sic ait, & voti sese facit ipse potentem.

Vetus dictum est Romanorum, *Sapiens ipse fingit fortunam sibi.* apud *Plautum, Ciceronem, Sallustium, & Cornelium Nepot.* *Seneca* epistola XXXI. *Quid votis opus est? fas te ipse felicem.* & ad hoc exemplum multa apud Stoicos impietati proxima.

Vrbem neque pro] Corruerant hunc locum qui putabant à superioribus ista pendere: falso: nam si in capita secari debuit *Suetonius*, hanc erat ducendum principium eorum quæ vulgata diuisione capitibus continentur XXIX & XXX. More enim suo auctor, toti illi sermoni istud veluti caput & breue præposuit.

Pro maiestate imperii] Sic in veteri lapide posito in honorem Augusti ob munitas vias, PRO DIGNITATE IMPERII.

Inundationibus incendiisq. obnoxiam] *Tacitus* de incendio Neroneo, *Ignis anteit remedia velocitate mali, & obnoxia vrbe arcti itineribus huc & illuc flexis, atque enormibus visis qualis Roma fuit.* Sed vide *Strabonem* lib. V. De inundationibus subitè mirari, cum ea res causas naturales & manifestas haberet, semper tamen Tiberim exundantem pro magno prodigio habitum & in Acta relatum.

Inre sit gloriatus mammoream se relinquere quam lateritiam accipisset] Aliuorsum trahit *Dio Augusti* dictum: quem morientem dixisse refert, ὅτι ἢ Ρόμῳ γήθησεν ὡς ἑλαβὼν, λείψυλον ἑμῶν καταλείπον. & ad

& addit suum interpretamentum, τὸτο μὲν ἔν ἐ σφῆς τὸ σφῆ οἰκοδομημάτων αὐτοῖς ἀκελεῖς, ἀλλὰ σφῆς τὸ σφῆ ἀρχῆς ἐχυρὸν ἐκεδέξαλο. At Suetonius non de impetii firmitudine, sed de publicis ædificiis accipit. *Iulianus* in *Cæsaribus* ad Dionis mentem accedit, qui sic gloriantem inducit Augustum, respiciens haut dubie illius hoc dictum: σφῆ σφῆ ἐμφυλίων εἰσέων τὴν Ρώμην ὄρων εἰς ἔχασον ἐλαύνουσα πολλάκις κινδύνον, ἔτο διεδέμην τὰ σφῆ αὐτῆ, ὡσε ἔτ) δι ἡμᾶς, ὃ θεοὶ, τὸ λοιπὸν ἐ σφῆ μαρτυρῶν. Idem *Iulianus* Augusti vocem spectasse videtur cum diceret Antiochenis, Velle se ipsorum urbem facere marmoream. *Libanius* legatione ad *Julianum* de Antiochia πὺ γὰρ π τῆ πόλει σφῆ μω μεμβρούμεν σφῆ, Ἐγὼ δ ἔσφης, ἀλλῶ δεινούμεν ποιήπται μῆμαεῖν μω. ἔτο γδ ἔπης τὸ ρῆμα π. Notabis quomodo verterit illa *Dio latericiam* σφ *marmoream*: alii *Græci* pro *latericiam* dixerunt πλῆ μω. Allusit autem Augustus ad antiquissima Romanorum ædificia, de quibus *Varro* Ταση Μωίππης. *Antiqui nostri* domibus *lateritiis* paululum modo lapidibus suffundatis, ut humorem effugerent, habitabant. De iis *Plinius* libro XXXV cap. XIV.

Quantum provideri humana ratione potuit] ὄσον ἦν σφῆ σφῆ σφῆ ἀνδρῶν πη σφῆ σφῆ. *Xenophon*. hoc autem ideo additum, quia facti necessitas humanis consiliis rumpi non potest. ut ait *Liuius* libro

Cap. XXIX. Forum cum ade Martis ultoris] De Augusti foro apud *Ovidium* in V Fastorum, atque apud scriptores alios multa. Sed notanda verba *Seruii* recens à *Daniele* editi, ad illa, *Furor impius intus Sæua sedens super arma, &c.* notat enim *Seruius*: In foro Augusti introeuntibus ad sinistram fuit bellum pictum, σφ furor sedens super arma enci vincitus, eo habitu quo poeta dixit.

Ut de bellis triumphique hic consuleretur senatus] *Ovidius* de hoc templo,

Hinc fera Gradium bella mouere decet.

olim in Capitolio: *Appianus*, ἠδὲ βελὴ ἐξέφραναί τε σφ γνῶμην, καὶ ἐς τὸ Καπιτώλιον, σφ σφ εἰώθεσ σφῆ πολέμου χροσπίν, σφ σφ εἰώθεσ ἐ σφῆ σφῆ.

Templum Apollinis in ea parte Palatine domus excitauit] Vir doctus qui exerrauit pro excitauit repertum in vno fortasse aut altero cod. amplectitur, non magis mihi sententiam suam, quam doctus alter ille, qui apud *A. Gellium* maualt legi in verbis *Quadrigarii*, lib. IX cap. XIII. lingua exerrare, quam linguam exersare. Quæ lectio & elegantissima est, & omnium aliorum historicorum narratione

tionem confirmatur, qui in ea re vñ plerique verbo *exerere*. nec aliter *Plinius* quoque lib. XXXV. Nec moueor si in vno aut altero cod. sic scriptum extat: nam in pluribus multo aliter est. Sic sane antiquissimum exemplar quod ipsi vidimus.

Lecticam eius fulgur perstrinxisset] Vel vt alii libri *præstrinxisset*. Fulgur autem pro fulmine, vt in Domitiano, *108 fulgura facta auditag, sunt*, & ita semper in libris olim aruspicum: saepe etiam *Plinius*, & optimus quisque Latinitatis auctor. *Glossarium: κεγυροβίλον ημετερον fulgurium.* Lege *fulgur dium*. *Festus: Diuum fulgur appellabant diurnum, quod putabant Iouis, vt nocturnum Summani.* *Glosse κεγυροβίλον απο τρωι νυκτερον.* *fulgor submanum.* ita accipe vocem *fulgor*, in Constantini constitutione, Cod. Theodos. De paganis sacrificiis & templis, *Si quid de palatio nostro aut ceteris operibus publicis degustatum fulgora esse constiterit, retento more veteris obseruantia, quid portendat ab haruspiciis requiratur.*

Sed & ceteros viros principes saepe hortatus est] Notemus igitur in his *Taciti* verbis magnam *μεγιστον* *Annal. lib. III cap. LXXI: Erat etiam tum in more publica munificentia: nec Augustus arcuerat Taurum, Philippum, Balbum, hostiles exuuias, aut exundanteis operis, ornatum ad Urbis & posterum gloriam conferre.*

Aedes Herculis Musarum] Sustulimus τὸ &, secuti libb. nostros & historiam. Hæc ædes in regione nona fuit. Vide vrbis descriptionem. *Ouidius* de ea,

— — — *clari monumenta Philippi*

Afficiis: vnde trahit Martia casta genus.

Atrium Libertatis] Fuit in Auentino. Vide *Liuium* & *Ouidium* in Idib. Aprilis. Eo docti tanquam ad λέγονν conueniebant. *Ouidius,*

Nec me qua docti patuerunt prima libellis

Atria, Libertas tangere passa sua est.

Ibidem fuit tabularium, in quo seruata acta publica. *Liuius lib. XLIII: Censores exemplo in Atrium Libertatis ascenderunt, & ibi signatis tabellis publicis clausoque tabulario, & dimissis publicis seruiis, &c.* Hinc etiam intelligimus loci formam: erat enim similis atrii ædium priuarum, quæ habebant tablina & pinacothecas adiunctas: in medio erat area sub dio, columnis cincta: ideo is locus etiam *peristylium* appellatus. Idem quoque *impluuium* dicebatur. Atque hoc proprie atrium est, non atrii pars: nam *atrium* ab ἀτρειον, significat locum in ædi-

in ædibus sub dio. Græci ὑπαίθρων frequentius vocant: sed αἶθρον pro atrio notauimus sæpe apud LXX. & Iosephum. Tertullianus in loco Ezechiel. cap. IX subdiuat vertit. Extat & apud Lucianum, neq; dubium esse potest inde dictam vocem Latinam. Nam Varronis aliorumque veterum notationes quis non rideat? etiam illi errant qui atria fuisse testata volunt, quia dixit Ausonius, laqueata atria. neque animaduertunt eam vocem vt apud Græcos μεγαρον & ἀλλή pro palatiis procerum poni: at in iis quæ proprie atria dicebantur, non aliud testum erat, præter alas ædificii, quæ velut porticus circa medium subdiual efficiebant. Ideo doctè auctor Glossarum atrium αἰθρων, μέστυλον.

Cap. XXX. Spatium vrbis in regiones vicosque diuisit] Regiones quidem XIV. vicos vero CCCXXIV. si satis certa hæc in fragmento Ruffi lectio: nam Victor aperte vitiatus. Non assentior interpretibus qui Augustum negant fuisse diuisionis Vrbs in regiones in XIV auctorem: nam si ea partitio Augusto antiquior, cur eius non meminit Varro De lingua Latina lib. IV. Dionis tamen ambigua verba ex quibus expresse eam sententiam non elicias. Regiones autem ille μέστυλον vocat simpliciter. Sacrates in Ecclesiast. hist. κλίματα. Alii Græci ῥεγκῶνας, vnde in Suida ῥεγκωνάρχης dicitur, & apud Hesych. ῥεγκωνάειος curator regionis: nam male ipse interpretatur ῥεγκωνάειος: is enim est vico magister.

Instituitq; vt illas annui magistratus sortito euerentur, hos magistratū de plebe cuiusque vicinis electi] Vixerb. lecti. Suetonium breuitas interdum reddit obscurum, vt hic: quod enim ait de annuis magistratibus, quibus commissæ regiones vrbs, tam de nouis magistratibus in eam rem creatis potest intelligi, quã de ordinariis. quæ sententia verior: neq; enim noui magistratus creati ex institutione Augusti, qui curarent regiones, vt falso docti quidam tradunt: sed eam curam curauere ædiles, tribuni, prætores. Idque ad Seueri tempora seruatum. Hæc omnia Dio in actis anni DCCXLVII clarissime docet, libro LV. cuius verba sic scribenda, καὶ τοὶ τῶν ἐκείνων (nempe τῶν ἀρχόντων, non vt Xylander, τῶν συναρχόντων) καὶ τῶν δημόρων τῶν τε στρατηγῶν πᾶσαν τὴν πόλιν εἰς δεκάσιασα μέρη νουμισθεῖν, καὶ ἕν ἑκάστῳ τῶν. ὃ καὶ νῦν ἐπὶ τῆς. Legitur vulgo κλήρω mendose; nam vel κληρῶν scribendum, vel sic, κλήρω (ῥοίσι) διανέμειν πρὸς τὴν. In descriptionibus vrbs Victoris & Ruffi, duo curatores vrbs regioni cuiq; assignantur:

tur: quod cuius principis sit inuentum nescio. Augusti non esse, hoc scio. Vicorum magistrōs autem, siue viocarios, iam inde ab antiquissimis temporibus Romæ fuisse certum est. Fuit & nona Roma in regione XIV diuisa, habuitque suos curatores & vicomagistros.

Aduersus incendia excubias nocturnas vigilesque commentus est] Strabo lib. V. Dio lib. LV. in anno DCCLIX. & I. C. Dig. De offic. præf. vigil. Ante ædiles incendiorum curam habuerunt, vt ex variis eiusdem Dionis & Appiani locis constat. Erant autem cohortes præfecti vigilum è libertinis conscriptæ: propterea alii milites per contemptum eos vocabant *sparteolos*. Vt opinor, à funibus quorum multus vsus in restinguendis incendiis: vel à sparteis tunicis quibus erant amicti; vel etiam à genere calciamentorum. nam huiusmodi hominum soleæ è sparteis funibus contexebantur interdum, vt docemus alibi. Sic eos nominat vetus *Iuuenalis scholiastes* ad hæc verba ex lib. V.

Dispositio prædies hamis.

notans, *per translationem discipline militaris sparteolorum Romæ, quorum cohortes in tutelam vr̄bis cum hamis & cum aqua vigiliæ curare consueverunt vicinis*. Sic accipio apud *Tertullianum* in Apologia, ad *sumum cœnæ Serapicæ sparteoli excitabuntur: de solo triclinio Christianorum retrahatur*. Inuit elegantissime scriptor Afer, tantum apparatus cœnæ Serapicæ esse solitum, vt milites cohortium præfecti vigilum, illum locum vbi parabatur, obseruandum haberent: non enim magnum conuiuium sine magno igne paratur: inde incendii metus, quem ait excitare sparteolos. Nihil etiam vetat eam vocem ibi interpretari de gumis, surconibus, & parasitis, quos certum est omnes epularum occasiones sectari. Huiusmodi hominum proprium est *omni sumi esse non imperitos*, vt ait *Apuleius* in Apologia; & nos ibi nuper exposuimus. itaque sparteoli venustissime dicentur: quia sparteoli id est, vigiles dum intenti sunt ad omnem incendii casum, fumos caminorū sollicitè obseruant. *Seneca* epistola LXVIII: *Intervenere quidam amici propter quos maior fumus fieret: non hic qui erumpere è lautorum culinæ & terrere vigiles solet: sed hic modicus qui hospites venisse significaret*.

Quo autem facilius vr̄bs adiretur] Dio in año V. C. DCCXXVII. lib. LIII. & in anno DCCXXXIV. lib. LIV. Strabo lib. V. extant &

nummi in memoriam eius rei cusi, cum hac inscriptione S. P. Q. R. CÆS. AVGVSTO QVOD VLÆ MVN. SVNT. Fuertunt & statua variis locis cum in vrbe tum per prouincias qb eam curam eidem Augusto posita, vt Dio quoque testatur. Tale est istud monumentum quod hodieque Emerita in Hispania reperitur

IMP. CÆS. DIVI. F. AVGVSTVS. PONT. MAX. COS. XI. TRIBVNIC. POTEST. X. IMP. VIII. ORBE. MARI. ET. TERRA. PACATO. TEMPLO. IANI. CLVSO. ET. REP. P. R. OPTIMIS. LEGIBVS. ET. SANCTISSIMIS. INSTITVTIS. REFORMATA. VIAM. SVPERIOR. COS. TEMP. PORE. INCHOATAM. ET. MVLTIS. LOCIS. INTERMISSAM. PRO. DIGNITATE. IMPERII. P. R. LATIOREM. LONGIOREMQUE. GADEIS. VSQ. PERDVXIT.

Reliquas triumphalibus viris ex manubiali pecunia] Hoc verius quam, vt Dio ait, quibusdam è senatoribus: neque ex pecunia manubiali, sed propriis impensis τὰς ἄλλας ἀλλοῖς ποτ ἤν Βυλδίων ἐπι- σαδάσασ οἰκείοις τέλεισι. θεοῦ πᾶξε.

Edes sacras vetustate collapsas, aut incendio absumptas, refecit] Vide inscriptionem Lapidis Ancyran. Ouidius II Factorum :

Cetera ne simili caderent labefacta ruina

Cauit sacras prouida cura Ducis :

Sub quo delubris sentitur nulla senectus :

Nec satis est homines; obligat ille deos.

Templorum positor, templorum sancte reparator.

Sit superis opro mutua cura tui.

Verfù pentultimo puto legendum *refector. non reparator.* *Liuius Augustum templorum omnium conditorem aut resitratorem vocat.* Limitatus est hunc locum vt alios multos ex hoc presertim libro, *Eginhartus De vita Caroli Magni.* *Precipue ramen, ait, ades sacras vbicunque in toto regno suo vetustate collapsas comperit, Pontificibus & patribus ad quorum curam pertinebant, vt restaurarentur imperauit :*

Gemmasque aut margaritas] Manilius lib. V.

Hinc augusta nitent sacras munera templis

Aurea phœbeis certantia lumina flammis

Gemmarumque illi radiantibus lucibus ignes.

Vide *Macrobius Saturnal. lib. III cap. XVII.* & quæ ad *Manilii* superio-

periozem locum *Iosephus Scaliger* de harum gemmarum & margaritarum vsu adnotavit.

Cap. XXXI. Pontificatum maximum suscepit] Hoc deerat ad implendum omni ex parte ius *αυτοκρατορίας*: duobus enim continetur Respub. omnis, religionum carimoniis, & legibus humanis: quorum vtriusque cura & potestas olim penes Reges fuit. estque is mos antiquissimus, vt ex *Aristotelis* lib. III. Polit. notare olim meminimus ad XIV. *Strabonis*. Vide eundem Philosophum lib. VI cap. vlt. & *Synesiam* epist. CXXI. Postea cum rebus mutatis vetera regna defecissent, vestigiū nihilominus eius rei in plerisque rebus publicis seruatum est: in quibus creati sunt reges sacrificuli, qui potestate cetera priuati, religiones curabant: regium vero nomen *ἰσῆς ἑνεργε*, ait *Dionysius* lib. IV. retentum est. Hi sunt quos Græci *ἀνακλιτοτελεστῆς* & *βασιλεῖς ἱερέας* vocant: quales diu fuisse in multis Græcorum ciuitatibus, certissimum est ex *Aristotele* & veteri historia. At barbarorum plerique, ait *Clemens Alexand.* priscum institutum constanter retinuerunt, *ἱερεῖς*, inquit, hoc ipsum intelligens, ἐπὶ καὶ νῦν ὡς τὰ τοῖς λογιωτάτοις τῶν βαρβάρων *ἑρῆσαι*; τὸ ἱερατικὸν γένος εἰς βασιλείαν προσεγέντων. Romani Græcos per omnia sunt secuti: nam & primi Reges ipsorum augures: & postea priuati sacerdotiis præditi Rempub. religionum auctoritate rexerunt vt scribit *Cicero* I de Diuinat. Augustus ergo nequid illi ad summam potestatem deesset; Pont. Max. anno DCCXI. Prid. Non Martii creatus est. *Dio* lib. LIV. & *Ouidius* in Martio. Permanfit mos ab eo traditus ad *Gratianum* vsque: qui primus ex Imp. Christianis deficiuit ab hoc maiorum instituto, *Constantini*, *Constantii* & cæterorum exemplo neglecto. Auctor *Zosimus* lib. IV.

Quem nunquam viuo Lepido auferre suslinuerat] *Plutarchus* Quæst. Rom. auguribus hoc ius proprium esse ait, vt ne damnati quidem sacerdotio priuentur: de reliquis vero negat diserte. quod miror. *Cassiodorus* in Patriciatu formula, Mox vt datus fuerit, in vite tempus reliquum homini sit coeuum, ornatus indiuiduus, cingulum fidele, quod nescit ante deserere quam de mundo homines contingat exire. credo ad similitudinem pontificatus vnde venerat, rem fuisse formatam: quia sacerdotium non deponunt, nisi quum vite munera derelinquunt. Eo alludunt Imperatores cum scribunt sic: Hi veluti dicari infulis mysterium perenne custo-

custodiant. nam dicari infula sunt Pontifices lege CXXXII. De decurionibus. in Theodof. C.

Annum à D. Iulio ordinatum] Quia anni ratio in potestate Pontificis fuit, propterea hic de emendatione anni agit.

In cuius ordinatione Sextilem mensem] *Censorinus*: Qui autem ita Sextilis fuerat, C. Martio Censorino, C. Asinio Gallo Coss. in Augusti honorem dictus est Augustus. anno Augustorum vicessimo.

Magis quam Septembrem quo erat natus] Soliti veteres eum diem qui sibi ad honores aditum patefecisset, non minore aut etiam maiore colere religione, quam illum, quo solem primum viderant. Ea causa est cur Sextilem mensem præferat Octavius Septembri. Sic Cicero diem quo redierat ab exilio & prioribus honoribus fuerat restitutus, modo *παλιγγενεσίας* suam vocat, vt ad Atticum VI. epist. VI. modo *uatalem reditus sui* vt lib. III. epist. XX.

In demortue locum aliam capi oporteret] *Κυριολογίαι* vt ex *A. Gellio* & aliis nocum, sic dictus dictator, flamen proditus dicuntur proprie vt notat *Curius Fortunatianus* lib. III. etsi hoc non perpetuum. In glossis scriptum est *Captam* & ἀπὸ πατρῶν οἰκίαν: mirum interpretamentum. scio quid sit in ritibus sacris *captus locus*: hic magister quid sibi voluerit nescio. Puto tamen scriptum eb eo *non οἰκίαν* sed *οἰκείαν*. existimauit captam dici eam, quæ per parentes in ea causa sit vt capi sacerdos possit. Verum alia quoque multa spectata fuisse in legenda Virgine Vestali, liquet. Vide apud *Gellium* lib. I cap. 12: Non igitur tam male quam parum dixerit Græcus ille magister.

Salutis augurium] intermissum per annos XLIV. à Ciceronis & Antonii consulatu, ad V consulem Augustum & S. Apuleium Auctor *Dio*, qui sine ratione, vt arbitror, & lib. XXXVII & LI. ὕψις οἰωνοῦ Græce vertit: nam *Salus* hic, vel ipso teste non ὕψις, sed *Colūcia*.

Diale Flaminium] vide inscriptionem Ancyranam.

Sacrum Lupercale] Celebratum paucis diebus ante Iulii Cæsaris necem, postea neglectum.

Ludos seculares] Coss. C. Furnio C. F. & C. Iunio C. F. Silano.

Compitales lares ornare bis anno instituit] Veteres quidam *compitalitius* vt *Vrsini* & editi quidam. Placet: repetendum enim

ex su-

ex superioribus ludis: & sic dictum est *lupercalibus & secularibus*. Mos Suetonii fere perpetuus, ut quæ iunctim proposuit, ea exequatur sigillatim eodem ordine: sed an fuerunt gemina compitalia? in veteri Calendario semel notata sunt sexto Non. Mai in eodem tamen Larentinalia annotantur inter Decembris festos dies: & satis constat ex *Dionys. Halicarnas.* non longo interuallo à Saturnalibus acta quondam compitalia: *Varro lib. V De lingua Lat. Compitalia dies attributus Laribus: quotannis is dies concipitur.* unde discimus, ætate *Varronis* nō fuisse nisi vna Compitalia: eorumq; diem, ut fere conceptiuarum omnium feriarum, fuisse incertum. Proprie autem *Lares ornare* dixit, vel *ornari*, ut in *Viterb.* aliisque scriptum. lib. VI. Kal. Ianu. *exornati lares in ipso sacrificii apparatu conciderunt*, quod interpretor de priuato Larium cultu, non publico per Compitalia. *Festus, Donatica corona dicta, quod his victores in ludis donabantur, quæ posseæ magnificentie causa instituta sunt super modum aptarum capitibus, quali amplitudine sunt, cum lares ornantur.*

Vernis floribus & æstiuis]. Nam ver atque æstas floribus coronariis generandis aptissimæ sunt tempestates: Ideo *Theophrastus* & alii sapientes *σεφαινοματῶν ἀρῶν* distinguunt in *εἰαρινὰ* & *θερινὰ*. etsi certum in *ἑυνλίω* præsertim locis etiam autumnō, etiam hyeme flores nasci.

Iraque & opera cuiusque manentibus titulis restituit]. De his titulis sentit *Velleius Paterculus* lib. II cap. 39: *D. Augustus, præter Hispanias, aliasque gentes, quarum titulus forum eius prænitet, pene idem facta Ægypto stipendiaria, quantum pater eius Gallia, in ararium reditus contulit.*

Statuas omnium]. Ab ipso *Ænea* & *Romulo*: *Ouid.* lib. V *Eastorum, de Marte Vltore loquens, cui ædes in foro Augusti:*

Hinc videt Ænean oneratum pondere charo.

Et tot iuleæ nobilitatis auos:

Hinc videt Iliadem humeris ducis arma ferentem.

Glaraque dispositis acta subesse viris.

Ut illorum velut ad exemplar]. Sic prima editio: *Mss. pleriq; sic, ut ad illorum velut ad exemplar, scripserim, ut ad illos velut ad exemplar.*

Contra theatri eius regiam]. *Pompeius* post extractum famosissimum illud theatrum, circumdedit ei cum alia opera, quod *Velleius* ait, tum etiam domum, ut illa erant tempora, admodum magni-

magnificam: ipso mortuo videtur, aut illa aut aliud quoddam ædificium ex iis quæ theatro adiuncta (quorum præter Velleium etiam *Appianus* meminit) *regia* nomine affectum. Ait autem *regiam theatri Pompeiani*, quia ut *Plutarchus* ait, quasi appendix theatri fuit ea domus & ἐφόλιον, ut ipse nominat. sic potius hunc locum interpretetur quam ut *Torrentius*, *theatri regia*, hoc est, *theatrum regale opus*.

[*Marmoreo iano supposit*] Hæc omnium veterum lectio. *Iani*, quos *transfrones peruias Tullius* interpretatur, magna hominum frequentia soliti celebrari, ut fora. *Ammianus Marcellinus* lib. XXXVIII. *potiores auctoritate longæua, per ianos & fora clamitant sæpe, Rempub. stare non posse. Livi* lib. XLI. de colonia quadam loquens *Fulvius Flaccus locauit forum porcibus tabernæque claudendum, & ianos tres faciendos*. Sunt codices non postremæ notæ in quibus est *iano superposuit*, ut intelligamus *iano* superpositam Pompeii statuam tanquam arcui triumphali, vel alicui columnæ: quod scimus & Romæ & Constantinopoli sæpe factum in Principum statuis.

Cap. XXXII. [*Grassatorum plurimi*] Et Roma & circumiecta Italia perpetuo obnoxia huic periculo, quo ne nunc quidem carent. Refero huc *Appiani* locum Ἐμφυλ. lib. V. ληστευόμενος ὁ χῆρ' Ἰταλίας ἢ τὴν Ῥώμης αὐτῆς καὶ τὴν Ἰταλίας (vel ἢ ἄλλης Ἰταλίας) σείσασθαι. In vulgatis editionibus scriptum est ἢ Σικελίας. Eamque lectionem videntur confirmare quæ deinceps narrantur: sed qui attentius locum legerint, mihi assentientur. *Iuuenalis* querela est de suis temporibus:

— nam qui spoliet te

Non deerit, clausis domibus postquam omni vbiq̄

Fixa catenata siluit compago taberna.

Interdum & ferro subitus grassator agit rem.

Armato quoties tuta custode tenentur

Et Pomptina palus & Gallinaria pinus.

Sic inde huc omnes tanquam ad viuaria currunt.

Appianus alibi grassatorem hac periphrasi describit, ἀρδρα ληστευει τὴν παροδίου τὴν καὶ ἐπὶ ἔργῳ καταδύνει εἰδησιμένον. Caterum de huiusmodi latrunculatoribus, & eorum inhibitione, lege quæ obseruata sunt *Iacobo Cuiacio* libro XIX cap. XI.

Rapti per agros viatores sine discrimine liberi seruique ergast. poss. *suppr.*] Similis improbitas extitit mancipum panis gradilis temporibus

poribus Theodosii, vt plures illorum temporum scriptores ostendunt. *Auctor historia miscella. Horum panum mancipis tempore procedente pistrina publica latrocinia esse fecerunt. cum enim essent mola in locis subterraneis constituta per singula latera earum domuum tabernas instituentes. Mox: Arte mechanica in molam de taberna cadebant, & hac patiebantur maxime peregrini, & ita latebant clausi, vt multi vsque ad senectutis tempus laborantes, inde non permitterentur exire, existimantibus eorum propinquus esse defunctos.*

Ergastulus possessorum supprimebantur] Ergastulum, vox Græcæ originis, non Græca. illi ἐργάτωνος vocabant. Hefychius ἐργάτωνος οἱ ἐν τοῖς ἀχοῖς τόποι ἔνθα οἱ οἰκᾶται κοιμῶν. sed accommodatius moti Romano scriptor. *Glossarum, Ergastulorum, ἐλδιδέρον φιλακῶν, ergastula τόποι ἐν οἷς πιδῆται ἐργάζων. δεσμωτήριον, δεσμός.* Vetusiores Græci & vsus horum notant & ἐργάτας appellabant. *Athenæus lib. VI. Ἀμείβας ὃ ἐργάτας φησὶ καλεῖσθαι τὸς καὶ τὸς ἀγροῦ οἰκῆτας.*

Ergastula recognouit] Per Tiberium libro sequenti cap. VIII. sed quin hoc sæpius factum etiam per alios non ambigo.

Præcipuam calumniandi materiam] Ἐπιπράξιον non Ἐυκοφαντήν. Sic in Domitiano, *fiscales calumnia.* & in Julio, *calumniarum metum iniecit.* Quid appellet *calumniandi materiam* declarat eximius lex Imp. Theodos. & Valent. AA. in Cod. Theodof. titulo De indulgentiis reliquorum. Reliqua huius periodi pene ad verbum expressit Dio, τὰ παλαιὰ συμβόλαια ἢ τῶ κοινῷ ἀρελιότων ἔχουσι. Vnde merito probata eruditiss. *Torrentio* quorundam libb. lectio *exussit*: cum in plerisque scriptum & nos inuenerimus *excussit*. Confirmant illam scripturam similia insequentium principum exempla non pauca: *Spartianus* de Hadriano. *En reliquiis ingentes summas remisit, syngraphis in diui Traiani, quo magis securitas omnibus roboraretur, incensit.* *Flavius Vopiscus* de Aureliano, *Tabulas publicas ad priuatorum securitatem exuri in foro Traiani semel iussit.* *Ausonius* in Panegyrico, *Tu argumenta omnia flagitandi publicitus ardere iussisti. Videre in suis quoque foris omnes ciuitates conflagrationem salubris incendii: ardebant stirpes fraudum veterum, ardebant seminaria fururarum.* Vide libro IV. ad cap. XV. *Appiani* narratio lib. V. Ἐμοῦλ. vtrique lectioni accommodari potest. In antiquis nonnullis est vt dixi, *excussit*. Nobis placeat *exussit*, quam scripturam præter allata iam exempla stabilit lex Imp. Arcad. & Honor. AA. Cod. Theodof. De indulgentiis debitorum,

torum. ea lege iubentur chartæ istiusmodi cremari. Etiam Iustinus Imp. similem liberalitatem multis versibus decantat *Corippus* antiquus & elegans poeta. In eius verbis caute ista accipe, quod nullus auorum Augustos vnquam cecinit fecisse priores. Nam id, nisi commoda interpretatione mollias, falsissimum est.

Loca in vrbe publica iuris ambigui] id est, quæ publica esse dicebantur magis quam probabantur: alioquin vel ablata possessoribus, vel non nisi imposto solario essent concessa. Simile iudicium Domitiani vt narrat *Suetonius* in eius vita cap. IX. Ad hoc controuersiarum genus instituti sunt postea quos *Curatores locorum publicorum iudicandorum* nominabant. Vetus lapis:

T. QVINCTIVS. CRISPINVS VALERIANVS.

C. CALPETANVS. STATIVS RVEVS.

C. PONTIVS PELIGNVS.

C. PETRONIVS VMBRINVS.

M. CRASSVS. FRVGL.

CVRATORES.

LOCOR. PVBLICOR. IVDICAND.

EX S. C. CAUSA. COGNITA.

EX PRIVATO, IN PVBLIC. RESTITVER.

Extat memoria similibus iudicorum, in aliis inscriptionibus, quas missas facio.

Diuturnorum reorum] Variis olim legibus ac S. C. accusantium temeritas & improbitas coercita fuit, vt lege Remmia & S. C. Turpilliano: de quibus habes apud I. C. in Pandect. Tandem vero prodit saluberrima constitutio quæ anno terminari iussit quæstiones criminales. Extat ea lex hodieque in Cod. Theodof. lib. IX. tit. XXXVI. Iustinianus tempus ampliauit, & biennium præfinit. leg. III. Cod. *Vt intra certum tempus criminalis quæstio terminetur.*

Si quem quis repetere vellet] Post accusationis abolitionem vel ex S. C. vel indulgentia principis, vel ob ferias latitiamve aliquam aut quamcumque aliam ob causam, repeti rei possunt intra dies XXX de quibus vide I. C. Dig. ad S. C. Turpillianum lege X, & seqq. Huius iuris auctorem facit hic Suetonius clare Augustum: obscure *Paulus* Iurisconsultus lege tertia Dig. De accusat. & rescript. *si accusator decesserit aliavo qua causa impederis, quo minus accusare possit, & si quid simile, nomen rei aboleatur postulante reo: idque & lege Iulia de vi.*

de vi, & Senatusconsulto cautum est. ita vt liceat alii ex integro reperere reum. sed intra quod tempus videbimus. Et vtrique triginta dies utiles obferuandi sunt. Similem Domitiani constitutionem refert auctor in eisd vita capite nono.

Par periculum pœna subiret] Vide in Domitiano, capite IX. Calumniatorum pœna legitima talis, hoc est similitudo supplicii leg. vlt. Cod. De calumniatoribus. Olim lege Remmia calumniæ damnatorum fronti inurebatur litera. K. Cicero pro Roscio Amerino, & Plinius in panegyꝛ. vnde apud Papinianum, *calumnia damnatus & homo integre frontu opponuntur.* lege XIII. Dig. de testibus.

Triginta amplius dies actui rerum accomodauit] In multis olim Rebus publicis, vt Atheniensi, Tarentina, aliisque, euenisse legimus, vt crescente variis occasionibus dierum festorum numero, tandem plures voluptatibus dicati reperirentur, quam negotiosi & iuridici. Idem Romanis euenerat ante Augustum. quod non vna Ciceronis in Verrinis querela declarat. Augustus primus, sicut hic narrat Suetonius huic malo medicinam fecit: idem postea factum à Claudio, vt narrat idem libro quinto. Simile est quod in vita optimi principis Marci Antonini Philosophi refert Capitolinus: Iudiciariæ rei singularem diligentiam eum adhibuisse: *fastis dies iudicarios addidisse, ita vt ducentos triginta dies annuos rebus agendis, litibusque disceptandis constitueret*: quod non temere ab eo historico notatum. vix enim vlllo alio tempore, si antiquissima excipias, tot dies negotiosi in anno Romano fuerunt. Potest iniri ratio ex *Kalendario* veteri, quod hodieq; extat, & historiis. Quid? noster hodie annus quam procul ab eo numero abest? cum quidem iam inde à temporibus Iustiniani, dies feriatum in anno essent circiter CLX. clara res ex illius Codice, titulo De feriis. Quantum post illa numerus auxerit, videmus. Digna res animaduersione alicuius Antonini, si minus Philosophi, saltem Pii.

Qui honorariis ludis occupabantur] Fessi verba sunt, Honorarios ludos, quos & Liberalia dicebant. Ego vero hoc loco honorarios ludos interpreto, qui ad honorem edentium pertinerent. Triplex olim ludorum & agonum exhibendorum causa: deorum religio, mortuorum *dotæ*, & edentium honos. qui ex duabus prioribus causis exhibebantur, sacri fere erant & inuiolabiles, eorumque origo prior est & antiquior: *Sæ enim transferunt ludi ab honoribus*

*deorum & mortuorum ad honores viuentium: questuras dico, magistratus, & flaminia ac sacerdotia, inquit Tertullianus. Postea autem ita res in frequenti vsu fuit, vt temporibus Augusti nemo aliquem locum honestiorem in Rep. sortiretur, quin magnam patrimonii partem in editione spectaculorum impenderet, aut impendisset. Merito igitur Augustus hos potius ludos coercuit, qui ex ambitione praua originem habebant, quam illos priores. Ita hunc locum interpretor ex Tertulliani lib. De spectaculis, vbi hæc distinctio ludorum & agonum aperte explicatur. Potest & alia afferri ratio præter superiorem, cur hi ludi à Suetonio honorarii cognominentur: nam quia Augusti temporibus plurimi magistratus prætores erant (sedecim enim ab eo constat fuisse aliquando creatos) à maiori parte honorarii ludi, quæsi prætorii, ita potuerunt dici, vt ius honorarium *αὐτὸ ἐξ ὄψεως* appellarunt ius prætorium: nam alioquin proprie loquendo, etiam ius ædilitium & aliorum magistratuum qui honores obtinebant, iura honoraria dici potuerunt. Sic ipsos prætores *honoratum magistratum*, dixerit Ouidius I Fastorum:*

Verbaque honoratus libera prætor habet.

etsi, vt ante diximus, non de solis prætorum ludis accipere debemus: sed eorum omnium qui eo modo propria ambitioni, & populi voluptatibus seruiebant. Cæterum ad hos ludos refero & eorum plerosque quos vocat Suetonius in Nerone *privatos*. Intelligo enim ludos à magistratibus aut sacerdotibus propria pecunia honoris sui gratia edi solitos: nam priuati omnes dicuntur etiam summi magistratus respectu principis, & ita sæpe accipiendum in Suetonio & Tacito. sed & eos ludos possumus, n̄ fallor ad genus referre, quos extra ordinem in honorem principis ex ambitioso aliquo decreto senatus fuisse editos legimus: cuius rei exempla in historiis plurima.

Ad tres iudicum decurias quartam addidit]. Quæ ratio Augustum impulit vt tempora iudiciorum amplificaret, eadem vt iudicum numerum augetet. Quot & quales Romæ mutationes in re iudiciaria acciderint, quia ex Cicerone & Asconio diligenter docti viri exposuerunt, pluribus persequi non est operæ. Tandem Octavius ad quatuor decurias omnem iudicum numerum redegit. *decuria* in hoc loquendi genere non est *δύναμις*. nam singulæ decuriæ singula minimum millia continebant, quod ex Plinio constat. non est etiam ordo, vt quodam apud Ciceronem loco Asconium exponere memi-

memini: nam decuriæ quatuor fuerunt, postea etiam plures: ordines in ciuitate non nisi tres, senatorius, plebeius & qui illis maxime temporibus constitutus formatusque fuit equester. Est vero decuria hac notione idem fere ac λεύκωμα, album. Quæ fuerit differentia inter has decurias, & vt ita dicam, quæ εἰδοποιικὴ διαφορὰ riondum inueni: nam censum solummodò spectatum non puto: de quo tamen alibi si Deo placuerit quæremus: sed quæcumq; ea tandem fuerit, per illam quatuor τῶν διαφέρων diuersæ iudicum sunt constitutæ: quæ ea ratione decuriæ dictæ sunt, qua & equitum decuriæ dicuntur apud Tacitum & Suetonium. Quod enim apud eos legitimus, ordinare decurias equitum, id significat, omnes equites recensere, & eum cuique locum assignare, qui ei conueniebat. Erant quippe decuriæ aliæ aliis honestiores: cuius modi decuria quæstoria erat, inter equestres vel honestissima: quam si quis erat nactus, eius fuit sedere in quatuordecim inter primores. Scholiastes Iuuenalis, ad Satyræ V. Sarmenus natione Tuscus, è domo M. Faboni, incertum libertus an seruus, plurimis forma & vrbaniatate promeritis, eo fiducia venit, vt equitem Romanum ageret: decuriam quoq; quæstoriæ compararet. Quare per ludos quibus prim^o in quatuordecim ordinib⁹ sedis, hoc à populo in eum dicta sunt.

[Iudices à tricesimo ætatis anno allegit.] Lege à vicesimo nusquam enim reperio ante Augustum non allectos in decurias iudicum minores annis XXXV. contra, annum XXV. legitimum ei muneri obeundo, vt plerisque aliis fuisse finitum, persuadet mihi lex VIII. Dig. De muner. & honorib. Ita emendabat hunc locum etiam Iacobus Cuius, iudicii vir acerrimi, aquila iurisconsultorum.

[Vt solite agi Nouembri ac Decembri mense res omitterentur.] Hoc est vt rerum actus qui certis diebus mense Nouembri & Decembri celebrari solebat, omitteretur, essentq; omnes eorum mensium dies nefasti, nulli ἀγῶραι. Docti viri quia non animaduertebant, res agi sic dici hoc loco vt paullo ante rerum actus, mentè Suetonii non videntes, inani quæstione sese fatigarunt, quæ nã essent illæ res mense Nouembri & Decembri agi solite: atqui vt ad Theophrasti Characteres notabamus & rerum actus & res agi dicunt Romani de eo tempore εἶναι ἡμέρας εἰσὶ. Quinam autem dies illis duobus mensibus essent viles, qui feriat, ex Kalendario veteri & Cicero, Asconio, cæterisque scriptoribus potest intelligi. December præcipue voluptatib⁹ deputatus fuit. Senecam lege initio epist. XVIII. Videretur autem Octavius hoc insti-

tuto auctor fuisse eius quod in Claudio notat *Suetonius* : vt rerum actus in menses aestiuos & hibernos esset diuifus : nam Octobrem fere cessisse feriis vindemialibus , vetus *Kalendarium* rusticum & paullo post Tranquillus suadent. Quin & Septembrem pene totum ludis fuisse occupatum ex altero *Kalendario* & *Cicerone* constat.

Cap. XXXIII. *Ipse ius dixit assidue*] Durauit hic mos admodum laudabilis & Romæ & Constantinopoli per multa sæcula ; vt Imperatores non solum in Curia Senatorum cognitionibus interessent, verum etiam in foro Prætorum iudiciis interuenirent ; ac sæpe in eodem tribunali sederent. de Augusto obseruat *Suetonius* ; de Tiberio *Tacitus* primo Annalium, etsi non cum eius laude : agit enim ibi de lege maiestatis à Tiberio reducta. Sic ille : *Nec patrū cognitionibus satis ius iudicium adsidebat in cornu tribunalis, ne Prætores curuli depelleret.*

Et in noctem nonnunquam] Contra consuetudinem veterum : nam & in curia & in foro seruata lex XII tabularum SOL OCCASVS SUPREMA TEMPESTAS ESTO. Similem assiduitatem requirit à iudicibus Imperator *Iustinianus*, Nouella LXXXII. *καθεδρῶν* οἱ διακριταὶ διηλεκτῶς ἐπὶ τῆ βασιλείᾳ σῶας, ἐν οἷς καὶ νῦν οἰκίαισι διὰ ζῆσον ὄφθρητοί τε ἐυδύς καὶ εἰς δέξιλλω ὀψίαν. *Agathias* Constantinopolitanus caussidicus lib. III. ἀλλ' ἐγὼ ἡμεῖς ἐν τῇ βασιλείᾳ σῶα βιβλῖδια πολλὰ δίκων ἀνάπτεα καὶ παραγράφων ἐξ ἑωδινῶ μέχει καὶ ἐς ἡλιον καταδύοντα ἐκ μελετῶ καὶ ἀνερίτω. Quin disertim testatur *Augustinus* Donatistis respondens, qui noctu prolatam à Marcellino aduersus se sententiam calumniabantur, solitum sæpe fieri, vt iudices vsque ad multam partem noctis sederent.

Vel etiam domi cubans] Reperio notatum à *Dione* in anno penultimo vitæ Augusti lib. LVI. ἔτι τὰ πλείω καὶ κατακείμενοι ἔστιν ὅτε ἐρχομένης.

Parricidii reum] Similis in simili caussa clementia eiusdem Augusti, cum Tario affuit in cognitione de filio. *Seneca* narrat de clementia lib. I cap. XV.

Ne culleo insueretur] Res nota : præter cæteros vide *Giossari* caput, cui index Ἀδειανῆ ἀποφάσεις, vbi fuscè describitur. *Isidorus* vero non audiendus, qui in Glossis ait, culleum tunicam fuisse ex sparto in modum crumina factam, & solicam liniri à populo pice & bitumine. Imperite nimis confundit culleum cum tunica. Ille, quod certum est, corium fuit & ἀσπὸς vel βόειος vel ὀνειος, in quem parricidii

parricidæ infuebantur. Tunica vt ex ipsius descriptione apparet ab eis induebantur qui erant igne cremandi. *Seneca epistola XIV: Cogita illam tunicam alimentis ignium & illitam & intexam. Iuuenalis: tunica punire molesta* De hac loquitur *Tertullianus ad Martyres, iam & ad ignes quidam se auctorauerunt, vt certum spatium in tunica ardente conficerent.*

Ita fertur interrogasse] Iudiciorum criminalium pars non minima erat rei interrogatio. Multum autem intererat in peragendis interrogationibus, quo animo esset is, qui interrogabat. Exemplum illustre hic in Augusto, qui sua interrogatione tacite viam salutis reo aperuit. Hæc enim interrogatio, *Certe patrem tuum non occidisti?* eandem vim habet, ac si ita esset concepta: *nonne verum est, te patrem tuum non occidisse.* At legitima formula ita potius erat concipienda, *parricidium quod obicitur tibi, fecisti?* simile est quod narrat *Liuius* lib. VIII. cum de Priuernatibus tristes sententiz à senatoribus plerisque dicerentur, & legatus ipsorum ferociter responderet; *Consul, inquit Liuius, benigna interrogatione mitius responsum elicere conatus est.* Simile idem quod de Cincio Seuero narrat *Tertullianus ad Scapulam: qui* (ait ille). *Thistri ipse dedit remedium quomodo responderent Christiani vt dimitti possent.* Contra qui perditum reum volebant, omnibus modis illum in fraudem suis interrogationibus inducere conabantur.

Omnesque signatores lege Cornelia tenerentur] Vt referuntur huius legis verba in Pandect. & Iustit. nemo ea teneri poterat nisi qui sciens dolo malo signasset: nam ea verba legi adduntur: sed vt hic locus docet, ex interpretatione sapientum est illa adiectio: non minus quam hæc altera in eiusdem legis recitatione, apud Iustinianum, *qui testamentum vel aliud instrumentum falsum scripserit: nam lege Cornelia de falso tantum quod in testamentis & nummis esset admissum, cautum fuerat: vnde appellatur ab antiquis Cornelia testamentaria, & nummaria.*

Prætori delegauit vrbanis] Omnino doctis viris assentior scribentibus PR. delegauit VR. interpretantibusque. *Præfecto delegauit vrbanis.* nemo in historia versatus negabit. Melius autem membranz delegabat, quam detegabit.

Cap. XXXIV. *Hanc cum aliquanto quam ceteras seuerius emendasset*] Augustus igitur legem de maritandis ordinibus emendauit. non

non autem primus tulit, quod video doctos viros affirmare. reperio sane apud *Dionys. Halicar*: mentionem legis quæ ciues Romanos cœlibes esse prohiberet. Locus est libro IX. vbi futile illud *Ἐγκύκλιος* de extincta gente Fabia ad Cremeram refellens, ὁ ἀρχαῖος inquit, ἀπὸ νόμου γαμῆν τε ἠνάγκαζε τὸς ἐν ἡλικίᾳ καὶ τὰ γινόμενα ἀπαστὸ ἐπάναγκας τρέφειν.

Vacatione trienni data] Hoc prius: postea biennii tantum. Testis ipse apud *Dionem* initio lib. LVI. Vtrum vero de viris an de fœminis intelligi debet? an de vtrisque? nam ex *Suetonio* quidem & *Dione* nihil colligas. Ex *Vlpiano* vero suspicari aliquis possit fœminis tantū hanc vacationē datam. sic enim scribit titulo XIV: *Fœminū lex Iulia à morte viri anni tribuit vacationem: à diuortio sex mensium. Lex autem Papia à morte viri trienni* (ita lego cum *Cuiacio*, non biennii) *à repudio, anni sex mensium.*

Cumque etiam immaturitate sponsarum] *Dio* lib. LIV in actis anni DCCXXXVI. Ὡς δὲ ἐν βρέφῃ πνὲς ἐγγυόμενοι τὰς μὲν πρῶτας ἡ γαμηκῶτων ἐκαρπῶντο, τὸ ἔργον δὲ αὐτῶν ἔπαυοντο, παρῶτα δὲ μηδεμίαν ἐγγύην ἰσχυρὴν μετ' ἧν ἐδὲ δυοῖν ἔτοσιν διελευθῶντων γαμήσει. περὶ τῆς δὲ κέπιν πάντως ἐγγυᾶσθαι τὸ γὰρ πρὸ αὐτῶν ἀπολαύσονται. δὲ δὲ καὶ τὸ κέραις ἐς τὸ γάμου ὄραν ἔτη πλήρη νομίζεσθαι. Hæc *Dionis* verba si contulissent *Xylander* & *Leunclaius* cum isto *Suetonii* loco, non tam procul abissent ab auctoris sui mente. saltem *Zonaram* consuluisse, qui *Dionis* locum sic refert, vt eius sententiam explicet, ac finem legis manifeste aperiat. Mirum vero Augustum qui hanc licentiam ita coercuit, imputare tamen suis ciuibus indulgentiam suam apud *Dionem*, non secus ac si plane libera huiusce rei facultas ipsis esset ab eo relicta. Sic enim ait, καὶ τοὶ καὶ μνηστεύειν ὅμιγ ἀπαλάς ἐπικόρας καὶ μηδέπω γάμων ἀράας ἐπέτρεψα, ἵνα τὸ ὄνομα ἡμῶν μνησθέντων ἔχοντες οἰκωφελῶς βιώητε.

Tempus sponsas habendi coarctauit] Biennii spatio tempus illud Augustum definisse modo narrabat *Dio*. qua de re vide quæ obseruat *Iacobus Cuiacius*, obseruationum libro XVI cap. XXXV.

Cap. XXXV. *Senatorum affluentem numerum*] *Adi* lib. LIII extremum & *LIV Dionis*. Erant Romæ Senatorum omnium nomina in album relata, vnde citati ordine suo quisque procedebant publicarum sœnennitatum diebus. *Corippus* lib. III: *Inde Sena-*

torum

*eorum sacro recitantur ab alio Nomina, conscripti Patres: qua voce citati
Accedunt hilares.*

Erant enim super mille] Cum à Tarquinii prisci temporibus ad Syllam vsque CCC tantum senatores fuissent: post illa cœpit augeri numerus, qui iam temporibus Iulii ad DCCC creuerat, vt auctor est Dio. eo mortuo ducenti accessere, per factiones bellorum ciuilium admissis omnibus qua dignis, qua indignis. Dio lib. LII: πολλοὶ μὲν γὰρ ἰππεῖς, πολλοὶ δὲ καὶ πεζοὶ ὄντες ἔαζον ἐν ἑβδωμυλίων πολέμων ἐβέλκον. ὡς καὶ ἐς χάλις τὸ πλήρωμα ἔγαγε αὐξήσθαι.

Post necem Casaris] Antonius fuit qui Casaris tabulas nactus, hanc turpem nundinationem instituit & exercuit. Historia nota ex Cicerone, Appiano, Dione & Plutarcho in eius vita.

Quos orcinos vulgus vocabat] Ita scriptum est in quibusdam Mss. & ita omnino scribendum, vel per u, vt in Memiano *orcinius*, sicut etiam in Ciceronis oratore, *orcinius* scribitur non *orcinus*; licet ab orcus ita formandum videatur *orcinus*, vt Paulinus à Paulus, & similia. Plutarchus in Antonio *χαρωνίτης* expressit, vt *orcinum libertum* apud Iustinianum lib. II. Theophilus *χαρωνιάδων* dixit, vsus in voce Græca formatione Latina. In vulgatis libris & plerisque Mss. scribitur *aborcinius*: quomodo Paulus vocat se *ἐκτρωμα* & Simeo ille *ἐπικρόνι* vel Stelites in epistola ad Basilium *ἐγὼ αἶτ, ὁ ταπεινὸς καὶ εὐτελής τὸ ἐκτρωμα ἢ μοναχῶν*. Sed non dubium illam priorem lectionem esse veram, hanc falsam: ortus error à veteri scriptura *borcinius* pro *orcinius*: nam veteres *borcus* scribebant pro *orcus*, teste Mario Victorino: sic iidem *ortus* & *hortus* esse Græcorum *ἔρκ*. e & o literæ permutabiles vt loquuntur Hebræi magistri. Similiter mutatur u in o. vt cum *orcus* dixerunt quas Græci *ὄρχας* vulgo, Iones *ὄρκας*. Non clam me est scripsisse virum in omni genere literarum maximum, orcum esse à Græco *ὄρκ* prolato Menandri hoc loco:

Οὐ πῶπο' ἐζήλωσα πολυτέλη νεκρῶν.

Εἰς τὴν ἴσον ὄρκον τῶν σοφῶν ἔρχεται εὐτελής.

nec refragor: et si suspicor istum versiculum bis corruptum esse, & ita scribendum:

Εἰς τὴν ἴσον ὄρχον τῶν σοφῶν ἔρχεται εὐτελής.

ὄρχος vt sciunt Græce docti, est fouea in qua conduntur mortui, quasi *ὄρχος* ab *ὄρνω*. inde potius est orcus. nam & *orchus* cum aspiratione in medio Probus & plerique alii omnes à veteribus criticis

scribunt. Cicero quoq; vocem *orcium* inter eas ponit, quæ aspiratio-
nem ratione originis suæ desiderent; licet vulgo aliter pronuntia-
retur. atq; ita *orciam* & *orbiam* ὄρχω vertentes dixerunt.

Ad modum pristinum] Non qui olim fuerat ante Sullam: sed
qui, vt videtur ante bellum civile inter Cæsarem & Pompeium. Dio-
planius & melius ἐβελύσκοτο μὴν τριακοσίς αὐτὸς καὶ τὸ ἀρχαῖον ποιῶσα
δουρασιάντων ἢ πάντων ὁμοίως τῆς ἑξακοσίς καταλέξατο.

Duabus lectiōibus] In Ancyrano lapide. ait Augustus ter à
se lectum senatum. Dio *Nicaus* plurimas illius ἐξέτασις commemo-
rat. *Suetonium* absque numeri adiectione lectum ab eo senatum re-
fert. Nam qui sic verba illius interpretantur, vt duas has lectio-
nes diuersis temporibus factas autument, ii, nisi animi fallor, cum ea
scribere ἔπ' ἡλάσμεν εἰς ἢ γέν ἐκ ἑβελύσαν. non enim indicare Sue-
tonius voluit, quoties Senatum Augustus recensuerit, sed quomo-
do. rationem, inquam, legendi ordinis amplissimi expressit.

Quo tempore existimatur lorica sub veste munitus] Aliter Dio:
non enim hoc tempore, sed sæpe aliis lorica munitum fuisse illum.
ob insidiantium vitæ suæ metum. Loricatum igitur sæpe prodire
sblitum in publicum, & in senatum item loricatum ventitasse: ὁ
αὐτὸς αἰς, δὲ εὐρα καὶ τῆ σοκῆ πολέμικῆ καὶ ἐς αὐτὸ τὸ συνέδριον εἰσὶν
ἔρχεν.

Quosdam ad exc.] Dio sub finem libri LII.

Etiā excusantibus] Verus membrana etiam excusatis.

Speclandi in orchestra] Hoc est in senatu vt alibi loquitur.

Dio hæc omnia lib. LIV totidem verbis.

*Quo autem religioſius & minore molestia senatoria munera funge-
rentur*] Illud minore molestia caue referas ad proxime sequentia de
suffitus institutione. quid enim hoc ad leuandam senatoriorum
munerum molestiam? sed more suo *Suetonius* simul proponit res
diuersas, quas deinceps figillatim explicat. nam sequitur statim, &
ne plus quam bis in mense legitimus senatus ageretur. Non añotassem ista,
nisi vidissem, *Dionis* interpretes familiaré Tranquillo consuetudinē
non obseruantes, aliorum hac traxisse & eapropter pessimam pes-
sime affecto *Dionis* loco medicinam fecisse. Verba *Dionis* sunt
lib. LIV in actis anni DCCXLII: αὐτὸς ὀμπληθῆς τε καὶ ἑτανορ-
δωπὸς ἢ τῶν πῶν εἰς ἕτερα πάντε ἐπὶ αἰρεθεῖς θυμῶν τε τὴς βελότας ἐο τῶ
συνεδριῶν ὁσῶν αὐτὸ ἐδρα αὐτὸ, καὶ ἢ ἀφίξιν πρὸς ἑαυτὸν ποιῆσαι, τὸ μὲν, ἴνα

Diota

διοικῶσι, τὸ δὲ, ἵνα ἀποπῆνι Κυρίωσιν, ἐκέλευσαν. Locus corruptissimus: quid enim illud ἕδεα αὐτό. deinde ubi est alterum membrum quod necessario postulat adiectum τε voci θυμῶν? planissime instituit duo Augusti instituta referre, quorum alterum est ἕ θυμῶν, alterum in hac lectione non comparat. Neque hunc locum sanat illa nupera quorundam emendatio, ἕδει αὐτὸ ποιῆσαι, ἢ καὶ τήν. neque eorundem versio recta, quæ hæc est: *iussit ut senatores quoties in curiam convenire, aut se accedere deberent suffragium adolerent, partim ut se religiose gererent, partim ut eo minore cum molestia convenirent.* Existimarunt illi in hoc Suetonii loco verba illa *minore molestia* ad institutum adolendi referri: & illam Tranquilli, vel suam potius sententiam à Dione esse expressam adnotarunt. Sed neque ea est Suetonii mens, quam illi putarunt, ut ante monuimus: neque ad Suetonii verba oculos intendit Dio, cum hæc scripsit. Similia quidem narrant, sed non eadem omnia. Voluit uterque, ut ex eorum verbis planum est, indicare quomodo Augustus senatorum religioni & commodo consuluerit: de religione eadem ambo referunt: non item in alio faciunt. nec mirum: cum variis rationibus senatorum commodis sit ab Augusto consultum. scribo igitur in Dione, θυμῶν τε τὰς βουλευτὰς ἐν τῷ συνεδρίῳ ὁσάκις ἀν' ἕδεα αὐτῆς ἦ, καὶ τὴν ἀφιξίν πρὸς ἑαυτὸν ἐποιῆσαι. hoc est, *iussit senatores quoties senatus ageretur, adolere in curia, neque ad se venire: illud, ut religiosum se gererent, hoc ut sine molestia convenirent.* Ex ἕδεα αὐτὸ ἦ fecimus, ἕδεα αὐτῆς ἦ. certissima coniectura. Sic diem senatus solent exprimere Græci. Idem Dio lib. LV. τὰς τ' ἡμετέρας ἕδρας ἐν ῥηλαῖς ἡμέραις γίνεσθαι ἐκέλευσε. lib. LVI in simillimo isti loco τὸ μὲν δὲ πλεῖστον ἄλλως τε καὶ ὁσάκις ἕδεα αὐτῆς ἐρίγετο ἐν τε τῇ ἀγορᾷ καὶ ἐν αὐτῷ γὰρ ἔστιν ὅτε τῷ συνεδρίῳ, καὶ ἐσιόντα αὐτῶν καὶ ἀπόντα αὐδὲς ἠπάροντο. ἦ δὲ καὶ ἐν τῷ πάλαιπρῳ καὶ καθήμενόν γε. ἔστ' αὖ ὅτε, καὶ κατακείμενον καὶ ὅπ' ἡ γερουσία, ἀλλὰ καὶ οἱ ἰπκῆεις τῷ τε δήμῳ πολιτοί. & alibi multis locis. Iam habes orationis τὸ κατάλληλον, hoc est alterum membrum quod in vulgata lectione & aliorum emendationibus non comparere ante diximus. Sed veram lectionem non habebimus, nisi negationem ante verbum ποιῆσθαι adiecerimus: ita erunt omnia plana. Sensus enim est, Augustum ut laborem senatorum leuaret, instituisse ne die senatus Ave matutini ferendi causa, venire ipsius domum necesse haberent. Probamus ex modo allato Dionis loco, & ex Suetonio, qui hanc ipsam sententiam alii

verbis retulit infra cap. 53 : *Die senatus, ait, nunquam patres nisi in Curia salutavit.* Tiberius in oratione funebri Augusti, ἐν τῷ ἄλλοις ἡμέρας καὶ τῷ χειροῖαν ἐν ἀποτῶ τῶ βασιλευσῶ ἡσυχάζετο.

Vt priusquam consideres quibus, thure ac mero supplicaret] More eorum temporum, quoties ferii quid aggrederentur. Ovidius præcipiens vxori lux quomodo Liuiam adiret :

Sed prius imposito sanctis altaribus igne

Thura fer ad magnos vinaque pura deos.

Notemus vero duplicem circa introitum Curia Romanorum morem : nam & magistratus soliti rem diuinam facere, atque exta consulere priusquam ingrederentur Appianus Ἐμουλ. lib. II : Ἐθῶ ἐν τοῖς ἀρχαῖον, ἐς τῷ βασιλευσῶν οἰωνοῖσιν οἰωνοῖσιν. eum morem seruat Cæsar, quando in curiam nouissime ingreditur. Suetonius II cap. 81 : *Dein pluribus hostiis castis, cum litare non posset, introiit curiam spreta religione.* & in ea historia alii plures. Diuersus ab hoc ritus est, cuius auctor isto loco dicitur Augustus : vt Senatores priusquam considerent thure & mero supplicarent. Simile iam olim factitatum ab exterarum gentium legatis curiam introeuntibus reperio. Apud Polyb. lib. XV legati Romanorum Carthaginensibus timore vano se efferentibus, & rebellare parantibus, in primis obiiciunt, quod legati ipsorum paullo ante παρελθόντες εἰς τὸ συνέδειον, ἰμόνον τοῖς θεοῖς ἀπὸ αὐτοῦ καὶ τῷ γῆν προσκυνήσαν, καὶ ἀπὸ ἐστὶν ἐθῶ τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις, ἀλλὰ καὶ πάντες ἐπὶ τῷ γῆν ἀγνώστους τοῖς πόδας καταπιλοῖον τῶ συνέδειον. Ait plane morem esse omnium hominum (de exteris hoc audio & eorum legatis) in ingressu Curia diis libare & limen adorare. Legatos autem Carthaginensium, huic consuetudini, ipsius confessus adorationem adiecisse, scdam & dimissi fractique animi indicem. Idem alibi de Prusia rege Bichynia qui Romam venerat : τότε καὶ τῷ εἰσόδον τῷ εἰς τῷ σύγκλητον, καὶ καὶ τὸ δῶρον ἐν ἀντιῶ τῶ συνέδειον, καὶ καθεῖς τὰς χεῖρας ἀμφοτέρως προσκύνουσι τῷ ἔδον καὶ τοῖς καθήμενοις, ἀπὸ δεξιῶν αὐμοῦ ΧΑΙΡΕΤΕ ΘΕΟΙ ΣΩΤΗΡΕΣ. Quod ad senatores, antiquissima Romæ ea fuit consuetudo, vt de maiore negotio, & in quo ipsorum animi essent suspecti, senatus iuratus sententiam diceret. Exempla ex Liniio & aliis possem proferre, nisi factum id iam esset à Lipsiod IV Annal. Taciti. Plinii locum non omitto, nec meam de eo coniecturam. Epist. lib. V. epist. 14 : *Flavius interdicendum ei aduocationibus in quinquennium censuit : & quamuis neminem auctoritate*

traxit-

traxisset, *constanter in sententia mansit: quin etiam Dextrum, qui primum diuersum censuerat, perlata lege de senatu habendo iurare coegit, e Republ. esse quod censuisset.* Sic legitur vulgo hic locus: cum scribendum fit, nisi animi fallor, *prolata lege.* Nam hoc vult Plinius, Aprum in illa acri cum Dextro altercatione, repente adegisse illum iusiurandum, *Esse e Republ. quod censuisset:* idque beneficio legis de senatu habendo, quæ ideo ab ipso est prolata. eius legis auctorem facit Lipsius Traianum argumento istius loci. Ego antiquiorem puto, atque adeo Augusti ipsius fortasse: nam de Traiano qui colligi ex hoc Plinii loco queat nullus video.

Apud aram eius Dei in cuius templo coiretur.] Quid si autem in Curia, non in templo coiretur? sed puto & in singulis curiis fuisse aram alicuius numinis, vt in Iulia Victoriæ. de qua multa Dio lib. LI. & noster hoc ipso libro extremo. Appositus ad hanc rem Symmachi locus de illa ara ad tres Augg. qui tolli eam iusserant, *illa ara concordiam tenet omnium: illa ara fidem conuenit singulorum: nec aliud magis auctoritatem facit sententiis nostris, quam quod omnia quasi iuratus ordo decernit.*

Legitimus senatus ageretur.] Sic omnes vet. sic omnes editi pro haberetur. dictum vt agere conuentum. *Senatus legitimus* opponitur ei qui indicitur à consulibus, aliove cui competit id ius. *Capitolinus* in Gordianis: *Non legitimo sed indicto Senatus die Co s. veni in Curiam.* Hæc proprie βελή Συγκληθ Græcis dicitur: nam indicare dicunt Συγκαλεῖν βελή vel περιεραρεν βελή, vt *Plutarchus* in Bruto. *edicere senatum,* *Suetonius* in Iulio. At *senatus legitimus* Græcis est βελή κἀθήκισα, νόμιμη aut ἕνεκα, vel κρεία. Dio lib. LV. hoc ita narrat. βελὰς κτ' ἄλλας κρείας ἀπίδειξας, vbi puto scribendum ex *Suetonio* β βελὰς siue δύο βελὰς. Sic accipiendum apud *Spartianum* in Adriano, *Senatus legitimo cum in vrbe vel iuxta urbem esset, semper interfuit,*

Et idibus.] Martias excipe lib. super. cap. LXXXVIII.

Neve Septembri, Octobriue mense.] Omnino propter vindemias hoc institutum, quarum gratia feriæ menstruæ conceduntur in Codice, *iustum autem vindemia tempus,* inquit *Plinius, ab æquinoctio ad vergiliarum occasum dies XLIV.* In Italia fieri solitæ vindemiæ mense Octobri, aliquanto post æquinoctium autumnale: in frigidioribus locis, vt in climate quod & ducitur & dicitur δὲ Βυζαντίου, mense

Nouembri sub Autumni exitum, non multo ante solstitium hibernum. Hoc ideo dicimus vt obiter *Agathia* locum emendemus è libro quinto. Verba eius sunt hæc: *Ἡνίκῃ δ' ἐμείνου, ἔ' ἔτος ἢ ἔ' φθινοπόρευε ἔληγεν ὄρα, ἐπὶ τὰ ὑπὲρ ἧ' ὀνομάτων Συμπόσια ἐτελείτο ἡσὺ τῶς Ῥωμαίοις γενόμεσθαι.* Merito querunt eruditi quænam sint ista *ἧ' ὀνομάτων Συμπόσια*. Cæterum ad Nominalia Romanorum hoc referre aut ad Græcorum ἀμφιδρόμια, παρ & similis ratio, imò ἀλογισία. de publico enim festo non priuorum solennitatibus sentire *Agathiam* constat: neque huc facit hilum locus *Tertulliani* quem proferrunt iidem. Legendum aïo, τὰ ὑπὲρ ἧ' οἰνοματίων Συμπόσια, id est, *festos vindemiarum dies*. de hoc festo quæ sunt pridem aliis obseruata non reponam.

Per quorum numerum decreta conscribi possent] Ante Augusti Constitutionem SCtum à paucioribus quadringentis perfici non potuit. Dio lib. LIV: ὄρων ὅτι ἐκ αὐτῶν Συχοὶ Συνελέγοντο, ἐκείλοσε τὰ δόγματα αὐτοῖς καὶ ἐν ἐκλήρωσιν ἢ τετρακοσίοις γινώσκου: ἢ γὰρ ἐξῆν πρὸς ἐκ ἑτέρων ἄλλοις κυρεῖσθαι. Erat autem numerus necessarius alias alius pro vario genere rerum, de quibus decernebat senatus. Dio lib. LV: πῶν τε ἀριθμὸν τὸν εἰς τὴν κύρωσιν ἧ' δόγματων ἀναγκαῖον ἔχειν ἔχουσι εἰδῆσθαι αὐτῶν ὡς καὶ ἐν κεφαλαιοῖς εἰπέειν, διανομοδύμοι. Huc refero legem Constantini in Theodosiano Codice, cuius verba sunt: *Placet ne mihius quinqueaginta clarissimi veniant in senatum: certum est namque hoc numero large abundare substantiam virtutis honoranda.*

Consilia sortiti semestria] Consilia pro consiliariis, vt matrimonia pro vxoribus & alia multa. Dionem vide in actis anni DCCXXIX lib. LIII. & lib. LXI in anno DCCLXVI.

Cum quibus de negotiis ad frequentem senatum referendū ante tractaret] Hoc est quod Græci συμβάλλειν vocant: libera Rep. hæc erant senatus partes, deinde res in concionem ad populum deferbantur, quæ quidem maioris momenti essent: ideo Græci rerum Romanarum scriptores, senatores aliquando συμβάλλουσι & SC. συμβάλλεματᾶ nominant. Augustus vindicat sibi quod erat Senatus: illi tribuit quod erat populi: plebis Rom. vt olim Megarensium ἰδέοις λόγῳ. Ex eo sub Impp. aut taro aut nulla plebiscita.

Non more atque ordine] Ordo quem intelligit ex lib. LIV *Dionis* vt cumque intelligi potest, vbi de Lepido sermo est, & ex lib.

LVI. vbi de Germanico & Druso Tiberii filiiis. in Viterb. est per-
rogabat, vt in plerisque aliis Mss.

Ac si censendum magis quam assentiendum esset] Proprie igitur censere non dicitur, nisi qui nouam sententiam in senatu dicit, eamque vel oratione, vel de scripto, pluribus explicat: quod tamen decernere dici solet. Vnde in faciendo S. C. notari solitum, quo referente, quo decernente, & quo primum assentiente id sit factum. Assensendi autem in senatu triplex modus, voce, manu, pede. Porro ad assentiendum alteri & mediocris attentio desideratur, & industria quoq; mediocris: quum ad censendum oporteat venire meditatum, aut solerti ingenio esse præditum, idoneo consilium in arena capere. Augustus verò, instituto more sententias prærogandi & quidem nullo certo ordine, singulos cogebat attendere & ad dicendam sententiam se parare. Simile est quod in re longe diuersa *Quintilianus* scriptor optimus præcipit: vt præceptor suos frequenter interroget, & iudicium discipulorum experiatur: causam adiicit, quam & Augustus cum hoc institueret est secutus. *Sic audientibus securitas aberit: nec qua dicentur perfluent aures: simulque ad id perducentur quod ex hoc queritur, vt inueniant ipsi & intelligant.*

Cap. XXXVI. *Ne Magistratus deposito honore statim in prouinciis miserentur*] Dio lib. LIII: κοινή δὲ διὰ πάντων αὐτῶν ἀπιγρόδουσι, μηδὲνα οὐδὲ πέντε ἔτη μετὰ τὸ ἀρξῆαι, ἐν τῇ πόλει, κληρῶσαι. Causam libro priore indicauimus.

Qua publice locari solebant] *M. Tullius* passim. Vide *Linium* initio lib. XLII. in re nota errasse *Dionis interpretes* omnes miror, eoque monere obiter visum. quare hæc illius verba lib. LIII: τὸ μὲν γὰρ πάλαι ἐργραβῦντες πνὲς ὡδῶν, ἔ δημοσίαι πάντα ἑπίσι τὰ οὐκ ἐς τὴν ἀρχὴν φέροντα παρῆγον. ita verte. Nam olim quidem erant qui præbenda ituris in prouincias publice redimerent & quicquid iis muneris sui causa opus esset, exhiberent. Notum de *Ventridio Basso* qui fuit ἐργραβῶ & præbendorum manceps. Ea veteris Reip. consuetudo non circa rectores tantum prouinciarum ab Augusto sublata est, sed reliquos quoque magistratus vrbicos, quibus de publico data merces annua & cibaria. Circa eosdem tamen seruatus ex parte mos vetus in tabulis, chartis, cæterisque aliis huiusmodi. Extat S. C. de curatoribus aquarum publicarum Augusto principe factum in quo scriptum, vt qui ita delati essent, iis prætores ærarii mercedem, cibaria, quantæ
pra-

praefecti frumento dando, dare deferreque solent, annua darent & attribuerent. inque eas pecunias sine fraude suas facere liceat: utique tabulas, chartas, ceteraque quae eius curationis causa opus esset, iis curatoribus praebenda. Q. Aelius P. Fabius Coss. ambo, alterue si ius videbitur, adhibitis praetoribus qui erario praesint, locent.

Vt centumviralem hastam Decemviri cogere] Lucanus Panegyrico ad Pisonem.

*Seu trepidos ad iura decem citat hasta virorum
Et firmare iubet centeno iudice caussas.*

Vetus consuetudo Romae est, ut quotannis viginti sex viri populi suffragiis crearentur: è quibus constituebantur Decemviri stilitibus iudicandis, Triumviri monetales, triumviri capitales. Quatuorviri Curatores viarum intra Urbem, Duumviri Curatores extra Urbem, & quatuor Praefecti qui in Campaniam mittebantur. quae vetus consuetudo sub Augusto partim servata, partim abolita est. Dio lib. LIV fusc.: meminit eorundem Vigintisexviroorum & Festus in praefectura cuius locum cum verbis Dionis confer. nam maximi viri in eorum expositione mihi non satisfaciunt.

Cap. XXXVII. *Quoque plures partem administrande Reipub. caperent] Mecanatis prudens praecipit est apud Dionem lib. LII quod videtur secutus Augustus, καλῶς ἔχει inquit ὁ θεὸς πλείονων πάντα τα τῆ ἀρχῆς προσήκοντα διαγρῆσαι, ὅπως καὶ ἀλλῶν] μάλα (υχοί, καὶ ἑμπεροὶ ἢ προσγμάτων ἔργων).*

Curam operum publicorum] Pereunte censura simul cum libertate, in plures διακομίας ἐπιμελείας diuisus est is magistratus, factiq; sunt curatores plures pro vna censura. non infrequens in antiquis monumentis lapideis titulus CVRATOR OPERVM PVBLICORVM & nonnunquam CVR. SARTORVM. TECTORVM OPERVM PVBLICORVM. Hi sicut ceteri omnes, qui curam aliquam publice curabant, non magistratus erant, sed quasi magistratus, sicut vocantur à Frontino: ex quo vno optime intelligimus quo iure fuerint, & quae honorum insignia plerisq; ipsorum concessa.

Viarum, aquarum, alvei Tyberis] Haec ita ἀνοδῶτος in membris & prim. edit. De curatoribus viarum ab Augusto constitutis erudite Lipsius ad III Taciti Annal. at eiusdem coniectura riparum pro aquarum substituentis, meo iudicio non proba. Nam cui fiat

veri-

verifimile omiffum à Suetonio in hoc albo curatorem aquarum
de quo officio vide in elegantiffimo *Frontini* libello.

Frumentis populo diuidendi] Videtur qui hanc curam fuf-
tinebat alio nomine dictus *Minutia curator*. fic interpretor in la-
pide veteri vbi fculptum, CVRATOR. AQVARVM. ET MINV-
TLE. CVR. ALBEL. TIBERIS. ET. CLOAGARVM. VRBIS.
De *Minutia* frumentaria alii monuerunt.

Triumviratum legendi fenatus & alterum rec.] Vtrumque mu-
nus olim cenforium. *Tacitus* de *Volufio* *Annal.* lib. IV. *Cenforia*
etiam potestate legendi equisum decuriis functus est.

Cap. XXXVIII. *Nec parciore in bellica virtute honoranda*] In-
figne est in hoc genere quod de *L. Tario Ruffo* notat *Plinius* lib.
XVIII cap. VI.

Super triginta ducibus iustos triumphos] Velim notent dili-
genter hunc locum Romanæ hiftoriæ studiosi. Est enim rea qua-
ftione digna, quomodo ab eo tempore quo rerum potitus est Augu-
ftus, ad annum DCCXL. (eo deficere triumphi, cepere ornamenta
triumphalia decerni) triginta triumphi in Vrbe acti funt. Et pro-
fecto aut valde negligenter fcriptæ eorum temporum res, ad nos
peruenerunt, aut hic aliquid mendii latet: fuae alibi mentem ha-
buit *Suetonius* quum hæc fcriberet, eoque offendit: quod non fa-
cile pntem de tam accuratæ diligentia viro: fuae hicaliquis fcriptor
cefpitauit: de quo nihil pronuntio. Sane cum omnes veteres me-
morias excufferis, vix reperias ad dimidium numeri huius qui tri-
umphum eo fpatio egerint. Et tamen ait, non *triginta*, fed *super tri-
ginta ducibus*, nec fimpliciter *triumphos*, fed *iustos*, quæ tam diligens
affeueratio agre permiffit nobis, vt de *minutia* quibusdam *triumphis*
hunc locum exponamus, quos fæpe & facile ab *Augusto* folitos
concedi, variis locis fcribit *Dio* lib. LIV. de *Agrippæ* moderatione
loquens in petendis honoribus, ἢ ὃ δὲ ἄλλων πνὲς ἕχ' ὅτι τὰ αὐτὰ ἔγω
πελοῶντες ἀλλ' οἱ μὲν λησῆς Συλλαμβάνοντες, οἱ δὲ πόλεως καταζύτους καταλ-
λάωοντες, ἢ ἐπιφύροντο ἢ νικητῶν, καὶ ἐπιμνον αὐτὰ: ὁ δὲ Αὐγύςθ' καὶ
πᾶντα ἀοδόνως ποίτην γε πρῶτον ἐχάριζεν. Ex eodem optimo fcripto-
re difcimus, quod olim in *Iulio Cæfare* vifum fuerat, cum *Hispa-
niensis* triumphi honorem ambitiofe legatis fuis, qui propriis
aufpiciis nihil egiffent, communicauit: id *Augustum* interdum efle

imitatum, ut de Carinate narratur lib. LL. qua fortasse ratione defendi huius loci scriptura ac sententia possit.

Liberis senatorum qua ceteris Reipubl. assuescerent, protinus virilem togam latam clauum induere, & curia interesse permisit. Ius veniendi in senatum habebant olim, primum in quos legerant censores, deinde in qui mandatos sibi à populo (cuius fuit proprium ius suffragiorum) magistratus curules obtinebant. Postremo prætextati senatorum filii. licuit enim patribus quoties in curiam venirent, suos secum filios adducere. Causam eius moris aperit Suetonius. Mansit ea consuetudo vsque ad tempora Papyrii prætextati, cuius nota historia. Ab eo tempore intermissus mos longo intervallo ab Augusto restituitur. etsi Augustus non tam priorem morem reuocasse, quam imitatione maiorum nouum ius inuexisse in ciuitatem videtur: neque enim curiæ aditum tantum liberis senatorum aperuit sed etiam senatorum insignibus decorauit, ac quodammodo in senatorium ordinem allegit. Veteri iure tantum equites erant: *Isidorus lib. IV. Quamuis senatoria quis origine esset, vsque ad legitimis annos eques Romanus erat: deinde accipiebat honorem senatoria dignitatis.* Appellat legitimis annos ætatem senatoriam, quam illis temporibus fuisse XXV annum, ex Dione pridem scimus. Non igitur poterant senatorum liberi tunicam lati clauu induere: id enim erat senatorii ordinis insigne. Ex hoc vero Augusti instituto tunica laticlauia cum virili toga sumpta à liberis senatorum, quibus & curiæ interesse permissum. An hoc ante Octauium Romæ ius non fuit? hanc temere quarat hoc aliquis: nam de veste quidem palam est, quod ipse aliis tribuit, id ei contigisse: manifesto declarant hæc Suetonii infra, *fumentis virilem togam, tunica laticlauu refusa ex vtraque parte ad pedes decidit.* quorsum enim isto loco & tempore ea tunica, nisi vel cum virilis toga esset induenda, vel cum prætexta deponenda? Id ætatis vero Senatorum liberos, laticlauia tunica ornari solitos, nusquam inuenio ita clare expressum, ut fuisse eum publicum morem omnium, posse inde colligi existimem. sunt quæ id suadeant loca nonnulla: ut hæc apud *Stacium lib. V. Syluarum, in proptrepto ad Crispinum.*

*Sic te clare puer genitum sibi Curia sensit;
Primaque paritica clausit vestigia luna:*

*Mox Tyrios ex more sinus, tunicaq; potentem
Agnouere, humeri.*

Non igitur primus Augustus hoc instituit: Ego vero quod in Augusto factum est, non ius commune fuisse, sed priuilegium puto. Videtur enim Iulius Cæsar, qui tunc temporis in Repub. pro libidine omnia getebat, cum de nepote hoc suo (quod tradunt historici), máximam spem concepisset, & breui eum ad rerum administrationem admoueri cuperet, suaque id putaret referre, hoc primus instituisse, & in eo usurpasse: fortasse & in aliis idem facturus, si diutius Rempubl. rexisset: quod ipsi non licuit, Augustus filius non tam maiorum, vt ante dicebamus, quam patris vestigia premens, vt in aliis plerisque, hoc primus sanxit, & in mores recepit. Fieri etiam potest vt hic mos per confusionem bellorum ciuiliū, institutus, ad ea tempora durauerit, quibus cessit omne imperium Augusto: qui quod licentia temporum fiebat, vt iure fieri liceret, instituerit: vt non male etiam sic rei auctor dici queat. Magnum huius rei argumentum quod de Iulio Cæsare narratur, quem scribit noster *vsu lato clauo ad manus simbriato: nec vt vnquam aliter quam supra eum cingereur, & quidem fluxiore cinctura*: vnde manasse Sullæ dictum constat, optimates sæpius admonentis, *vt male prociuctum puerum cauerens*. Ecce, puerum vocat Sulla, quem latum clauum gestare dixit: ergo ante ætatem senatoriam gestarit. Illud certum, quocunq; tempore id ceperit, sub initia principatus Augusti ita fieri solitum in splendidiorum equitum liberis. arguit *Quidam de se minurriens* Tristium lib. IV:

Interea tacito passu labentibus annis,

Liberior fratri sumpta mibiq; toga est:

Induiturq; humeris cum lato purpura clauo.

Id quod factum esse certum est tertio vel quarto anno circiter post Augusti in urbem reditum à victo Antonio. Hoc ius præclare expressit *Statius* Sylvarum lib. IV in carmine ad Iulium Menecratem

Quippe & opes & origo sinunt hos lampade prima

Patrias intrare fores: hos pube sub ipsa

(Si modo prima bonis inuisti Cæsaris adsunt

Numina) Romulei limen pulsare senatus.

Ait tali profapia ortum; posse cum virili toga latum clauum sumere, & interesse curiæ: si tamen, inquit, ea fuerit voluntas principis:

quod non temere ab eo adiectum: siue enim ex Augusti constitutione, siue ex alius Imperatoris innouatione, non ita fuit hoc ius promiscuum, ut sine cognitione principis vsurpari posset: quin patres id ab eo liberis suis quos destinabant Reipubl. administrationi petebant: propterea *munus* hoc votat idem Statius alibi, *notus adhuc tantum maioris munere clauis*: Sæpeq; euenit ut fratrum alter beneficio principis vteretur, abstineret alter, pro patris voluntate, vel ingenii diuersitate. *Suetonius* in Vespasiano, cap. 3: *Sumpta toga virili latum clauum, quamquam fratre adeptus, diu auersatus est, neque tandem appeteret compelli nisi à matre potuit*. Sæpe item accidit, ut quos vota parentum curiæ destinassent, eos vel fortuna aduersa cogeret, vel propria voluntas impelleret retrocedere, & inferiore gradu subsidere: his ponendus latus clauus erat elapsa ætate senatoria testis locuples *Quintus*, qui postquam latum clauum à se sumptum dixit, & vitam suam ad ætatem vsq; senatoriam descripsit, subdit,

Curia restat: clauis mensura coacta est:

Maius erat nostris viribus illud onus:

Postea eo ventum, ut etiam eorum qui equites tantum erant, quidam latum clauum retinerent, & veste senatoria decorarentur: quod *Ex Diono* aliisq; scriptoribus docti viri ante nos monuerunt. Ab hoc more manauit illa Senatorum distinctio in iuuenes & honorebus perfunctos. Tiberius apud *Tacitum*, VI Annal. cap. 2. de senatoribus loquens: *Sed quos omitti posse, quos diligi? semperne eosdem an subinde alios? & honorebus perfunctos, an iuuenes? priuatos, an à magistratibus?* Idem lib. XIII, 25: *Iulius quidam Montanus senatorii ordinis sed qui nondum honorem cepisset*. Iuuenem tum fuisse Montanum hunc, suadet hoc ipsum quod de eo narrat ibi *Tacitus*. talis fuit & *Iulius* ille *Calpurnius*, quem *Suetonius* in Domitiano vocat *tribunum laticlauum*: *Dio* quasi explicans, *πρωτον κεχλιαρχηματα εις βουλευτας ελπιον. iuuenem qui in spem senatorii ordinis tribunatu militum fuerat functus*. Isti sunt quos *iuuenes secundi ordinis* appellabant: primo gradu iis concessio, qui domum Augustam, vel sanguine, vel affinitate, aut aliqua necessitudine contingerent. *Statius* præfatione lib. IV Sylvarum. *Proximum est Lyricum carmen ad Septimum Severum iuuenem (uti scis) inter ornatisimos secundi ordinis*. Causam accipe ex ipso carmine ad *Septimum* missio,

Hic

*Hic parans inter pignora Curia
Contentus arcto lumine purpure
Crescit, sed immensos labores
Indole patrisia secatur.*

Aut inter iuvenes senatorios adoleuisse istum etſi contentum anguſtiore purpura: recte enim arcto lumine emendauit magnus olim Terneſtus in ſuis aduerſariis, non alio:

Proſinus virilem togam larum clauum induere, curia inſereſſe] Hæc lectio cod. Viterb. ſcribo, virilem togam ac larum clauum. Proſinus ſignificat continere, eodem tempore: Virgilius:

*Nam memini Heſiones viſentem regna ſororis
Laomedontiadem Priamum Salamina petentem,
Proſinus Arcadia gelidos inuiſere fontes.*

Id eſt, vno eodemq; tempore, vt recte Seruius: Gallice, tuos d' vne ſire. Id uicinos eſt proſinus quod & protelo dicitur. Adi Varronem, Seruium, Nonium. Non igitur ſequimur alios codd. in quibus ſcriptum, vel virili toga, vt in Furonenſi & Liſlæo: vnde aliquis putet ſcribendum proſinus à virili toga vel virili tõe latum clauum inducere, vt habent editiones quædam veteres.

Militiam auſſicantibus, non tribunatum modo legionum] Libro III de Tiberio, Sſtipendia prima expeditione Cantabrica tribunus militum fecit.

Sed & præfecturas alarum] Ipſum loquendi genus indicat præfecturas alarum honore tunc anteſſe tribunatum militum: contra Claudii tempore: Suetonius lib. V. Equeſtres militias ita ordinauit, vt poſt cohortem, alam, poſt alam tribunatum legionu daret.

Senio vel aliqua corporis labe inſignibus] Puta, quibus nares præciſæ, vel aures, aut aliud quod vulnus impoſitum ἀεικλιον vt poëtæ vocant: Appianus in Mithridat: αἰχμηνας ὠτειλάς. ita affectos norat Auguſtus urbanis hominibus dicitur eſſe materiam, clarum exemplum in Horatio Coclitæ. Vnde eſt illud ab eo dictum, cum ei in comitiis coxæ vitium obiiceretur, per ſingulos, inquit, gradus admonetur triumphu mei: item Sext. Tidio, veniente ad Pompeium cum eſſet, ſilicernium, & vtroq; crure debilis: apud Plutarchum in Pompeio. Peruerſiſſimi moris eſt debiles & aliqua

corporis labe insignes deridere: cuius rei etiam in iis, quos vocant *Apostolorum canonas*, mentio est canone LVII.

In ordine] Explicat *Dionys. Halicarn.*: οἱ (intellige equites equo publico) καὶ φυλάς τε καὶ λόχους κατοικημένοι ἐν γαλήνῳ ἐπὶ τῆς ἰσπανῶν ὀχόμενοι πορέουσι).

Mox reddendi equi gratiam fecit eis qui maiores annorum quinq; & triginta retinere eum nollent] Sic scriptum in Viterb. & vetere Romana, aliisq; multis: Lislai cod. *vellent* pro *nollent*, longe diversa sententia. Est vero hoc loco aliqua & rerum & verborum difficultas. *Beroaldus* intelligit factam potestatem equitibus senioribus reddendi equum quem ex publico accepissent, si *vellent*: & ita ab equestri militia munere soluerentur. quæ sententia ex his verbis elici non potest. Quid enim est *gratiam facere alicuius*, nisi permittere ne aliquid fiat quod alias necessum erat? sic ante dictus *Augustus Bononiensibus gratiam fecisse coniurandi pro partibus suis*, id est, remisisse necessitatem, qua alioqui tenebantur: sic *gratiam facere iuranti*, & alia similia his. Ita igitur *reddendi equi gratiam facere*: καὶ τὸ ἀνάλογον erit permittere ne reddatur equus, sed retineatur. Plane manifesta ἀπαιμία. Quare scribendum, ut ea sententia efficiatur, *retinendi equi gratiam fecit*. Id erit, liberare necessitate retinendi equi. Olim qui equites equo publico dicebantur, si assignatum sibi equum à censore dum viverent retinebant; nisi idem qui assignauerat censor, vel præteritione vel notatione adimeret; inde est quod modo dictum, de transuentione equitum senio insignium. Etsi autem alendo equo stipendium acceperê hi equites, eratq; res non parui honoris: nihilominus tamen durum onus multis hoc fuisse, ex eo colligimus, quod populus in beneficii parte solitus est dare vacationem huius muneris. Exemplum in *Linii* libro XXXIX. vbi P. Ebutio indici Bachanaliorum inter alia præmia decretum narratur, *ne censor ei equum publicum assignaret*. Hoc vetus institutum princeps Augustus immutavit: quem constat plurimas partes militiae in mitiorem formam redegisse. Nemo autem miretur reddendi equi post annum XXXV factam potestatem: cum cis annum illum potuerint equestria stipendia esse peracta. Quare non dubitem sequi eos codd. qui hanc lectionem habent. etli testantur docti in aliis legi XLV.

Cap. XXXIX. *Impetratq; à senatū decem adiutoribus*] an potius *adiutoribus*? quæ fuit aliquando summi viri coniectura: nam qui censori aderant censum agendi, adiutores siue iuratores e re dicebantur. *Plautus Trinummo: Censum iuratori si recte rationem dedi.* alludit obscure & in *Pænuli* prologo:

— — *argumentum hoc hic censetur*

Vos iuratores estis, quaso operam date.

Sed quum omnes veteres aliter habeant, nihil mutandum.

Atque ex improbatū] *Viterb. In improbatū. Liscæi, in improbratis. Cuiacii, Pithæiq; ex improbratis.* fortasse, atque *ex improbratis, κατ' ἄπορας*, pro, notatis probro.

Cap. XL. *Comitiis tribunitiis fide essent candidati Senatores*] Nihil absurdius quam ad tribunos militares hæc referre, contra *Dionis* auctoritatem, & rem ipsam. Tribuni plebis quanta invidia apud optimates essent, satis notum est, vnde factum videtur per sepe, vt eum magistratum pleriq; refugerent. Ideo lata vetus lex, quæ populo libertatem concessit, si comitiis tribunitiis deessent candidati, ex omni populo & quocunq; ordine, quos vellet tribunos creandi. *Appianus* libro I *Ἐμφυλ.* de C. Graccho iterum tribuno, καὶ ἰσθὲς ἐπὶ πάντε, καὶ ἐς τὸ μέλλον ἦρθε δημοκράτην. καὶ γὰρ πρὸς ἡμῶν ἐκαλέσθη, εἰ δὲ μὴ χεῖρ ἐν δόξῃ Ἰσχυρῆς ἦν ἐν πάντων ἐπιβλεψάτω. Interpretes *Appiani* longe aliter hæc verba sunt interpretati: nos putamus eam ple sententiam esse quam ante expressimus. Postea vero, siue *Sulla*, siue alius, ait idem *Appianus*, tribunatum à plebeiis ad senatores transtulit: ex quo tempore tribunus nemo fieri potuit nisi senator. vt merito notatum in *Augusto* ante fuerit, quod tribunatum petiisset, quanquam patritium necdum senator. Sanctionem *Augusti* pluribus refert *Dio* lib. LIV in anno DCCXLII. meminit & alibi.

In vitro vellent ordine manerens] Nec dubium multos equestri ordine contentos, altiozem gradum insuper habuisse: quod per *Claudium* postea non licuit. *Suetonius* lib. V: *Senatoriam dignitatem recusantibus, equestram quoque ademit.*

Atrito bellū civilibus patrimonio.] Testor hanc esse lectionem & *Turonensis*, & *Mss.* omnium, non *matrimonio*. quam vocem etsi doctissimis viris probatam, hic non agnoscimus: nec fortasse in tota lingua Latina eo sensu agnosci debet. quæ proferuntur
exem-

exempla ei asserenda, omnia mihi suspecta sunt: quaedam manifesto inania: cuiusmodi est *Valerij Max.* locus ex libro VII cap. VIII nam *patrimonio* scribi non *matrimonio* discimus ex testimonio diligentissimorum virorum, qui vetera exemplaria contulerunt. cuiusmodi item Augustini locus ex sermone CLXXXV, quem profert *Cuiacius*: *ibant ad passiones, oblitiscences facultates & affectiones patrimonia ac matrimonia sua*: quo loco mirum est tantum virum non attendisse, *matrimonium* pro uxore poni, tritissimo loquendi genere. *Suetonius* lib. IV cap. XXV. *edixisse, matrimonium sibi reperit exemplo Romuli*, id est, uxorem. *Iustini Trogus*, lib. III de *Lycurgo*: *ut seuerius matrimonia sua viri coercerent. aliquanto post: ut seruis interfectorum matrimonia pollicerentur.* Sic etiam *Impp.* in *Codice* saepius. sic *clientela*, pro clientibus, & id genus infinita. Ita autem interpretandum apud *Augustinam* arguunt praecedentes voces, *facultates & affectiones*, quibus istae *patrimonia ac matrimonia* sunt ἀντιστοιχα. declarant magis adhuc sequentia, si quis locum perlegat,

Metu pœna theatralis] *Lego, pœna theatralis legi*: quis enim ita loquitur?

Sui cuiusq; mensis] *Coniectura docti viri ex Suida emendantis Nonii cuiusque mensis* ratione caret: neque enim quod ille vult, *Suidas* dicit, sed ut *Ariolus* tantum coniecat.

Comitorum quoque pristinum ius reduxit] *Caute accipe illa ius pristinum*: neq; enim ius illud intelligit, quod stante Rep. obtinuit: sed illud ipsum quod libro superiore cap. LXI. à patre Augusti Iulio Cæsare docuit fuisse institutum. id ius per bella ciuilia & III virorum tyrannidem omissum, reducit nunc Augustus. *Dio* clare explicat libro LIII in octauo Augusti consulatu: ὁ τε δῆμος ἐς τὰς ἀρχαῖρας ἐξ ἡ καὶ τὸ κληῖθ' αὐτοῦ συνέλεγετο. ἡ μὲντοι καὶ ἐπεστρεβότο πρὸς καὶ ἐκείνων ἥρωσιν. τὸς γὰρ ἀρχοντας, τὸς μὲν αὐτὸς ἐκλεγόμενον συνέβαλλετο, τὸς δ' καὶ ἐπὶ τῶν δῆμων τῶντε ὀμίλῳ καὶ τὸ ἀρχαῖον ποιόμενον ἐπιμαρτυροῦτο, ὅπως μὴτ' ἀνεπιλήθειαι, μὴτ' ἐκ τῶν καλλιπείρας, μὴτ' ἐκ δειρασιμῶν ἀποδεικνύονταί, *Populus & multitudo iterum ad comitia conueniebant*: neque enim fiebat quicquam, nisi quod ipsi placebat, *Igitur magistratus quosdam ipse electos à se creabat: quorum quidam delectum a populo & plebi permittens, id curabat; ne vel parum digni renunciarentur, vel per factionem vel ambitum.*

Fabia-

Fabianus] Prima edit. *Saborinus* : nota tribus *Sabatina* ex Festo & lapidibus. sed alteram lectionem super Mss. confirmat vetus lapis :

C. IVLIO. C. F.

FAB. SCAPT.

CÆSARI

AVGVSTO.

Singula millia nummum à se diuidebat] Viterb. *asse diuidebat*. mendose pro *à se*. hoc est de suis nummis : sic loqui *Plautum*, *Ciceronem*, *Iuriconsultos*, aliosque pueris notum. At vir doctus scribendum nuper censuit, *à se asse diuidebat*. vellem planius sententiam suam interpretatus esset, & docuisset nos quid sit *asse diuidere*. tamen, ne quid dissimulemus, ineptum putamus.

Ab omni colluione peregrini ac seruilis sanguinis] *Dionys. Hal.* lib. IV. aperit causam & necessitatem huius legis Augusti : quam nondum latam desiderat vt plane necessariam. apud *Dionem* lib. LV in narratione eiusdem legis, scribo *πολλῶν τε πολλὸς ἀκρίτως ἐλάττειν*. non *ἀκρίτως*. nisi si *ἀκρίτως ἐλάττειν* posuit pro donare libertate, non qualicumque, sed plena & iusta. illud melius.

Ac visa quondam pro concione pullatorum turba] Reprehendit in aliis colorem vestis : in aliis colorem & genus vestis. Pullati dicuntur, & qui togam sordidam & coloris obsoleti gerunt : & qui penulas, quæ pullo colore erant. Propria ciuium Romanorum vestis forensis toga fuit, eaq; alba. contra hanc obseruationem maiorum varie peccatum per illa tempora, & magis deinceps. tenuiores, posita toga in tunicis prodire non sunt veriti : inde apud *Horatium*, *Tacitum*, alios, *tunicatus populus* plebs infima idiotarum. alii penulam pro toga gestabant, vel togæ superiniectam. multi togam retinebant, sed sordidam & obsoletam. & hi & illi pullati vocantur à scriptoribus. Pullus & *φαῖς* ancipitis significationis voces sunt : nam & *ἀνορθῆ* atq; ingenuum colorem notant, qualis ferme penularum erat, inde *φαῖά μανδύη* apud *Dionem* : & eum quem vestis alba habendo contrahit. Talis Romæ vestis reorum, qui latinis scriptoribus *sordidati* & *esse in sordibus* dicuntur : Græcis *φαῖά ἐσθῆς*. *Plutarchus* in *Cicerone*, *μίλων* & *κόμιων* ἐρέσει καὶ μεταλαβῆν ἐσθῆτα φαῖά ἀπαξιόσασιν. magis proprie dixisset *πναεθῶν*, vt sæpe Græci : vel *πναεθῶν* & *κοινῶν*. *Diodorus Siculus* de Saturnino reo *πλήξας κατέφυγεν* ὅτι ἔκοινῶν

.d.d

.κοινῶν

κρινόν τῆς ἀλλοφρέντων ἔλεον, καὶ ἔδωτο ἢ πολυτελή κατέδειτο, πρᾶγμα δὲ μεταμφιστάμενον καὶ κοινὴν, καὶ πάρενα τρέφων φαίει. Falluntur qui pullatos dici putant solum ob pulli coloris vestem: nam etiam qui togam sordibus infectam gestabant, eo nomine comprehensi ob similitudinem albi coloris obsoleti, & pulli ἀντιφύει. quare auctores: modo pullatos, modo sordidos vocant: interdum sordidos pullatosque vt Plinius septimo epistolarum. & Calphurnius ecloga VII.

Venimus ad sedes vbi pulla sordida veste
Inter fœmineas spectabat turba cathedras.

Paullo post:

— — sed mihi sordes

Pullaque paupertas & adunca fibula morsu
Offuerant.

Simili ratione Iulius Pollux vestimenta assignat calamitosiſ vel λευκὰ δασυνή, vel φαῖά, aut μέλανα. & qui Latinis dicitur panis sordidus, Græcis δὲ φαῖος appellatur & ῥυπαρὸς, vt in tertio Athenai.

Cap. XLI. Fœnore diminuto plurimum agrorum pretiū accesserit] Et quotidiana experientia, & vetus omnis historia hoc docet. Plinium lege ep. XIX. lib. VI. Auctor Dio tunc temporis Romæ tantam pecuniæ copiam fuisse vt agrorum pretia plurimum intendebantur, & vsuratrienti siue trientali vix locus esset: sic debent accipi hæc illius verba in quibus cæcutiunt interpretes: τοσούτων τὸ κλήμαθ' ἢ χρημάτων δὲ πάσης ὁμοίας τὴν πόλεως ἐχώρησαν, ὥστε τὰ μὲν κλήματα ἐπισημηθήκαι: τὰ δὲ δανείσματα ἀραπιτῶς, ἐπὶ δραχμῆν ἑκατότηρον ὄντα, τὸ τε ἐπὶ τριημισίῳ αὐτὴ γένοιται. Cæterum Tranquilli vocem plurimum, qua certi nihil definitur (& reuera nihil potest definiri) circumscribit Paulus Orosius: cuius sunt verba: Roma in tantum opibus Alexandria aucta est, vt propter abundantiam pecuniarum duplicia quam vsque ad id fuerant possessionum aliarumque rerum venalium pretia statuerentur.

Iis qui cauere in duplum possent] Explicat hunc locum Iurisconsultissimus Cuiacius obseru. lib. V cap. XXXVIII.

Ac pro octingentorum millium summa duodecies HS taxauit] Constans hæc lectio est omnium librorum. Dio libro LIV. in vtraque summa dissentit. Priore, quam facit δέξω μυριάδων. ea sunt HS quadringenta millia. Posteriore, quam ait fuisse πέντε καὶ ἑκοσι μυριάδων, hoc est decies HS. In promptu sunt doctissimorum virorum super hæc tanta, in re tanti momenti, diuersitate sententiæ non minus diuer-

Fuerit: dum alii Græco scriptori rerum Romanorum imperitiam ἀποτόμως obficiunt: alii verecundius culpam in librarios declinant, & in Suetonio legunt *decies*. Ego adhuc ἐπέχω.

Nonnunquam ducenos, quinquagenosque] Non placet lectio quam proferunt quidam *ducenos quinquagenos*. Primum quia aliter optimi codd. deinde quia nihil in nostra lectione absurdi, quod inconsultius quidam pronuntiarunt: nam si Augustus amicis suis (diserte notat *Quintilianus*) congiaria tam exigua dedit, ut ea ipsi vocarent heminaria non congiaria: cur dubitemus in tanta largitionum frequentia plebeculæ illi prope infinitæ viritum dedisse aliquando nummos quinquagenos. Vide vero lapidem Antycranum.

Cap. XLII. *Seuerissima coercuit voce*] Mss. *voce* pr. ed. & alia quædam *oratione*: quod non male interpreteris de edicto quo Augustus populum increpauerit, ut solitum fieri à principibus. *Dio* alteram lectionem potius confirmat.

Populo promissum congiarium reposcenti] Insolens factum & præter consuetudinem. *Cicero*: *Munus flagitare quamuis quis ostenderit, ne populus quidem solet nisi concitatus.*

Quamuis dare destinaret] Mss. *desinaret*. hoc est quamuis iadandi voluntate nihilominus maneret.

Multos manumissos insertosque ciuium numero] Non statim ut aliquis manumissus erat, ad congiarium aliasve liberalitates admittebatur; sed in tribum prius describi oportuit. Benigniores patróni quos manu miserant, iis tribum statim emebant, aut si testamento libertas daretur, emi mandabant, ut scriptum est in lege XXXV. Dig. de legat. III. emtionem tribus significat illis verbis *Suetonius, insertos ciuium numero*. Referri etiam potest ad eos qui suis sibi pecuniis libertatem redimebant, aut ad gratos alias suis heris: nam & hi & illi videntur de industria appetente congiarii die fuisse liberati. Similis fraus notata *Dioni* lib. XIX. in Pompeiana diuisione frumenti. ait enim πολλὸς τῶν δὲ τὰς ἀπ' αὐτῶ ἐλπίδας ἐλάττωσθαι. Sed verum est, occasionem huius emendationis præbuisse Augusto illiberalem lucelli cupiditatem, quæ multos temporibus illis impellebat, ut seruos suos nullo discrimine manmitterent. Hi in tribus diuisi, ad frumentationem, congiaria, & id genus alia legitimorum ciuium commoda admittebantur: ac mox ad patronos suos

omnia deferebant. Non tunc primum Romanorum moribus ea macula adhærere cœpit. *Dionys. Hal.* multos sua ætate libertate donatos queritur; *ἵνα τὸ δημοσίως διδόμενον ὄπλον λαμβάνοντες κατὰ μῆτρα, καὶ εἴ τις ἄλλη ὄψα ἢ ἡ γυμνῶν γίγνοιτο φιλανθρωπία, φέρωσι τοῖς δεδωκόσι πλεῖστα δειρίαν.* *vt frumentum publice dari solitum, singulis mensibus accipientes, aut si qua alia largitio à principibus vel magistratibus fuerit celebrata auctoribus libertatis suæ id statim offerant.* locus est libro IV.

Venitias & lanistarum familias]; *Διοτὸς τὴ μονομαχίας καὶ τὰ ἀνδραγαθὰ τὰ ὄνια.*

Magna vero quondam sterilitate ac difficili remedio] *Eusebius in: Chronico ad numerum MMXXII: Fames Roma ita ingens facta, vt quinque modii venderentur denariis XXVII semis.* nam hæc verba ad hunc Suetonii locum pertinere, obseruat ibi doctissimus *Scaliger.*

Urbe expulisset] *Ultra censum lapidem.*

Impetum se cepisse, scribit, frumentationes publicas in perpetuum abolendi] *Phrasis Suetonii. vt in Caligula: Expeditionis Germanicæ impetum cepit. in Othone: impetum cepit moriendi. Seneca ad Heluiam: sepe iam mater optima impetum cepi consolandi te.*

Atq; ita post hanc rem temperauit]; *Placet magis quod in aliis extat, vt in edit. Rob. Steph. Atq; ita post hanc rem temperauit.*

Vt non minorem aratorum ac negotiantium quam populi rationem deduceret] *Novæ dictum vt alia multa in Suet. rationem deducere, pro habere, ducere. Compositum loco simplicis, vt apud Columell. deputare vites pro putare & lib. superiore. rebus decedentibus pro cedentibus. Mox crus effregerat pro fregerat, quod tamen in membranis reperi, non compositum: hic quoq; duceret non deduceret, habetur in quibusdam libris. cap. XLIII. sensas deducere pro ducere. sensus est; Augustum in diuisione frumenti non minus aratorum ac negotiantium comodis consuluisse, quam plebis otiosæ quæ in vrbe morabatur. Populum appellat, vt sæpe alibi, plebem quæ Romæ frumento publico alebatur. hæc fere otiosorum hominum fuit, & magna ex parte functorum militia: ciues enim Romani artes *βανύτες* pleriq; à se spernebant, & solis seruis dignas iudicabant, ipsi bellis vacabant: vnde peractis stipendiis egeni plerumq; quod supererat vitæ debebant. Quod vt caueret Augustus, commoda missionum & militiæ tempora definiit: *ne aut ætate aut inopia post missionem sollicitari ad res nouas possent.* vt est infra scriptum. Hæc vel præcipua olim causa*

caussa excogitandarum legum agrariarum: ita enim exhatribatur famelica illa multitudo, vere sentina vrbis. Alterum mali remedium fuit, publica frumenti largitio. Sed præclarum hoc institutum secuta sunt non leuia incommoda: Pleriq; enim de plebe in refacienda omissiores *ἄγ. τῶ* facti sunt, neglectum negotiandi studium, spreta agrorum cura & seruis vincisq; commissa. ex quo illa *Livii* granis querela libro sexto: *Olim multitudinem innumerablem liberorum caput inreis fuisse locis, quæ nunc vix seminario exiguo militum relicto, seruitia Romana ab solitudine vindicant.* vide etiam *Appianum* libro primo De bellis ciuilibus. Hæc ratio est, cur Augustus & tollendi primo omnem frumentationem cepit impetum: & cum postea è re non fore id iudicasset *χρὶ δεύτερον πῦρ* quod aiunt, vt vulgi socordiam excitaret, ad frumentationem non minus eos admiserit qui agros colerent & mercimonia exercerent, quam pauperes illos vrbicos, qui soli, vt videtur, ante Augustum publico frumento ali soliti. Negotiantes sunt, non quos putat *Torrentius*, sed quicumque aliquam negotiationem exercerent cuiusmodi erant centonaria, sagaria, lignaria, carbonia, coenacularia, & similes his aliæ in veterum libris & antiquis lapidibus nominatæ. Hi sunt qui Imperatoribus in codice dicuntur, *negotium gerere, vel in negotiis perniciam tractare aut mercimonia agitare.*

Cap. XLIII. *Pecisse ludos se ait*]. In breuiario mi fallor rerum suarum.

Suo nomine quater] Mihi quoque suspectus hic numerus, etsi omnium lib. consensu confirmatus: & quod maius est, inter legendum *Dionis* historiam ludos ab Augusto suo nomine editos, non adeo multos obseruare visus sum. nam alii potius eius nomine edebant. Sed verius est, repetendum ex sequenti periodo verbum *vicies*; quæ *βεκαχλογία* Græcis Latinisq; vsitata est: verum ita fere, vt maior numerus in priore comate positus, etiam sequenti seruiat, contra quam hic fit. *Plinius* lib. XVIII: *In transpadana Italia scio vicenas quinâs libras farris modios pendere, circa Clusium & sen. u.* Repete *vicenas*. *Aristoteles* in libello de miraculis auditis, *τὸ δ' ἐν τῇ Διπάρῃ ποτὲ καὶ ἀκλείπειν φησὶ Ξενοφάνης ἐπὶ ἐκκαδέκτω δ' ἐβδόμῳ ἐπαλειθεῖν.* septimo id est decimo septimo. Siue igitur quater suo nomine ludos Augustus edidit, siue quod potius puto sæpius, nihil hic mutandum censemus.

Athletas extractis in campo Martio sedilibus ligneis] Factum sexto Augusti consularu. Dio, καὶ γυμνασιὸς δὲ τότε ἀγῶν, καθὲρ πρὸς ἐν τοῖς Ἀρείοις πεδίοις ἔστανε κατασκευασθέντι & ἐκτισμένῳ. Ex collatione horum locorum apparet quæ fuerit stadiorum Græciæ forma.

Tiberim cauato solo in quo nunc Caesarum nemus est] Eadem verba in breuiario Ancyrano, vnde sum sit Suetonius. quod moneo, ne quis τὸ νῦν restringat ad tempora auctoris. Tacitus Annal. lib. XII : *Lacu in ipso nauale prælium adornatur, vt quondam Augustus structo cū Tiberis stagno, sed lenibus nauigiis & minore copia ediderat.* Frontinus de aqua Alhetina loquens, *Augustus cum opus Naumachie aggrediretur, ne quid salubrioribus aquis detraberet, hanc proprio opere perduxit : & quod Naumachia ceperat superesse, hortu subiacentibus & priuatorum vsibus ad irrigandum concessit.*

Aureo torque donauit] In solatium debilitatis honos hic eximius Nonio habitus : nam cæteri pueri qui Troiam luserant galeis, hastilibus, talibusq; solum præmiis affecti. *Babius Macer : Caesar Augustus pueri qui luserunt Troiam donauit galeas & bina hastilia.* Virgilius libro quinto obiter ad hanc historiam allusit : vt alibi passim ad Iulii Cæsaris & Augusti res gestas.

Qui & ipse crus effregerat] Memmianus & quidam alii, *crus fregerat* idq; melius : initio libelli de Grammaticis : *quum in regione palatii prolapsus in cloaca foramen crus fregisset.*

Ad scenicas quoque & gladiatorias operas] De scenicis reperio notatum à Dione ludis Marcelli lib. LIII : de gladiatoriiis lib. LVI. *Senatusconsulto interdiceretur*] Auctorem huius rei facit Augustum historia Dionii lib. LIV initio.

Adolescentulum Lucium] Varias *ἡρώδης* huius loci annotauit *Torrentius* : ecce autem nouam præter illas omnes ex cod. Viterb. *Adol. Hirtium.* Ego rectum puto *Lycium* non *Lucium*. nam quæ hæc esset designatio solo prænomine ? est vero nomen ἰθυκόν. neque aliter membranæ regia & Memmianus.

Bipedali minor librarum septemdecim] Mira leuitas, nec pro illa ipsa magnitudine eius corpusculi : Vistata statura, vt alibi notamus, erat pedum fere sex ; pondus librarum Romanarum centum plus minus. *Plaut. A sin. Nudus vincit centum pondo es.* locum vide. Hac proportione homo bipedalis alterum fere tantum pendero debuit : non igitur nanus solum hic fuit ; sed & monströse gracilis

cifis ac leuis: tertii miraculi loco vox stentorea in tantulo homun-
cione. Degacilitate ne nimis miremur, faciunt quæ *Athenæus* lib.
XII. & *Ælianus* lib. X. *Ποικίλης* de Archestrato narrant. At quæ in
Græcis epigrammatis lib. II. titulo *Εἰς λεπτιές* leguntur, non solum
pœtica sed pleraque inepta sunt, paucis exceptis; cuiusmodi hoc
Lucilii sane venustissimum:

Ἐξ ἀτόμων Ἐπίκουρος ὄλον τ' κόσμον ἔγραψεν

Εἶναι, τὸτο δολῶν Ἄλκιμα λεπτιέτων.

Εἰ δὲ τότε ἦν Διοφάντης, ἔγραψεν ἂν ἐν Διοφάντῃ.

Ἐν δ' ἔστι ἀτόμων πάλυτι λεπτιότερον.

Ἡ τὰ μὲν ἀλλ' ἔγραψε Συνεσάναι ἐξ ἀτόμων ἂν

Ἐκ τότε δ' αὐτὰς Ἄλκιμα τὰς ἀτόμους.

Quæ obiter ita vertebamus:

Mundum omnem ex atomis Epicurus credidit ortum.

Cur? atomis credens nil magis exiguum.

Tunc Diophante fores: atq; omnia de Diophanto.

Orta forent, vincis qui breuitate atomos.

Aut si cuncta alia ex atomis conflatâ putaret:

Certe atomis ortum tu, Diophante, daves:

Per arenam mediam] Vt spectarentur prius à populi corona:

Σταλείεν Græci hoc vocant: æ quia in supplicio afficiendis potissimum id fiebat, verbum alias *μῆσιν* in malam partem tantum cœpit accipi.

Superg, sē subsellio secundo locauit] Orchestram sedem senatorum in theatro Romano, (nam aliter in Græco) Suetonius *primum subselliorum ordinem* vocat paullo post. Ea vero pluribus constitit subselliis, sed vni ordini dicatis. Id appellat auctor *ordinem subselliorum*, item *ordines*, sequitur statim, *maritū è plebe proprios ordines assignauit*. id est propria subsellia, siue proprium subselliorum ordinem. subsellium est sedes siue lignea siue lapidea *κόλλη ἢ θεάτρως* in orbem extensa. Græce subsellium ex *Pausania* dixeris *θεῖον Συνεχῆ πολλὰς ἔχοντα καδέδρας*. In *Heronis* mathematici libello quem habemus Ms. vbi problemata quædam de theatris explicantur *βαθμοὶ* & *βαθμοὶ ἔσθ' θεάτρων* appellantur. Scenæ & podio proximum subsellium, principum fuit & magistratum: secundum & reliqua quibus constitit orchestra, senatorum. in primo sedit Augustus: in secundo legatos collocauit: *super se* ait Suetonius: quia ratio subselliorum

liorum ea fuit, vt imo sine primo secundum esset altius, secundo tertium & deinceps. Vel simpliciter accipe *super se* pro pone se & *ὑπὲρ ἑαυτοῦ*. Alio sensu in triclinio dicitur aliquis alium *super se* collocare, quando in eodem scamno ambo sedent, aut in eodem lecto discumbunt, vt in XIV Annal. *Taciti*. Quid hoc loco planius? Interpretes tamen omnes mire turbant, aliud nihil.

[*Quolibet loco publicare*] *Ἐν ἑκάστῳ* vel *ἑνὶ ἑκάστῳ εἰς ὀμίαν*, & vt loquitur statim, spectandum publice edere. Ex eo more est quod notat *Solinus* de muliere tricies enixa, à Pompeio publicata cum XX liberis. quodque *Tacitus* libro XII Annal. de Mithridate Armeniae rege captiuo, *Rostrâ iuxta custodibus circumdatus visui populo praberetur*. quod idem postea de Caractaco narrat.

[*Laxatis sella curulis compagibus*] Bene *laxatis* non *luxatis* vt quibusdam visum. Sella curulis quatuor lignis pluribusve constabat incuruis in modum fere literæ s productæ & minus curuatæ ab vtraque parte. Hæc funibus ita compacta erat, vt aperiri claudiq; posset. in aperta sedebatur super loris & linteis. *Martialis: Recensq; sella linteusque lorisque*. meminit & *Quintilianus* alicubi. Lignorum formam egregie explicant Græci cum *διόρον ἀγκυρόμα* nominant, vt *Plutarchus* in Mario bis, & alibi, & ita in *Glossario*. Huiusmodi sellarum fabrica hodieque in vsu est. Similis autem artificii fuisse videntur illæ quibus olim tanquam laqueis vsi qui alienæ vitæ insidiabantur. *Pausanias* in Atticis vocat *ἐφόρον ἀπαρῆς ἀνακτῆς ἐφόρον*. Res hodie non incognita. Reperio & *ἀνεστῆν τὰ δεσφῶν* in cruciatibus Christianorum vsurpatam. *Eusebius* hitoriarum lib. quinto.

[Cap. XLIV. *Vt quoties quid spectandum vsquam publice ederetur*] Spectacula olim edebantur in Vrbe Italia & in prouinciis. & in Vrbe quidem, alia in teatro, alia in circo, alia in amphitheatro, quædam in foro aliisq; locis publicis. Quod ergo ait, *vsquam*, quomodo accipiemus? puto de Vrbe, Italia & prouinciis intelligendum: id enim arguere manifesto videtur quod modo dictum est de occasione facti decreti huius, quæ Puteolis data fuit: & quod dicit, *quoties quid spectandum publice ederetur*, de teatro & scenicis gymnicsq; ludis aut rebus admirandis quæ spectandæ proponebantur, maxime interpretor: nam ea ætate extra Romam raræ venationes, rari Circenses, vt pluribus alibi docemus. Nihil ergo

Augusti

Augusti temporibus de circi, nihil de amphitheatri sedibus decre-
tum? de hoc quidem, quod sciam, nihil: de sessione in Circo re-
fert Dio lib. LV. anni Urbis DCCLVIII cepisse *χωρίς μὲν τὰς βουλὰς,*
χωρίς ὃ τὰς ἰαπέας ἀπὸ τῶν λοιπῶν πλῆθους circenses spectare: quod in
Claudio & Nerone, qui sit intelligendum dicemus. verum arbitrator
Suetonium hoc loco institutum illud non respicere. Simile est
quod narrat Dio lib. LIII de Polemone rege, socio pop. Rom. ap-
pellato, *καὶ προεδρία,* inquit, *πῶς βουλὰς ἐν πάσῃ τῇ ἀρχῇ αὐτῆ ἐς*
πάντα τὰ θεῶνα ἐδίδεν.

Militem secruit à populo] Ad legis huius similitudinem ex-
cogitata illa à Iunio Gallione, nobili adulate, qui anno Urbis
DCCLXXXV censuit, inquit Tacitus sexto Annal. 3 *ut pratoriani actus*
stipendii, ius apiscerentur in quatuordecim ordinibus sedendi. quem vi-
rum increpans Tiberius, ait, *reperisse prorsus quod diuus Augustus non*
prouiderit. Vbi non dubium alludi ad hanc ordinationem Augusti
quæ hic commemoratur.

Maritis è plebe proprios ordines] *Martialis:*

Sedere in equitum an tibi liceat scamnis

Videbo Dindyme: non licet maritorum.

Olim hæc distinctio ignorabatur. post legem Pappiam Poppæam
multa quæ senibus honoris causa deferri solebant, ad maritos sunt
translata A. Gellius lib. II cap. XV. & passim in historia.

Prætextatus cuneum suum & proprium pædagogis] Scio quid
sit cuneus in theatro, neque hanc lectionem improbo. tamen vi-
detur Augustus facturum fuisse commodius, si scamnum suum præ-
textatus assignasset, & proximum pædagogis: ita potuissent illi mo-
res discipulorum suorum obseruare, quod fuit ipsorum munus. sed
quia pædagogi serui fere erant, propterea separatim illis suus cu-
neus assignatus. Cuneum theatri Græcus magister vertit *φυλὴ*
θέατρον, quia certis personis certi cunci soliti assignari. Quanta
petulantia versaretur in theatris, omnis Græca Latinaq; historia
loquitur: propterea qui seuerius iuuentutem instituebant, à thea-
tris arcebant. Iulianus in Misopogone; *Ἐμὲ ὁ παιδαγωγὸς ἐδίδασκεν*
εἰς τὴν γῆν βλέπειν εἰς διδασκαλίας φοιτῆτα, θέατρον ἢ ἰδεῖν, πρὶν μᾶλλον
κοιτῆται τὴ κεφαλῆς τὸ γένειον. negat sibi per pædagogum licuisse prius
theatris interesse quam pilorum plus in mento quam in capite ha-
berent. Cur ita loquatur norunt qui sciunt quid sit exoletum esse

in nequitias veterum. Sic autem ille locus emendandus: nam vulgo
 νομίστου scriptum est. neque dubito nostram emendationem, *C. Can-*
tolaro eius libri interpreti, probatum iri, quæ est amplissimi illius &
 mihi amicissimi viri, in summa dignitate doctrina, candore & pro-
 bitate admirabili cõdita: porro lege trium Augustorum qui stu-
 diis liberalibus operam dant, non illi quidem theatris penitus ar-
 centur sed tamen vetantur spectacula frequentius adire. extat lex
 in Cod. Theodosiano, titulo VIII. Quando autem in theatrum
 veniebant prætextati, pædagogos suos habebant comites, vt hic di-
 citur. *Theophrastus* in *Charact. Soler*, inquit, *ad spectandum ἀγει τὸς*
μὲν καὶ τὸ παιδαγωγόν. soliti etiam adesse educatores siue *ἑσῆς*, quos
 cum pædagogis *Iulianus* in *Cæsaribus*, & *Iustinianus* in *Institut. con-*
iungunt. Græci etiam *βαῖελας* vocant.

Fæminis ne gladiatores quidem] Nædum ludos scenicos: qui-
 bus tamen & ipsis interfuisse iam olim fæminas constat, sed non
 sine eorum permisso in quorû potestate erant. *Valer. Max. 6, 2, 12: Pub-*
Sempronius Sophus coniugem repudii nota affectit, nihil aliud quam se igno-
rante ludos ausam spectare. Per leges Augusti ad omnia spectacula
 Romani moris admittæ mulieres, sed non promiscue. Quod sub-
 iicit de athleticis, non mirum: id enim ludicri genus Græcum fuit
 non Romanum.

Nisi ex superiore loco] *Neroni ὁ ἀπὸ βα.δ.μ.ς.* Ea extrema
 cauea & sedes pullatorum erat. *Calphurnius:*

Venimus ad sedes vbi pulla sordida veste

Inter fæmineas spectabat turba cathedras.

Ex his versibus apparet spectasse promiscue plebem & fæminas. an
 ita instituit Augustus? videtur ex hoc loco posse colligi. Sed hoc
 quam alienum à gravitate & prudentia Augusti? illene qui militi-
 bus maritis è plebe prætextatisq; suos cuneos assignavit, fæminis
 permiserit cum sordida plebe promiscue spectare? nunquam pu-
 tem. Lego igitur in *Suetonio spectare concessit solis. Virginitibus Vest-*
ita duplici ratione pudori mulierum consulitur: nam & in extre-
mam caueam summotæ, pæne theatro electæ videri poterant; & ibi
quoque solæ seorsim à viris collocatæ.

Contra pratorii tribunal] Proxime scenam & podium. atq;
 vt *Prudentius* ait, *podii meliore in parte sedebans.* Vide amplius *Ta-*
situm lib. IV.

Athletarum vero spectaculo] Infamis Nero contra, *Ad athletarum spectaculum inuitavit & Virgines Vestales.* lib. VI.

Muliebrem sexum omnem] Lectionem à *Turnebo* inuentam & annotatam, *muliebri sexus omne*, inueni notatam in schedis *Lisleri*: in libro optimo *Turonensi* & *Pithœi*, muliebri secus: quam vocem pridem explicarunt viri doctissimi: sed quæ huic loco non conuenit.

Pontificalibus ludis] Quos, vt videtur, edidit pontificata maximo suscepto.

Mulieres ante hor.] Ipsa sunt edicta verba: MULIERES ANTE HORAM QVINTAM VENIRE IN THEATRVM NON PLACET. familiaris principi illi sermo: sic in epistola ad *Liuiam de Claudio*, *Spectare eum Circenses ex puluinari non placet nobis.*

Cap. XLV. *Ipsè Circenses ex amicorum fere libertorumq; cœnaculis spectabat*] In Circo sedes separatas, neque senatus ante *Claudium*, neq; equites ante *Neronem* habuerunt: propterea ne principi quidē certa sedes fuisse videtur, vtq; *Augusti* tempore nascente adhuc imperio. Is igitur vt maiestatis suæ rationē haberet, è puluinari spectauit, hoc est ex *Circi* loco, vbi simulacra deorum, magna pompa inferri & circum metas gestari solita, collocabantur. quæ pars *Circi* ea esset, mirum non explicasse *Dionys. Hal.* in eo sermone: sed dubium non est, quin vt in theatro honestissimus locus erat ad podium, sic in Circo ad *Euripum*, qui medium stadium cingebat. *Augustus* in epist. ad *Liuiam*, super *Claudio*, *primam frontem spectaculorum eum locum* vocat. *Spectare eum Circenses ex puluinari non placet nobis: expositus enim in prima fronte spectaculorum conspicietur.* Inde spectauit *Augustus sedens*, ait *Suetonius*: non vt *Nero* postea accubans, ceu *Deus* aliquis viuus inter simulacra mortua. Et, cum vxore & liberis, non inter imagines ipsas deorum. Interdum vt *Suetonius* hic notat, solitus idem princeps, inuidiæ, vt arbitror, declinandæ causâ, non è puluinari, sed è cœnaculis amicorum aut libertorum eos ludos spectare. idem factitatum *Tiberio* docet *Dio* lib. LVII. καὶ τὲς γὰρ ἦν ἰσπαν ἀγῶνας ἐξ οἰκίας ἢ αὐτὸς ἦν ἀπλῶς ἑστῶν πρὸς πολλῶν ἐύεσθ. cum dicit καὶ αὐτὸς, innuit eis verbis idem ante se scripsisse de *Augusto*: sed locus hodie non extat. Cœnacula fuisse in supremis ædium partibus, imo, vt loquitur *Liuius* lib. XXXIX

supra ædes, ex *Martiale* aliisq; notum. An autem ex cœnaculis Circo vicinarum domorum commode satis spectari Circenses poterant? an ista potius, de quibus sentit Suetonius, in ipso Circo erant? siquidem super illa porticu quæ ab exteriori Circi Romani parte adstructa illi fuit, & officinæ & cœnacula erant: quæ ut arbitròr CESS. soliti locare cœnaculariam facièntibus: à quibus postea inquilini & qui sine laribus erant. *Dionys. Hal.* lib. III. *ὅτι ἦ καὶ οὐδὲν ἢ ἀπὸ δόμων ἐξῆδον ἐν τῷ σὸν μὸρῳ, & ἐρῆσθαι ἐχουσα ἐν αὐτῇ καὶ οἰκῆσις ὡς ἐν αὐτῇ.*

Speſtaculo plurimas horas, aliquando totos dies aderat] *Lego,* membranarum reclamantibus, *aderat.* Scio Augustum spectaculis deditum vel fuisse, vel videri voluisse, ut hac ciuilitate gratior esset vulgo: sed id profecto non est quod his verbis Suetonius significare voluit: quod manifestissime arguunt sequentia. Postquam enim dixit auctor vnde ludos spectaret Augustus, commode subiicit, sepe solitum illum abesse, alio substituto qui vicem ipsius præficeret: quod & Dio variis locis notat: deinde subdit, *verum quoties adesset,* quæ verba ita clare nostram emendationem astruunt, ut mirer non solum interpretes, sed & eruditissimum Lippium, aliosque viros doctos, qui hunc locum tractarunt, mendum non animadvertisse.

Qui suam vicem præsidendo fungerentur] In vita Galbæ, A. C. Cesare ludis substitutus postridie quam ad legiones venit. Sed quam parum vulgo probaretur, si princeps alium substitueret, qui suam vicem ludis præficeret, declarat egregius Taciti locus lib. I, 76. quem libet ascribere. *Edendū gladiatoribus quos Germanici fratris ac suo nomine obulerat, Drusus præfedit, quanquam vili sanguine nimis gaudens, quod vulgò formidolosum & pater arguisse diceretur. Cur abstinuerit spectaculo ipse varie traherent: alii radio cæcus, quidam tristitia ingenii: & metu comparationis, quia Augustus comiter interfuisset. Iulianus quoque Mispogone, parum se vulgo gratum fuisse indicat, quod ἐν τῇ ἀποστολῇ ἀναστρέφειν non soletet modo priorum principum. Ideo Imp. in Codice assiduitatem in spectandis ludis, nominant popularitatem. lege II Cod. Theodof. De officio Rectoris prou. contra eos qui spectacula auersabantur, βαφεῖς vocabant, *tristes & seueros,* ut ait *Simplicius,**

Nihil praterca agebat] Hoc est quod modo vocabat Tacitus
comiter interesse.

Epistolu libelluque legendis ac rescribendu vacaret] More qui
 etiam in senatu à patribus seruat: nam ibi & libros lectitare, quod
 de Catone est notissimum; & epistolas scribere ac rescribere fuit
 nonnullorum consuetudo, vt vel ex M. Tullii epistolis satis liquet.

Seu studio spectandi, ac voluptate qua teneri se] Tacitus lib. I, 54:
Indulserat ei ludicro Augustus dum Macenari obtemperat, effuso in amorem
Babylis: neque ipse abhorrebat talibus studiis, & ciuile rebatur misceri vo-
luptatibus vulgi. quam vocat hoc loco Tacitus ciuilitatem, Græci
ὑποειροσθέν. vt cum Simplicius in Epictetum inter causas quæ pos-
sunt sapientem impellere, vt ludos aliquando spectatum veniat,
hanc refert, τὸν ἄνθρωπος τὸν πολλὸν ὑποειροσθέν. βασίς δ, inquit, ἐπι-
νοῦσαι ἀποτὸς οἱ ἢ ὑπὸν διαγωγῶν ἑστῆς εἶναι δοκῶντες. græces & odiosi
vulgo habentur, qui vita communis consuetudinem subterfugere videntur.

Græco certamini] Quod vel in Græcia celebraretur; aut
 Græcis Italiæ urbibus, vt Neapoli; vel Romæ, Græco more & per
 Græcos scenicos. Vtro modo accipiat aliquis non interest pili,
 quin illud prius quod damnat adeo *Torrentius*, melius conuenire
 menti Suetonii putem: nam hoc tantum probare vult, Augustum
 fuisse naturæ φιλοδράμονα. Quis dubitat autem illum in peragrandā
 Græcia, Asia, aliisque prouinciis, ludis præsertim sacris interfuisse
 quoties occasio esset?

Spectauit autem studiosissime pugiles] Quod apud Romanos
 gladiatores, id ferè apud Græcos pugiles siue πυγμάχοι. in *historia*
Ecclesiast. fit aliquoties mentio damnatorum. εἰς τὸ πυγμαῖον μάχεσθαι.
 vt in VIII *Eusebii.*

Coercitionem in histriones] Hoc est, ius virgarum. Tacitus
 lib. I Annal. cap. 77: *Actum de ea seditione apud patres: dicebanturque*
sententia, vt pratoribus ius virgarum in histriones esset: intercessit
Haterius Agrippa Tribunus plebei: increpitus, est Asinii Galli oratione, silente Tiberio,
qui ea simulacra libertati senatui præbebat. Valuit tamen intercessio, quia
diuus Augustus immunes verberum histriones quondam responderat.

Praterquam ludos & scenam] Refer ludos ad tempore: scenam
 ad loco. Omnino autem legendum, vel *praterquam ludu & scena*, vt
 in quibusdam Mss. offendisse testantur docti: vel, *prater ludos &*
scenam. Ita loqui memini *Impp.* lege III Cod. de spectaculis &

scenicis & len. *Eos qui agitando munus exercent, illustris auctoritas tua nullis prater Circense certamen affici nouerit oportere supplicii.* Non parum legem hanc illustrabit collatio istorum Suetonii verborum.

Stephanionem togatarium] Ita omnes libb. nec placet emendatio non necessaria *togatarum*. Vt actorem secundarum Tullius in Bruto *secundarium* dixit, tertiarum actorem *Valerius Max. tertiarium* (sic enim veteres codd. habent lib. IX cap. XIV.) ita noster actorem togatarum, *togatarum*. Sic dicuntur exdiarius, embolarius, vnde *embolaria mulier Plinio* libro XLVIII. vtricularius: & vno verbo, nomina ἐπιδημιμάτων hoc typo Latini efferunt. vel *Plautum* adi in Auhl.

In puerilem habitum circumtonsam matronam] Pueri delicati olim soliti circumtonderi, hoc est περικείραται. *Dio Chrysostramus*, De regno, oratione II: *μίνες αὐτὲς τῆς Ἑλλήνων περικείραται, αἰχμὰ κομῶν ὅσπιδεν αἰφίς, ὡσπερ οἱ γυν τὰς παῖδας τὰς ἀπαλῆς.* item meretrices: quod diserte testatur *Hesychius* (σκαφίον, εἰς ὅ κεῖται τὸ κεφαλῆς ὁ κείραται φασι τὰς ἑταίρηνόσας.) Ἐδὲ ὁ περιεχάλον. *Varro*: *Alii sunt circumtonsi & terti atque vinctuli ut mangoni videantur esse serui.* Inde apud *Senecam* epistola CXV: *oratio circumtonsa & fucata*, de effocinata & molli. videtur id esse tonsuræ genus quod Græci περιεχοῦ vel περιεχάλον vocant: nam ita tonderi solitos ephobos, attendentibus liquabit, ex his *Plutarchi* de Aristodemo tyraño Cumanorum: *ισόρηθ* ait, ὅτι τὰς μὲν ἀρσενὰς παῖδας ἥσκει κόμαις καὶ χυλοφορεῖν. τὰς δὲ θηλείας ἡνῶν καὶ περιεχάλα κείραται, καὶ φορεῖν ἑσθικὰς χλαμύδας καὶ τῆς ἀνακάλων χιτωνίστων. Extant hæc verba in libello de mulierum virtutibus: ea nos explicamus alibi fusius. Quæcunque autem feminis à tyranno imperata ait *Plutarchus*, ea intelligere debemus ephoborum fuisse propria. simile factum à *Stephanione*, vt merito in sum *Augusti* ira exarserit. Apud veteres vero *Francos* non eius ætatis propria, sed omnium fuit ea tonsura communis: nam præter regem omnes erant ita circumtonsi. *Agathias* lib. I: *τῶτο δὲ ὡσπερ ἡ γυνεῖσμα, καὶ γέρας ἐξείρετον τῶ βασιλείῳ γίνεσθαι ἀνῆδὺς νεύμωσαι. ἐπιτὸ τὸ γε ἰσῆκον περιεχοῦν κείρον*, καὶ κομῶν αὐτοῖς περιεχοῦ εἰ μάλᾳ ἐφῆται. Puto & alias plerasque gentes quæ per ea tempora Romanum imperium lacerarunt, eam tonsuram vsurpassè. Sane in exercitu *Gulielmi* regis Siciliæ qui temporibus *Andronici Comneni* in *Thessalonicenses* flamma & ferro grassatus est, plerosq; ἀποδεχθῆναι περιεχάλα

Nicesæ

Niceris auctor est. Lege Dei prohibita res olim Iudæis quos *Choerilius* vetus poeta appellat ἀρχμαλῆες, κεφαλὰς Ἐρχομεγδας, Moſes refert Leuitici cap. XIX commate XXVII, ex interpretatione veteri latina: *Neque in torandum artondebitis comam, nec radebis barbam.* LXX interpretes, longe aliter acceperunt priora eius commatis verba Hebræa, & ita verterunt: Οὐ ὅ ποιήσετε σούλω ἐν τῆ κούμῃ τῆ καφαλῆς ὑμῶν. *Suidis* σούλω interpretatur τὸ πλεξείδιον. Sic vocat certam comæ complicationem, aut fortasse in ſpiras collectionem & colligationem. Beatus *Cyprianus* cirrum vertit lib. III Testimoniorum. Vox illa Græcorum non est, ſed Alexandrinorum, vt alia multa in interpretatione Bibliorum Græca: vel Cilicum Phaselitanum. Collige ex *Hefychio*, cuius verba ita emendabis. Σι(ῶν) κρεῖσσονία, φα(ῶν) κλιτάι. ineptissime hodie in omnibus libb. Σι(ῶν) κρεῖσσονία φα(ῶν) κλιτάι.

Per trina theatra virgū casum] Hoc proprie θεαλεῖς dicunt Græci, & θεαλεῖς μαίσειν, vt supra monebamus. Moris huius & in Græcis & Latinis ſcriptoribus multa mentio. Apud *Lucianum* imperitus & vanus citharædus ὑπὸ τῆς μαστροφόρον (ὕμνῃ) δὲ μῆτις τῆ σκλιῆς. *Philo* θεαλεῖν & εἰσὺν εἰς τὸ θέατρον dixit, hoc intelligens contra *Flaccum*. Non prætermittam egregium locum super hac consuetudine, qui in eodem *Philonis* lib. habetur: τὰ μὲν πρώτα, inquit, τῆς διαμάτων ἀχειτείνης ἄρας ἢ τετάρτης ἐξ ἐωδινῶ ταῦτα ἦν, Ἰεδαῖοι μαστρημένοι, κρεμάμενοι, Ἐρχόμενοι, διαζόμενοι, δὲ μῆτις τῆ δρχήρας ἀπαρήμενοι τῆ δπὶ δαράται. τὰ ὅ μετὰ τῆ καλλῶ ταύτων ἐπίδειξιν, ἢ ὀρχησθῶν καὶ μῆτις ἢ ἀλληλαί, καὶ ὅσα ἄλλα σκλιτικῶν ἀδουμάτων ἀζάνων. Ait matutina spectacula à *Flacco* exhiberi solita, fuisse cædes & crucus: varias Iudæorum: meridiana, ludos scenicos.

Querente Pretore] Scripti quidam, *querente*. non probotale illud in *Iulio* cap. XLVIII. *Libertum quantum nullo querente capitali pœna affecit.*

Demonstrasset digito confisicuumq; fecisset] Græcis, καταδεικνύειν, ἀρχμαλίζειν, σπονδίζειν.

Cap. XLVI. ITALIAM duodevig.] Imperium Romanum triplici hominum genere Augusti temporibus constabat: civium, Italicorum populorum, & provincialium: horum diuersa longeconditio erat. alio enim iure utebantur ciues, alio Itali, alio qui in provinciis erant. Hac distinctione vsus *Suetonius* in hac vita

scribenda: dixit hæcenus de iis quæ circa iura ciuitatis noua instituit, aut abolita restituit Augustus: subiicit nunc de iis quæ circa iura Italicorum populorum sanxit idem: mox de institutis illius circa prouinciarum iura pauca dicturus.

Deductarum ab se] Solone an etiam cum aliis? nam multas Augustus colonias triumuir deduxit suo & collegarum suorum nomine: Plures postea solus. Vtrum igitur has tantum intelligit Suetonius, an etiam illas? probabile est de iis tantum illum loqui, quas rerum potitus Augustus suis vnus auspiciis deduxit: has tamen qui nominent aut numerent ex antiquis scriptoribus nullus est.

Operibusque] Testes antiqui lapides passim in Italiæ municipiis olim positi in honorem Augusti: quorum hodie non pauci extant, quos huc afferte nihil necesse.

Vectigalibus publicis] Absq; his nullum commune poterat constitui. In lapidibus non rara eorum mentio, qui publica vectigalia municipiorum constituerunt, auxerunt, vindicarunt. Non solum autem in suis agris Italici populi vectigalia sua habuerunt: sed etiam in remotissimis interdum. Cicero de Arpinatibus municipibus in epistolis ad D. Brutum Galliæ Cisalpinæ proprætorem: *Arpinatim omnia commoda omnesq; facultates, quibus & sacra conficere, & sarta restia aditum sacrarum locorumq; communium tueri possint, consistunt in his vectigalibus quæ habent in prouincia Gallia.* Atellam item municipii Campani agrum vectigalem fuisse in Gallia eadem, ex alia eiusdem epistola intelligimus. Campanæ coloniarum reditus publici in Creta, ait Velleius Paterculus.

Etiã iure ac dignatione Vrbi quodammodo pro parte aliqua adæquauit] Coloniarum ut ait Gellius lib. XVI cap. 13 quasi effigies paruas simulacraque erant populi Romani. Beroaldus ad Colonias Augusteas hoc refert. Non probo, nec verum est. de tota Italia potius accipiendum facile assentietur mihi, qui diligentius mentem auctoris exquisuerit. An autem Italiæ datum ius suffragiorum ab Augusto? nequaquam: longeque ab ea mente mens Suetonii est. Ciuitas & ius suffragiorum sic *ἀνεξέουον*, ut definitio & definitum. Ciuis enim Romanus pleno iure is est, qui vel in vrbe vel in agro Rom. habitans, tribum cum honorum petitione, aut saltem suffragiis habet. Vniuersa Italia ante Augustum ciuitatis ius habuit: ergo & suffragiorum: sed quia propter rei difficultatem, & molestiam veniendi

Romam

Romam singulis comitiis, pæne inane id ius fuit, nulliq; vsui populis Italicis; propterea Augustus solerter genus hoc suffragiorum colonicorum excogitauit.

Quodammodo pro parte aliqua] Dicitur ἐν τῷ ἀλλήλῳ vt multa alia: nam consensu librorum firmata hæc lectio non videtur sollicitanda.

Equestrem militiam petentes] Sic recte prima editio & membranæ. vulgo *petentis*, ex veteri consuetudine eos casus plurales scribendi. Multa ad illustrationem huius loci & totius militiæ veteris Romanæ dicemus, si Deus volet, in editione *Polybii*.

Cuiusque oppidi] Non male membranæ nostræ *cuiuscumque*, hoc sensu: tam patuisse aditum ad equestrem militiam ei qui Vlubris aut Gabiis publice commendatus venisset: quam illi quem florentissima quæuis colonia vel municipium commendasset.

At is qui] Malim abesse, *at*: & natum videtur ex præcedentis dictionis sine. ac nota traiectionem verborum pro *is e plebe qui*.

Singula nummorum millia pro singulis diuidebat] Hoc dicit: data fuisse cuique patri tot millia nummum quot ille haberet liberos. sine causâ hanc veterum & Mss. editionem quidam improbant.

Cap. XLVII. *Nonnullæ commutauit interdum*] Vt Cyprura & Galliam Narbonensem, quas populo tradidit recepta Dalmatia. Dio lib. LIII. & lib. LIV. item *Strabo* libro vltimo.

Ad exitium licentia præcipites libertate priuauit] Vt Cyzicum, Sidonem, Tyrum, alias: Dio & *Strabo*.

Terramotu subuersas] Vt Tralleis, de qua vide *Agathiam* lib. II fufe.

Traicere ex Sicilia apparantem] Notat Dio lib. XLIX.

Cap. XLVIII. *Regna quibus belli iure positus est*] Hæc oratio non longe abest, quin tantumdem valeat, ac si diceret, omnia quæ tum fuerunt regna in orbe Romano: nam omnibus πολέμῳ πόμῳ positus est. Bello quippe Actiaco reges omnes, paucissimis exceptis, stetit ab Antonio, *Plurarchus*, *Dio*, *Appianus*, cæteri historici docent.

Promptissimus affinitatu conciliator] Exempli gratia : Salome foror Herodis Magni, auctoribus, suasoribus, & impulsoribus Augusto & Liuia, Alexæ nupsit, non vt cupiebat Arabi Syllæo. *Iosephus* lib. XVIII cap. II.

Atque amicitia] Grande documentum pii affectus, lis inter Herodem & filios ab Augusto disceptata. *Iosephus* lib. XVI cap. VII.

Nec abiecer vniversos] Ecquid hanc vocem ad cunctos Imperii Romani ciues, aut aliàs subditos extendere debemus? ita erit egregia conclusio totius tractatus, quo illa recensuit quæ ab Augusto gesta in administratione politica rerum vrbanoarum, Italix prouinciarum & sociorum. Sed & strictius accipere possumus de rebus sociis, de quibus proxime actum.

Parus ac mente lapsis] Nempe è filiis vel filiabus regum: neq; enim de ciuibus loquitur.

Educauit simul cum suis & instruit] In his Agrippam Aristobulo Herodis filio natum. *Iosephus* lib. XVIII cap. VIII : Ἀγείπας ἐν τῇ Ῥώμῃ διατρίβων, καὶ ὁμοθετίας καὶ συνουσίας αὐτῷ πολλῆς γινόμενης μετὰ Δρῦσον ἃ Τιβέριον ἃ ἀντοκράτορα ἦέν. Vide eiusdem magni scriptoris librum XV cap. XIII. Sed & ciues quidam cum Augusti liberis & nepotibus educati : etsi eum honorem non temere cuius ille detulit. *Suetonius* libro de Illustribus Grammaticis : *Verrius Flaccus ab Augusto nepotibus suis preceptor electus, transit in palatium cum eos a schola: verum vt ne quem amplius posthas reciperet.*

Cap. XLIX. *Ex militaribus copiis*] Hæc quoq; omnia explicamus ad *Polybii* tractatum de militia Romana.

Alteram Rauenna] Loco opportunitissimo. Præ cæteris describit accurate *Iordanus* in Gothicis : qui locus sumptus ab eo ex *Dione*, hodie in libris nobilissimi eius historici non extat.

Partim in vrbis] *Dio* : Οἱ τὸ πολέως φρεσὶ ἐξακχιλίλοι τε ὄντες καὶ τετραχῆ νενεμημένοι. *Tacitus* *Annal.* lib. IV cap. 5 : *Tres vrbana cohortes.*

Partim in sui custodiam] *Dio* : Οἱ σωματοφύλακας μύετοι ὄντες καὶ τετραχῆ τεταγμένοι. *Tacit.* dicto loco : *Prætoria cohortes nouem.*

Calagurritanorum manu] Id est, cohorte. Si cohors Germanorum. In Galba, *Germanorum cohortem à Casaribus olim ad custodiam corporis insipientiam dissoluit.*

Ætarium militare cum vectigalibus nouis instituit] Dio refert in anno V. C. DCCLIX. lib. LV. vectigalia noui huius ætarii fuere ducentesima rerum venalium, bona damnatorum, quinquagesima venalium: *Tacitus*, *Dio*, *Zonaras*.

Celerius & sub manum] *ἰσογύως* vel *ἰσὸς χεῖρας*, vt LXX *Interpres*, bis cap. XXI, i Sam. simile genus loquendi Hebraicum exprimunt. *Vitruuius*: *Non solum laudes aut vitia animorum ad manum aspicerentur*.

Quid in provincia quaque gereretur] Hinc manauit ille mos quem notat *Euseb.* lib. II historia Eccles. referens, Pilatum de Christi Seruatoris nostri resurrectione Tiberium fecisse certiore. *Παλαῖν*, inquit, *καρταλιότης ἔβη τοῖς Ἰσθῶν ἄρχοις τὰ ἐδά σφισι κενηλοῦμα τῆ βασιλείου ἀρχῆν διακαλῆντι συναίνειν, ὡς ἀν μὲν δὲν αὐτῶν διδράσκου Ἰσθῶν γνομένων*. Hæc sunt quorum meminerunt *Iustinus Martyr* & *Epiphanus* lib. II aduersus Tessaerescaecatitas, *Πιλάτου ἀκτα*. Posterioribus temporibus cum Roma vt plurimum abessent principes, institutum est, vt quot mensibus senatus & populi acta ad imperatorem mitterentur ex vrbe. Auctor *Symmachus* lib. X epist. XXXVII

Iuuenes primo modiciu internalli] Res antiquissimæ originis nedum ab Augusto primo excogitata. Nam hi sunt Persarum *angari* & *astanda*, & Græcorum *hemerodromi*.

Dehinc vehicula disposuit] *Cyrus Rex* Persarum primus hoc excogitauit, auctore *Xenophonte* lib. VIII. Augustus hoc adinuenit, ne in singulis mansionibus veredarii mutarentur cum veredis: cuius inuenti manifesta utilitas ea est quam statim *Suetonius* explicat.

Vt qui à loco eidem] Alii lib. *idem* noue autem à loco pro alicunde, & fortasse scriptum fuerat *à loco coque*, id est, quoque pro quocunque. vel *alicunde ei*. deinde scriptum in Mss: *si quid res exigant, possint*.

Cap. L. *In diplomatibus libellis, & epistolis signandis*] Superioribus subiicitur hic sermo occasione diplomatum. Diplomata ab eo qui tenet Rempub. maxime propter publicum cultum dari petiq; solita. Libera Republ. consulum & senatus ea fuit potestas: cum omnia in vnus manum celsere, principis hoc quoque fuit, aut eius qui ab eo dandarum euectionu, vt loquuntur Impp. potestatem

accepisset. Imp. Fridericus regalia pleraque omnia recensens constitutione quadam, ponit inter alia angariarum, parangariarumque, & plaustrorum & nauium præstationes. Apud *Plutarchum* in *Galba* Nymphidius candidatus Imperatoriæ maiestatis, diplomata data esse à consulibus fert iniquissime, tanquam partes imperatorias illis occupantibus. Falsum est quod doctissimos viros sentire video, diplomata sola illa dici, quæ dantur ad cursum publicum, ἀ γωείζοντες, inquit eo loco *Plutarchus*, οἱ κτ' πόλιν ἀφ' ὅντες ἐν τῷ τῷ δημοκρατικῶν ἀμοιβῶν δὴ πτωχύνουσι, τὰς προσηγορίας τῶν γραμματισθῶν. fecit hæc persuasio vt acutissimus doctissimusque *Bosius* locum Ciceronis ad Atticum male interpretaretur lib. X quem alibi explicamus. At diplomata dici etiam alias literas indices ac testes concessi beneficii ab eo qui præest Reip. vel vnus Suetonii locus doceat, qui *diplomata ciuitatis Romana* libro sexto appellat, codicillos quibus delatum erat ius ciuitatis. Sunt autem à forma *diplomata* appellata: nam formabantur in modum tabellarum duplicium. quare etiam διπλᾶς Græci vocant. *Apollonius Tyaneus* in epist. ad Euphratem: Ἐπὶ ἡλθεῖς ἔθνη τὰ μεταξὺ τῆς Ἰταλίας καὶ Συρίας ἀφ' ἡμῶν ἐπιθετικῶν σαυτῶν ἐν τῷ τῷ βασιλείῳ λεγόμεναις διπλᾶς. Intelligit diplomata ab Imperatore Euphrati data, quibus commendabatur regionum & vrbium præfectis. de iisdem in alia epistola sic scribit: οἱ δ' ἀντιλήρων προσηγορίας τὰς χρυσόπικας καὶ δόγματα, γράμματα τε καὶ ἐν τοῖς βασιλικῶν γράμμασιν, Εὐφρόντις ἔλαβε, καὶ πάλιν, ἔλαβε. vocat γράμματα quas prius vocauerat διπλᾶς. atq; ex illius verbis intelligimus solitum annotari in huiusmodi literis, quicquid occasione illarum acciperetur. At literæ alia principum quibus aliquid inebatur aut vetabatur ἀπὸ αὐτῶν vocabantur, vt videtur innuere *Eusebius* lib. VIII scribens, ἠπλωτο πανταχῶς βασιλικὰ γράμματα τὰς ἐκκλησίας εἰς ἰσαοῦ ἐξῆν: & iterum ἠπλωτο κτ' πόλεις βασιλικὰ διατάγματα. Prioris generis epistolas principales *Themistius* oratione quarta vocat δέλτες σφρηγιάτους. ἐ ταῦτα μόνον, inquit, ἐξὸν τῷ τῷ βασιλείῳ καρπῶσαι ἀλλ' ἐπεὶ αὐτῶν μακρὰ καταλόγη τῶν τρυφῶν, καὶ τῶν ἀπειρῶν ὅπου τῶν δέλτων ἀκολουθεῖ τῶν σφρηγιάτοις. vnde apparet non incauto solum decoratas imperatorias literas, sed etiam ex solida materia factas: puta, argento, vel auro. vnde appellata χρυσόβουλα. Idem *Themistius* orat. sexta τ' ἐγὼ μόνον ἐκ ἐπ' ἐκείνη τῶν δέλτων, ἀλλ' ἐπ' ἄλλῃ μείζονι καὶ τελεωτέρῃ, ἢ καὶ τὰς δέλτους ἐκείνας ἦδη ἐχω ἐπ' ἐξουσίας. ἢν ἐκ ἐπιπέσῃ ἐλευθερωθῶν τῶν χρυσόβουλοι.

Ad epi-

Ad epistolus omnes] Intellige quæ de publicis rebus essent.

Cap. LI. *Clementia ciuilitatisque*] Hactenus expositum

Suetonio, quid in administranda Repub: pace belloq; Augustus gesserit: nunc quasdam eius, vt sic dicam, publicas virtutes enarrat, alias in priuata illius vita expositurus. Ex de quibus hic tractat, sunt clementia & ciuilitas: de priore agit ad initium capituli LII de posteriore ad finem cap. LVI. More enim suo, quod interpretes non obseruant, coniungit in propositione quæ deinde separatim exequitur. Etsi autem affines virtutes sunt hæ duæ, longe tamen differunt. Ac clementia quidem nota virtus: ciuilitas vero, quam Græce dixeris *ἰσονομίαν*, virtus est quæ ciui conuenit, qua ciuis est. Cum enim ciuitas æquo iure constet, ciuis ἢ ciuis virtus est, æqualitatem iuris tueri cum cæteris. *Plato* videtur *πολιτικῶν* appellare, cum ita definit, ἢ πολιτικὴ εἶν ἐπιστήμη πολιτικῆ δικαιοσύνης ἐν πόλει: tamen *πολιτικὴ* vulgo apud Philosophos & rhetores, itemq; *ciuilitas* apud *Quintilianum* alius generis virtus est. Hanc qua de agimus *Antoninus Imp.* lib. I appellat *πολιτικὴν ἰσονομίαν καὶ ἰσοπῆταν καὶ ἰσορροσίαν διακείμενων*. de hac enim sentiebat cum scriberet, didicisse se à fratre *φασκίαν* λέγειν. *πολιτικὴν ἰσονομίαν καὶ ἰσοπῆταν καὶ ἰσορροσίαν διακείμενης καὶ βασιλείας πρῶτον πάντων μάλα καὶ ἐλευθερίαν ἀναρροχόμενων*. *Dio* ciuilitatem hanc *ἰσονομίαν* ἐξ *ἰσονομίας* appellat, & alibi τὸ *δημοκρατικόν*, egregia voce: simili ratione *Theophrastus* in fragmento *Characterum* nondum edito *δολιχόχρον* vocat hominem non ciuilem: de quo apte dixeris quod de *Iulio Cæsare Lucanus*:

Concessa pudet ire via ciuemq; videri.

Dio idem lib. XLIII elegantissime *ἀδμοκρατίαν* vocat honores in ciuiles, id est qui excedant fastigium ciuis *ἰσονομίας*, siue vt loquitur *Velleius* lib. II cap. 7 *ciuilis dignitatis modum*. Latini interdum *æqualitatem* indigetant, vel *æqualitatem ciuili iuris*. vt *Seneca* *Iuuenalis sensum communem*, acute: nam de hac virtute accipi debet hic locus *Satyræ VIII*:

Rarus enim ferre sensus communis in illa

Fortuna.

Virtutem hanc fuere qui negarent Imperatori continere: & refert *Lampridius* obiectam *Alexandro Mammeæ* iniuriam ciuilitatem iurè quidem, si nimia fuit: cæterum *ἀδμοκρατίαν* ciuilitatem in principè damnare, est negare *ciuem* esse. Quo posito sequitur quem

admodum docet *Aristoteles*, vt sit vel *Deus* vel *fera*: quare nullum erit ius commune principi cum subditis. Melius *Plinius* qui in laudatione *Traiani* aliquoties eum *ciuem* appellat, & in Nouell. ipsi se *Impp.* πολιτῆς.

Ne numerem quot & quos diuersarum part.] Seneca de clementia de *Nerone*: *Ignouit abauus tuus victu: nam si non ignouisset quibus imperasset? Salustios & Cocceios, & Delliis, & totam cohortem primam interioris admissionis ex aduersariorum castris conscripsit: & quæ sequuntur.*

Alterum leni exilio punire satis habuit] Vir doctus emendat leni, sine applausu meo. Non enim *exilium* *lene* ita dici potest, vt *vinum* *Horatio* dicitur *lene tormentum*. sed *leue* potius, sicut *lenis iactura*, *lenis pœna*, aliaque. facilius feram infra cap. LXV *ex insula in continentem lenioribus, paullo conditionibus transculit eam. quanquam ibi quoque malim lenioribus. Quod affertur è libro III Nihilo lenior in conuictores Graculos fuit, totum aliud est plane.*

Quod male opinari de Cesare soleret] Opinari est δοξάζειν, intra se aliquid sentire: *opinio* enim siue δοξα sapientibus definitur λογῶν ἐν αὐτῇ σέως αὐτῶν ἢ ψυχῆ διεκτελεῖται καὶ ἐν αὐτοῖς σοφῶν: vt docemur in *Theaeteto*. Sed vt *opinio* Latine loquentibus pro fama passim capitur: sic hoc loco *male opinari* maledicere significat, & ad λόγον σέως σοφῶν referri debet, non ad ἐπιτάξιον, nisi malis vtrumque: vt in *Julio*: *si qua aut cogitarentur grauius aduersus se aut dicerentur*. Sic iunguntur alibi *opinio & sermo*, vt libro III cap. XXXIX. item *mens & lingua*. vt lib. eodem cap. XXXVIII. Ita autem alibi verbum *opinari* vsurpat *Suetonius* infra cap. LXVII: *seruum grauissime de se opinantem non vltra quam compedibus coercuit*. In *Caligula*: *Nec omnes grauibas ex causis, verum male de suo munere opinatos*. Alibi pro eodem dixit, *existimatione aliqua ledere*. libro III capitale erat, dictum vllum factumve eius *existimatione aliqua lasisse*. sed & existimare pro loqui obseruamus positum. *Macrobius* lib. II cap. IV: *Venit forte Augustus in domum, in qua Cato habitauerat: deinde Strabone in adulationem Cesaris male existimante de Catonis peruicacia: hoc est, λοιδορῶν*: sic fortasse accipiendum apud *Senecam*, & scribendum *De ira* lib. III cap. 22: *Quid facilius fuit Antigono quam duos manipulares duci iubere, qui exubantes regio tabernaculo faciebant quod homines & periculossissime & libentissime faciunt, vt de rege suo male existimens?*

Idem

Idem scriptor epistola XXXI: *Nemo nouit Deum: multi de illo malo existimant & impune.* In epistola LXVIII clare loqui & existimare pro eodem ponuntur. & in fine epist. CVII. Hieronymus contra Luciferianos: *coror de beato Looifero secus quicquam quam & ipsius meritum & mea humanitas possit existimare.* id est loqui. sequitur enim: *quid faciam? veritas os reserat & inuitam linguam conscium ad eloquendum pectus impellit.*

Nec quicquam vltra aut statim, aut postea inquisiuit.] Domitius Afer olim vere, princeps qui vult omnia scire, necesse habet multa ignoscere. Cassiodorus in formulis: *Nulla potestas est qua qualitatem fame sua de ore hominum possit auferre.*

De eadem re sedulo violentius apud se per epistolam conq.] Sic Viterb. Liskæ & prima editio, aliiq; codd. *sedulo* significat non solum sine dolo, sed etiam assidue: ita hic accipiendum. sed in *Turnebi* libris *lentius* scriptum est non *violentius*. *Petrus* quoq; *Pirhæus* ex suo hanc lectionem annotarat, *sedulo lentius*, & coniecturam suam adiecerat, forte legendum *sed violentius*, *Lezæus* profusq; bene. sic enim in vet. libb. extare testatur *Vrsinus*.

Ætati tua mi Tiberi.] Quasi læuitia quæ tum in Tiberio se prodebat, vitium esset ætatis, non naturæ, vt in *Claudio* noster ait. Ac videtur Augustus faciens de se coniecturam, ita opinatus de Tiberio: fore vt quandoque maturesceret simul & mitesceret eius ingenium. sed quam falleretur ille in hoc suo iudicio euentus demum docuit. *Ætati* autem scribitur in omnibus Mss. vno excepto. Fr. *Pithæi*, vbi *pietati tua*.

Cap. LII. *Templa quamuis scires.]* Hinc orditur de ciuilitate Augusti memorare: cuius hoc primum documentum ponit, quod honores à ciuibus suis supra humanum fastigium non admiserit: dico à ciuibus: nam quod in prouinciis aras & templa sibi poni fuerit, non putauit Suetonius id esse inciuile. adeo Quirites isti cæteros mortales ne hominum quidem loco habuerunt. Melius *Tacitus* qui generaliter illud in Augusto culpatum notat, *quod templis coli voluerit.*

Proconsulibus decerni solere.] Fidem fecerit vel illud Hadriani Imperatoris de Pompeio mortuo iactatum, *πρὸς τοὺς ἀσιατικοὺς ἰσχυρῶς ἐπέειπε!* Iam olim inualuerat hæc ἀπέουσια vt vocat *Polyb. lib. V.* apud Asiaticos, Græcos, Syros & alios, honorandi τῶν ἐπιτελεῖται

γέρας θυσίας κ' βωμῶν. Cicero ad Atticum: *Nullos honores mihi nisi verborum decerni sino: statuas, sana, τέθεικα prohibeo.* quod vere nec sine causa & Cicero gloriatur, & in Augusto hic à Suetonio laudatur: nam legibus Romanorum cautum erat diserte, vt proconsulibus ius esset permittendi quo templa sibi & monimenta ponerentur. M. Tullius ad Q. fratrem: *in Asia, inquit, nescio quonam modo, Romæ quidem non mediocri cum admiratione laudatur, quod cum ad templum monumentumque nostrum ciuitates pecunias decreuissent: cumq; id & pro ueis magnis meritis, & pro tuis maximis beneficiis, summa sua voluntate fecissent: nominatumq; lex exciperet, vt ad templum monumentumq; capere liceret, &c.* Sed prouinciales cum suis proconsulibus templa erigebant, non ipsos, verum illorum virtutes consecrabant: quod longe aliud est. Hic honos & Q. Ciceroni Asiam administranti est habitus. M. Tullius ad fratrem: *in illis urbibus cum summo imperio & potestate versaris, in quibus tuas virtutes consecratas, & in Deorum numero collocatas vides.*

[*Nisi communi suo Romaque nomine*] Quod olim Bibulus de templo Castoris & Pollucis dixit, idem istis Romæ & Augusti euenisse videtur: vt duobus sacra de vnus nomine appellarentur. Iosephus certe Cæsaris templum nominat in quo Romæ etiam erat simulacrum, *Originum libro XV cap. XIII.* & alibi quoque. Eius magni scriptoris locum ex libro primo *Ἀλώσεως, cap. XVI* apponam, vt vtriusque simulacri forma intelligatur. loquitur autem de condita ab Herode Magno Cæsarea, *Ἐ σέματι ἀντικρὺς τῆς Κάισαρς ἐπὶ γηλοῦ καὶ κἀλαι καὶ μεγάροι διαφορῆς ἐς δὲ αὐτῶν παλαιῶς Κάισαρς ἐκ ἀποδείων Ἐ Ολυμπιασὶ Διὸς, ἧ καὶ προσέταται. Ρώμης ἢ Ἰός Ἡρῆ τῆ καὶ Ἀργῆ.* Ex quibus verbis intelligitur moris fuisse, vt qui simulacrum Imperatori consecrare vellent, in exemplar sumerent nobile aliquod alicuius dei signum. Nihil autem per ea tempora illustrius apud Græcos Olympiaco Iouis colosso & Iunonis Argiuz statua. Quare Cæsarem ad illius, Romam ad huius similitudinem formarunt. Fuisse autem in multis urbibus templa Augusto & Romæ communia ex historicis veteribusq; inscriptionibus notum.

[*Nam in vrbe quidem pertinacissime abstulit hoc honore*] Lege Dionis historias. Victor in Augusto: *Hinc vii deo Romæ prouinciuque omnibus per vrbes celeberrimas viuo mortuoz, templa sacerdotes & collegia sacra*

sacrae : sed templa viuo Augusto fuisse in vrbe extitcta falsum est : ara tantum ei genioq; eius posita.

Argenteas statuas olim sibi positas conflavit omnes] Olim igitur ab istiusmodi adulatione non fuerat auersus, quod videtur magnam illi inuidiam conflasse : vulgo enim iactatum *argenti vsum in statuas primum ad honorem illius, in adulationem temporum transisse*, inquit *Plinius* : quem lege *lib. XXXII cap. XII*. Merito igitur eas conflavit, secutus Mæcenatis consilium, quod narrat *Dio lib. LII*. De his statuis loquitur ipse, in breuiario rerum suarum, quod est *Ancyrae. S. T. A. T. V. Æ — — Q. V. A. D. R. A. G. E. N. I. S. A. R. G. E. N. T. E. I. S. Q. V. A. D. E. P. E. C. V. N. I. A. D. O. N. A. A. V. R. E. A. I. N. Æ. D. E. M. A. P. O. L. L. I. N. I. S. M. E. O. N. O. M. I. N. E. E. T. F. I. L. I. O. R. V. M. Q. V. Æ. M. I. H. I. S. T. A. T. V. E. R. V. N. T. H. O. N. O. R. E. M. H. A. B. V. E. R. V. N. T. P. O. S. V. I.* *Dio* tamen *lib. LIII* in alios vsus has statuas conflatas scribit.

Exq; iis aureas cortinas Apollini Palatino dedicauit] Cortinarum frequentissimus olim vsus in ornandis deorum templis, Apollinis præsertim, vt *Plinius* scribit *lib. XXXIV*, & Bacchi. In plerisq; enim certaminibus (Baccho potissimū sacris, vt notat *lib. II Athenæus*) præmium fuit *τέρας*, quem victor nō auferebat domum, sed ei deo consecrabat, in cuius honorem celebrabatur id ludicrum. *Herodor. Clio* : *Ἐν τῷ ἀγῶνι τῷ περὶ τῆς Ἀπόλλωνος ἐπίδομα τὸ πάλαι τέρας χαλκίους τῶσι νικῶσι. καὶ τῆτες χεῖν λαμβάνοντες ἐκ τῆ ἱερῆ μὴ ἐκφέρειν, ἀλλ' αὐτῶ ἀναπέδναι τῷ θεῷ.* In epitaphio Simonidis Cei legimus : *Ἐξ ἐπι πη- τήκοντα Σιμωνίδη ἥγεο νικῆς καὶ τέρας.* hos omnes ille diis consecrauit, quorum ludis vicerat. Similiter iis qui ludorum impensas faciebant, præmii loco data cortina deo consecranda. Hi sunt *τέρας χερσηκοὶ* quorum mentione, Græca omnis historia, maxime autem Attica refertissima est. Vide præcipue *Isei orationem De bere- ditate Dicaogenis*. *Lyfiam in Apologia Demodocias*. *Demosthenem in Mi- diana*, & in eandem *Vlrianum ac Plutarchum in Andocide*. *Gramma- tici veteres* : Πύδιον ἱερὸν Ἀπόλλωνος Ἀθήνησιν ἐπὶ Πειραιάτε γηροῦς οἰς δ' τὸς τέρας ἐπίδομα ὅ τῳ κυκλίῳ χορῶ ἀκίσαυτες τὰ θαρρήλια. In his varia argumenta celabant quæ ad honorem dantis, aut Dei cui dabantur pertinerent : quales aliquot tripodum inscriptiones, apud *Herodorum & Pausaniam* hodieq; extant, & ex Latinis apud *A. Gellium lib. III cap. XI & Priscianum lib. I ac lib. VI*. *Aristides Sacrarum oratio- num IV περὶ δῶντων ὃ τῶν ἰδούχων χεῖναι ἀναπέδναι τέρας ἀγρῶν, ἀμα*

μὲν τὸ δὲ χαλεπὸν, ἀλλὰ ἡ μνημῖον ἢ χερῶν ἢ ἐκίσαμεν. Perlege totum locum : multa enim eo loci sophista de inscriptione eius tripodis. Est & epigramma istud Theophrasti tripodis χορηγικῆ inscriptionis :

Δαμώλειος ὁ χορηγὸς ὁ ἄτελτος. ὦ Διόνυσε
καὶ σὲ ἄθετον θεῶν μακάρων ἀναθεῖς,
Μέστριος ἦν ἐν πᾶσι χορῶν δ' ἐκίησας τὸν νίκην
Ἀνδρῶν, καὶ τὸ καλὸν καὶ τὰ σπουδαῖα ὄρων.

Brevior hæc apud *Plutarchum* initio *Aristidi* : ΑΝΤΙΟΧΙΣ ΕΝΙΚΑ ΑΡΙΣΤΕΙΔΗΣ ΕΧΟΡΗΓΕΙ ΑΡΧΕΣΙΤΡΑΤΟΣ ΕΔΙΔΑΣΚΕ. De his accipiendus est alius eiusdem loci initio *Nicia* : quem per se subobscurum, interpretes obscurarunt amplius, cum non intelligerent quid esset τέλτες χορηγικοί. eum nos alibi fuse tractamus.

Distacuratis magna vi offerente populo] Año vrbis DCCXXXII. Dio lib. LIII.

Geni nixus] Sic Gordianus cum Imperator salutaretur, reclamans se terræ affligebat. *Capitolinus*.

Deiecta ab humeris toga nuda pectore] Hebræorum Græcorum & Romanorum mos τῆ γυμνότητι πακινὸν ἑαυτὸν, vt loquitur *Plutarchus*. Quare in omni grauiore commotione vestes lacerabant, vt passim in omnibus scripturis. Augustus vero etiam deiecit vestem & nudat pectus, vt significet malle se occidi quam eum titulum recipere.

Cap. LIII. *Domini appellationem*] Alia species ciuilitatis Augusti: cuius moderati animi hæc est, inquit *Philo*, πῶς ἐταρτάτη, τὴ μὴ θεοπῆτι μῆτε θεὸν ἑαυτὸν ἐθελῶσαι προσεπικῆν, ἀλλὰ καὶ ἂν οἱ λέγοιτό περ, δυσχεραίνειν. Insecutos principes etiam bonos, & *domini*, & *rerum domini* & *heri* appellationem admisisse palam est. Sero *Julianus* Augusti & *Tiberii* consuetudinem reuocare conatus est, & *dominum* se appellari vetuit: quæ eius *ειρωνεία* à plerisque est irrita, vt ipse testatur.

Atque huiusmodi blanditias] Inter fratres sunt blanditiæ, aduersum potestates meræ sunt adulationes. Sic recte modo vocauit *Suetonius*, proprietatis sermonum diligentissimus. Alibi monemus has voces, vt apud Græcos *εὐφροσύνη* & *κολακεία*, sæpe confundi. *Martialis*

Erasna blanditia venisti ad me.

Attritus

Attritu miserabiles labellu,

Dicturus dominum deumque, non sum.

B. Hieronymus vocat officia quibus nos inuicem palpare solemus. Huiusmodi autem blanditiis nulla lingua venustius aut frequentius vsa quam vetustissima Hebræorum, vt sacrarum literarum lectio docet: & recentior quoque, vt passim in Rabbiorum libris.

Nisi vespere aut potu.] Ita Romam sunt ingressi Octavius & Antonius pace orbe reddita DCCXV. τὸ πρόσθον ἐκκλίνοντες αἰτ Ἀρριανῆν V Ἐμφυλ. quod Suetonius dicit officii causa inquietare. de Pompeio simile narrat Plutarchus. Refert Dio lib. LI inter alios honores Augusto decretos, fuisse, vt qua die vibem ingrederetur, festum esset: quo honore tamen vsum eum non esse. lib. LIV eidem notatum ἢ ἐπαύσησιν, inquit, ἢ δῆμα ἢ τότε ἔστιν. νυκτὸς γὰρ ἐστὶ ἢ πάλιν ἐπιτοκῶδη. ὁσπρ πρὸς ἃς, ὡς ἠπείν, ἢ τε ἐς τὰ ἀφ᾽ ἑσπέρης, ἢ τε ἢ ἄλλοσι ποῦ ἐπιδημοῖν, καὶ ἀφορμώμεν, καὶ ἐπαύων ὁμοίως ἐποίησιν, ἵνα μηδὲν ἀσπρ ὄχληρὸς εἴη.

Sape ad aperta sella.] Placet ad aperta, vt coniciunt eruditissimi quidam viri. Hoc est aliqua ex parte aperta. nam adaperire est ἀναοίχην, sicut nuper ad *Aeneam* nostrum dicebamus.

Promissis salutationibus admittebat & plebem.] Dies festos intelligit. Dio de salutationibus Augusti libro LVI: ἐπὶ ἑσπέρης καὶ ἢ δῆμον οἰχθεῖ ἀεὶ οὐδέ ἔστα.

Quasi elephantis stipem.] Mos agyrtarum, & eorum omnium qui eiusmodi beluas ostentant. *Elianus de animalibus lib. VI cap. X.* Appellat *stipem*, quæ Galentus σμικρότατα νομίματα initio Ἐπωδῆ, siue postremi libri De vsu partium: ὁ ἐλέφας, αἰτ, ἐκείνη τῶ μωῖον καὶ τὸ πρὸς ἄπαντα μεταχειρίζεσθαι, ἀπὸ πτωχῶν τοῖς λαμβανομένοις ἀχεῖ ἢ σμικρότατων νομισμάτων, ἢ καὶ τοῖς ἐπιχαριζομένοις αὐτῶν δίδωσιν. Elephas extrema proboscide omnia tanquam manu contrectat, res acceptas inuoluens ea parte, etiam minima era: qua solet fessoribus suis porrigere.

Die senatus.] vide notata ad cap. XXXV.

Et quidem sedentes.] Ingrediebatur Curiam nouissimus, egrediebatur primus. Sedentes igitur senatores ingrediens & exiens, dum ipsorum præterit subsellia, salutat. Sed an vetuit sibi senatores assurgere? an potius sedens ipse sedentes salutaui? mihi non satis de hoc more liquet, neque apud alios quicquam obseruo quod eum mihi penitus aperiat.

Nulla submonente] nihil, mutò: tamen in Pithœi codd. nullo se mouente. etiam dis:

Sedentibus singulis valedicebat] Viterb. & Memmii: sedentibus valere dicebat, sine voca singulis.

Officia cum multis manua exercuit] Lib. III: *Muna cum Graecis officia exeraens prope ex equa.* Et iterum: totum se ad quietem conuulsi, priuata modo officia obiens. *Symmachus*, familiaria officia nominat. Auctor paullo post, cuiusque solemnitates. A grauiore significatur translata hæc vox post *Ciceronem*. Apud *Aristotelem* IV. *Nicomacheorum* τὰ ἐν τιμῇ, de his officiis interpretor: quo loco ait χαρῶν καὶ δόξων virum qui magnos gerat spiritus, eum εἶς τὰ ἐν τιμῇ μὴ ἴσως, ἢ ἔφ' ὅστων οἱ ἀδύα. *Tertulliani* appositus locus huius *Suetonii* explicando in lib. De idololatria: Circa officia priuatorum & communium solemnitatum, vt toga pura, vt sponsalium, vt nominalium, nullum putem periculum. Paullo post eidem officii titulum dicitur pro causa, vt apud *Iuuenalem*:

officium erat

Primo sole mihi peragendum in valle Quirini:

Quæ causa officii? quid queris? nobis amicus:

Sunt autem celeberrimæ illæ officiorum causæ quæ verbis superioribus *Tertulliani* continentur: erant tamen & aliæ multæ, vt deductio Magistratum, candidatorum, & funeris, salutationes, recitationes, & aliæ quarum libro eodem cap. X. *Tertullianus* meminit. Horum officiorum pleraque noctu vel prima luce solita celebrari obseruauimus: cuius rei testimonia de pluribus pauca proferemus: lib. V: Toga virilis circa mediam noctem sine solempni officio leuica in Capitolium latu est. Non enim vt insolens notat ratione temporis, sed quod officii solemnitate caruit. *Festus*: prima aut secunda diei hora dicata sponsalibus. *Lucianus Nigrino* de saluatoribus Romæ: Πάλῳ ὃ τέτον οἱ περὶ αὐτῶν αὐτοὶ καὶ δευτερευόντες μελοῖστέροι νυκτὸς μὲν ἐξαρτίμωνι μέσῃς, δευτέρως ὃ ἐν κύκλῳ ἢ πάλῳ. *Symmachus* lib. VIII: *Non dum ante ianuam eminentium potestatum vigilem noctem saluator experire es.* *Iuuenalis* aliorumq; poetarum locos prætermitto. *Martialis* vero etiam deserendæ Romæ causam hanc sibi ait fuisse:

Otia me somnusq; inuuant, quæ magnâ negauis

Roma mihi: redeo si vigilatur & hic.

Iam funeris officium noctu fuisse celebratum vel ipsum nomen in-
 dicio sit. Vide vero *Iuliani* constitutionem quæ habetur in *Cod.*
Theodos. lib. nono tit. XVII lege V. Atque hæc sunt quæ vocat *Pli-*
nium officia antelucana *epist. XII lib. III.* propter ista erant Romæ
 antipodes, qui noctu vigilarent, sterterent interdium: de quibus *Se-*
neca epist. CXXII. talis vita *Petronii* cui auctore *Tacito, dies per somnum.*
mox officii. & oblectamenti vite transigebatur. Ex hac observatione
 intelligimus quod *infra* hoc libro de Augusto narratur: *Marulina*
vigilia offendebatur: ac si vel officii vel sacri causa maturius euigilandum
esset, ne id contra commodum faceret, in proximo cuiuscunque domesticorum
cubiculo manebat.

Ob id *in media mori destinantem*] More qui per illa tempora
 vigeat, ut debilitatem vel morbum immedicabilem ἀπορροήσῃ
 effugerent: sic *Atticus* obiit, de quo *Cornelius Nepos*: sic *Corellius*
Rufus de quo *Plinius epist. lib. 1.* & alii multi. Hic fructus Stoicæ
 doctrinæ tum maxime florentis. quanquam & alia sectæ nonnul-
 læ, & quidem voluptuariæ, impellebant homines ad mortem. exem-
 plo sit *Hegesias* secta *Cyrenaicus* è re Πηγάδαλος dictus, quod
 vulgo hominibus mortem straderet, cuius olim liber de eo argu-
 mento extabat. Ἀπορροήσῃ inscriptus: de quo *M. Tullius* in primo
Tusculanarum.

Cap. LIV. *Contradicerem tibi si locum haberem*] Obii-
 cit occupatam *Rempub.* siue, quod idem est, omnia in *Rep.*
 loca. Locus apud scriptores Romanos ita interdum accipitur. sic
 in *Vespasiano*: *prætura sexus loca.* *Diuis* lib. VI: *duobusne in locis sua*
voluntate imperituros plebi honorem, qui octona loca tribunis militum
creandis occupare soliti sint? Lib. VII: *Cum eo anno primum placuisset*
tribunos militum ad legiones suffragio fieri, secundum in sex locis tenuit.
 Lib. IX: *Ut tribuni militum senidemi in quatuor legiones à populo crea-*
rentur qua antea perquam paucis suffragio populi relicti locum dictatorum
& consulum ferme suorans beneficia. lib. X: *Vir acer & ambitiosus non*
scit magis honoris causa, quam ut patrisii recuperarent duo consularia loca,
cum sui tum totius nobilitatis viribus incubuit. Sic apud *Lampridium*
propositura locorum civitium, & apud Dionem, lib. LIV χόρα eodem
 sensu. Qui acumen huius dicti exponeret hactenus neminem
 vidi.

Licere oportere senatoribus de Rep. loq.] Frequens formula in eiusmodi contentionibus: vt apud *Liuium libro IV: Oportet licere populo Rom. si velit iubere legem.* In actis senatus apud *Calium: omnes oportere senatui dicto audientes esse.*

Cap. LV. Et magna cura redarguit] Per edictum, vt opinor: sic mox; *loci lacesitus contradixit edicto.* hæc est lectio plerorumq; codd. in nonnullis; *Nec magna cura red.* cui videntur fauere sequentia.

Ad modo censuit, cognoscendum posthac de iis qui] *Tacitus, Annal. I, cap. 72. de lege maiestatis à Tiberio reducta: Apud veteres facta arguebantur, dicta impune erant. Primus Augustus cognitionem de famosis libellis, specie legi eius tractauit, commotus Cassii Seueri libidine, qua viros faminasq; illustres procacibus dictis diffamauerat. Adi si libido est, Dionem libro LVI. & I. C. quorum hæc propria cognitio est.*

Alieno nomine edant] *Melius ederent, vt ex scriptis prodit Vrsinus.*

Cap. LVI. De inhibenda testamentorum licentia] Romanorum mos fuit in testamentis increpare alios, maledicere aliis, & liberam de quibuscunq; vellent vocem edere. Ideo dicebat *Nigrinus* apud *Lucianum: Μίαν φωνήν οι Ρωμαίων πάντες ἀλλήθι παρ' ἄλλον ἔ βίον αἰτέιν) (ἔ ἐν ἑ διαθήκαις λέγων) ἵνα μὴ ἀπολαύσουσι τ' οφειτέας ἀλλοθείας.* Per hanc licentiam factum sæpe, vt in testamentis suis multi Augustum iocis lacerent. Senatus in gratiam Augusti voluit decreto inhibere hanc petulantiam: Augustus intercessit. Hæc est vera sententia huius loci, quam viderunt ante nos docti viri. At *Torrentius* qui aliter interpretatur, non satis attendisse videtur quid intersit inter libertatem testamentorum, & eorundem licentiam. Scio in quibusdam codd. pro *testamentorum legi iocorum*: verum illam scripturam meliorum librorum auctoritas confutat.

Ferebat & ipse suffragium in tribu] *Lego tribubus vel tribu* vt in membranis. Nam Augustus duabus in tribubus suffragium tulit.

Eudem prætextati adhuc Assurrectum] *Caussam discite ex verbis Taciti Annal. lib: IV, 17: Tiberium in senatu oratione monuit in posterum, ne quis mobiles adolescentium animos prematuris honoribus ad superbiam extolleret. sed de theatro quod ait Suetonius & querela Augusti,*

gusti, quia populus eius liberis plaufum dederat referendum ad hiftoriam de Caio filio eius, quæ narratur *Dioni* lib. LIV: *πὸ βρείω ἐπιτήσω, ὅτι ἡ Γαίον ἐν τῇ πανηγύρει τῇ ἐκκλησίᾳ ἦν ἐπὶ τῇ ἐπαρόδῳ αὐτῷ διετέλει, παρέχοντάς τε, καὶ τὸ δῆμον, ὅτι καὶ κρότοις καὶ ἐπαύνοις αὐτὸν ἐπιτήσω.* Suspecta autem fuisse & Caii & Lucii ingenia patri Augusto docet *idem* lib. LV.

Sedit in subselliis] *Iudicum*, ait *Beroaldus*: imò vero rei & patronorum eius. A me stat *Dia* si verba eius attente legantur, breuiter hanc hystoriam sic narrantis: *φίλω πρὶ δίκῳ φέρωντι Ἀνεξισταδὶ ἀρεταποινώσας αὐτὸ ἔστω τῇ γερυσία.* Nec moueor altero eiusdem principis factò, qui vt amicis opem ferret, venit in forum, & in sella prætoris confedit, vt narrat *idem* lib. LIV. nam in ea historia omnia diuersa: ibi principem, hic amicum agit. De laudatione iudiciali *Cicero* lib. V in *Verrem*, & *Plutarchus* in *Pompeio*.

Adfuit & clientibus] *Dio* lib. LIV: *Ἐν πῖς ἄλλοις ἐματρίαζον, ὅσοι καὶ φίλοις ἐυδουνομένοις ἀδελφύγεδοι.*

Sicut scutario cuidam euocato quondam suo] Non consentiunt hic libri. Membranæ quædam *scutario*. id esset perinde ac si diceret, homini cuidam infimæ sortis. *Scutarius*, qui popello scruta vendit, *χρυσόπῳλης*. sed princeps editio legit aliter. *Scutario euocato quondam suo*: cum litera maiuscula: vt videatur esse proprium nomen. In *Glossario* *scutarius* exponitur *ἀξιωμα σπῆλιωτικὸν φέρων* qui *dignitate militari est præditus*. quo modo hodie in hoc regno, *Escuier*, gradus est nobilitatis, originem habens à re militari. *Dio* simpliciter *πνὰ ἑστὸ* *Ἐυραδισομίωνων ποτὲ αἰπῶ*. *Euocato suo* dixit, vt in lapidum monumentis non raro *EVOK. AVG.* *Hyginus* lib. II: *Nuper quidam euocatus Augusti cum in Pannonia agros veteres ex voluntate & liberalitate Imp. Traiani assignaret eis are.* Alii ab istis euocati *Galbæ*, de quibus *Suetonius* cap. X.

Cap. LVII. *Pro quibus meritis quantopere*] Egregium colophonem imponit parti libri huius, quæ est de publice gestis ab Augusto. Bene autem quod vltimo loco de his agit. nam hoc est superius expositarum virtutum ἀποτέλεσμα. Utinam ita bene cum rebus humanis ageretur, vt magni principes qui se gaudent appellari Augustos, hæc legerent & meditarentur.

Equites Romani] Qui & *Liuiam* similiter postea coluerunt. *Tacitus* III A. 7, 11: *Donum pro valetudine Augusta equites Rom. vouerant.*

Nata-

Natalem eius sponse atq; consensu biduo semper celebrant] Augusti natalem & Circensibus & venatione fuisse celebratum quotannis per vnum aliquem de prætoribus narrat *Dio lib. LIV* extremo. Idem libri sequentis initio decretos in eam rem annuos Circenses auctores est. meminit & alibi: non solum autem equester ordo, sed etiam collegia pleraque eum diem festiuium habere solita: eratq; arca ipsis communis ad festiuitatis eius impensas. Declarat vetus inscriptio Romæ:

COLLEGIO.
CENTONARIORVM.

* CVM. * BASI. MARMOREA. ET. CERIOLARIB.
DVOBVS. ÆREIS. HABENTIBVS. EFFIGL.
EM. CVPIDINIS. TENENTES. CALATHOS.
L. SEXTILIVS. SELEVCVS. DECVRIO. D. D.
HQC. AMPLIVS. ARK. RER. P. COLLEGI. 35.
DONVM. DEDIT. X. V. VT. EX. VSVRIS.
CENTESIMIS. EIVS. QVANTITATIS.
QVÆ. EFFICIT. ANNVOS. X. DC. DIE.
VIII. KAL. OCTOB. NATALL. DIVL.
AVGVSTI. EROGENTVR. EX. ARK.

[In lacum Curtii] Septima intelligit in medio foro Romano, vbi olim fuit lacus Curtius: nam tunc quidem lacus nullus erat, teste *Dionys Halicar. lib. II*. De septo docuit nos *Varro lib. IV*. Quod autem stipem in lacum iaciunt Romani, veteris superstitionis ritus fuit. Sic enim solebant loca hominum opinione sacra, vt lacus, puteos, venerari. *Pausanias Atticus* de fonte quodam apud Oropios: *Νόξ ἢ ἀειδαίσιος ἀνδρὶ μαρτυμαῖοι προύειναι, κατέστην ἀργυρον ἀφείνας ἢ χρυσὸν ἐπίσημον ἐς τὸ πηλῶν.* Similia narrat & alibi. item *Plinius VIII epist.* de Clitumno fonte. Notat hunc gentium morem *Sozomenus lib. II* vbi de quercu Mamre loquitur, & puteo ad eam olim effuso ab Abrahamo. Verba eius sunt: *Ἡστὲ ἢ τὸ κερδὸν τὸ παροῦστος ἔστις ἐν τῷ ὄντι ὑδρένεται. νόμοι δὲ Ἑλλενικῶν οἱ μὲν κύχρους ἡμῶντες ἐπιδάδῃ ἐπίθεσθαι οἱ δὲ οἶνον ἐπέχρον ἢ πόντωα ἔρριπτον ἄλλοι δὲ νομίσματα, ἢ μύρα ἢ δυνάματα. νομίσματα sunt stipes. Eadem fuit & gentium Gothicarum consuetudo. Arguit *Ladislai* regis *Vngariæ* decretum de synodi sententia*

tentia ante annos quingentos factum : *Quicumque ritu gentilium iuxta puteos sacrificauerunt, vel ad arbores, & fontes & lapides oblationes obtulerint, reatum suum bene luant.*

Kal. Ianuarii strenam] Mos sub Augusto institutus, sub Tiberio intermissus, restitutus sub Caio, sublatus per Claudium. *Auctores Suetonius, Dio.*

Ex qua summa pretiosissima deorum simulacra mercatus vicatim dedicabat] Exempli causa ex ea stipe quae conlata est anno DCCXIV, Vulcano positum donum aut aedes ei facta est, vel resecta, teste veteri inscriptione, quam profert *Torrentius* : ea quam contulit *populus* anno DCCL, Laribus publicis consecrata est. *Vetus lapis :*

LARIBVS. PVBLICIS. SACRVM.
IMP. CAESAR. AVGVSTVS.
PONTIFEX. MAXIMVS.
TRIBVNIC. POTEST. XVIII.
EX. STIPE. QVAM. POPVLVS. EI.
CONTVLIT. K. IANVAR. APSENTI.
C. CALVISIO. SABINO.
L. PASSIENO. RVFO. COS.

In restitutionem Palatina domus incendio absumta] *Narrat Dio pluribus libro LV.*

Fausta omnibus] *εὐσημίαις* quam vocem pro loco *fausta nomina* vel *omina* vertere possis eodem sensu. nihil igitur hic mutò, neque *lib. IV. c. 13* ubi *fausta nomina* antiqui libb. habent.

Supplicium de quoquam sumeretur] Diem reditus Augusti in urbem *ἱερὸν* in perpetuum factum decreto senatus narrat *Dio* : festis autem diebus, supplicio abstinerunt veteres Græci & Romani.

Philo contra Flaccum : τοῖς ᾧ ὁρῶς πολιτευομένοις ἢ ἀρχόντων, καὶ μὴ οὐρανοποιμένοις τὸ πμῶν. (ita lego, non τὸ λμῶν) ἀλλ' ὄντως πμῶσιν ἐνεργήτας, ἔδος δὲ μὴ δῖνα κολάζειν ἢ κατακείτων, ἀρχεῖς αὐτῶν αἱ ὀπφανεῖς γυνέθλιαι καὶ παρηγύρεις αὐταὶ ἢ ὀπφανῶν (βρασῶν) διεξίλθωσιν.

Cap. LVIII. Patrie Patrie cognomen] Dies quo hic honos Augusto delatus, certus ex *Ouidio*, qui Non. Febru. id factum canit *II Fastorum*. De anno quæri potest. Doctissimi viri qui fastos concinnarunt, referunt ad DCLVIII quippe eo anno consul *Valerius*

Messala, de quo hic Suetonius. Id si certum, qui constare poteris fides vetustissimæ inscriptioni, quæ Seduni in Vallesia hodieq; videntur, ad maiorem summi templi portam.

P. CÆSARI DIVI I.
 VGVSTO. COS. XI.
 RIBVNICIA POTESTATE XV.
 PATRI PATRIÆ
 TIFICI MAXIMO
 * AS. SEDVNORVM
 * * PATRONO.

Sed puto numeros in hac inscriptione esse corruptos & ex fide historiarum emendandos: nam male suppleverunt viri docti, prorsusque in Auctario veterum inscriptionum corrupte hoc egregium vetustatis monumentum est descriptum: non enim minus falsum, fuisse Augustum Pont. Max. vndecimo suo consulatu, quam fuisse cum Patrem Patriæ salutatum. quare ita potius emendandum.

IMP. CÆSARI DIVI IVLI. F.
 AVGVSTO. COS. XIII.
 TRIBVNITIA POTESTATE XXVIII.
 PATRI PATRIÆ.
 PONTIFICI MAXIMO.
 CIVITAS. SEDVNORVM.
 * PATRONO.

Scio extare lapides qui vulgatam istius sculpturam firmare videantur: sed plus apud me historicorum in veritate valet consensus, quam paucorum lapidum in errore *Συμμερία*.

Neque acclamatione] Sæpe honores maximi ita tributi impetu magis quam consilio. expressit *Liuius* (I, 16) hanc consuetudinem in consecratione Romuli, *Romana pubes sedato tandem pauore postquam ex tam turbido die serena lux rediit, ubi vacuam sedem regiam vidit, inconstum aliquandiu silentium obtinuit: deinde a paucis initio facto, deum deo natum, regem parentem, urbis Romana saluere vniuersi Romulum iubent.* Et exempla plura in historia Augustorum.

Sic

Sic enim nos perpetuam felicitatem] Plinius in Panegyrico c. 23: ut in vnius salutem collata omnium vota? cum sibi se ac liberis suis intelligerent precari qua pro te precarentur. c. 72: Debemus obsecrare ut omnia qua facis quaque facias prospere cedant tibi, Respublica, nobis: vel, si breuius sic optandum, ut vni tibi, in quo & Resp. & nos sumus.

Felicitatem Reip. & lata huic] Traiectio Suetoniana ut ante monebamus, pro felicitatem & lata Reip. huic: sic statim, ut prelato victime titulo in Capitolium ducerentur; pro prelato titulo victima in Cap. Nihil ergo mutemus.

Cui lacrymans respondit Augustus] Repente exortum gaudium ingens lacrymæ sæpe consequuntur. Multa passim exempla ut dicebamus ad Athenæum libro quinto cap. XIX. Sed non possum prætermittere simillimum exemplum, de lacrymis magni principis Ptolemaei Philadelphi. Hic cum allata recens è Iudæa Legis Dei sacra volumina venerabundus tractaret, eoq; nomine DEO OPT. MAX. gratias ageret: fausta omnium qui aderant acclamatione dilaudatus, lacrymas non tenuit. Iosephus XI, 2 eleganter: ἐκβοσάτων δ' ὕδ' ἐν ἡσ' ἀριστευτέρων καὶ ἡσ' Συμπαρόντων, γίνεσθαι τὰ ἀγαθὰ τῶν βασιλεῖ, δι' ἡσ' βαλὼν ἡδονῆς εἰς δάκρυα ἀρχαῖα φύσει τ' μεγάλης χαρῆς παύσεως καὶ τὰ ἡσ' λυπηρῶν Σύμβολα. Idem aliis verbis Aristæus & antiquus & non inelegans scriptor: ὀμθυμαδὼν ἢ πάντων εἰπόντων ἑπὶ μίαν θωνὴν ἡσ' τὰ θεακρονότων καὶ ἡσ' Συμπαρόντων, Εὐ βασιλεῦ, θεσηθῆν δακρύουσι, τῆ χαρᾷ πληρωμίνθ. ἢ καὶ τ' ψυχῆς ἔντασις καὶ τὸ τ' μιῆς ἡσ' λείνον δακρύειν ἀναλ. κέλει καὶ τὰς ἐπιτυχίας. Sic Traianus ad voces dilaudantis populi & fausta comprecantis lacrymis etiam & multo pudore suffundebatur, inquit Plinius. Lege si lubet quæ de huiusmodi lacrymis ex lætitia fluentibus disputat Philo Iudeus in libro Πιστὶ ἀποκτίας.

Cap. LIX. Statuam ero collato] Formula non infrequens in lapidib. antiquis: qua declaratur populi affectio & consensus: Græci ἀνορίαντα ἐκ Συντελείας vertunt. De statua Musæ decreta nihil Dio lib. LIII. Naufragio eum periisse testis Euseb. in Chronico.

Prouinciarum pleraque super templa & aras] Aliaque omnis generis monumenta, quæ in honorem εὐεργετῆς solita extrui. Mirum hunc populorum in Augustum amorem exprimit eleganter Philo, Legatione ad Caium: Augusto, inquit ille, πᾶσα ἡ οἰκουμένη τὰς ἰσχυρμπῆς μιᾶς ἐψηφίσαντο, καὶ ναῦς, θεσηύλαια, θεσημινίσματα, σοᾶς. ὡς δοκῆσ' πόλεων ἢ ἡσ' ἢ παλαιά, τῶ καλλεῖ καὶ μεγέθει ἑπὶ ἡσ' Κατωρῶν παρρημορεῖται.

ῥῆσιν. Aræ ante alias nobiles fuere quæ Lugduni posita, quæque Narbone. cuiusextat hodieq; consecratio.

Ludos quoq; quinquennales oppidatim constituerunt] Tanquam Heroi, vt de Iulio Cæsare notat *Dio lib. XLIV.* Augusto autem constituerunt ἀγῶνας πεντασθαικούς & in Italia quidam, vt Neapolitani. Suetonius infra; capite XCVIII. & in prouinciis multi: vt Pergameni, *Dio lib. LL.* aliique multi. quos imitatus Herodes Magnus, Hierosolymis tale ludicrum instituit. *Iosephus libro XV Originum cap. XI*: Πρῶτον μὲν ἀγῶνα: πεντασθαικὸν ἀθλημάτων κατεστήσατο Καίσαρι, ἡ δὲ δεύτερον ἐν Ἱεροσολύμοις ἐκοδόμησεν. Item Cæsarex, *lib. XVI eiusdem operis cap. X*: ἀντίθει δὲ καὶ τῶτον τὸν ἀγῶνα Καίσαρι καὶ πεντασθαικῆα περιουσιασμένῳ ἀγῶνι ἄλλῳ. Ego vero etiam in vrbe quinquennales ludos decretos in Augusti honorem post victoriam Actiacam, apud *Dionem lego lib. LI*: καὶ πανήγυειν οἱ πεντασθαικῆα ἀγῶνα ἐγένωντο. Propter hanc quinquennialium ludorum frequentiam, qui ad olympici agonis imitationem inuenti, etiam *δλυμπιάδες* dicebantur, factum tandem vt *δλυμπίας* pro qualicumque victoria, aut adorea & gloria quocumque modo parta poneretur. *Philostratus de vita Apollonii lib. IV*: παρσιζυμοσ ὃ ἡ καλῆρος ἐς αὐτὴν, πολλὰς ἀπολαυτικὰς ἤσθη, ἡ τοῦτων δλυμπιάδων μετόσ. *Idem lib. V*: τῶτό σοι πολλῶν μὲν πρᾶξιδων, πολλῶν δὲ δλυμπιάδων μείζον. καὶ πανταχῶ μὲν χερσὶν ἡ πόλεως, πανταχῶ δὲ ἐπιχειε χαλακῆς. *Nicephorus Gregoras lib. IV*: καὶ πειθεσων ἄλλων εἰκὸς ἦν πειθεσῶν ἑσθῶν ἀνδρα, ἡ πολλῶν δλυμπιάδων τοῦτων μετόσ.

Cap. LX. In suo quiq; regno Cæsareas vrbes condiderunt] Notemus vocem *quiq;*: nam apud Geographos tot Cæsareas vel Sebastas, eo tempore conditas non inuenias. *Eutropius* duo tantum exempla ponit: *sicut*, inquit, *in Mauritania à rege Iuba, & in Palestina qua nunc vrbs est clarissima.*

Perficere communi sumptu destinauerunt] Aptius ad fidem historix *destinauerant*: nam hoc consilium exitum non habuit. De Iouis Olympici æde apud Athenienses videndi *Strabo & Pausanias*, & *qua notamus ad Spartiani Hadrianum.*

Quotidiana officia togati] *Eutropius*: Multi reges ex regnū suū venerunt, vt ei obsequerentur: & habitu Romano, togati scilicet, ad vehiculum vel equum ipsius cucurrerunt.

Cap LXI. Referam nunc interiorē ac familiarem eius vitam] Τα ἄνδρα. *Iulianus in Misopogone*: τὰ μὲν ἔξω ταῦτα καὶ τοι πρόσον εἶρη-

ταῖ μοι

ταῖς μοι μέγ' ἢ ἐμῆς εἰς ὑμῶν ἀδικημάτων ; τὰ δ' ἔσθον , ἀγρυπνοὶ νόυτες
 ἐν σιβάδι, καὶ ἔφθ' παντὸς ἡπλων κόρυ. Sic apud *Lucianum* Πηλόρων δι-
 δασάλαφ, τὰ φανερά κ' τὰ ἔσω pro vita publice acta. Imitatus est hunc
 locum *Eginhardus in Caroli Magni vita*: Talem cum in tuendo & am-
 pliando simulque ornando regno fuisse constat: cuius animi dotes & sum-
 mam in qualicunque, & prospero & aduerso euentu constantiam; ceteraq;
 ad interiorem atq; domesticam vitam pertinentia: hinc dicere exordiar-
 videtur & disertissimus scriptor *Sulpitius in vita beati Martini*: Inse-
 riorem vitam illius, & quotidianam conuersationem, nulla vnquam expli-
 cabit oratio.

Cap. LXII. Nuptiam ante duobus consularibus] Vnum teneo,
 Scipionem illum *Corneliæ* eius patrem, quam mortuam extremo lib.
 IV deflet *Propertius*: alterum adhuc quæro.

Ac statim *Liniam Drusillam*] Dio in anno DCCXVI, qui fuit
 ætatis Augusti XXV. lib. XLVIII.

Et quidem pregnantem abduxit] Idque ex responso *Apollini-
 nis*. Prudentius:

— — — mox editur inter

Fescennina nouo proles aliena marito:

Idq; deum sortem & Apollinū antra dederunt

Consilium: nunquam melius nam cedere tadas

Responsum est, quam cum pragnans noua nupta iugatur.

Tacitus & *Dio*, non *Apollinem*, sed pontifices consultos, scribunt.

Cap. LXIII. Tantum quod pueritia egresso] Ita & nostri-
 Glossarium: Tantum quod, ἀπ' ἡρώς. *M. Tullius ad Atticum lib. IX*: Hac
 cum scriberem, tantum quod existimabam ad te orationem esse perlatam.

Nam tum *Agrippa* alteram *Marcellarum* habebat, & ex ea liberos.]
 Vtrum plures? ita vir doctus & amicus ad *Tacitum* accipit, & *Sueton-
 ium* μνημονικῶ ἀποβήσεται & insinuat: neque enim vllam ex hoc
 coniugio, nisi forte vnā aliquam, prolem natam. Vtri potius
 credemus? *Suetonio*, me auctore: quem aduersus hanc reprehensionem
 valide tuemur nos: nam quod de breuitate eius coniugii
 affertur, somnium merum. Clarum ex historia *Dionis*: qui sexto
 consulatu Augusti, nuptias *Agrippæ* cum *Marcella* refert: à quo
 tempore ad *Marcelli* mortem anni minimum quinque inueniun-
 tur. At laudatur *Plutarchus* eius sententiæ auctor & fundus. Vi-
 deamus eius verba: quæ in extremo *Antonio*, vbi de *Octauia* loqui-
 tur,

eur, hæc sunt : ἐκ τῆς Μαρκέλλου θυγατρὸς αὐτῆς θυγατρὸν ἑσάν, ἐπὶ δὲ τῆς Μαρκέλλου, ἧτον μὲν ἄμα παῖδα καὶ γαμβρὸν ἐποίησατο Κάσαρ, ἧ δὲ θυγατρὸν Ἀγρίππᾳ ἔτερον ἴδωκεν. ἰποὶ δὲ Μάρκελλον ἔτελεύτησεν νεότατον κομισθὲν καὶ Καίσαρι γαμβρὸν ἔχοντα πίστιν ἐκ εὐπορίας ἢ ἐκ τῆς ἄλλων φίλων ἐλέδατα lege, telege totum locum. nego esse in eo quicquam unde conjectura vlla fieri de breuitate earum nuptiarum possit. sed manifesto lapsus vir eruditissimus in voce νεότατον, quam ad Agrippam retulit contra auctoris clarissimam mentem. Quid quod ne tum quidem reprehensionem isti esset locus, si quod de vna prole dicitur, certum, esset? Quare enim Suetonio non idem ius quod cæteris Quiritibus, quos vocem *liberos* etiam sic vsurpare certum est?

Etiā ex equestri ordine] Seianus apud Tacitum *lib. IV Annal.* 39: in codicillis ad Tiberium: *Audui in collocanda filia non nihil etiam de equitibus Romanis consultauisse Augustum.* Quibus ita respondet Tiberius: *At enim Augustus filiam suam equiti Romano tradere meditatusest. Mirum hercle si cum in omnem curas distraberetur, immensumque atrolli prouideret, quem coniunctione tali super alios extulisset, C. Proculium & quosdam in sermonibus habuit, insigni tranquillitate vise nullis Reipub. negotiis permixtos.*

Dein Cotisoni Getarum regi] Magna librorum varietas in hoc nomine. quidam corrupti palam, *Marco Tisoni.* Turonensis, *deinde Cofoni.*

Quo tempore sibi quoque inimicem filiam regis in matrimonium petiisse] Male in quibusdam libris *petiisset.* Hæc enim verba de Antonio sunt, non de Augusto accipienda. nam falsum est Augustum vllam vnquam regis filiam in vxorem petiisse: semel enim ductam Liuiam vnice ac perseueranter amavit. Antonii igitur hæc sunt, suis & Cleopatraz nuptiis causam prætextentis factum Cæsaris modo expositum, quod Cotisoni Getarum regi Iuliam despondisset. Possumus etiam ad historiam de Iotapa Medi regis Armeniæ filia referre, quam narrat *Dio lib. XLIX.* petitam ab Antonio in vxorem filio suo. atque hoc, nisi fallor, rectius.

Cap. LXIV. Adoptatis domi] An *domi* id est *in domum*? sicut dici solet *adoptare in domum & familiam*: ita *humi* sæpe valet in humum. an potius hæc vox à Tranquillo adiecta vt id præter consuetudinem factum indicaret. *Caius I. C. titulo VI: Que tamen mancipatio solebat ante præsidem fieri, modo ante curiam facienda est.*

Per assem & libram] Libb. omnes & scripti & editi hanc lectionem habent. At docti viri affirmant legendum *per as non per assem* : quibus non assentior : quid enim ? non ergo aliter loqui licet, quam per *as & libram* ? Errarint igitur Græci qui *ὑπὸ τῆ ἀσσοῦ* vertunt. Neutiquam vero : sed & illi & hic rem potius quam verba expresserunt : nam *as* in hac formula verè *assem* notabat, ut *Varro* declarat *lib. VIII. & Festus, in rodus*. Atque hic est qui dicebatur in veteribus mancipiis *assu Caianus. Statius* :

Emptum plus minus asse Caiano.

Caius IC : pro eo dixit, *unum aut duos nummos.*

Et Consules designatos] *Tacitus* 1 A. 3, 3 : *Genitos Agrippa Caium ac Lucium, in familiam Cesarum induxerat, nec dum posita puerili pretexta principes Iuventutis appellari, destinare consules specie recusantis flagrantissime cupierat.*

Filiam & nepes ita instituit, ut etiam lanificio assuefaceret] Egregium & in primis laudabile Græcorum & Romanorum institutum : cuius testes tot ferme sunt, quot scriptores in vtraque lingua. Nos vero plura aliquando de his, in accuratissimis rei vestiariæ commentariis, si Deo visum ut pridem inchoatum & prope affectum opus detexamus. Hanc porro Augusti disciplinam domesticam *Carolus Magnus* princeps æterna memoria dignus, imitatus est : nisi *Suetonium Eginhardus* nimis imitatur. Sic ille : *Filias lanificio assuescere, colog, ac fuso, ne per otium torperens, operam impendere, atq, ad omnem honestatem erudiri iussit.*

Et quod in diurnos commentarios referretur] O virum ! Stupeo enim ad hanc tam exactam domus Augustæ disciplinam. Qui hac non mirantur, quid miraturi sunt ἐν τοῖς οἰκονομικοῖς, equidem non video. Diurni isti commentarii sunt priuata domus Augustæ ephemerides, quas seruus vel libertus aliquis curabat, qui à memoria vel à commentariis dicebatur. At diurni illi actus quos ipse quotidie in lecticula sua lucubratoria solitus conficere, alterius generis erant : continebant enim quæ ad imperii rationarium pertinebant. Mos iste à Græcis ortus : quorum tamen solutior semper quam Romanorum disciplina fuit. Extat apud *Lucianum in Demosthenis encomio* *Philippi* regis Macedonum cum *Antipatro* familiare colloquium, quod descripsisse ait ille ex commentariis domus regis Macedonum, in quæ forte fortuna incidere. Habetur etiam apud

Plutar-

Plutarchum in Alexandro pars nouissima diurnorum commentariorum magni illius principis. Lege etiam *Ælianum libro tertio, cap. XXIII.* Ephemeridas Alexandri quinq; libris olim persecutus erat *Srattis Olynthius.* vide & *Philost. in Aristide Adriauensi.*

[*Vt L. Ticinio*] Sic vetus editio Romana. In Viterb. *Lucinio*, sine prænominē. Lislæi, *Turinio.* Memmii & Pithœi, *Vicinio.* In tanta inconstantia non inuitus cum *Torrentio* scribam T. vel L. *Vinicio.*

[*Nepotes & litteris & notare*] Constantissime omnes antiqui præferunt hanc scripturam: *notare* inquam, non *notare.* quæ tamen lectio non ita absurda vt quibusdam est visa. *Prudentius: Raptim, punctum dicta præpetibus sequi, Fictis notare verba signis imbuens.* Quod autē pueri ludum frequentarent, vt notis scribere discerent, quod indicat hic *Suetonius*, declarant eiusdem *Prudentii* verba: *magister literarum sederat, Verba nota breuib; comprehendere cuncta peritus.*

[*Quam vt imitarentur, chirographum suum*] Credo quia eorum opera in scribendis secretioribus epistolis vti destinabat: non enim legimus *Augustum* eorum ministerio vsu, qui è re appellabantur à cura epistolarum vel ab epistolis: etsi habuit à manu, vt *Thallum.* Vide etiam *Horatii vitam* à *Suetonio* scriptam.

[*Neque cœnauit vna; nisi vt in imo lecto asiderent, neque iter fecit nisi vt veh.*] *Eginhardus: Filiorum & filiarum tantam in educando curam habuit, vt nunquam domi positus sine ipsis cœnaret, nunquam iter sine illis faceret.*

Cap. LXV. *Iulias filiam & neptem omnibus probri contemnitatis relegauit*] *Filiam* quidem in *Insulam Pandateriam.* *Dio* in anno *DCCLVIII;* *neptem* vero in *insulam Trimerum,* haut procul *Apulis* littoribus. *Tacitus lib. IV. Annal. 71, 5.*

[*In duodeuiginti mensium spatio*] *Adi* historicos, imprimis *Velleium* II. 102. In definitione temporis nonnullus mihi scrupulus, quem enelli cupio magis quam possum euellere.

[*Ob ingenium sordidum ac ferox abdicauit*] Suspicio legendum, *stolidum ac ferox,* vel *horridum ac f.* Nam quæ tantæ sordes esse poterint, vt propter eas pater in filium tantæ iras conciperet? *Tacitus* I A. 3, 6: *Nepotem ynicum Agrippam Postumum in insulam Planasiam proiecit: rudem sane bonarum artium, & robore corporis stolide ferocem, nullius*

lius tamen flagitii compersum. Sic apud *Linium libro VII.*, duæ illæ voces iunguntur, & apud veterem Iuuenalis Scholiasten bis. Causam abdicati Agrippæ omnium optime declarat. *Dio in anno DCLX.*

Notum Senatui fecit] Et pœnituit: vt fere in iis accidit quæ suadente ira facimus: narrat *Seneca VI de Beneficiu.*

Etiã de necanda deliberavit] Obscure innuit *Tacitus 1 A. 6. 3* his verbis: *Augustus in nullius vniquam suorum necem durauit.*

Phæbe nomine] Constanter Mss. *Fæde & Fædes* mox: placet tamen *Phæbe*, vt apud *Dionem.*

Cauit etiam S. C.] Cuius extat etiam apud *Tacitum* mentio.

Tres vomicas & carcinomata sua] Agnosce magni principis frontem non philosophicam: nam sapientius *Stilpo* qui cum filiz impudicitia in loco probri audiret obiici; *Ilia vero*, inquit, *non magis de honestamento mihi est, quam ego illi honestamento.* Græci melius: τῆς δουρατος ἐ ἐ καὶ ἔπον βίους, εἰπὼς τίς πρὸς τὸ Σπύλωνα, ὡς χαλαροῦν αὐτόν. ἢ δὲ, ἐ μάλλον, εἶπεν, ἢ ἐγὼ ταύτης κοσμή.

Cap. LXVI. *Sed vitia quoque & delicta dumtaxat modica perpessus*] *Glossographus*, *Dumtaxat*, μόνον καὶ μέχρι τέτυ. ἡλιαδῆ. Postremam interpretationem huic loco aptauerim. In membr. scriptum erat, *sed vitia quoque dumtaxat, & modica delicta perpessus.* ex eo adducor vt ita censeam legendum, *nec vitia quoque dumtaxat, sed & delicta modica perpessus.*

Et Cornelium Gallum] Cui prænomen alii tribuunt *Cneus*, vt *Eutropius*: alii *Caius*, vt *Eusebius in Chronic.* & *Panius apud Eutropium*: alii *Aelius*: sic enim *Straboni* nominatur, & *Iosepho* quoque Γάλλου Αἰλίου. *Orig. XV.* Hoc verius: neque aliter magnus *Galenus in libris De antidotis*: vbi de hoc Gallo plura.

Alterum res nouas molientem damnandum senatui tradidit] *Dio libro XLVIII.* & *Appianus Ἐμφυλ. V.*

Ob ingratum & maleuolum animum] Non ergo satis ad fidem historiz *Ammianus Marcell. lib. XVII.* eum lege. *Ouidius* propter linguæ petulantiam periisse vult videri, cum per ebrietatem de Augusto temere quædam effutisset;

Nec fuit opprobrio celebrasse Lycorida Gallo:

Sed linguam nimio non tenuisse mero.

Nec abhorrent verba *Dionis*, πολλὰ ἔματτα ἐς τὸ ἄγρον ἀπλήρει. Usque adeo vetum est quod dixit *Scenicus Philosopher*, ἀχαλίτων σομάτων τὸ τέλος δυσχία. Et quod magnus *Plato* bis inculcat, κῆρυ πέρυμαλ, λόγος, βαρυτάτη ζημία. Verba, rem leuissimam, pœna sequitur grauissima.

Domo & provinciis suis interdixit] Dignus mos generositate Romana, palam indicere inimicitias & domo interdicare. *Linus, Cicero, Seneca, alii*, testes. Eo more Augustus aduersus Gallum usus, non ut Imperator, sed ut priuatus: nisi quod ad prouinciarum interdictionem: nam istud quidem iam non amplius civile. *Dio* sic vertit: ἠπιόθεν ἑὸς τὸ ἄγρον, ὅτι ἔ, ἐν τοῖς ἔθροισιν αὐτὸ κωλυθῆναι διατάξει. Omisit Græcus scriptor, *domo*; incogitantia fortasse prisce moris.

Laudauit quidem pietatem] Maledicere principi crimem impietatis, contrarium affectum pietatem nominant historici. *Tacitus* in simili *Tiberii* maimo *Annal. lib. II, 51*: Id *Tiberius* solitus sibi ambagibus apud senatum inculcauit, cum extolleret pietatem quamuis modicas principis iniurias acriter vlciscentium, deprecaretur tam precipites verborum pœnas.

Ex leui rigoris suspicione] Rigorem vocat quod in *Julio*, vultus minus familiari respicere: cui opponitur salutatio cum quibusdam familiaritatis notis. *Plinius* in *Panegyrico*: Gratum quod tantum non plerò clientibus salutatio quaedam familiaritatis notas adderes. *Galenus* hoc dicit, φιλικὸς ἐνδεῖν ὀμμασιν, initio libri ad *Pisonem* de *theriaca*. Iam rigoris suspensionem interpretor conceptam ab *Agrippa* opinionem, quasi se Augustus minus familiari vultu respexisset. Est autem effectus pro causa. non enim suspicio oritur de rigore qui in oculos incurrit: sed de animi mutatione cuius effectus est rigor, & vultus adductus. Sic multa dicuntur: ut cum opinio pro sermone ponitur: nam ex opinione hoc est, ἐκ τὸ πλερώμαλ, τὸ κερδίει nascitur sermo. Præter exempla quæ supra attulimus, sic loquitur *Suetonius* etiam in *Nerone*: Exiit opinio post scenicas coronas proximo lustro descensurum eum ad *Olympia* inter *athletas*. Quid est exiit opinio? quod Græci dicere solent λόγος ἐξίπτος: nam docti viri qui vocem illam censent eo loco amouendam, prorsus errant. Sic fama exiit, apud *Cornelium Nepotem* in *Agessilao & Annibale*. Contra apud *Plinium* initio lib. XVII affectare diligentiam, pro affectare laudem ex diligentia

gentia. Causam posuit pro effectu. Mitto poetas qui has sermonum vices plurimum amant. Ita interpretamur hunc locum, quia sedet nobis librorum omnium consensum omni ope & opere, modo ne contra rationem, tueri. Alioquin placeat nimis acutissima Lipsii coniectura, ex leui frigoris suspitione. Nam frigora siue friguscula amicorum vel amantium offensiones dici, eruditis pridem notum. Ptolemaeus, friguscula huiusmodi appellare solet *ψυχροπύσσις* elegantissime. quam illius vocem explicat locus *Chrysofomi* ex homilia XIV ad populum Antiochenum: ὁ φίλοι πρὸς φίλους ποιῶσι ἐπειδὴν ὑβριδῶσι, τὸτο πρὸς τὸ δέλον ὁ διαπύσσις ἐποιοῦσι, παρσιόπισι. μόνον ἔστ' ἢ σπύσσις φθιγγόμενον, καὶ πᾶσαν ἐνδουκνύμενον αὐτῶν ἢ ὄργλι. Obseruabamus & in voce ψύγμα eandem elegantiam in sermone Graeco. *Iosephus* *Αλώσεως*, lib. I cap. XVI loquens de alienato Herodis animo à filiis: ἰσθνὶ ὁ πατήρ φανερῶς ἀπιμμεροῦτο, ὧντιν δὲ (intelligit τὰ μειράκια) καὶ μικρὸν ἐκ τῆ ψύγμα, καὶ ἔπ πρὸς τὸ λυπῶν (sic est scribendum) μάλλον ἐτραχύνετο. Pater de uenime aperte conquestus erat: sed adollescens ex ocellis frigore paulatim rem intellexerat, & ex eo quod ad omnem molestiam magis exasperabatur. In sacris literis & apud patres ψυγῆσι καὶ ἀγρίαι, & ψύξις vel ψυγῆσι passim.

Mitlenas se relicto omnibus contulisset] Longe aliter *Dio* lib.

LIII: ἰς τὴν Συρίαν ἐνδὺς τὴν Ἀγείτταν ἴστατο. καὶ ὅς ἐκ μὲν τὴ πόλεως ἐνδὺς ἐξώρμησεν, ἢ μέγιστοι καὶ ἰς τὴν Συρίαν ἀφίκετο. ἀλλ' ἔπ καὶ μάλλον μεδιάζων, ἐκείσε μὲν τὴν Ἰσραηλῆος ἐπιμύσσει, αὐτὸς δὲ ἐν Λέσβῳ διέτριψεν. Vult in Syriam missum Agrippam, ut ei prouinciae praeset: ipsum per legatos illam rexisse, in Lesbo insula remanentem, moderationis causa. Vide *Iosephum* lib. XVI cap. II & III.

Hic secretum] Mæcenas enim quondam *præcipuus fuit cui secreta Imperatoris inniterentur*. *Tacitus* lib. III A. 30. Qui contra, quam *Suetonius* scribit frigore tandem percussum Mæcenatem tradit, & *etate prouecta speciem magis in amicitia principis quam vim obtinuisse*. *Dio* idem narrat, sed aliter: causam enim imminutæ amicitiae fuisse certamen de forma inter *Liuiam* & *Terentiam*. lib. LIV.

Dis virilis toga, vel nuptiarum] *Dio* in testamento Augusti hæc verba ponit, ex quibus mos illius intelligitur, τοῖς πασι καὶ ἀνδρῶν ἐπ' ὄντων, τὴν πατέρα καὶ ἰσθνὶν ἐκακλπρονομήσει πρῶτα καὶ πάντα μετὰ καὶ πατρῶν, ἐπειδὴν ἀποδεδῆται, ἀποδεδῆται. ὅτις καὶ ζῶν ἰσθνὶν.

Idem refert etiam Tiberius in laudatione funebri Augusti *libro eodem*.

Cap. LXVII. *Vt Licinium Enceladum aliosq.*] Mss. & prima editio *Lucinium*. probo *Licinium*. Licinius Enceladus eiusdem liberti sunt appellationes, vt Tullius Laurea, & qui in veteri lapide nominantur Augusti liberti, C. Julius Hilarus, ac C. Julius Elainus. qui fortasse *Ἐλεῖος* ille est quem *Dio lib. XLVIII* nominat *Ἐλεῖος Κείσοις*. Nominantur eidem vel aliis liberti Augusti, Thyrsus, Eros, Proculus, Epaphroditus, Polybius, Iulius Marathus, & apud *Iosephum Orig. lib. XVII* Celadus. vnde non absurde suspicetur aliquis, legendum hic esse, *vt Licinium & Celadum aliosque*.

Idem Poenulum] Memmianus & alii quidam *Poenum*. Græcum est nomen *Πῶλον*.

Thallo à manu] Membr. *Tallo*. id esset nomē Sabinum: Festus. Melius *Thallus* vt in *Apologia Apuleii* & in veteri lapide *Thallusa* libertæ nomen.

Crura effregit] Minus recte in Mss. *ei fregit*. Crurifragium olim seruorum & ancillarum pœna erat. Meminit iterum Suetonius *lib. III cap. XLIV*. Fuit publicum maleficorum hominum supplicium: vt delatorum sub Commodō. *Eusebius lib. V*: *ὁ δὲ λαὸς ὁ δὲ κείρον ἢ δίκην εἰσπλάγαν, ἀπὸ κατὰ γυνὴ τὰ σέλην*: de crurifragio etiam *Agathias* sentit *lib. IV* scribens: *Πολλὰ χεῖ τὰς πόλεις ἀνθρώπων πένες πυχὸν ἢ καὶ λαποδύτης, ἢ καὶ ἄλλα πρὸς ἀποσίωκ πηλημεληκότας ὄρωντες, νῦν μὲν ἢ κεφαλῆς ἀφαιρημένους, νῦν δὲ τὸ πῶδε διατηρομένους*. Sed exempla in Martyrologiis & apud alios etiam scriptores passim.

Grassantes oneratis graui pondere ceruicibus præcipitavit in flumen] *Viterb. in flumen iactavit*. *Grassantes* autem quam *grassatos* maluimus cum melioribus libb. ex ipso enim genere supplicii conicio istos in prouincia Syria vel Lycia (nam inter auctores non conuenit) vbi Caius obiit, pœnas rapinarum dedisse: permittente hoc illis Augusto, pro cætera sua lenitate, vt suis legibus atque moribus in eos animaduertent. Fuit autem hoc supplicii genus Romanis parum in vsu, et si eius iterum mentio habetur *lib. IV cap. XIX*. Græcis fuisse non incognitum, testes *Polybius*, *Diodorus*, *Plutarchus*. De Syris ex Euangelio & Hieronymo cuius liquet. *Matthæi cap. XVIII κατὰ πόλιν* (ita Græci hoc supplicium vocant) modus is describitur quo *Thallus* iste periit: *συμφέρει αὐτῷ ἵνα κρεμαθῇ μύλον ὀπίσθου*

αὐτὸν ἢ τράχλον αὐτῷ καὶ καταπονιθεῖν ἐν τῷ πλάγῃ ἢ θαλάσσης. Græci aliter, qui fontes in sacrum, vel plumbeum dolium, ceu in cullem conuiciebant, vt ex *Athenai* X & XIV palam est. Similia in Martyrologiis multa. Nec dissimilis modus apud Ægyptios. *Lysimachus*, τὸς λιπὸς εἰς μολευθεῖνες: χάρτας ἐπέδουσαν ἵνα χαρδῶσιν εἰς τὸ πλάγῳ. Alibi grauiua pondera non ceruicibus, sed pedibus appendebantur. *Eusebius lib. VIII*: τῇ ἐξῆς ἡμέρᾳ λίδων αὐτῷ πρὸς Ἰνδυντῶν τοῖς ποσὶ, μέσῳ πλάγῃ καταπονιτῶται.

Cap. LXVIII. *Marcus Antonius adoptionem auunculi stupro mericum*. In epistola ad Octavianum quæ Ciceronis esse dicitur: cui nulla dignitas maiorum conciliaffet eam potentiam, sed forma per dedecus pecuniam; nomen nobile consceleratum, impudicitia dedisset.

Crura suburere nuce ardenti] Pilos antiqui suburere soliti, vel metu, vt olim *Dionysius* tyrannus, de quo est apud *Tullium*: & *Commodus*, de quo *Lampridius*: adurebat comam & barbam timore torporis; vel deliciarum. causa, vt hic de *Augusto* dicitur. *Tertullianus* De pallio; vsfriculas vocat mulieres quatum opera iuxta hanc rem vt moris erat. *Achilles*, inquit, patiens iam vsfriculas, iam virum alicuius clanculo functus: tamen illum locum docti viri aliter accipiunt: quod vt puto non oportuit.

Cap. LXIX. *Excusantes, sane non libidine sed ratione commissa*] Apagè istam rationem contra rationem. Ita quondam *Alcibiades* factum excusabat scelestissimum cognita sibi per adulterium *Agidis* *Spartæ* regis vxore: *Athenens libro XII*: Ἐν Σπάρτῃ ὡν ἐφθαιρε ἢ Ἀγιδὸς ἢ βασιλῆος γυναῖκα Τιμαίαν. ἐπιπληθόντων δ' αὐτῷ πινῶν, ἐκ ἀκρασίας ἐπεκιν Ἰνυελθῶν ἴση, ἀλλ' ἵνα ὁ γινόμενος ἐξ αὐτῷ βασιλεύσει ἢ Σπάρτης.

Quo facilius consilia aduersariorum per cuiusque mulieres exquireret] *Scelus* pridem notum hominibus facerrimis, notat *Aristoteles* *V Politicorum*: & exempla apud historicos non desunt.

E triclino viri coram in cubiculum abductam] Hæc omnium libb. lectio: docti emendant virò coram. si placeat nihil mutare, intelligemus conuiuium in ædibus illius ipsius celebratum fuisse, cuius vxor abducta.

Rursus in conuiuium rubentibus auriculis reductam] *Theocritus* *idyll. II*:

— καὶ τὰ πρόσωπα
θιγρότε' ἢς ἢ πρόσωπα.

Denudarent atque perspicerent, tanquam Thoroio mangone vendente] Libro IV capite XXXVI: illustriores feminas plerumque cum maritis ad cenam vocatas, præterq; pedes suos transeuntes, diligenter ac lente mercatorum more considerabat. Vanales olim, cum emebantur de mangone, denudare mos fuit. Seneca pater *Controuersiarum libro primo*, de sacerdote prostituta: *Nuda in littore stetit: ad fastidium amitoris omnes partes corpori & inspecta & contrectata sunt.* Lucianus *Βίων περίουσι*, consuetudinem hanc solens more suo expressit: inducit enim mercatorem qui Pythagoram empturus erat sic loquentem, *ἀλλ' ἀπόδου καὶ γυμνὸν ὅς σε ἰδεῖν βέλομαι. Menander Ἐπίου:*

*Ἐγὼ μὲν ἤδη μοι δοκῶ νῆ τὸς θεῶς

*Ἐν τοῖς κύκλοις ἑμαυτὸν ἐκδιδυκῶτα

*Ὅρῶ κύκλῳ περίουτα καὶ πωλῆμενον.

Male vulgo in secundo versiculo ἐκδιδυκῶτα apud Harpocratiensem scribitur. vnde hunc locum descripsimus. In tertio quid sit κύκλῳ περίουτα declarat Lucianus eodem loco: sic enim præco mancipium quod vānibat, alloquitur *ἰλθὲ καὶ ἀφίδη ἐν κύκλῳ τὸ Κυρίδῳ*. Experiebantur & saltu. *Propertium:*

Calati medio cum saliere foro.

Tertullam aut Terentillam aut Ruffillam] Amantium ἑποκοεισµῶς: nam vera nomina fuere, Tertia, Terentia, Rufa. Tertulla ἑποκοεισµῶν à Tertia, sicut à Mario fit Marullus, à Lucio Lucullus, à Catio Catullus.

Cap. LXX. *Ipsam pro Apolline ornatum]* Augustus enim fatus Apolline existimatus est: *infra cap. XCIV.* Propterea etiam factum illi simulacrum est cum Apollinis cunctis insignibus, si fatis vera *Seruis* nota ad illud Virgilii, *Cassa fave Lucina, tuus iam regnat Apollo.*

Cum primum istorum conduxis mensa choragum] Id est, vbi primum pacti sunt isti cum chorago, de ornamentis præbendis ad cenam *δουδεργῶτων*. In historiis Græcorum *χορηγός* honestissimum nomen est, quod de eo dicitur qui sumptus de suo præbet ad ludos sacros. *Plauto* aliisque Latinis *choragus* is dicitur qui scenicis histriionibus locat ornamenta fabulæ docendæ necessaria. Inde apud *Ciceronem*, *choragium* falsæ gloriæ, suppellex & reliquum instrumentum ad pompam solitum comparari. Ita igitur hic quoque accipiendum: ac fortasse etiam *choragium* scribi melius, ut sit in postre-

postremo pede *Civilium*. nam quod eruditissimus *Torrentius* choragum interpretatur Augustum, tam est à ratione alienum, quam parum meo iudicio vertum quod idem ait, quia desit aliquid initio horum versuum, propterea vix posse eorum mentem percipi. *Malliam* in secundo versu vnam è sex illis feminis fuisse quæ dearum habitur conuiuio interfuerunt, neq; aïo neq; nego: tamen quàm pro vxore choragi queat accipi non dubito. *Beroaldus* Capitolium ea voce putat significari, sed vt *L. C.* sine lege, ita nos sine auctoritate erubescimus loqui.

Cenat adulteria] Cœnando exprimit & repræsentat, atque adeo imitatur. Vox prægnans vt loquuntur *χηματικῶν παίδων*. Non dissimile est, *epulari iniquitatem* apud beatissimum *Augustinum* in libro *Confessionum*. & *magna viuere* apud *Minucium Felicem*. Nos non eloquimur magna, sed viuimus. Sic *πιδῶν πόταμόν* apud *Iustinum*, de *Achille* qui saltu vehementiore sicut aquæ salientem è terra expressit. Ita etiam dicuntur *Servio Heliades* *fluisse succina*.

Fugit & auratos Iuppiter ipse thronos] In Mss. vtrumque inuenimus & *coros* & *thronos*: quæ posterior lectio plurimum consensu & in his *Memmiani* confirmata iure placuit. In *peruigilio Veneris*:

Gras Dion iura dices fuit a sublimi throno.

otii malim ibi *oro*. At isto loco qui *thori* vel *tholi* legi debere contendunt, vnde obsecro habent fuisse tum in *Capitolio* lectisterium, quando hæc cœna cœnata?

Ego Corinthiarum] Hic nomen est artificii, postea fuit ministerii in familia principum. *Vetus Lapis*:

CALLITYCHE ZOILL.
CORINT. AGRIPP.

Vasa Corinthia] Criticorum veterum placitum est, vt *Corinthiacæ vasa* non *corinthia* dicatur: cui obseruationi Mss. libri multorum scriptorum non consentiunt.

Aliquando vt vincat ludic assidue ateam] *Vetus* versus est apud *Aristotelem*: "Αν πολλα βάλλης ἄλλοτ' ἄλλον ἂν βαλεῖς. Nec minus vere quam eleganter *Galenus Imperator*: *Taurum toties non ferire difficile est*.

Cap. LXXI. *Circa libidines basis*] Ductum à re nautica, vt apud *M. Tullium* ad columnam adhærescere, pro Sextio: *Ne Syllao*
illo

illo eris alieni in fredo, ad columnam adhaerescere, in tribunatus portum perfugerat.

[Sylvius pater] Scribo *Silius*, ut in Cod. Viterb. & Lislai, vel *Salvius*: nam *Sylvia* gens Romana mihi nulla cognita.

[Inter cenam lusimus *ἡροδωκῶς*] Liberaliores potationes, talorum institutiis Insonibus diffiniebant. *Plautus*, *Propertius*; alii. Ideo inter alia apophoreta dati etiam tali: *Martialis* & *Asbenens*. Ait autem lusisse *ἡροδωκῶς* hoc est ut faciunt senes otio redditi. Non omnes qui alea ludunt aleatores sunt, quoque pessimum hominum genus esse inter sapientes conuenit. Ludunt pueri, ludunt & senes: sed simpliciter & oblectamenti causa, non cupiditate lucri.

[*Talis enim iactatus ut quisque canem aut senionem miserat*] *Lulus* quem describit Augustus, is est quem Graeci *παισβολίδα* nominant. Ludebatur & talis & tessaris. *Pollux*: ἡ *παισβολίδα* ἔστι μόνον ἢ δὲ ἢ κύβων, ἀλλὰ ἢ δὲ ἢ ἀστράλων, ὅτι ἢ πᾶσι βαλεῖν ἀειδίω. Talis ita ludebant: quatuor talos vel ex auro factos, aut argento, aut ebore, vel reuera talos alicuius animalis, in fritillum coniciebant, eoque conculso super tabulam fundebant. Talorum *πῶσις*, hoc est, varietates quas iactu casuque exhiberent, erant numero triginta quinque: id enim obseruatum est a veteribus aleæ magistris, non posse ultra eum numerum diuersas species exhiberi iactu quocumque quatuor talorum. Dico talorum: nam in tessaris plures conspectus diuersi reperiri possunt. Ratio diuersitatis est, quia plures sunt *πῶσις* tesserae quam tali. hic quatuor tantum habet partes quibus insistat & incubat: cum ab vtraque longitudinis suae extremitate rotundetur: illa sex. hoc optime doceat *ἀποψία*. Quin et si talus habere quatuor *πῶσις* dici potest, fere tamen cum iacias non aliter cadere videas quam duobus modis: vel in eam faciem è duabus quas habet latiores, quæ caua est: vel in oppositam, quæ eminet & protuberat. Has talorum *πῶσις* Graeci aiunt, *ἑξ ἑβδμήδων κατ' ἀντίθετον ὑγκειμέναις* fuisse: hoc est puncta vel numeros habuisse sic dispositos, ut qui in oppositis duobus lateribus essent, iuncti semper efficerent septem hoc modo. * *ἐν τέλει το δ*, aiunt *μονὰς ἢ ἑξῆς, ἑπτα πρὸς καὶ τέλεις*. In tessaris amplius fuerunt *δύας ἢ πρὸς πέντας*. Qui *παισβολίδα* ludebant, singulis iactibus infelicibus certam pecuniam, prout conuenerat, in medium conferebant:

*
1—6
3—4.

rebant: aliquando in singulos talos singulos nummos, vt hic Augustus ait: aliquando in singulas unitates quas iactus ostendebat, siue in punctum, vt loquitur Suetonius in Nerone, singulos nummos. hoc innuit Pollux in descriptione istius lusus, verbis hisce, ἀργύριον πέντε ἑκατάων ἐπισημαίνοντες καὶ ἐκαστὴν μονάδα διηρημένον, ἢ ἐσχημένον, ἢ ἑκατάων ἢ ὀποσον. Sic ille locus scribi debet. Atque istæ sunt manuum quas vocat Augustus, cum ait in sequenti epistola: *Si quas manus remisisti cuique exegissem, aut retinuissem quod cuique donasti, vicissem vel quinquaginta millia.* Duplicem suam benignitatem refert: alteram, quod collusoribus suis qui ex iactu infeliciores tenebantur pecuniam in medium conferre, remisit conferendi necessitatem: alteram, quod iisdem pecunia destituentis ad conferendum, de suo sit largitus. Porro vincebat is qui Venerem iactabat: ita vocabant iactum qui talos omnes diuersa figura ostendebat. *Lucianus* in Amorum; ἢ ποτε ἢ δὴν αὐτῶν, Venerem intellige, ἐπιβολῆσι μνηστῆρος ἀπραγὰς πόνῳ ἢ ἴσῳ ἡμίαντες ἀνακύνει, ἢ ἐπιθυμίας τῶν ἐπιδοτῶν τομῶν. Vincendi rationem paullo aliter explicare *Pollucem* video, ὁ ἀπειθαλλόμενος τὸ πᾶσι δὲ μνηστῆρος, ἡμᾶν ἀνακύνει τὸ ἐπιδοκίμενον ἀργύριον. Sic cum non in pecuniam facta erat conuentio, sed in aliam conditionem, semper vincebatur ὁ ἐλάττω βάλων τοῖς ἀπραγὰσι vt loquitur *Athenæus* lib. X. Sed non dubium πεισοβολίαν & similes lusiones variis modis solitas exerceri.

Tollebat vniversos] *Pollux* modo: ἡμᾶν ἀνακύνει τὸ ἐπιδοκίμενον ἀργύριον.

Quinquaginta satii incunde egimus] Placet Memmii & Lislai codd. lectio *Quinquaginta.*

Forumque aleatorium calcicimus] In plerisque vrbibus inter loca ædilem metuentia fuit is, quo convenire soliti aleatores: quem *Cicero* ludum talarium, *Quintilianus* ludum talarem, Augustus forum aleatorium vocat. Forum enim dicitur locus omnis concursu negotiantium celebris. vbicunque autem conveniatur aleæ catissa, ibi erit forum aleatorium, non in foro tantum: etsi ibi quoque alea solita exerceri: sed non nisi ab hominibus perditis & profligatis, qui omnem existimationis suæ curam posuissent. *Cicero Philipp. II.* *Hominem omnium nequissimum qui non dubitaret vel in foro alea ludere, lege quæ est de alea condemnatum, qui in integrum restituit, is non aperissime studium suum ipse profiteretur.* Ex his apparet quam graue flagitium

gitum censeretur Romæ alea in foro ludere. Quare Augusti verba non ita accipio; quasi ille in foro lusisset. sed ita locutum arbitror, ad declarandum suum in ludendo studium, & eorum qui non paruo numero festi celebrandi gratia ad ipsam contuenerant. ideo ait *forum calsecimus*, venustissima translatione, qua exprimitur *μολοξία* & studium simul & frequentia ludentium. Cicero ad Atticum: *Cum Roma à iudiciis forum refrixerit, excurremus mense Septembris legati ad Pisonem.* Sic dixit Tertullianus, *astuare carcerem*, pro, plenum esse. *Apologitici cap. XLIV.*

Si quas manus remisit cuique exegissem] Expofuimus iam hæc verba: nempe *manum* vocat quam conferebat quisque post iactum infelicem. Proprie tamen manus est iactus ipse: nam in alea singuli iactus sic dicuntur manus, vt in re gladiatoria singulæ manus & singuli ictus. *Quintilianus lib. IX cap. 1: In armorum certamine aduersus ictus & rectas manus, cum videre, cum etiã propulsare facile est, auersa tectaq, minus sunt obseruabiles.* Et alibi apud eundem *manus gladiatorum secunda, tertia, quarta.* Cæue confundas, vt quidam, *manum* cum vniuersa illa pecunia quam singulis commissionibus victor auferebat, quamque vocari diximus *Polluci* ἡ ἄνδρακίμων ἀγύειον. Hæc est opinor pecunia quam *A. Gellius*, *as manuarium* vocat, quasi ex pluribus manibus collectum, *lib. XVIII cap. XIII.* quamque *Ἰνδίων* Imperator lege prima Cod. De aleatoribus: *οἱ Ἰνδία, inquit, κλύσι νομίσματα ἔνδρακίμων Ἰνδίων παίζων*: nam si *Ἰνδίων* ibi *manum* interpreteris, erit immensa summa quam poterit aliquis vna commissione, quæ pluribus iactibus absoluitur, perdere.

Vel talis, vel par impar ludere] Non quin & talis par impar luderetur: nam *ἀπαισι* per talos exemplum habes in *Platonis Lyfide*, & notat *Pollux lib. IX.* Sed & tesseriis, & ipsis nummis & nucibus etiam, vt apud *Ouidium*, & *Aristophanem Scholiasten*, legere memini. Similis lusio erat quando quærebant *caput aut nauim.* *Auctor libri De origine vrbi Romæ, & Macrob. L Saturnal. cap. VII.* sic apud Græcos *ζυγὰ ἢ ἀζυγὰ.* scholia Aristophanis ad *Plutum.*

Cap. LXXII. Postea in Palatio] Vide *Suetonii Grammaticos* in *Verrio Flacco*, & *Dionii* notam *lib. LIII. itemque libro LV.* Refert & *Seruius* Augustum ædificatam à se domum publicam fecisse. causa est apud *Dionem*; quia Pontificem Maximum in aliis quam publicis ædibus habitare, fas non erat. ideo Palatii publicatio-

cationem Nerua quoque fecit renouato Augusti exemplo : quod alii principes neglexerant. Docet subobscure *Plinius in Panegyrico* : *Magno*, inquit, *animo parens eam hanc ante vos principes arcem publicarum ædium nomine inscripserat.*

Sed nihilominus ædibus medicis Hortensianis] Palatium & regionem in vrbe interdum designat, & sæpius domum principalem. Hæc ex pluribus domibus minoribus in vnus maximæ speciem fuerat constructa. Itaque Palatii pars fuit vetus Hortensii domus : vt hinc liquet. Pars alia fuit Catilinæ domus quæ tamen postea separata est à Palatio, vt indicat Suetonii locus in Verrio Flacco.

Eodem cubiculo hieme & æstate mansit] Contra consuetudinem hominum eius temporis, qui in ædibus suis alia habebant hiberna, alia æstiuæ cubacula & triclinia. *Varro de lingua Latina lib. VII.* & *Plinius in epistolis lib. II.* & *Columella* in descriptione villæ. De triclinio hyberno *Iuuenalis* loquitur *Satyræ VII* :

— — — *algentem Fapiat canatio solem.*

Mos antiquissimus, cuius inuectores delicati & principes in Asia viri : nam vt de regibus Persarum nihil dicam, etiam in sacris literis eius consuetudinis fit mentio, *lib. Iudicum, cap. III commate XX.* & *Propheta Amos*, has populi Israelitici delicias grauitèr obiurgat *cap. III comm. XV.* Tandem fuisse hominibus luxuriosis, præsertim Romanis, non triclinia solum pro tempore diuersa : sed & supellectilem totam, & ea maxime quæ auro argentoque constabant, etiam anulos alios æstiuos alios hibernos, testis *Iuuenalis Satyræ I.* & de Græcis *Alexis in Hippisico apud Athenæum lib. VI.*

Parum salubrem valitudini sua urbem] Præter medicinæ auctores Græcos & Latinos, qui hoc testantur, *Frontini* verba sunt in *lib. De aquaduct* : *Ne perennes quidem aqua otiosa sunt : nam immunditiarum facies & impurius spiritus, & causa grauioris celi, quibus apud veteres vrbi infamis aër fuit, sunt remota.* Adulatur vero Imperatori Neruæ *Frontinus* cum illa scribit.

Quem Syracusæ & Technaphyon vocabat] Hoc illud est quod *Varro* notat in sui temporis hominibus : quos ait suis villis delicata nomina vsque inde è Græcia petita imponere. Sic *Pausilypum*, *Academia*, aliaque villarum celebria nomina.

In alicuius libertorum suburbanum] Ita lego cum Lislæ Cod. & edit. Lugdun. veteri, non *libertinorum*, ut in vulgatis codd. habetur. similis locus *cap. XLV.*

Eger autem in domo Macenatis cubabat] Mira consuetudo. Plinius epistolarum lib. VII. ep. XVI. *Ego in villas eius sæpe secessi, ille in domo mæta sæpe conualuit.* Lego etiam de Ptolemæo Lagi F. simile quid: notat enim Plutarchus in Apophtheg. solitum illum τὰ πολλὰ εἶναι τοῖς φίλοις διαπνεῖν καὶ καθύδην.

Ex secessibus præcipue frequentavit maritima] Romani proceres, quod ex Ciceroe aliisque notum, soliti Roma per ætatem exire, & in aliquod Campaniæ oppidum secedere, in quo tractu sua prætoria habebant: præcipue vero frequentabant oram maritimam. quare etiam *amæna* huiusmodi loci κατ' ἐξοχὴν dicti. Glossarium *amæna* αἱ ἀκλαί. Scribe *amæna*: & ἀκλαί accipe non pro quouis littore, sed quo modo à Latinis usurpatur, ut Ciceroe in *Verriniu.* Veteres Glossæ Turnebo descriptæ; *Acta, littora amæna. Seruius, amæna sunt loca solius voluptatis plena, quasi amunia.* Tacitus III *historiarum* 76: *Noctu dieque fluxi & amæna littorum personant.* Victor in Aurelio Antonino. *Quæ in tantum perulantiæ proruperat, ut in Campania sedens, amæna littorum obsideret.* Propter hanc littoralem amœnitatem conqueritur Horatius submoueri maria: quod & Themistius oratione quadam nouæ Romæ ciuibus obiicit, qui amore deliciarum hoc genus veteribus Romanis nihil cesserunt. Pro Campaniæ ora fuit ius Propontis vicina, & Princeps, Prota aliæque adiacentes insulæ. In ora illa æstiuabant Imperatores in magnificentissimis prætoriis: quorum amorem & desiderium rebus magnis sæpe impedimento fuisse queritur *Nicer. u.* Observat autem *Hesychius*, ab hoc principio obtinuisse, ut omnes loci in quibus genio indalgetur, *acta* vulgo dicantur licet à mari procul: ἢ *Ἐνήθεια τῆς ἐκ' εὐωχίας ἀφωρισμένης τόπος ἀκλαί, καὶ τυχόντι μὴ πᾶσι. δαλλάστοι ὄντες.*

Lanuium] Lislæ cod. *Laninium.*

Quam xystis & nemoribus] Quæ ad vsum & seria magis commodarent, quam ad voluptatem & elegantiam. in xystis per hibernum solem de rebus grauibus, vel inter ambulandum, vel sedentes tractabant: in nemoribus per ætatem vmbra & opacitatem captabant. adeo autem nemoribus capiebantur vulgo elegantiores

Roma-

Romani & *φιλόλαοι*, vt etiam in vrbaniſ ædibus, ſi alio loco nequirent, ſaltem in tectis haberent. *Seneca* teſtis eſt variis locis.

Qualia ſunt Capreu] In Auguſti prætorio, quod in ea inſula extruxit. Mſs. noſtri habent, *in Capreu*. Vrſini, *capica*.

Quæ dicuntur gigantium oſſa] In Mſs. ſine diſtinctione ita legitur, *ferarumque membra prægrandia quæ dicuntur gigantium oſſa*. Quæ de gigantibus prodita ſunt ab antiquis poëtis & *λογογράφους*, ea ſunt ita fabuloſa, vt merito *Suetonius* iis nullam fidem habuerit. Sed quod propterea gigantes nullos fuiſſe, aut nulla eorum oſſa reperiri exiſtimari videtur, in eo fugit eum ratio. Illud manifeſto ſacræ literæ arguunt, hoc *ἀποΐα* multorum: ſuntque etiam nobis aliquando viſa. Vide *Auguſtin. De ciuitas. Dei libro XV cap. XXIII.*

Et arma Heroum] Qualia multa recenſentur à *Pauſania*, quæ eius adhuc ætate inter donaria templorum Græciæ viſebantur.

Cap. LXXIII. *Nec toro quidem cubuiſſe aiunt niſi humili*] Veteres lecti alii erant non alti, in quos ſcanſione ſimplici & ſcamno aſcendebant: alii altiorem, in quos ſubſellius conſcendere oportebat: in alios duplicata ſcanſione, hoc eſt gradibus, veniebatur. In lectis erant tori, quos alte ſuffultōs habere & ſublimes elegantia erat: prorfus vt hodie in quibusdam locis fieri cernimus: vbi cultiæ plumæ tantum paleæ ſupponitur vt in altitudinem magnam aſſurgat torus. Tales Auguſtus grauabatur, humileis probabat. In quo fuiſſe aliquod ſpecimen morum declarant ea, quæ alibi cum curâ diſputamus de lectis veterum.

Veſte non temere alia quam domeſtica uſus eſt] Nihil hic mutandum. Fruſtra eſt vir doctus cui mirum adeo videtur veſtes forrenſes à ſeminis fuiſſe contextas. non meminerat tot veterum teſtimoniorum quibus hoc de facili probari poteſt. Mitto *Alexandri exemplum*, qui apud *Curtium libro V* veſtem qua indutus erat *ſororum non donum ſolum, ſed etiam opus eſſe*, ſerio affirmat. Apud *Statium IV Syluarum* optat Roma Imperatori Domitiano:

Da gaudia faſtis

Continua: huſ humeros multo ſinuſ ambiat aſtro,

Et properata tue manibus prætexa Mineruæ.

Ecce optat vt quotannis fiat conſul, & ſemper conſulari prætextæ manib. vxoris conſecta decoretur. Ex hoc more interpretandum quod refert *Tacitum lib. II Annal. 14.* Germanicum *per quietem vidiffe*

se operatum, & sanguine sacro respersa prætexta, pulchriorem aliam manibus auia Augusta accepisse. non enim sine re hoc somniauit, sed causam habuit ex eo quod Augustus & filii tam ipsius quam Liuiæ, togas, prætextas, & id genus vestes forenses confectas Liuiæ, Octaviæ & Juliarum manibus gestare essent soliti. Verum de his affatim alibi.

Togæ neque restrictæ nec fufis] Illæ erant præparcorum & μικρολόγων; hæ discinctorum & nepotum.

Clauo nec lato nec angusto] Cautè accipe. annon enim lato clauo vsus Augustus? Sane. sed ita vt purpuram ex qua clauus fiebat, supra modum non dilataret quorundam more, qui τῷ πλάτει & ποφύρας, vt *Lucianus* ait, sese apud vulgus venditabant. Horum respectu angusticlauus Augustus appellari potuit, qui tamen ratione inferioris ordinis laticlauus erat. *In vita Alexandri Seueri* legere memini, mitissimum illum principem *tunicis a femine vel macroberis ex purpura non magna vsu.*

Vt procerior quàm eras videretur] Mos antiquissimus Græcorum & Romanorum, sed magis fœminarum, staturam adiuuare subere in calceos infarto: cuius rei testimonia multa. Norat magnus princeps, formæ amplitudinem apud stultum vulgus gratiæ & auctoritatis plurimum mereri: quam stulticiam elegantissime philosophus scenicus increpat in *Electra*:

ὢ μὴ φρονεῖς (εἰδ' οἱ κενὸν δοξασμάτων
πλήρεις πανᾶδου. τῇ δ' ὀμίλῃ βροτῶν
κελεύετε, καὶ τοῖς ἤθεσιν τὰς εὐλαγεῖς;
ὢ γὰρ ποῖτοι τὰς πόλεις οἰκῶσιν εὖ
καὶ δάμαθ' αἰ δὲ σέρκας αἰ κενεὶ φρονεῖν,
ἀγάλλματ' ἀγροῦς εἰσίν.

• *Et forensia autem & calceos nunquam non intra cubiculum habuit*] Intra ædes, inque omni remissione raro togati calceatiue erant Romani. *Antoninus Philosophus* de se testatur libro I, non solum se ἐν σολῇ καὶ ὄκον σπειλάειν. quod de toga accipio. Calceorum loco sumebantur soleæ viris, fœminis sandalia. Propterea σανδάλια olim in nuptiis adhibita (σύμβολον οἰκείας, vt docet *Plutarchus* in *Quest. Rom.*

Cap. LXXIV. *Nec vnquam nisi recta*] Sic ἐπιταλὸς δῆκρον *Luciano*, cui opponitur sportula, seu δῆκρον ἀπὸ σπειλῆς.

Exc.

Excepto Mena, sed asserto in ingenuitatem] Ante Iustinianum & editam ab eo *Novellam LXXVIII*, assertis in libertatem ac manumissis, alio actu legitimo opus fuit, quo iura ingenuitatis consequerentur, & natalibus restituerentur. *Lege tit. Cod. De iure aureorum anulorum, & de natalibus restituendis.* At dicta novella conceditur omnibus libertinis ingenuitas, & ius aureorum anulorum & restitutio natalium. Menam ab Augusto in ingenuitatem fuisse assertum refert *Appianus lib. Ἐμφυλ. V.* sed obscuriuscule. *Μηνώδωρον ἐλευθέρου ἐὸς ἀπέφρασε ἐξ ἀπαιδίου.* *Dio lib. XLVIII* iure aureorum anulorum fuisse donatum scribit, quod minus erat quam restitui natalibus, ut continetur in disciplina iuris.

Ipse scribit inuitasse se quendam] Repete ex superioribus *libertinum*: nam de eo agit. Emendauimus sic corruptissimam priorum libb. lectionem, quæ hæc cum superioribus confundebat.

In cuius villa maneret] *Supra cap. LXXII: Huc transibat aut in alicuius libertorum suburbanum.*

Cenam trini ferculi] *Eginhardus: Cæna quotidiana quater-
næ tantum ferculis præbebatur, præter assam quam venatores verubus affer-
re solebant.* Ferculum esse *ἄγδιον*, mensam vnã, omnes no-
runt: sed rationem nominis non omnes obseruarunt. Proprie fer-
culum est *Ἐπιπέδιον*, cuius forma nota ex nummis & historia. His
similia erant mensarum fercula: non enim lances mensis impone-
bant elegantiores: sed machinulis quibusdam venusto artificio elab-
oratis partim imponebant, partim appendebant. In *Satyrico
Petronii* cæna lautissima describitur, cuius gustatio, siue promulsis
mensæ, ita fuerat exhibita: *In promulsidari (mensam intellige quam
& gustatoriam vocant) asellus erat Corinthius cum bissaccio positus, qui
habebat oliuam in altera parte albas, in altera nigras. Tegebant asellum
duæ lances, in quarum marginibus nomen Trimalcionis inscriptum erat &
argenti pondus. Ponticuli etiam ferraminati sustinebant glires melle &
papauere sparsos: fuerunt & tomasula supra craticulam seruientia arge-
team posita: infra craticulam Syriaca pruna cum granis punici mali. De-
inde remota gustatoria sequitur ferculum quod ita exhibetur. Re-
positorium rotundum duodesim habebat signa in orbem disposita: super qua
propriam conuenientemq; materia structor imposuerat solum: super Aris-
tem cicer aristianum, super Taurum bubale frustum.* Similia apud Græ-
cos legas.

Ad communionem sermonis tacentes prouocabat] Inuitatus ad mensam Imperatoris modestissimus quisque reuerentia linguam tenebat. ideo soliti principes benigni & comes ad loquendum conuiuas prouocare. De Augusto testatur hic Suetonius: de Traiano Plinius (paneg. 49.) *Non tibi semper in medio cibus semperq, mensa communis? non ex conuictu adstro murua voluptas? non prouocas redduq, sermones?*

Acromata & histriones] Plutarchus Galba; *Κάνυ ἀλλήσων* & *ἀπὸ ἡδῶν δειπνον* (ἀκρόαμα ἢ ἢν ὁ Κάνυ ἐυδοκίμημένον) ἐπῆνεσι. Passim ita accipi vocem ἀκρόαμα notum est; sed & ἀκροαμα pro eo dixerunt, vt Lucianus Πιτέρων διδασκάλω. Eginhardus & istud imitatus est: *inter cœnandum, aut aliquod acroama aut lectorem audiebat: legebantur ei historie & antiquorum regum gesta.*

Triniales ex circo ludios] Vilissimi homines & ἀνέστοι, vt ludii, astrologi, coniectores, fanatici, popæ & similes, in circo morabantur. Inde est apud Ciceronem: *de circo pro, vilis & abiectus.* Sic in noua Roma. *Nicias: ἢν ἢ ὁ Ζιντζίφκίης ἀνδρόγειον εἰσεπέταλον* & *ἢν ἢ σαδοσφύμιαν ἰππων ἀμφοτέρωθεν ἀλλυξί.*

Interponebat] Non super cœnam, sed inter cœnam istos adhibebant. Plinius de Spurinna lib. III Epistol. *Frequenter comædia cœna distinguitur, vt voluptates quoq, studiis condiantur.* Vide eiusdem epistolam XXXVI lib. IX.

Ac frequentius aretalogos] Lislæi, & prima edit. *frequentius.* alii *frequentissime* enim vulgat. Aretalogos ceriseo appellatos, miseros quosdam philosophos, mera hominum mendicabula, sectæ fete Cynicæ, vel Stoicæ, qui cum scholam & sectatores non haberent, conuiuia beatorum frequentabant, & Romulidas saturos variis de virtute & vitio disputationibus oblectabant. Ita multos vixisse philosophos ex Laërtii & Luciani scriptis aliorumque apparet. *Seneca in epistola XXIX Circulatores philosophos nominat.* Vox est Romæ nata; & nisi fallor, Crispino illi primum attributa hæc appellatio, de quo Horatius satyra prima: post illa in vsu remansit & res & nomen, sed apud Romanos tantum quod sciam. etsi vocis origo Græca est, & forma. Sic apud *Aristotelem ἀνθρωπολόγος*, qui multus est in hominum laudibus, *Nicomacheorum lib. IV.* & *Chrestologus* apud *Spartianum in Pertinace.* *Hesychiῶ ἡδολόγος*, διατριβόν. Videtur designare philosophos qui de virtute ad rauium vsque de-

clamare

clamare soliti in theatris. quorum meminit *Philo*, Πίεϊ ἀποικίας. Nar-
rat vero idem disertissimus scriptor, *Legatione ad Caium*, morem sibi
habuisse Augustum, super cœnam viris doctis operam dare, ut simul
cum corpore animum quoque convenientibus pasceret cibis. καὶ τὰς
ἐν δειπνῶν ἑσθίας, inquit, ὁ πλεῖς ὁ χεῖν ὁ ἀπενέμει τοῖς ἀπὸ παιδείας
Ἰνα μὴ τὸ σῶμα μόνον, ἀλλὰ καὶ ἡ ψυχὴ τοῖς οἰκείαις ἀναβρέψῃτο. quos *Suetonius*
voce minis honesta *aretalogos* nominat. *Philo* τὰς ἀπὸ παιδείας
misi potius intelligit *Philo* eruditos & philologos, quibus cum soli-
tus Augustus inter cœnandum de literis disceptare, vel inter se dis-
ceptantes audire. *Ptolomæus* Hephæstionis filius τῆς οἰς πολυμαθίαν
καυῆς ἰσοείας. Libro quinto: ἐπὶ τὸ Ὀμηρικὸν πῆρσόν τε μέλλον ὁ τῷ Με-
νελάω, οὐδὲ σίθην Μενέλαω θεοῦ μάκαρος λαλάθητο. περὶ τῆς ὅ
καὶ δειπνῶν Ἀυγύστου τῷ βασιλέως, ποῖον εἶχον παρῶσαν ὁ χρησιμὸς. καὶ
τῆς ἐστὶν ὁ ἐν τῷ χρησιμῷ ἰσορέμων.

[Cap. LXXV. *Festus & solennes dies profusissime, nonnunquam
ioculariter tantum celebrabat*] Sententia imperfecta, meo quidem
animo: expleo, inserta voce quæ excidit, lego *profusissime nonnun-
quam, nonnunquam ioc. tan. cel.*

Etiā veteres regio] Viterb. non habet τὸ *regios*.

Cilicia] latet obscœnitas. *Persius*:

Ibalanatum gausape peccas.

Sic de cæteris, quæ alium malo quam me explicare.

[*Titulis obscuris & ambiguis*] Puta super forfice scriptum erat:
Edentulo detur: quia forfex est ἰδδνιάγες, eique utilis cui vitiosi den-
tes sunt. super spongia, *lippo detur*: quia spongiæ olim usus in effun-
genda oculorum lippitudine, vel sic, *peissime omnium affecto*: quia me-
dici πρὸς τὰς κατὰ νόσους aliaque, spongia utebantur: cuius moris te-
stes præter medicos *Theodoretus* Θεοδωρικῆς, lib. IV. & *Arrianus Dis-
sertat. l. l. c. XI*. Potuit & ad alios usus spongiæ fieri allusio, ut eū quem
notat *Festus* in *penicillus*. vel illum quem *Aristo* in epigrammate de
culinæ instrumento: ἀπόγγον τὸ σιβαρῶ κακλιμένον κοπίδι. vel illum lon-
ge fœdissimum & obscœnissimum, de quo *Seneca epistola LXX*. super
cilicio, *omnium frigidissimo*: vel *alsiosissimo*, aut *hirsutissimo*. super ru-
tabulo, *optime vasato*. Similibus titulis inscripta munuscula sorte
diuidebantur: inde cachinnorum materia in singulos, quasi talis
esset quisq; quale erat muneris elogium quod sortito obtigerat.

Solebat & inaequalissimarum rerum sortem] Latini *sortem* vocant

res omnes quæ forte diuiduntur: hic ita appellantur etiam quæ solariter vaneunt in auctione. Falluntur interpretes qui has sortes cum apophoretis confundunt, quæ gratis donabantur non venditabantur, vt fit ab istis in Augusto. Magis affines sunt illæ sortes conuiuiales, de quibus scribit *Lampridius* in tam ridiculo illo quam tetro monstro *Heliogabalo*.

In conuiuio venditare] Reperio obscurum vestigium huius moris, exhilarandi conuiuia facta licitatione, in commentariis Græcorum. *Asbenaus lib. XIII.* εἰδ' ὕστερον πωλημένης τῆς ἀυλιείδου, καθάπερ εἶδ' εἶσιν ἐν τοῖς πτότοις γίνεσθαι, ἐν τῷ ἀγοράζῃν πάνυ νεανικός ἦν, καὶ τῷ πωλῶντι ἄλλω πνι δὴ πῶν προδένει ἡμφισβήτη; καὶ ἐκ ἐρημιῶν τῶν περὶ ἀνάγειν, καὶ τέλει εἰς πυγμαίαν ἦλθεν ὁ πάλαιος εἰς οὐρανὸν.

Cap. LXXVI. *Casium bubulum manu pressum*] Memb. *Casium bubatum* & *m. p.* alii corruptius *bibulum*. Scripserim cum prima edit. *cas. bub. manu pressum*. Erat autem caseus manu pressus non multum diuersus, vt videtur, ab eo quem minima forma conficiunt apud Gallos Allobrogas, & *tomas* vocant veteri voce pro *τόμος*. *Columella lib. VII. cap. VIII.*

Quocumq; tempore & loco] In *Claudio*, *Cibi vixiq; quocumq; & tempore & loco appetentissimus*. In membr. paullo aliter; & *ante cenam quocumq; tempore & quo loco stomachus desiderasset*. Ita autem olim multi, quibus curæ valetudo sua erat; etiam inter vrbs vicos cibum sumere, si stomachus desiderasset; quod de *Antiocho* medico testatur *Galenus*.

Cum paucis acinis vua duracina comedi.] Quis non miretur virum doctissimum hanc integerrimam lectionem sollicitasse & legendum censuisse *cum paucis vuis duracinis*. Putauit homo linguæ Latinæ adeo peritus, acinos in vua esse τὸν πρῶνα nucleum, neque edendo esse, vt ipse loquitur: absurde prorsus. *Vua* & *βότρυς* totius fructus nomina sunt; qui partibus constat *scapo*, *pediculo*, *acino* siue *grano*, vt vocatur ab *Ouidio*, *Columella*, *Scribonio*. *Racemum* qui idem est cum *vua* male quidam docti putant esse *scapum*: quos facile sit refellere infinitis Latine loquentium χρείαις, qui aliter nunquam eam vocem accipiunt, siue de fructu vitis, siue de hedera loquantur. Nam & *vua* & *βότρυς* & *racemus* ἀναλόγως dici solent de aliis quoque multis: ut & *acinus* pro *baccis* & *corymbis* hederæ vel *sambuci* sæpe vsurpatur. *Acini* partes sunt *folliculus*, *succus*, *caro* (qui & *callus*

lus *Plinius* in uvis duracinis) *fibra* siue *ives* & quædam veluti filamenta (veteres opinor *flores* vocabant) *nucleus*. Folliculum Græci σίμυλον nominant; *Plinius* modo corium modo corticem, interdum cutem. Succum quidam è veteribus, ἰδρῶτα βερμάδου & πικρῆς, vt est apud *Athenæum*; alii sanguinem terra appellarunt, (nam sanguis appellatur ἀναλόγως plantarum succus. *Manilius lib. V*: Et viridis nemori sanguis decedit & herbis) vt *Andocides* in epistola ad Alexandrum. *Plin. lib. XIV. cap. V.* multi auctores sanguinem *uva*. *Castodorus lib. XII.* Hiemale mustum *uuarum*, frigidus sanguis, in rigore vindemia; cruentus liquor, purpura potabilis, violæum nectar. *Nemesianus Ecloga II*: Nam dum *Pallas* ames surgentes sanguine baccas. Auctor *Sophiæ Sirach. καὶ ἔπεισεν ἐξ αἵματος σαφυλῆς. Maccab. lib. I. καὶ τοῖς ἐλέφασιν ἔδειξας αἷμα σαφυλῆς καὶ μύρον.* *Eustathius* explicans vocem *μιλτοπαρη* apud Poëtam *Iliad. β. καὶ αἷμα ὃ σαφυλῆς τὸν οἶνον λέγειν ἐθεύθεν ἥρτηται.* Sed fallitur *Eustathius*, quod eo grauius in eo homine qui episcopus fuit: debuit enim meminisse sic locutum esse longe ante *Homerum*, optimum *Iacobum*, *Geneseos cap. XLIX. commate XI.* *Hesiodus* δέρον αἵμαλέοντα vocauit verliculo quodam à *Fulgentio* prolato in sermone de *Belierophonte, mythologiarum lib. III.* Sic ille, *prætos Pamphyla lingua sordidus dicitur, sicut Hesiodus in Bacolico scribit.* ----- id est, sordibus (lege sordidus) *uuarum bene calcasatum sanguineo rore.* Versum *Hesiodi* qui excidit ita restituendum censeo; Προῖτῳ εὐστειῶν βορῶων δέρον αἵματόντι. Et nota sis rarum vocis *περῖτῳ* interpretamentum, quod alibi non memini legere: nam Græci-Critici quorum libri ad nos peruenerunt, aliter tradunt. Simile est quod oleum Poëtæ αἷμα ἐλαίας, vel quod idem significat *ἔαρ* dixerunt. *Niscander* τὸ καὶ *σημαδίνος ἢ ὀρχάδου ἔαρ ἐλαίας.* *Scholiasies*, ibi, *ἔαρ τὸ πρὸ τῆς νεώτερον τὸ αἷμα. καὶ Καλλιμάχου, ἐλαίας αἷμα τὸ ἐλαιον εἶπε. Πολλὰκι δ' ἐκλύχου πῶον ἐληξεν ἔαρ.* Sic legendum: cum pessime vulgo scriptum sit, ἐλαίας τὸ αἷμα τὸ δάυον εἶπε. *Nucleum*, non autem *acinum* appellari in uvis τὸ χάρπρον, & quod in olea σίπρον *samsa*, miror in *Plinio* non obseruasse virum eruditissimum, & illius auctoris adeo studiosum, ut in eum scripsisse profiteatur. *Columella* & eum secutus *Palladius* nucleos etiam *vinacia* vocant noue: nam *vinacia* potius sunt σίμυλα. Notabis tamen *acinum* etiam pro nucleo vsurpatum: sed mutata ueterè Latinitate. *Hieronimus* in *Isaiæ* caput primum; *Proscoria* quod interpretatus est *Symmachus*, & *Aquila* σίμυλα, id est *vinacia*: *Theodorion*

τὸ πρῶτον, id est, acinum vna interpretatus est. Hæc obiter explicare visum, quia in propriis harum-vocum usurpationibus etiam doctissimos viros errare obseruauimus.

Ne Iudæus quidem, mi Tiberi, tam diligenter Sabbatū ieiunium seruat] Sabbatis ieiunasse Iudæos verum est, si Sabbatum pro hebdomade accipiamus. Publicanus Pharisaici fermenti plenus apud Lucam vns dno dīs τὸ σαββατο. Sin, ut solet, de septimo die hebdomadis (quæ dies etiam ἰεδομας dicitur Philoni & Iosepho) intelligamus, falsum omnino est. Neque enim aut in sacris literis, aut in Iudæorum commentariis ullum huius moris extat, quod quidem sciamus, vestigium. At Romani quī norant crebra ab iis vsurpari ieiunia, cum præcipua castimonia sabbatum ab iisdem celebrari viderent, ignari morum eius gentis, istud sibi temere persuaserunt: non enim solus Augustus in hoc est hallucinatus: sed omnium ea fuisse opinio videtur. Iustinus lib. XXXVI, 2: *Moses septem dierum ieiunio per desertum Arabia cum populo suo fatigatus, cum tandem venisset, septimum diem morte gentis Sabbatum appellatum, in omne auum, ieiunio sacrauit: quoniam illa dies famem illi erroremq; finierat.* Tacitus (5. H. 4.) paullo confideratius, hac quidem in re; *longam famem crebris adhuc ieiuniis fatentur.* Meminerunt & Poëtæ: sed Petronii unius epigramma recitabimus: ut obiter emendemus: nam vulgo non sine errore editur.

Iudæus licet & porcinum numen adoret,

Et cæli (vel cilli) summas advocet auriculas:

Ni tamen & ferro succiderit inguinis oram,

Et nisi nodatum solueris arte caput,

Exemptus populo grata migrabis ab urbe,

Et non ieiuna Sabbata lege premer.

Vna est nobilitas argumentumq; coloris

Ingenui, timidus non habuisse manus.

Duas buccas] Panes in quadras, quadras in buccas secabant. Inde buccellatus panis, qui ante nauticus vocabatur: vulgo biscottus: Græci interpretantur ἕνεον ἄσλον. Et videntur eo usq; Christiani in suis Xerophagiis, ut Tertullianus nominat: etsi scio non indetantum dictas esse τὰς ἕνεσθᾶνας. A buccæ Græci vocem duxerunt βυκκίτην, quum de ientaculo usurparunt. Glossarium βυκκισμας, ientaculum. Alterum Glossarium, ientare βυκκισμα. Ibidem scriptum est ientaculum ἀνεξισημα, ἐναξισημα, scribendum ἕνεσθᾶνα.

Præius.

Primumquam vngi inciperem] Postquam exierant è balineis, ante vñctionem aliquid esitabant: ea dicebatur gustatio. *Plinius lib III. Epist. post solem pterunq, frigida lavabatur, deinde gustabat dormiebatque minimum: mox quasi alio die studebat in cœna tempus. Seneca de consolatione ad Martiam* in narranda morte Cremutii.

Ex hac observantia] Probavi olim hanc scripturam, omnium nostrorum tunc MSS. & editorum consensu firmatam. Ex hac observantia est ἐκ πύτης τῆς κωνδείας. *Observantia*, consuetudo quæ longo vsu & observatione in habitum vertit. Sed docti viri laudant ex suis MSS. *inobservantia*. quod nec nos in Turonensi inuentum, repudiare possumus. interpretamur autem *inobservantiam*, indifferentem circa rationem victus animum; quæ contraria est morositati certis legibus adstrictæ.

Solum carnis abas cum pleno conuiuio nihil tangeret] Incerdum, inquit *Velleius*, *persona inuidiam auget aut leuat*. Sic est: sæpe non tam interest quid aliquis agat, quam quis sit qui agat. Augustus ecce sine inuidia idem facit, quod postea *Domitiano* viurpatum, magnam ei conflavit inuidiam. *Plinius* in laudatione, (cap: 49.) *Non enim ante medium diem dissentis solitaria cœna, spectator adnotatorq, conuiuio tuis immines: nec ieiunio & inanibus plenus ipse & tuctans non tam apponit quam obitici cibos quos dedigneris attingere*. Similis arrogantix nota in *Theophrastæ Characteribus* capite nondum edito, *περὶ ὑπερηφανίας. Ὅταν δ' αὐτὸς δόξη ἴσταν τοῖς φίλοις γὰρ ἴος μὴ κωνδείαν, ἀλλὰ ὄψ' ὑπ' αὐτὸν πινὴ κωνδείαν αὐτῶν ἐπιμαλεῖδ'.*

Cap: LXXVII. *Cucumeris frustum vel lactucula thyrsum*] Ratio est: nam cucumeris & lactucæ natura refrigeratrix. Lactucæ thyrsum cave cum scapo vel caule confundas: est enim in lactuca, quod cyma in brassica. Qui veteris thyrsi Bacchici formam nouerint, & in lectione *Plinii* non oscitanter sunt versati, hoc satis intelligunt. Scio tamen etiam pro caule interdum usurpari: & ita hic quoque videtur accipiendum: nam ut ait *Diphilus* apud *Athenæum* lactucæ pars ad sitim tollendam apta est caulis. Sic ille *lib. II. ὁ καυλὸς τῆς δειδάου ἀδύ & ἡ δούκῃ*. Quod alii tamen medici generalius de lactuca tota pronuntiant, ut *Aginesa: δειδάξ, ὑγρὸν ἐκ λάχανον. ἔσθ' ἡ γὰρ ἀδύ &*

Aut recens acidumæ pomum succi vinosorum] Acidum probat editio vetus Romana. membrana aridum. vtramque lectionem possis

non ineptis rationibus tueri. Sensus est; Augustum autumnò quidem, recentibus & viridibus adhuc pomis, quando eorum est succus vinosissimus, ut loquitur *Terentianus libro De anima*, uti solitum, nullo discrimine, pomo aliquo recenti cuiuscumque saporis: reliquis vero anni temporibus, cum arida sunt poma & siccata frigore, non aliis quam succi vinosi. Quare & *aridum* recte scribes pro condito & servato: & *acidum*. erit autem *ἐξ ἀλλήλων* acidum pomum & succi vinosi: nam apud *Plinium* acida poma & vinosa eadem nominantur. Quare etiam ex his fructibus qui acidi saporis sunt, ut pomis, pyris, sorbis, aliisque; subdititium quoddam vinum conficitur. *Virgilius, Arg. acidis imitantur vitea sorbis.* Acida sunt quæ Græci τὸ διῶδες ἔχειν dicunt, vel ὀξίζειν τῷ γέσπῳ: quo sensu *acida aqua ac fontes* à Latinis nominantur. Ex his intelligimus quis sit Latinis sapor acidus: Verum ista quia difficultates non paucas habent subtilius alibi tractanda, propitio numine. Poma acida etiam vuida & sunt & dicuntur. *Arnobius lib. V. Adire buc etiam idcirco esse vuida poma, idcirco vinosa, quod ex sanguine saburrato genus ducunt.* His abstinebant veteres quidam Christiani in stationibus ieiuniorum. *Terullianus Adversus Pſychicos, Arguunt quod xerophagias observemus, siccantes cibum ab omni carne & omni iurulentia, & vuidioribus quibusq; pomis, ne quid vinostrati vel edamus vel posemus.* Operæpretium est videre quam ingeniose hunc locum *Eginhardus* imitatione expresserit, *Æstate post cibum meridianum pomorum aliquid sumens ac semel bibens, depositus vestibus ac calciamentis, velut noctu solitus erat, duobus aut tribus horis quiescebat.* Negligenter legerat verba hæc *Suetonii*, quæ cum sequentibus cohære credidit: ita res alienissimas inepta æmulatione huius scriptoris in vnam periodum commiscuit.

Cap. LXXVIII. *Post cibum meridianum, ita ut vestitus calceatusq; erat recte pedibus paulisper conquiescebat*] Antiquorum alii diem inter otium & curas dividebant, ut *Seneca* testatur; *De tranquillitate vite lib. I.* Hi sex septem horas negotiis tribuebant, reliquas otio & curæ corporis. *Plusarchus in Quaestionibus Roman.* ἡ μισσημέρια πῆρας ὄσι τοῖς πολεοῖς τὸ τὰ δημόσια καὶ σπουδαία πρῆτειν: negatque idem Romanos post meridiem solitos ποιεῖν συνθήκας μὴδε ὁμολογίας, fœdera aut pactiones contrahere. Propterea dixit Poëta *Epigrammatarius*.

Ἐξ ὄραι μύθοις ἰσχυρόταται· αἱ δ' ἄλλ' ἅπτας
Γεγύμασι δεικνύμεναι ΖΗΘΙ λόγῳσι βελούς.

Alii.

Alii, inquit idem *Seneca*, medio die interiuugebant. Isti peractis negotiis maioris momenti, circa meridiem cibum sumebant, sed leuiter: deinde meridiabantur, ac paullisper conqueſcebant: quod Græcis quoque μεσημερίαζειν dicitur: postmodum ad negotia redibant, sc. *que leuiorib; fere opera erant*, ut idem *Seneca* loquitur. Alii diem totum curis impendebant: ut Philosophi, & qui occupationem vitam viuiebant. *Horatius: impransi correptus vocemagistri. Persius: Hoc est quod palles cur quis non prandeat hoc est.* Quod ait Suetonius, *ita ut vestitus calceatusq; erat*, indicat ita leuiter prandere solitum, ut non accumberet, aut certe non ita ut solebant ad cœnam: ideo calceos non ponebat, soleas non sumebat. Addit, *resectis pedibus*, quod nos interpretamur bene tectis & diligenter, sic solent meridiaturi pedes ut sint bene tecti curare. Ita autem habent membr. nostræ non *resectis pedibus* vt prima editio: quod esset, stans, & capite tantum ac corporis trunco in lectum reclinato. In aliis scribitur *resectis pedibus*: id erit quod apud Græcos ἀφικνῶς τὸς πόδας, vel χαθῶδες ἐκταθείς, *dormis extensus, vel extensis membris*: quæ dici solent ad declarandum securitatē ἀμελέων hominis ἢ ἀφροσύνης. *Lucianus* de parasito: ἐδνδὸς ἀντι τοιούτου παρανοχλήσιος, ἐδῆται ἢ κοιμᾶται ὑπὸ τοῖς ἀφικνῶς τὸς πόδας ἢ τὰς χεῖρας ὡσπερ ὀδύσας ἐπὶ χαθῶδες ἀποπλέων οἰχάδε. *Idem* in *De mercede seruentibus*, ἀποτεινοντα τῷ πόδι χαθῶδες. *Philostatus* de *Apoll. lib. II.* ἐστὶ φάρμακον ὑπὲρ μεμῆχαμῆνα τοῖς ἀνθρώποις. ἀντιπύλες, ἢ ἀλειψάμενοι, χαθῶδες ἐκτεινάντες αὐτὸς ὡσπερ ἀποθανόντες. *Idem* in *Heroicis* de *Protesilaio*, χτ' μεσημερίαν ἀφικνεῖ) καὶ χαθῶδες ἐκταθείς. Illi simile apud *Menandrum* & *Tertentium*: *in autem vtravouis dormire*: ἐπ' ἀμφοτέρω τὰ ὅτα χαθῶδες. Reperi etiam in quibusdam codicibus *retractis pedib;* non male si de iacente intelligas. *Cornelius Celsus* pro eo dixit: *paullum reducis* (Hippocrates dixit, τὰ πόδια ὀλίγον ἐπιχαμαμῆνα ἔχοντα) & addit ex eodem Hippocrate, *qui fere sani iacentis habitus est*. Nos *resectis* probamus cum Turonensi: ac videntur mutasse eam lectionem qui non observabant τὸ *re* in hac voce intendere, non autem negare, vt vulgo solet accipi verbum *reterere*. Id vero mirum videri non debuit in hoc præsertim scriptore, qui dictionibus non paucis aliter vtitur quam vulgo sonent. Sic autem in multis τὸ *re* modo est ἐπιπατικὸν μέσων, modo ἐπιπύκτων, vt *recondere* apud *Propertium* ἀπὸ τῆς ἀεραῖν *promere*, cum alias sit *παμδαειν*, *restringere* apud *Lucretium* pro *aperire*, ut legit & interpretatur doctissimus *Turnebus*. Sic apud *Propertium* *impressa*

uberā.

libra pro non pressis recte nobilissimus Scaliger exposuit: & nos apud Persium docemus *expertem* Latine dici & τὸν πείρον ἔχοντα, & τὸν μὴ ἔχοντα. eiusmodi sunt voces ancipites *inauratus, edurus, egelidum*, aliæq; veteribus criticis notatæ.

A cana se in lecticulam lucubratoriam recipiebat] Inobseruantia prisca moris cogit doctos viros quærere quid esset *lecticula* hoc loco. Et est in promptu expositio eruditissimi Torrentii, *lecticam* pro cella capientis, absit vt tanto viro iuueniliter insultemus: fallitur tamen & ipse, & qui *cellulam* vel *zeteculam* putant esse legendum: nihil enim mutari debet: sed mos potius observandus antiquorum, qui meditationi aut scriptioni operam daturi, in lectulis suis se componebant: cui rei parata erat hæc quam vocat Suetonius *lecticulam lucubratoriam*. Cicero, de oratore, lib. III. Cum dedica opera quiescentibus alii in eam exhedram venisset, in qua crassus lectulo posito re-subuiisset: cumq; eum in cogitatione defixum esse sensisset, statim recessisse. Seneca epistola LXXII. Quædam sunt quæ postu & in ciso scribere, quædam lectum & orium & secretum desiderant. Plinius epistolarum lib. V. epist. V. C. quidem Fannius quod accidit multo ante presensit. Visus est sibi per nocturnam quietem iacere in lectulo suo, compositus in habitum studentis, habere ante se scrinium: (ita solebat) mox imaginatus est venisse Neronem, in toto sedisse, prompsisse primum librum quem de sceleribus eius ediderat, eumque ab extremum reuoluisse: idem in secundo ac tercio fecisse; tunc abiisse. Ovidius Trist. lib. I.:

Non hæc in nostris, vt quondam, scribimus hortæ:

Nec consuece meum lectule corpus habes.

Persius:

Non quicquid denique lectis

Scribitur in citreis. Iuuenalis, de Poëtis & Historicis Satyr. VII.

Est genus ignauum quod lecto gaudet & umbra.

Themistius oratione prima: εἰάν τις ἀπὸ φιλολεξίας καὶ ἄμα ἔν ἔχον ἵπτερόν τι σπειράζωσθ, ἐν τῷ θυματίῳ τῶ ἀυτοῦ καὶ τῶ κλειδίῳ διαβυκολῆται λειστέλει καὶ Θεοφράστῳ ὁξείας ἐπιθούσῳ, κλειδίδιον. Eundem morem Græcis hominibus fuisse in scribendo & commentando, non mihi, sed Aristophani credi par est: eius verba sunt *Vespri*, de formulariis & caussidicis:

Κατακλιόμενοι τ' ἐπὶ ταῖς κοίταις, ἐπὶ τοῖσιν ἀπεργάζοσιν ὑμῶν

Ἀνωμοσίας καὶ παρακλήσεις καὶ μαρτυρίας Συμκόλλων.

In eadem paullo post, Βδελυκλείῳ magistrum fungens, Philocleonem sic alloquitur:

Παύ

Παύ ἀλλὰ δουεὶ χεταλλοῖς, περιμαθῆναι.

Tubet bonus Magister discipulum recumbere in lectulo, nempe alludit ad morem servari solitum in scholis quorundam philosophorum, qui discipulos suos studentes continebant in hujusmodi lectulis, qui ipsis erant instar scamnorum. In *Nebulis* Socrates Strepsiadem: *μαθητῶντα* ita componit ad discendum:

Κάδιζο τοῖνω ἐπὶ τῆ ἐσθῆν σκίμποδα.

Scio *Suidam* interpretari *σκίμποδα*, *Σκίμμον*: sed de vero grabato, quod erat lecti genus, quin sit accipiendum dubitabit nemo, qui sequentes locos consideraverit. sequitur enim non longe:

— Σκ. ἔξει τὸν ἀσπράτιω λαβών.

* *Λοκρέτης* est grabatus, non *διφορ*; ut dubitat Scholiastes: nam vel cimicum proxima mentio de lecto accipiendum docet. respondere siquidem Strepsiades:

Ἄλλ. ἐκ ἐσθῆ μ' ἔξενεγκλίν οἱ κήρεϊς.

In eadem mox:

Σα. ἀλλὰ χεταλλοῖς δουεὶ. Στρ. τί δὲ;

Σα. Ἐκφροσύνην πῆσ' σκαυῶ περιμαθῶν.

Στρ. μὴ δὴδ' ἐκείδω, σ' ἐσθῆ δ'. ἀλλ' εἴσθρη χερεῖ

καμά μ' ἔκασον ἀπὸ ταύτ' ἐκφροσύνη.

Alibi in eadem re *ἀφρακλίδων* & *τρομάτων* meminit, ut nemini dubium esse possit quid appellet *σκίμποδα* in superioribus. Quod autem veteres scriptioni operam daturi in hujusmodi lecticulas se recipere, caussam aperit *Galenus lib. III De usu partium* non vno loco, significans scriptitasse illos non super mensis vel pluteis ut nos hodie: sed super femore collocata charta: atque ut eius verbis dicam, *ἐκτείνωσθε χερεῖ μὲν τὸ βιβλίον*. Nec solum scripturi ad lecticulas se recipiebant; sed etiam audituri recitantem & scholam habentem magistrum. itaque in *Platonis Protagora* pars illius *confessus ἀπλάμιον ἐάντι μὴ βάρειον*, pars ἑβκλιδων.

[*Sed ut in illo temporis spatio ter aut quater expergisceretur*] *Eginhardus*: *noctibus sic dormiebat, ut somnum quater aut quinquies non solum expergiscendo, sed etiam desurgendo interrumperet*. Quis neget aut *Magnum Carolum Augusti* genium atque ingenium in plerisque expressisse, aut scriptorem illum dum inepte *Suetonii* vestigia premit; multa affinxisse illi principi infulse, & *ἐσθῆ τὸ ἐν?*

Producebarque ultra primam sepe lucem] Viri docti emendatio

plurimam pro primam rescribentis, nec satis Latina est, nec vilius
 cod: auctoritate facta: & omnino vera non est.

Sive vel officii vel sacri causa maturius evigilandum esset] Vulgata
 lectio *evigilandum* non est Latina, quare scripsimus & hic & duobus
 aliis locis *evigilandum*, quantumvis reclamantibus plerisque libris.
 Fuisse officii causa mature evigilandum notavimus ante ad caput
 LIII. Fuit vero & sacrorum causa publicorum. *Censorinus: Roma-*
mani a media nocte ad mediam noctem diem esse existimaverunt: indicio
sunt sacra publica, & auspicia etiam magistratuum: quorum si quid ante me-
dium noctu est actum, dies qui prateris ascribitur: si quid autem post me-
diam noctem & ante lucem factum est, eo die gestum dicitur qui eam sequi-
tur noctem. Plantus Pœnulo:

A N. *Nimia nos secordia hodie tenuit. A D. qua de re obsecro?*

A N. *Quia non iam dudum ante lucem ad adem Veneris venimus.*

Prima ut inferremus ignem in aram. A D. ab non factu est opus.

Qua habent nocturna ora, noctu significatum ire occupant,

Primumquam Venus expergiscatur, prius deproperant, sedulo

Sacrificare.

Sic accipe sequentia post paullo verba de Atia matre Augusti:
 qui locus cum isto collatus & dabit & accipiet mutuam lucem.
 Lego, inquit, *Atiam cum ad solenne Apollinis sacrum media no-*
cte venisset, posita in templo lectica, dum cetera matronae dormirent, ob-
dormisse.

Ne id contra commodum faceret] hoc est contra valetudinem, vt
 loquitur auctor Rhetoricorum ad Herennium lib. IV. contra valetudinem
 suam se ad multam noctem expectasse.

Sic quoque saepe indigenis somni] Legerat negligentè hæc verba
 Victor aurelius, qui inter Augusti vitia somni intemperantiam ponit.
 Non ea vnquam Suetonio mens est: sed *ovigeis* fuit.

Remollitam] *υγραινωτα, πυχραινωτα, η μαδωτα. Livius lib. I.*
mollirent modo iras, & quibus fors corpora dedisset, darent animos.

Cap. LXXIX. *Oculos habuit claros ac nitidos*] Philosopho
 oculi *πλανοι* sunt indicium *λαγροειε αναριστου*, inquit, *οι τας αλευ-*
τρουδας η νεφους. Plinius Augusto tribuit oculos glaucos & supra ho-
minem albicanti magnitudinis: quos timiditatis esse indices Aristote-
les ait.

Quibus etiam existimari volebas inesse quiddam divini vigoris] Eadem
 scabies

quos solis æstus torruit; quos lingua vernacula vocat *bassanæ*. *Martellino, color obliuibus.*

Iulius Marathus libertus etiam in memoriam eius] Omnes lib. hic corrupti, non disciplicet Lipsii coniectura & *libertus* & à *memoria* *gius*. A *memoria*, nomen officii vel ministerii in aulis principum & magnatum, etiam Iudæorum olim, qui videntur vocasse *hammachir* et̄i LXX vertunt *ἡμωμναχοὶ ἐξου;* & *Hieronymus*, à commentariis. Magis tamen aliquantò placet nobis nostra: I. *Marathus libertus in memoria vita eius*. Non dubitamus Iulium Marathum de Augusti rebus aliquos scripsisse commentarios quos auctor vocat *memoriam*: sic fere lib. V, cap. I. *Nec consentus elogium tumulo eius versibus compositis à se insculpisse: etiam vita memoriam prosa oratione composuit*. *Babius Mæcer apud Sernium: Hoc etiam Augustus in libro secundâ memoria vite sue complexus est.*

Quinque pedum & dodrantis] Non igitur brevi statua fuit, sed prope iusta, vide ad *librum sequentem cap. LXVIII*. Verum falso hoc scriptum à Maratho fuisse innuit Suetonii oratio.

Sed qua commoditate & aequitate membrorum occulretur] *Lego aequalitate*. *Eginhardus: tamen hæc ceterorum membrorum calabas aequalitas*. lib. III. de Tiberio, *ceteris membris vsque ad imos pedes equalis & congruens*. Ita exprimit auctor Græcas voces *ὑμπατεία* & *ὑμωμνασία*. *Vitruuius* Græcos propius imitatus *ὑμωμνασία* *commensam* dicit: *A. Gellius* aptissime, *membrorum omnium competentiam*.

Cap. LXXX. *Genitrix nominis*] *Συμφοίσις ὑμωμνασία*, vt exponebamus ad *Theophrastæ Characteres*. Sic *genitrix* imago apud *Ouidium*.

In modum & ordinem ac numerum stellarum caelestium vise] *Sidonius Apollinaris* in Anthemii panegyrico has notas draconem potius præsentasse auctor est:

Magnus Alexander, nec non Augustus, habentur

Concepti serpente deo, Phæbumque Ionemque

Divisere sibi: namque horum quesit unus

Cynphia sub syrte patrem maculâ genetricis:

Alter Phæbigenam sese gaudebat haberi:

Pæonii iactans Epidauria signa draconis.

Sed remedio harenarum atque arundinum confirmabatur] *Remedium harenarum* varie accipi potest. *Vel enim de fomentis calidis affectæ*

affecta parti admotis. Sunt autem, ait *Celsus lib. II, fomenta calida, milium, sal, harena, quodlibet eorum calefactum, & in linseum coniectum: Vel de ambulatione in alta harena: Hanc interpretationem amplectuntur eruditissimi viri, etiam medici: Possimus tamen & de volutatione in harena calida, vel etiam litorali aut fluiviali accipere. Huius remedii plurima in libris veterum medicorum mentio: in multis enim morbis eo utebantur. Severus Samonicus capit. De hydropsi:*

Nec non & cepidias convolvés corpus harenis.

Symmachus contra podagram eo se usum scribit: ita enim accipi debent hæc illius verba *lib. VIII. epist. XLV: Sed valetudo saucia obstrepsit voluntati. Hamor enim noxius articulis illapsus, etiam nunc me tenes lethulo, & vix litorali siccitate tenuatur.* Apud Græcos medicos *Aëriam, Aginetam*, alios legas multa *περὶ ψαμμοῦ καὶ ψαμμοχώρας*. Talem aliquam vim inesse pulveri palæstrico existimant *Lucanus*: videtur enim allusisse ad hoc genus remedii, cum de fabuloso Antæo caneret *lib. IV:*

Auxilium membris calidas infudit harenas.

Observavimus, veteres in exercendo corpore etiam extra morbi necessitatem voluisse se super candentem harena, ut corpus ferendo calori assuefacerent: contra ut ad tolerandum frigus præpararent, vel in niue se versabant; vel statuas niue obductas nudi amplexabantur. *Laërtius* de *Diogene Cane*: καὶ δὲρες μὲν ἐπὶ ψάμμῳ ξισῆς ἐκυλινοῦτο χερσῶν, ἢ ἀδελιάντας καχιονισμένους περιλάμβανεν παραχόθεν αὐτὸν Σιωασκῶν. *Suidas* de *Antiocho Cihice philosopho cynico*, qui castra *Severi Imp.* aliquando est secutus: ἐπαλγῶντας τὸς σεσηπῶτας ἄπο τοῦ πολλῆς ῥίγης, ἐπεράνουν εἰς τὴν πλῆχονα ῥιπῶν καὶ ἐν αὐτῇ κελινδοῦντο. Hanc stultam consuetudinem reprehendit gravissimus auctor: *Epiroetus apud Arrianum lib. III. Dissertationum cap. XII.* τότε ὄντας δὲ καὶ ἡμᾶς μελετῆν ἐπὶ χοινίῳ περιπατεῖν, ἢ φοίνικα ἰσάνην, ἢ ἀδελιάντας περιλάμβανειν; ἴδαμῶς. *Remedium arundinum* quid appellet hoc loco *Suetonius*, ne medicos quidem, viros eruditione præstantissimos, satis exploratum habere scimus. Equidem non aliud remedium fuisse suspicor, quam cuius *Cato* meminuit *cap. CLX, & ex Catoe Plinius extremo libro XVII:*

Cap. LXXXI. *Tempore certo recurrentes*] *περὶ ἀγῶν νόσους* Græci,

Egineta ad verbum *θεοδιζύουα* ἢ πᾶς κινεῖς. *Philo* vero *Iudaeus* simpliciter *θεοδιζύουα νόουα*.

[*Initio veris precordiorum inflatione tentabatur*] Inuenio medicos qui prodiderunt memoriz Augustum doloribus laterum & thoracis tentatum, mitioris cuiusdam theriacæ vsu contualuisse, quam *Damocrates* apud *Galenum* in *secundo De antidotum* describit: qui postea addit:

Ταύτη λέγουσι τὸν Σικασὸν ἰδίως

Χρησάμενον ὑπὸ γρονθῆαι ἐν βαρῶν χεῖρῶν

Παλαιοῖς τε καὶ δόξαν διαφενόμενον.

Cap. LXXXII. *Pingui: toga*] Et *Græci* παχὺ ἰμάτιον *hibernum* vocant, & non multo alter *περίον*. *Posito pingue* hic opponitur *λεπτόν*. nam si in propria significatione accipias, *λαοιοπνία* vestimenta ætate gestari vult *Hippocrates*: καὶ δαμα vero hieme, contra apud *Trebellium Pollionem Saturninus*, *discumbere milites cum sagis iubeat hieme grauiibus, ætate perlucidis*.

[*Et feminalibus & tibialibus muniēbatur*] Investitu veterum *Iudeorum*, *Græcorum* & *Romanorum* nihil tam alienum fuit à nostris moribus, quam quod eorum vsum ignorauerint quæ hodie appellamus *femoralia* & *tibialia*. Quod etsi certissimum est, reperias tamen doctos viros, qui aliter sentiant scribantque. Sunt enim qui *femoralia* cum legunt in libris veterum, & *tibialia*, non alia fuisse illa putent ab iis quæ nos ita indigetamus. Falso & imperite: nam, illis vocibus non intelligunt veteres *Latini* id quod ipsi putant: sed fascias quibus antiqui, pedes, tibias, crura & femora sive femina inuoluebant. *Nostras* braccas non fuisse *Græcis* *Latinisq;* in vsu eo probamus, quod nulla apud vllum *Græcū* aut *Latinum* scriptorem vetustiorum extet eorum mentio, ac ne appellatio quidem nisi *Barbara*. Alterum validissimum est argumentum: quod in cultu *Græcorum* & *Romanorum*, breviorē veste amicti eas partes ostenderent, quæ honeste nominari non possunt. *Theophrastus* in descriptione hominis inepti: καὶ ἀναβιβλημένῳ ἀνω τὸ γόναλ' ἔκδιζάντ, ὅτε τὸ γυμνὰ αὐτὸ φαίνεται. Similis ἀχρημοσύνη eorum qui vestem vel consulto consilio adducebant, quod ἀναπύραδ' & ἀπακύνει *Græcis* dicitur: cuius rei exemplum in eodem libello *Theophrasti* in descriptione hominis βέλαιρα: quem ait solitum, ἀναπυρῶμενον δειξαι τὸ ἀπίστον: vel imprudentia: quod notauit olim in *Philippo* rege captiuis eius,

CUM

*Cicero ad Atticum lib. III. Epicratem (sic Pompeium vocat) suspicor-
 scribis, fascium fuisse: etenim mihi caliga eius & fascia creata non place-
 hant. Valerius Max. lib. VI. Pompeio candida fascia cruris alligatum ha-
 bebat. Favonius, Non refert, inquit, quo in parte corporis sit diadema. Obii-
 cit aperte regni suspicionem, non propter fasciam (falluntur erudi-
 tissimi viri qui id existimant) sed propter talem fasciam, hoc est
 candidam: in promptu ratio est: quia diademata nihil aliud quam
 candida fasciæ erant, ut ad superiorem librum notauimus. Cæte-
 rum Pompeius quod fasciam gestaret, solitus id excusare, quasi te-
 gendi ulceris causa deformis, cruris colligaret. Auctor *Ammianus
 Marcellinus lib. XVII.* Obiectæ sunt & Clodio fasciæ, sed purpureæ
 non candidæ: quare nequitia solum id est attributum; suspitione
 rerum novarum caruit. *Cicero de haruspicum responsis: P. Clodius à
 crocota, à mitra, à mulieribus soleis, purpureisque fasciis, à strophio, à psal-
 terio, à flagitio, à supro est factus repente popularis.* Inde est quod in tra-
 gœdia Hippolyto tribuuntur Herculi apud Omphalen agenti, inter
 alia nequitia instrumenta & fasciæ crurales.*

Crura distincto religauit auro,

Luteo plantas cohibente focco.

Non dubium mihi est, quin & Græci similiter fascias istas in usu
 habuerint. pedules, illi *πέπλιδες* appellauerunt, crurales *πέπλιδα*,
 quas tamen etiam à puellis fuisse gestatas ex Menandro annotat
*Iulius Pollux, & ex Horatio nobis constat: ideo Græci Poëtæ feminas
 appellauerunt εὐλίποδας, ὅτι τὴν ἔνδεσιν ἤσ' μνηρῶν* inquit *Pausanias.* Ali-
 bi docuimus sero veteres calceamentis assueuisse: cum per longa
 sæcula nudis pedibus, nisi cogeret necessitas, egissent. At postea-
 quam in frequenti usu calcei ceperunt esse: paulatim etiam pedi-
 les atque crurales fasciæ sunt assumptæ. Temporibus *Dionis Chry-
 sostomi* qui Trajano imperante vixit, fascias adhuc mediocri
 fortunæ homines ignorabant. Clarum hoc ex hisce illius verbis
*in sermone de tyrannide: ἔστι δ' τὰς πλουσίους ὁμοίως ἢ τοῖς πτωχοῖς ἐβραβεύ-
 ῃσθε δὲ αἰεὶ ποτὶ παραμένειν.* cum dicit scriptor hic excellens, pro-
 prium esse diuitum, ut hoc genus fasciis, tacite significat, id quod
 dicebamus. Reperio & Asiaticos fasciis feminalibus usos. De iis
 enim debet intelligi hic locus *Iustini lib. XXXVIII: Mithridates
 incertum belli cimens consilia ad insidias transfert: sollicito atque iuvene ad
 colloquium, cum ferrum occultatum inter fascias gereret, scrutatori ab*

Aria-

Ariarathe regio more misse, curiosius ipsum ventrem pertractanti, ait, caveret ne aliud telum inueniret, quam quateret. Nescio tamen apud non sit verius, Mithridatem more multarum gentium barbararum braccas gestasse, quas scriptor Romanus fascias appellet non *κνείας* sed *ἀραλόγως*: quia Romæ id erant fasciæ quod alibi braccæ: feminum nempe tegimen & inuolucrum: sed braccarum usum ita auersati sunt Græci Romanique vt non sine indignitate referat *Ouidius*, ponti accolæ quosdam braccas gestasse cum essent Græcis oriundi: locus est *Trist. lib. V.*

Quos ut non timeas passus edisse videndo

Pellibus & longa corpora recta coma.

Hos quoque qui geniti Graia creduntur ab urbe

Pro patrio cultu Persica bracca regit.

Existimabant enim inclementissimi cæli id esse argumentum. *Hyginus Poërico astronomico lib. I.* Hinc intelligimus illic maximum frigus, & in æstiuo circulo calorem esse, quod qua terra habitatur: eos videmus qui proxime sunt arcticon sinem vt ibi braccæ, & eiusmodi vestitus vestiri. Sunt vero alii, qui subligacula apud veteres nostris braccis putent respondere: cum certum sit & subligacula & campestria non aliud fuisse, quam pannum quo verenda velabant, ephebi exercentes, Luperci currentes, scenici, athletæ, popæ, coci & alia vilia seruitia inter ministrandum, & cauponum *οἱ ἀσπλίγες αὐτοί*, vt notat *Philostrophus lib. IV. in vita Apollonij*. Sed omnium crassissime errant, qui caligas veterum Romanorum volunt esse nostra hodie femoralia. Legi id nuper in notis viri docti ad *Dionij* locum hunc *lib. XLVIII. Δίσκοι πτόν γ' ἔν σφάτ' ἀλλὰ τελεῖ βελὴν καλλιγὰν ἀπὸ τῆς ἡβ' στραπωπικῶν ὑποδημάτων χρίσεως ἀποκαλύπτει*. loquitur *Dio* de militibus, qui suâ intercessione pacem conciliare studebant *Octauium* inter & *Fuluïam*, *Luciumque Antonium*. ait & *Antonium* & *Fuluïam* irrisui illos habuisse, vt parum dignos *Palæmones* qui tantas controuersias disceptarent. Propterea cum alijs scommatis ipsos affecisse, tum etiam appellasse per contumeliam *senatum caligatum*, à calceamentorum genere, inquit *Dio*, quo milites vtuntur. Hic sensus est absque dubio superiorum verborum *Dionis*: in quibus scribo *βελὴν καλλιγὰν* non *καλλιγὰν*, neque potest hoc loco planius quicquam esse. Caligam fuisse quod *Dio* ait *στραπωπικὸν ὑπόδημα*, id vero hodie ita omnibus notum, ut vix alicui tironi eius ignorantia veniam arbitrer dandam. Præter alia

eius rei certissima testimonia sexcenta; *Capitolinus* in explicanda
 adagione *Caliga Maximini*, aperitissime; *caligam, calciammrum, & cam-*
pagum, vt voces eiusdem significationis usurpat: mira vero docti il-
 lius viri in superioribus *Dionis* verbis explicandis incuria. Primum
 vult subligaculis, hoc est, braccis nostris vsos esse veteres Roma-
 nos: deinde eas braccas censet caligas fuisse appellatas: postremo
 pronuntiare non veretur; *καὶ δὴ ματα*, non calceos significare, sed
 eiusmodi femorum tegmen. Putes de alia qua lingua eum loqui;
 non de Latina & Græca. ita noua effata hæc sunt. Quid? nonne
 idem *Dio* Caligulam Imperatorem id nomen inuenisse scribit di-
 ferte, quod educatus in castris militaribus calceis vteretur, non iis
 quorum erat in vrbe vsus? sic enim ille *libro LVII. ὅτι ἐν τοῖς στρατοῖς ἐ-*
διδάτο πλείστον τεραφείς τῆς στρατιωτικῆς ἐσθῆμασιν ἀπὸ τῶν ἀστράων ἑχρήτο.
 Quando ceperint Romani braccis vti, obscura quæstio est, neque
 huius loci: Nos non dubitamus paullo post Augusti tempora brac-
 cis cepisse assuescere Romanos qui bella eum Germanis aliisque se-
 pentrionalibus populis gerebant, aut limites Imperii in illis oris
 tuebantur. Inde est quod *Alienus Cæcina* legatus superioris Ger-
 mania, braccas gestare etiam Italiam ingressus non erubuit. *Tacitus*
Historiarum libro secundo; (cap. 25.) Cæcina velut relicta post Alpes senitia ac
licentia modesto agmine per Italiam incesit. Ornatum ipsius municipia &
colonia in superbiam exahebant: quod versicolore sagulo braccas tegmen bar-
barum induit; rogatos alloqueretur. Sed diu etiam post hæc tempora
 Ignotum vulgo fuisse Romanis etiam militibus braccarum vsum
 clare docet locus *Trebellij Pollionis* quem ante posuimus. Verum hæc
 alibi diligentius. postquam igitur Romani vsum braccatum partim
 à Gallis braccatis, partim à Germanis, Gothis aliisque populis se-
 pentrionalibus didicerunt, cepere noua notione accipi femora-
 lia & tibialia. *Isidorus, Femoralia appellata eo quod femora tegant: ipsa*
& bracca, quod sint breues & verecunda corporis iis velentur. Vbi vides
 acumen grammatici, braccas dici quasi *βραχῆς ἐσθῆτα*. Imò vero
 braccæ sunt *βραχὴν* vel *βραχία* hoc est *βραχὴν* vel *βραχία*. Ita primum Græ-
 ci Asiatici Persarum *ἀναξυείδα* vocarunt: deinde Massilienses Græ-
 ci vicinorum Gallorum femotalia ita nominarunt: & inde etiam
 appellata ab iisdem Gallia braccata. *b* in hac voce est ex *Æolica* dia-
 lecto, qua plurimum vsos Phocæenses, quorum traduces erant Mas-
 silienses, argumento sit vel locorum situs: nam Phocæa Ionicarum
 urbium

urbium extrema in Æolidis confinio sita erat. Diodoro enim Siculo non assentior qui βρακας vocem Gallicam facere videtur: neque Hesychio, scribenti, βρακας αἰγίαι διφθέραι τῶν Κελτῶν. In eodem legitur βρακας, ἀναξυειδης quasi pluralis huius singulare esset βραξ, non βρακ. ut βρακ. sed id per metaplasmum ex licentia poetica. Aut etiam fortasse scribendum βρακας. idem grammaticus βρακ. alibi exponit πολυτελές ἱμάτιον: quo modo accipitur à Theocrito in Colonia γυναικες φορέουσ' ὑδάτινα βρακην. Sed hoc nihil ad eas de quibus agimus braccas, quarum usum cum Græci didicerunt, videntur voce Romana ομινάλια appellasse. Σιδας ομινάλια, ἀναξυειδης, βρακας. & Hesychius: ἀναξυειδης ομινάλια, βρακας, βαρβακας. Tibialia, quæ nos appellamus, Græci recentiores κερτρεάλια nominabant: quæ vox apud Curopolasam extat. Sed hæc isto loco nimium multa: nam in commentariis De re vestiaria Deo dante, accuratius ista pertractabimus, & multos multorum auctorum utriusque linguæ locos vbi faciærum sit mentio exponemus atq; illustrabimus.

Estase aperit cubiculi foribus] Ad perflatum æstivum. Celsus, lib.

1. Habitare vero adificio lucida perflatum æstivum, hibernum solem habens.

In peristylis] In atrii parte quam è re peristylum dicebant. vix

de quæ notamus supra de Atrio libertatis.

Saliente aqua] Statio Papius de Tiburtio Vopiscis

An picurata lucentia marmora vena

Mirer? an emissus per cuncta cubilia lymphas?

Idem in epithalamio Violantillæ,

Excludunt radios sylvæ decussa vetustis

Frigora: perspicui viuunt in marmore fontem.

Simili artificio & theatra refrigerarunt: eiusque rei primus auctor Pompeius Magnus. Valerius Maximus lib. II. Cn. Pompeius ante omnes aque per semitas decursu, æstivum minuit feruorem. Eo etiam spectat Circi irrigatio de qua Frontinus, De aqua ductibus: Quansopere cure esset ne qui violaret ductus, aquamule non concessam deriuare auderet: cum ex multo apparere potest, tam ex hoc, quod Circus maximus ne diebus quidem ludorum Circensium, nisi edilium aut censorum permissa irrigabatur. Transtulit hoc omne artificium Plinius secundus in hippodromum quem habuit in Tusculano suo, ut hæc eius declarant: E' sibiadio aqua velut expressa cubantium pondere, sponculis effluit, cauato lapide suscipitur, gracili marmore continetur, atq; ita occulte temperatur, ut impleas, nec redundet.

Atq; etiam ventilante aliquo cubabar] Quia lecti veterum non erant vulgo vt nostris pannis oppanſis clauſi, ideo moris fuit ditioribus, ut quando meridianum ſomnum maxime captarent, aſtans aliquis ventulum faceret: ſimul refrigerandi cauſa, & muſcarum ac culicum abigendorum. *Terentius:*

Cape hoc flabellum & ventulum huic ſic facito.

Poëta Epigrammaticus;

Ῥιπίζων ἐν ὑπνοῖς Διμήτριον Ἀρτεμιδώραν
τὴν λεπτῶν, καὶ τῶν δωματῶν ἐξέβαλλεν. III

& ſæpe *Nonnus in Dionyſiacis. Claudianns in Eutropium lib. III.*

Et cum ſe rapido ſeſſam proiecerat aſtu,

Patricius roſeus pauonum ventilat aliſ:

erant enim flabella elegantiorum, ſiue muſcaria, pauonina, vt etiam *Martialis* indicat. *Propertius:*

Et modo pauonis cauda flabella ſuperbe.

tenuioribus pro flabellis caudæ erant bubulæ, ut ex eodem *Martiale* notum & *Aliano lib. XV cap. XIV.* interdum agitatio manus pro flabello erat. *Gregorius Naz. De largiendo mendicis*, deſcribens diuitis accumbentis apparatus: *ἄνθρωποι τὸν κεφαλῆς ἀνεμὸν τῆς ῥιπίσας φοριζόμενοι, καὶ τῶν περὶ χειρῶν αὐτοῦ τὸ πλῆθος τῶν σαρκῶν ἀναλύοντες.* Ex *Ariſtophanis Equitibus* poteſt colligi, corollam myrteam aut ſimile quid Athenis flabelli uſum præſtitiffe. Vt plurimum flabella erant è pennis inter ſe colligatis in vnum faſciculum. quare elegantiffimus poëta *Euripides* appellat *εὐπαγῆ κύκλον πτεῖνον, circulum*, id eſt *faſcem plumeum bene compactum.* & notat ibi morem eſſe Barbaricum è *Phrygia* ad Græcos allatum. Poëta verba ſunt in *Oreſta:*

Φεῦχαις ἐποχῶν φευχῶσι νόμοις

Πατρὸς βούρου καὶ ἀεγῶν ἀεγῶν

Ἐλίνας Ἐλίνας εὐπαγῆ κύκλῳ.

Πτεῖνον ὡς παρῆδος αἰσῶν.

Βαρβάρῳ νόμοις.

Plura de his *Athenæus*. poſtea vero quam lectos velis obtegere ceperunt, ventilationis mos deſiit. *Paulus Silentarius* epigrammate *ἰς κωνοποῖα:*

Τὸ πνεῦμα ἀσυφελικτὸν ἀνοχάειν ἀλλὰ καὶ αἰσίου

Διὸς μὴ φοβῆναι ῥύματα ἀτμῆνός.

Loquitur ipſe κωνοποῖων, qui erat lecto oppanſus, & ait ſe fungi vi-

cem serui ventulum facientis. Primus Romanis vsus fuit conopeorum ad ægrotos & fœtas mulieres, vt ex *Varrone* constat *De re rustica libro II cap. X*: Porro qui molliores erant, præsertim autem virgines delicatæ, iis non cubantibus tantum ventilatores aderant, sed etiam incedentibus per urbem serui cum flabellis simul & umbrellis latus cingebant. *Dionys. Hal. lib. VII.* ἠκολούθουν τε αὐτοῖς ἐς τὰ διδασκαλεῖα καὶ ὄρχησάντων καὶ ἀλλυπτῶν, καὶ τῶν παρὰ τῶν ἀλλοτρίων τέτοις μεσοκολλῶν, καὶ ἀπορρέδ' ὄμναι παιδαγωγῶν γυναικῶν σιαΐδια καὶ ῥιπίδας κομίζεσθαι. *Claudianus* iam dicto libro: :

flabellâ perosi :

Aspirant trabeis. Iam non umbracula gestant
Virginibus, Latias ausi vibrare secures.

De antiquitate huius τροφῆς possimus coniecturam facere, cum è versiculis *Euripidi* quos supra descripsimus: tum ex argumento eius tumuli à Nicia vetustissimo pictore depicti: quem non penicillo, sed stylo expressit *Pausanias* in *Achaïcis*: vbi inter alia sic scriptum: Θρόνον τε ἐλέφαντος καὶ γυνὴ νέα καὶ εἶδος εὐχρῆστος ἐπὶ τῷ θρόνῳ. Δεξιόπαινα δ' αὐτῆ περιέθηκε σιαΐδιον φέρον. *Anacreon* hymnis in *Artemonem* illum delicatum qui περιέρητος est dictus: :

παῖς κύκλις :

Καὶ σιαΐδιον ἐλέφαντινον
φορῆ γυναιξίν αὐτῶς :

Expōsumus pluribus hunc antiquorum morem: cuius ignorantia *Plutarchi* interpretes hunc illius locum corruperunt in libello, οὐ προσβυτέρῳ πολιτευτῶν. Ἐνιοὶ, τὸν Ἡρακλῆα παίζοντες ἐκ τοῦ γράφουσι ἐν Ομφάλῃ κερκωτοφόρον, ἐνδιδόντα Λυδῶς δεσποινίδι ῥιπίξεν καὶ ἀπαλλέκειν αὐτὸν. Mens auctoris clara: *Herculem*, inquit, male quidam pingunt apud *Omphalem* muliebri palla vestitum, & *Lydi* ancillulis se permittentem ventilandum comendunt. At docti viri consentiunt emendandum esse ῥιπίξεν. ἀπὸ quia sandalio caput *Herculi* committigatum fuisse ab *Omphale* *Gnatho* *Terentianus* ipso docuerat? speciosa ratio, sed prorsus tamen falsa: nam omnino ῥιπίξεν legi debet vt omnes libri habent. In verbis *Plutarchi* ἐνδιδόναι ἀπαλλέκειν αὐτὸν, est quod de eodem *Hercule* ait *Seneca* in *Hippolyto*,

Passus aprari digitis smaragdosis,
Et dari legem rudibus capillis.

Malim etiam ἐνδιδόντα scribere: ita enim potius auctores loquuntur.

cur. *Philostatus in Timocrate*, ἐκδεσπῶς ἑαυτὸν πίνῃ καὶ ᾠδῆσιν ἀπαλείπει. *Athenæus*: ἐκδῆς ἑαυτὸν ἔρωσιν ἀλογίσει. alii ᾠδῆσιν ἀλείπει. *Plato in Phedone*, ᾠδῆσιν ἀλείπει τῶς ἡδοναῖς ἑαυτὸν.

Vt Præneste vel Tibur biduo procederet] Hac ratione stadia centum Indies, vel passuum circiter octo millia conficiebat: nam Præneste stad. cc. Roma distat, nec multo minus Tibur.

In primis lauantur raritate] *Celsus*, aliique veteres medici, ita faciendum præcipiunt iis qui neruorum dolore laborant, ut Augustus. Nunquam autem fere difficilius obsequentes ægrotos habere olim medici, quam ubi imperata erat balneorum abstinencia, ut ipsorum libri testantur: quæ causa est, cur hoc Suetonius notet. *Persius* contra de ægro intemperante:

Turgidus hic epulis atq; albo ventre lauatur.

Et apud Græcos *θερμολουσίαι* inter argumenta vitæ dissolutæ ponuntur.

Vngebatur enim sepius] Minus recte quidam libb. *vngebatur etiam*. Indicat Augustum sepius usum *ξηραλοπίαις* & assis sudationibus.

Perfundebatur egelida aqua] Cellæ tepidariæ folio infidebat, & tepida perfundebatur. *Perfundi aqua*, Hippocrati dicitur, *σεκλῦθον λούειν*. Nihil hoc pertinet ad eam capitis perfusionem aqua frigida, quam tot lo cis tam diligenter commendat *Celsus*; nam huic loco ex iis potius lux danda est, quæ scribit idem *Celsus. lib. IV. cap. XXIV. debet, si podagra est, interpositis temporibus exiguis, inuicem modo ingredi, sum antequam cibum capiat, sine balneo loco calido leniter perfricari, sudare, perfundi aqua egelida, deinde cibum sumere*. Omnia hæc ita Augustus, ut narrat Suetonius.

Quoties neraorum causa, marinis Albulisvè calidū vtendum esset] *Celsus*: Si tumor nullus est, calidis fomentis opus est: aquam marinam vel muriam duram feruifacere oportet: deinde in peluem sonnecere, & cum iam homo pati potest, pedes demittere.

Insidens ligneo folio] Hæc sunt Augusti lautitiæ: at illis temporibus etiam ex argento fiebant solia balnearum. *Plinius lib. XXXIII cap. XII.*

Cap. LXXXIII. *Ad pilam primo folliculumq; transit*] Ita ut paulo antequam lauaret, pila se exerceret, vel folle: nam ea fere hora erat huiusmodi exercitationum campestrium. *Martialis lib. VII ad Atticum;*

Non

Non pila, non follis, non te paganica thermis

Præparat, aut nudi spiritus ictus hebes.

Pilam ἀπλωρ cum dicunt Romani, ut multis locis Martialis, quin trigonalis intelligatur, dubium non est: de ea videtur & Suetonius sentire.

Ita ut in extremis spatiis subsultim decurreret] Hoc est, cum leui saltatione curreret: idque ex præcepto medicorum dubio procul: nam veterum Asclepiadarum divina solertia, quæ ambulatio cuique morbo conueniret subtilissime vestigauerat. Itaque alium iubebant per plana, alium per cliuosa, alium breuioribus spatiis, alium longioribus ambulare: quosdam contento cursu, quosdam leni, nonnullos subsiliendo: sic ut duo vel tria exercitationis generamiserent, ambulationem, cursum, saltum. Huiusporro (saltum dico) species multæ: in longum, in altum, saliaris siue *fullonis*, ut *Seneca* appellat *epistola XV*. Erant & aliæ pæne innumeræ ambulationum species, quarum *Hippocrates secundo & tertio De diæta, Oribasius lib. VI* alique medici passim meminerunt.

Sestertio vel lodicula inuolutus] Qui in campo se vel gymnasio exercebant, cætera nudis, τῶν αἰδῶ campestri tegebant: aut si corpore infirmiore erant, gauſapam vel pallam, vel lodiculam, vel sabana sumebant. Itaque plurimus horum vsus fuit in gymnasiis & balneis: sic apud *Petronium* Trimalcio inuolutus coecina gauſapa lecticæ imponitur, post curatum in balneo corpus. Et *Seneca epistola LIII*. *psychrolutes gauſapatus* dicitur, qui aqua exiens post natationem gauſapa se inuoluebat. In libris medicorum multa huius moris est mentio: qui etiam docent, in eum vsum adhiberi solitas vestes potissimum ἀγνάπλους, quæ fullonis arte non essent politæ. *Galenus tertio commentario in Περὶ διαίτης ὁξείων νόσ.* *Hippocratis:* οὐδὲ οἱ γυνῆ ἰατροὶ χρῶνται σεληργίον ἐπιτῶν ἀθενούτων, ἢ μὴν οὐδὲ ἀπόγγυ ἀλλ' ἐνεκλίθουσαν ἀλλοῦσμετὰ τὸ λούτρον εἰς ὀδύνην. οἱ δ' εἰς ἱμάτια, καὶ μάλιστα γὰρ τὰ ἀγναπτα σευσίλουςι πανταγῶθεν, ὡς ἰδρῶσι πολλῆσόν. Fuerè in hunc vsum linteamina quædam dicta posterioribus Hebræis Græcis ac Latinis *sabana*. Ad hunc igitur modum Augustus dum se exercet, corpus lodicula tegit: aut *segestris*. ita enim legendum esse vel *segestro*, allentior phœnici quondam Iurisconsultorum *Iacobo Cuiacio*. nam quidquid ad explicandam vulgatam lectionem *sestertio* hæctenus docti attulerunt, ea partim incerta sunt, partim etiam inepta. *Lodix & segestre*

iun.

iunguntur, quia pertinent ambo ad lectorum suppellectilem. In itinere faciendo cum lecti olim essent circumferendi, ut monebamus ad *Theophrastum*, beatoribus gestabantur culcitæ, vel pro culcitis tapetes. *Synesius epist. LXL* Δαπίδα μεγάλην ἤσ' Αἰγυπτίων ἔχ' οἶαν ὑποβεβλήθη ερωμῆν, ἀλλ' οἶαν αὐτῶν ἔῃ χει μόνην ερωμῆν, Ἀσείεθ' ὁ ταχυγεγῆθ' ἰδῶν ἤπιστο παρ' ἡμῶν, ὀπρῆνίε με ποε: ἤσ' μεγάλων ἀρχείων ἔδει κατέυδεν. ταύτην ὑποχόμην ἐξίαν ἀπολαίσειν αὐτῶ δῶρον. οὐ δ' ἦν ποε: πῶ Θεακῶν χίνα πῶ βαλδύμανον, τοιαῦτα χαεῖζέδαι. pauperibus culcitarum siue tapetum vsum præbebant. *segestria*. quæ propterea *Lucilium* inter viæ instrumenta refert:

*Penula si quaris, canteriu', seruu', segestra,
Vtilius mihi quam sapiens.*

Plutarchus Crasso, de Alexandro philosopho in comitatu Crassi: οὐκ ἦν ἀποφῆναδ' ῥαδίως πότερον ποεσθῆλθεν αὐτῶ πινέσερθ', ἢ ποεσελδῶν ἐγένετα μόνθ' δ' ἐν αὐτῶ δ' ἰσθ' φίλων αὐτῶ συναποδημῶν σῆγασεν ἐλάμβανεν εἰς πῶ ὄδον, καὶ τῆτ' ἐπανηλδῶν ἀπρῆτετο. ποε: τῆς ὑπομῶνῆς. Errant docti qui putant σῆγασεν isto *Plutarchi* loco lecticā significare, & *Varronis* auctoritate male suum interpretamentum tuentur. *Glossarium*, *segestrum* σῆγασεν, πῶ ἰσθ' δερμον; lego σῆγᾶ δερμον; nam plane *segestrum* est σῆγασεῖς διαδέξ, vel teges, ut indicat *Varro*: tegetem autem pro culcita fuisse vsurpatam ad pauperibus ad *Theophrastum* notamus. quam etiam ad rem vsos esse veteres non dubito illis Gallicis sagis, quæ in *οὐτανο libro Polyani* vocantur σῆγῆραι Γαλατικῆ. Scribit eruditissimus *Cuiacius in observationibus* *segestria Suida* dici *egesta*: fierique eo auctore, ἐξ αἰγίων τευχῶν ἤσ' λεγόμενων κιλικίων. Atqui *Suida* ἔγσα, vel ἄγσα ut ipse notat, *segestria* non significat, verū aggerem. ita enim Græci vocem illam Latinam enuntiant: Neque ἔγσα, ex pilis caprinis fieri inquam dixit *Suidas*, sed hoc potius: pluteo, quem sic describit, tegi eos qui aggerem faciant. quod ex Latinis scriptoribus satis certum est.

Talu aut ocellatiu nucibusq, ludebat] Hæ fuerunt pueris olim consuetæ lusiones: estque talorum παιδια, cuius hic fit mentio, alia longe ab ea de qua dictum ante. *Ocellatiu* autem legendum, ut habent omnes meliores libb. non *oscillatiu*: quam lectionem qui defendunt suam rerum antiquarum ἐκ ἐμπειρίαν satis produunt. Nam prorsus ratione omni caret illa lectio, neque defendi pudenter potest. Frustra etiam doctissimus *Brodem* fuit, cum *osciliu* legi voluit: neque

que enim ulla fuit apud veteres *ὀσσεμαχία*, ut ipse putavit, inductus loco *Ansonij* corrupto. Ocellata sunt, & hic & apud *Varronem*, globuli vel lapidei vel eburnei, vel ex alia qua materia, quibus olim pueri ludabant, ut nunc quoque fit. *Ovidius* X. *Metamorphoseon*;

— modo gratia puellis

Munera fert illi conchas, teretesq; lapillos.

Græci *καλοδαίγνας*, appellant. Ioannes Tzetzes *Chiliade*. VII. : *καλοδαίγνοι σιλιπρότατοι καὶ μάλα ναὶ εἰς ἀρετὴν καλοδαίγειν, αἷς παιζουσιν αἱ κόραι.* Ocellata autem dicta quod ocellum transferrent: sicut *oculati circuli* apud *Solinum*. *Beroaldus* auctor est, repertum esse in vetustissimo codice, *castellariis nucibus ludabant*: quod genus iusionis ex veteri consuetudine pueri nostri hodieque usurpant. *Ovidius* :

Quatuor in nucibus non amplius alicui tota est:

Cum sibi suppositiv additur una tribus.

At illa castella quæ solitus de pomis componere *Galienus* imperator, referente *Pollione*, nihil cum hac lusione puerili commune habuerunt.

Cum pueris minutis quos facie & garrulitate amabiles undique conquirebat precipue Mæuros & Syros]. Mos fuit veterum Romanorum studiose conquirendi pueros minutos & procaces, atque ut *Suetonius* ait, *garrulitate ipsa amabiles*. Istos Latini *delicias* vocant, non quos nequissimi Græci *παιδίς*: non enim idem sunt *puer delicatus* & *deliciae*: etsi interdum confundi has vos non negaverim. Talem habuit *Augustus Sazmentum*. *Plus archibus in Antiois*: *Ὁ δὲ Σάζμεντος ἦν ἤδη ἡσυχῆος παιγίων παιδάριον, ἀδελφία Ρωμαίων καλοῦσιν.* Appellat *παιδάριος* ut *Suetonius* pueros minutos. Apud *Ieremiam* prophetam cap. XXXI. *leled schabáschubim*; *Hieronymus* vertit, *puer delicatus*. Græci *παιδίον ἐστρυφῶν*. Videturque propheta ad delicias hoc genus alludere. fortasse etiam *Salomon* *proverb. cap. VIII, commase trigesimo & sequenti*. In antiquis plerisque lapidibus, *DELICIAE* & *DELICIVM* ita accipere malim. *Sasius* *Epicedio in filium*:

Non ego mercatus Pharia de puppe loquaces

Delicias, doctumq; sui-coniuvia Nili

Infantem, lingua simium, salibusq; proteruum

Dilexi.

De his loquitur *Seneca* lib. II *De tranquillitate vite*; pueros quidam in hoc mercantur procaces, & eorum impudentiam acunt & sub magistro habent,

dent, qui probra meditate effundant nec has contumelias, sed argutias. Macrotronz nobiles his solite otium suum oblectate. Dio lib. LVIII de nuptiis Augusti & Liviæ loquens, παιδιον π τῶν ψιδύρων οἰα αὶ γυναικας γυμνάσιος πληθύνει, ἀδύρουσαι τρέφουσι. Quod ait Dio, nudos solitos haberi, intellige nudos à veste, nam alias multo auro gemmisque exornabantur. Herodianus in commentariis δὲ καὶ παιδιον πάντων ἡπτόν, τέτων δὲ ἄλλο γυμνῶν μὲν ἰδιώτης, χροσθὲ δὲ καὶ λίδος πολυτάκτοις κατασκευῆς, οἱ αὖτε χεῖρας Ρωμαίων αὶ τρυφῶντες. paulo mox appellat παιδιον ἀδύρον. Philostratus in Sophistic παιδία ψελιζόμενα: vnde intelligas etiam intet viros eruditos hujusmodi delicias esse versatas. Locus est in Herode. Nicasas de Macio Angelo scribit, solitum eam ἰγασί γέλωτος ἄδρων πῖσις ἀμυδρὰ δύνει: vel de pueris minutis istis, vel de nanis sentiens. Excelluisse autem garrulitate pueros Syros, Alexandrinos & Mauros, ex Luciano, Petronio, Martialis, Statio Papinio & aliis notum. Luciano scribit hos ab Alexandrinis πύχεις fuisse vocitatos, in Πύχων διδασκα. Philostratus in Nili imagine: Παιὶ τὸν Νεῖλον οἱ πύχεις, παιδία ἀμυμετα τῷ ὀνόματι. pumilos pueros vix cubitum altos, è re Cubitos vocantur. Athenensis lib. III ἀσπρὸς ἄμα τὰ δάδια elegantes.

Nam pumilos] Dicitur in ministeria magnatum nani & nana semper fuerunt etiam Augusti, licet contrarium affirmare videatur Suetonius: fuit enim in elus domo Conopas ille minimus homo, duorum pedum & palmi, Julia neptis cura & amor. Plinius lib. VII cap. XVI. Græci ista ἀδρὸς ἄμα μετὰ νοεαντῶνους & σκαπῶνους ἀσπρῶνας. Fuerunt autem pumili non solum natura, sed & cura atque institutione. Mangones enim ut efficerent nanos, conclusos alebant in arca pueros & fasciis reuinctos. Longinus in doctissimo ἀδύφους libello: τὰ γλωπλόμα ἐστὶ οἱ πυγμαῖοι νάνοι τρέφονται, ἡ μόνον καλοῦσι ἄλλο ἰγχαλλεῖσθαι μὲν τὰς ἀνθρώποις, ἀλλὰ καὶ συνάγει δὲ τὸν περικείμενον τοῖς σωμασὶ δισμόν. Nanos & nanas aula eiecit Alexander Serterus.

Distortos & omnes generis eiusdem, ut Indubria natura maligne omini abhorrebat] Nihil peruersius corrupto luxuria homine. Romani ministeria & pedagogia soliti habere forma exquisitissima: postea lux inuexit consuetudinem querendi distortos & quocunque modo prodigiosis corporibus insignes. Hi maxime placebant & in pretio erant. Quintilianus declamat. CCXCVIII. Habent hoc quoque delicia diuinitum, malum querere omnia contra naturam. Gratum est ille debilitate, ille ipsa infelicitate distorti corpori placet: aliter emitur quia aliam

adnencoloris est. Hec, ut res est, acoosita nova elegantia, inter peruersas delicias habere rusticum. Ridiculum hoc, quod durus, quod inhabitu. Quintilianus item Institut. lib. I. cap. V. Illa quæ utcumq; deflexa sunt, tanquam exquisitiore miramur: non aliter quam distorta. & quocumq; modo prodigiis corporibus apud quosdam maius est pretium, quam in qua nihil ex communis habitus bonis perdidit. Talis ille puerulus portentoso paruoque capite, quem Domitianus coccinatum solitus secum circumducere, teste Tranquillo. Clemens Alexandrinus de sui temporis mulieribus: ἀλλ' αἴμα ἀσπιτεραι λέτων, ἄρρεος Ἰνδικούς καὶ παῖνας Μινδικούς ἐπιτέφουσι, καὶ συστακλίνουσαι τοῖς φοβόοις πάλισσι, σιρίνοις τέσσα γαννόμεναι ἢ τὴν μὲν Θερασίαν ἀκέραια, γελῶσιν αὐταὶ δὲ πολυμηχίτες ἀνόμεναι Θερασίτας, ἕκ ἐσ' αὐδ' ἐρῶσιν ὁμοζύγους, ἀλλ' ἐπ' ἐκείνοισ ἀρχέσιν, ἀδ' ἄχθῃ βεὶ γῆς. Appellatione distortorum continentur me quidem interprete, & Spadones. Ammianus Marcellinus lib. XIV describens comitatum matronarum Romanarum: postrema multitudo spadonum à senibus in pueros desinens, coloris obliuidi, distorta agnoscimentorum compage deformis. Cyrillus istis περὶ ὁμοζύγους τρέφει apud Suidam, in ὁμοζύγους. Istis vero naturæ ludibriis, ἀνδρώπορος ἕκ ἀνδρώποισ, ut appellantur ab Atheneo, asines sunt fatui quos iam olim præceres domi alere soliti, sapientibus eo nomine reprehensi. Seneca epistola L. Harpasten uxoris meae suam scis hereditarium onus in domo mea remansisse. Ipse enim auerissimus ab istis prodigiis sum. Talis ille Denderis de quo Cedronus in rebus Theophili Imperatoris. Beatus Chrysostomas in priorem ad Timotheum paucis verbis omnes istas diuitum delicias complexus. οἱ μὲν, αἱτ, πόρνας διδόνουσιν. οἱ δὲ ἀσπίτους, οἱ δὲ κέλαξιν, οἱ δὲ τέσσα, καὶ μωεῖς καὶ νένοισ. καὶ ἄδ' τὰ μύσους ἀμυρτήματα ταῦτα φέρουσιν εἰς τέρψιν, vocat τέσσα, quos Augustus mali ominis. & natura peccata illi, quæ Augusto ludibriis. Vide eundem Patrem in eam ad Timotheum, homilia XVII.

Cap. LXXXIV. Nisi meditata & composita oratione & quidem de scripto fere] Vide Dionis lib. LIII initio.

Quamuis non deficeret ad subita extemporali facultate] Lego cum Viterb non deficeret à subita & ext. fac. vel ut in aliis, deficeretur. Memmianus: non deficeretur ad subita, extemp.

Dabatq; assidue Phonasco operam] Glossarium φωνασκός vocat. idem, φωνασκῶντις vociferarius. vsus auctorum alius est: nam ipsi artifices vocis, phonasci vocantur non phonascete. φωνασκῶντις. tamen ut φωνασκῶντις. De hac re Persius satyra prima.

Præconis voce ad populum concionatus est] Tenuerunt deinceps morem principes, vt populum vel per edictum alloquerentur, vel per præconem siue *conionem* vt in Galieno vocat *Trebellius*. At in Senatu eorum orationes recitabant quæstores eandidati Cæsaris.

Cap. LXXXV. *Rescripta Bruto de Casone*] *Rescribere pro scribere contra*. *Suetonius* De illustribus Grammat. Scribonio: *Verris libris de orthographia rescripsit non sine insectatione studiorum morumq; eius.*

Hortationes ad philosophiam] Ad cæteras in omni genere summas Augusti laudes accessit hic cumulus, quod studia sapientiæ non neglexit, sed magno studio coluit. Agrippa in libello ad Caium millo, quem recitat *Philo*; de Augusto loquens, φιλοσοφίας ἐκ ἀλεγεινῆς χεῖλεσι γυνόμενος, ἀλλ' ἐπὶ πλέον ἐστραθεῖ καὶ χεδόν πλεον' ἐπέστη ἡμέραν ἐστρώμενος, τὰ μὲν μνημαῖς ὧν ἡ διάνοια σεσημασμένα τὰ φιλοσοφίας ἀντιπέλεθ. τὰ δὲ καὶ τῶν ἑξ' αὐτόντων ἀειλογίων συνδιαπύσει. Et in epistola Caii Norbani ad Ephesiorum magistratus, de eodem sunt hæc verba: ἡ ποῦτ' ἡ γὰρ καὶ φιλοσοφίας ἕδνός δ' ἀπ' ἑσ'.

De vita sua quam tredecim libris exposuit] Non aliter libb. vet. omnes quæ scripti quæ editi, cum *Suida* consentientes. nec scio unde orta sit illa quam & *Torrensus* sequitur corrupta lectio, XXX libris Horum librorum meminit præter alios *Appianus* in *Ilyricis* & alibi, vocatque *ἑσπομνήματα*.

Pœticam summam assegit] Sic, panis *summam fermentatus*, apud *Marcellum Empiricum*. *Glossarium*, ἀλεγεινός, *summam*, *carpsimo*, in altero sic: *Summatim*, κεφαλαίως, ἀλλήβδην. apud *Lucianum*, ἐν κεφαλαίῳ ἐμφραίνεσθαι. *B. Basilus* ἐν κεφαλαίῳ interpretatur ἀδρίως καὶ ἐν ἐκίγφ.

Cuius & argumentum & titulus est Sicilia] Ex his verbis non non aliud colligas, quam fuisse id carmen descriptionem Siciliæ & eorum quæ habet miraculosa, qualis *Aetna* est in primis, solennis omnibus pœtis locus. Tamen vt addubitem facit *Soneca epistola LXXXIX*. non enim videtur in eo sermone de hoc pœmate Augusti fuisse taciturus.

Quidnam Ajax ageret] *Suidas*, ἐγχετο τὸ τετραγώνιον Αἴαντα.

In spongiam inuubuisse] *Pingentibus*; & scribentibus semper erat ad manum spongia deletilis. *Pœta epigrammaticarius*. Scribæ instrumentum recensens non prætermisit.

Καὶ βυδίνην τείτων. ἀλιπλάγιοι χαμίτυνη

Σπόγγον, ἀποδείν πλάζομένην γασφίδ.

Ausonius: *poetica scabiei quoniam facile contagium est, vti nam quoque ad te prurigo commigret, ut fuso tuæ emendationis adiecto impingas spongiam.*
Idem Theoni:

Aut cunctis pariter versibus oblinat

Fuluam lacticolor spongia sepiam.

Inde Græcorum proverbum *σπόγγον ἰαδου σpongia curare*, siue emendare: quod venuste Augustus inflexit, faciens allusionem ad cædem Aiæcis.

Cap. LXXXVI. Cuius *μυεσβερχῆς*, ut ait, *cincinnos vsquequaque persequitur*] Mæcenas hic est exemplum cacozeli: Tiberius mox antiquarii. Ita autem elumbis fracta & mollis fuit Mæcenatis oratio, ut videatur omnès superasse *κακοζελία*. Vide *Senecam epistola XIX.* & c. 10 nec non CXIV: falluntur autem interpretes, qui verba Suetonii ita accipiunt, quasi in oratione Mæcenatis vocem Græcam *μυεσβερχῆς* reprehenderit: nam contra ea voce ipse Augustus more suo usus est, ad exprimendum genus dicendi Mæcenatis. Solens, inquam, fecit more suo Augustus, quod Græco verbo vteretur. Arguunt quotquot fere hodie supersunt scriptorum eius fragmenta, in quibus aliquod semper verbum Græcum insertum reperias. Extant exempla, si quis requirat, infra *lib. III cap. XXI.* Et plura *lib. V cap. IV.* *Quintilianus lib. I: Augustus in epistola ad C. Cæsarem scripsit emendat quod est calidum quam calidum malit: non quia illud non sit Latinum: sed quia sit odiosum. Et ut ipse Græco verbo significauit, δεινόν.* Extat apud *A. Gellium* pars epistolæ eiusdem principis ad eundem *C. Cæsarem*: in qua leges hæc Græce *κλιμακτηρα annum*, & *ἀποδρα δέντων ὑμῶν καὶ διαδεχομένων stationem meam*. Possem plura proferre: sed qui attendit quæ notavi, is neque de hoc Augusti more poterit dubitare, neque de errore eorum qui vocem *μυεσβερχῆς* in Mæcenatis oratione ab Augusto putant exagitatam.

Et imitando per iocum irridet] *Macrobius lib. II Saturn. cap. 4.* Augustus quia Mæcenatem suum nouerat esse stylo remisso; molli & dissoluto, talem se in epistolis quas ad eum scribebat; sepius exhibebat: & contra castigationem loquendi, quam alias ille scribendo seruabat, in epistola ad Mæcenatem familiari, plura in iocos effusus sabrexit. Vale mel gemmeum Medullis, obur ex Histruria; laser Arcinum, adamas supernas, Tiberinum margaritum.

garitu, Cinnorum smaragde, aspsigulorum, berylle Porfenne, carbunculum Italia, ῥαῖ ἰνα οὐρτιου πᾶντο, μάλα γυα μαχαρῶν. Ita lego lepidissimum Augustæ epistolæ fragmentum, quod in vulgatis codicibus Macro-
bii multifariam corruptum editur.

*Sed nec Tiberio parit] Sospiter Charisius lib. II. Dicitur Augustus re-
prehendens Tiberium Claudium ita loquitur: scribis enim per viam, arri tē
obiter.*

*Quæ mirentur potius homines quam intelligant] M. Tullius idem
obiicit Philippica III. Nonne satius est esse mutum, quam loqui ea que ne-
mo intelligat?*

Deinde ludens malum] Fort. deinde ludens in m.

*Tuque dubitas Cimberne Annæus an Verranus Flaccus imitandi sint
tibi]* Expressimus lectionem quam magno consensu seruant libb.
vett. & scripti & editi. Cimber hic ille est rhetor antiquarius in
quem lusit *Virgilius* epigrammate eo quod hodieque extat in *Cata-
lectis*, & apud *Quintilianum*. *Anneius* is vel *Annaeus* non *Annius* habuit
nomen, si fides libris antiquis: nam quod *Tullius* nominatur idem à
doctissimis viris, auctoritate caret, nisi fallimur: nemo enim vete-
rum sic eum vocat: & sane longe diuersus ab isto rhetore dictis fa-
ctisque barbaro, fuit *Tullius* quem coniuratorum in *Cæsarem*
vnum fuisse, constat. *Veranus Flaccus* iste mihi est incognitus. *Vera-
nium* quendam laudans *Peestus*, *Macrobium*, alii, in explicatione
verborum antiquorum. illi non male conueniat. quod hic de eo
Augustus innuit, antiquarium & obsoletorum verborum amore
ineptum in loquendo scribendoue fuisse. sed illi *Veranio* an fue-
rit cognomen *Flaccus*, nescio. *Beroaldus*, qui *Verrius Flaccus* emendat,
etsi non ineptis rationibus mouetur, tamen quod ei obiiciatur non
deest, ut ex iudice obseruatum est à *Torrentio*. nam satis liquet eum qui
hic cum Cimbro nominatur ab *Augusto*, ipsi fuisse *ῥο δὲ μὲ*, ingra-
tumque atque adeo exosum ejus dicendi genus: ut parum sit proba-
bile illius opera, quicumque tandem fuerit is, vsurum *Augustum*
in liberis suis erudiendis. Non ergo *Verrius Flaccus* est: quem ille
princeps præceptorem suis nepotibus elegit, teste *Suetonio*. Putem
haut temere affirmari posse hunc esse *Granium Flaccum*, qui de iu-
re *Papiriano* scripserat: cuius auctoris & in *Pandectis veterum Iuris-
consultorum* fit mentio, & apud *Arnobium libro tertio*. nam & in ho-
rum libris pro *Granius* alii codices præferunt *Veranius*, aut *Veranus*:
quod

quod testatur & *Iacobus Orsiacius*. Lepidissime vero Augustus irridet Antonium, deliberat eum dicens, utrum debeat ad imitandum sibi proponere Cimbrum Anniumque, an Asiaticos oratores: cum & horum & illorum diverso genere vitiosa sit ἡ ἰδέα τῶν λόγων: quare neutrum horum in deliberationem venire debuit: nunquam enim homo *ὁρῶντος* & suæ spontis de electione alterius è duobus malis deliberat; nisi si incumbat necessitas, & urgeat vis maior: quod hie dici nequit. Videtur autem Antonius utrumque malum habuisse: nam & voces amavit ab usâ communi tum alienas, ut *adivis, püssimus*: & totius orationis eius idéa & character erat Asiaticus καὶ κομπώδης. Vere *Plutarchus* & eleganter de eò; ἐχρητο δὲ τῶν καλυμμένων ἁσπασῶν ἑλλοφῶν λόγων ἀδύνην μάλιχα καὶ ἐκείτων τὸν χρονον, ἐχρητο δὲ πολλὴν ὁμοιότητα πρὸς τὸν βίον αὐτοῦ, κομπώδη καὶ φροναγματικὰ ὄντα, καὶ παντὶ γαυρία ματῶ καὶ φιλοπῆμια ἀνωμάλευμασόν. Omnino uti vixit, ita dixit.

Et quædam epistola Agrippina neptis ingenium collaudans] Hæc est Agrippina M. Vipsanii Agrippæ & Juliae filia, Augusti neptis. Huius Agrippinae ex Cæsare Germanico filia fuit altera Agrippinae Claudii vxor, Augusti vero proneptis non neptis. Quare fallitur vir doctus, qui locum hunc Suetonii ex epistola Augusti de illa Agrippina interpretatur quæ Historiam scripserat, cuius meminit *Plinius libro VII.* nam ista ut ostendit *Plinius* mater Neronis fuit, vxor Claudii, proneptis igitur Augusti, non ut Suetonius ait neptis.

Cap. LXXXVII. *Literæ ipsius autographæ*] Quæ per ea tempora in ernditorum manibus adhuc versabantur: *Quintilianus lib. I. cap. VII.* Here nunc litera terminatus: at in veterum comicorum adhuc libris inuenio; *Hæc ad me venit. Quod idem in epistola Augusti quas sua manu scripsit aut emendauit, deprehenditur.*

Contenti finis hoc Catone] Qui sæculum suum vituperabant, dicere soliti, tam nactus *Cato*. nam *Cato* non hominis nomen, sed ipsius virtutis esse, propter eius viri præstantiam, videbatur. *Valerius Maximus libro secundo*, in elogio de *Catone*: omnibus numeris perfecta viri virtus. Quæ quidem effecit; ut quiquis sanctum & egregium concem significare velit, sub nomine *Catonis* desinat. *Seneca; omne tempus Clodius, non omne Catones feret. Cassiodorus: Fuit quidem nostrorum temporum Cato qui abstinendo vitiiis, alios formaret exemplis.* Nocum illud: *Tertius*
ccalo.

è calo cecidit *Cato*. Augustus vero qui tales voces non nimis libenter audiebat, quando aliquos non sapientissimos & quorum mores non probatissimi, vel in senatum legebat, vel senatui aut tribubus commendabat, dicere solebat, *Contenti simus hoc Catone*. Idem dictum postea ab eo in epistolis ad alia quoque translatum, coeptumque vsurpari, quoties, ut ait Suetonius, hortari voluit *ferenda esse presentia qualiacumq; sine*. Eadem sententia proverbii Græci ἀ μὴ παρὰ κρέα τῶν πατέρων εἰρητιόν: & illius, — ἀγαθὴ καὶ μάζα μὴ ἀγῶν. Romani dicebant: *Quomodo quisque potest*. Seneca epistola L.

Velocius quam asparagi coquantur] Simile illi: ἴδον ἀφ' οὐνοῦ τὸ πῶρ.

Pro *velocius* omnes libri habent *celerius*.

Et pro stulto baculum] Legitur in multis libris, atque in his,

Turonensi, per *c. baculum*: tum putarem eam vocem esse omnino è Græca βάκη⊕ fictam paullo licentius, Scio criticos quosdam Græcos non pati vt ita ea dictio accipiatur: esse enim, τὸν ἀσπράγγον & *impudicum*. Sed ego illis potius assentior qui vtramque significationem ei tribuunt. *Hesychius*: βάκη⊕, ὁ μέγας καὶ ἀγῶν⊕. Ita accepit *Oenomaus* in vituperatione oraculorum, ἄτ' ἐγὼ ἀκίους ὁ βάκη⊕, καὶ αὐτὸς γὰρ τῷ Ἡρακλεῖ⊕ ἐρουήθη. ita etiam *Teles* antiquus scriptor in libro *De exilio*: ἀλλὰ εἰ μή τι δυσχερὲς ἀλλοῖς εἴη εἰ ἀδυνατῶ ἐπὶ τῷ ἐν αὐτοῦ βάκη⊕. Verum non est reiicienda lectio plurium, exemplarium, *baculum*. In ore infantium frequens vocula est *ba*, vel *bat* aut *bad*. Inde multæ voces fictæ per ὀνομαλοποιίας, partim ad exprimendam infantiam, partim ad alia vitia denotanda pueritix affinia. Huius generis sunt apud Græcos βάλειν, βαβάλειν, & βάβαξ ὁ φλόξ⊕, vt exponunt veteres grammatici: item βαμβάειν, & *Bambalis*, apud *Ciceronem*: & βάπ⊕, vnde βαπλογία & βαπαείζεν. vt placet doctioribus Grammaticis: non à Batto sicut somniant poetæ. item βάπα⊕ & βαπῆς, quæ vocabula de homine dissoluto & remisso-primus, deinde etiam voluptuoso dicta sunt. Inde ergo vox Augusti *baculus* vel à βάπα⊕ licentius, vt à principe deducta; vel nata in cælo Romano, aut ab ipso Augusto conficta per μίμησιν, vel ab aliquo veteri comico: nam & *Nanius* ab eadem origine, *battubata* pro nugatoriis posuit. Vide *Festum*. Et ætate *Seneca* notæ fatuitatis homo fuit, quem *Babam* nuncuparunt, cuius ipse non semel meminit. Athenis βαβῶ muliercula quædam dicta. Βάβης vero serui nomen apud *Pollucem*, & in *Græcorum epigrammatis*. Syri infantes, atque etiam ado-

adolēscētes βάλια dixerunt: & deam *Babiam*, quæ pueritiæ credebatur præesse, vt scriptum est apud *Phorium*. Cæterum *batcolus* dictum vt *forjulus*: vtræque vox de infantibus propriè vsurpatur. Sunt & in lingua vernacula nostrâ similitèr ἰσομαλοποιηµέναι voces, *badin*, *babouin*, *bament*, *bauard*, aliæque.

Pro pullo pulleiacum] In vetustis membr. repertionem, quæ & *Tuenebus* annotavit, apud *pullum pulleiacum*; alii libb. *pro pullum pulleiacum*. & ita fere præedit. sunt qui corrigant *pro puleio pulleiacum*. & puleium quidem esse βλήχωνα idem ac pulegium, vel ex Glossario scimus. mihi non probatur, vt contra omnium libb. consensum in prima syllaba quicquam mutetur. Puto autem scripsisse *Suetonium*, ac *pro pullum*, *pulleiacum*: quod πηχικῶς vt loquuntur enuntiatum esse qui non videbant, ex ac profecerunt apud. Quid autem intellexerit ista voce *Augustus*, incertum facit latissima vocis *pullus* significatio: nam & inter colores τὸ φαιδὸν pullum nominamus: & in plâcis τὸ πῦρον φάδα, & in humano genere τὸ παιδὸν, & in auitio τὸ ὄρνιθιον, & in cæteris omne genus animantibus pullos dicimus recentes partus. An igitur pullum gallinaceum intelligi voluit *Augustus*, cum lasciuia quadam ingenii *pulleiacum* diceret? an potius coloris pulli vestimentum *pulleiacum* appellauit, formato ad similitudinem aliorum colorum nomine? is enim τύπος in re colorum frequens est: violaceus, miniacus, hederaceus, herbaceus, galbanus, ferrugineus, luteus, cereus, multa alia. Confirmat hanc sententiam & ratio: nam *pulleiacum* ita dixit *Augustus* vestimentum pulli coloris, vt *heluacem* veteres ornamentum coloris helui *Festus*.

Pro cerrito vacerosum] *M. SS. cerrito*. male. in voce vacerosus nihil *Augusti* præter τύπον: nam alii *vacerram* dicebant. *Liuius* poeta antiquus, *Vecors* & *malesice vacerra*.

Et betissare pro languere, quod vulgo lachanissare dicitur] Ita scriptimus hæc verba, non vt in vulgatis libb. *betizare* & *lathanizare*. *Isidorus*, *A Græcis duas literas mutauit Latinis* & ζ. propter nomina *Græca*: & hæc apud Romanos usq; ad *Augusti* tempus non scribebantur: sed pro ζ s̄s̄ ponebant, ut *hilarissare*: pro γ vero ῑ scribebant. *Priscianus*: *sape pro z literam s̄ solemus geminatam ponere vt patrisso*, pro πατρίσω, *pitisso pro πῖτσω*, *massa*, pro μάσα. Sic etiam *malacisso*, pro μαλακίσω, apud *Plautum* & *Cassiodorum* De orthographia. & *tablissare* apud *Dionem* ἐ̄ semigr̄τσο παβλίζεν. Porro vertisse *Augustum* Græcam κα-

χαρίζειν, *betiffare*, non mirum: nam λάχαρον Abticis beta est. Legitur in veteri Glossario *vacillans* λαχαρίζουσι, βαμβάινουσι. *perperam*: lego λαχαρίζουσι; βαμβ.

Item simus pro sumus: & *domos genitio casu singulari pro domus*] *Marius Victorinus De orthographia lib. 1: Dixit Augustus genitio casu huius domos mea, per o non ut nos per v litteras scripsit. Messala, Brutus, Agrippa, pro sumus, simus.* Mirari soleo, Priscianum, Velium Longum, Casiodorum, aliosque artigraphos hæc prætermisisse.

Non diuidit verba] Crassus error omnes pene libb. inuasit, in quibus scriptum est *diuidere*. nimis ἀπίως.

Ibidem statim subiicit circumducta,] Circumductio hæc cuius hodieque vsum retinemus, in scribendis saltem versibus, speciem mausculæ litteræ L, præbet. *Seruius ad tertiam Aeneidem: Hi versus circumducti inuenti dicuntur, & extra paginam in mundo.* & ita alibi. Monendi hic obiter antiquarii nostri, erroris sui, qui cum in nummis hanc notam reperissent, nimis inepte illam sunt interpretati. putarunt esse litteram Latinam pro Græca Λ: deinde Λυξβαρτα ea littera notari diuinarunt: quorum alterum ἀπίως, alterum nimis absurdum. Scilicet in nummis poeticæ voces (qualem esse hanc vel Artemidori testimonio scimus) abusu communi remotissimæ sculpi solitæ: ac ne sculpi quidem, sed notari litterula vna: quod nunquam fiebat, nisi in notissimis vocibus & ad coniciendum facillimis. putamus igitur notam illam in nummis non litteram esse, sed circumductionem tantum quandam, cuius usus, quoties ambitus non capiebat omnes litteras. Nam in omnibus quos vidimus nummis in medio sculptus is character pleno margine: prorsus in modum eius circumductionis de qua hic Suetonius loquitur. Tales nummi sunt hi, ΚΑΙΣΑΡ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ΤΡΙΩΝΑΝΔΡΩΝ ΛΑ hoc est τῷ τετάρτῳ supple ἔτι: item ΑΥΤ. ΚΑΙΣΑΡ ΣΕΒΑΣΤΟΣ ΑΡΧΙΕΡ. ΜΕΓ. ΟΥΠΑΤΟΣ ΔΗ. ΕΞ. LIZ. id est, Ἀυτοκράτωρ Καίσαρ Ἀρχιερεὺς μέγας οὐπάτωρ Δημαρχεὺς ἑξοσίας τῶ ἐβδόμῳ καὶ τετάρτῳ nempe ἔτι. Ita autem in multis nummis Græcis, ΟΥΠΑΤΟΣ vel cum adiectione numeri, vel sine adiectione reperitur. Ac videtur quando numerus non est adiectus, intelligi, proconsulare imperium, quod in Augustis erat perpetuum. De nota superiore legant studiosi quæ differit: *Josephus Scaliger in libro De emendatione temporum.*

Cap. LXXXVIII. *Orthographiam non adeo custodit*] Placuit

hæc securitas olim viris magnis. Porphyrius de Plotino scribit, nihil pensi eum habuisse, vt nitide aut eleganter scriberet: diuisionem syllabarum neglexisse: orthographiæ regulas parum curasse: ad solam denique mentem animam attendisse. *ἔγραφε δὲ ὅτι εἰς κάλλους ἀποσπείμην τὰ γράμματα, ὅτι ἐνοσημῶς τὰς συναβάς διακρίων, ὅδ' ἢ τῆς ὀρθογραφίας φρονήσαν, ἀλλὰ μόνον τὸν ἔχοντα.*

Cuius manu ixi pro ipsi scriptum animaduerterat] seuere quidem Augustus: sed tamen quid isti in mentem venerat vt x pro pscriberet? an fuit insanus nouitatis amor? nam ad Augusti fere tempora ignorata x litera fuit, si fides Isidoro: quod etsi merito suspectum: tamen inter legitimas literas Romanas à plerisque tum non habitam certum est. Varro, *litterarum partim sunt & dicuntur vt A. & B. partim dicuntur vt φ, ψ.* Ideo, vt Victorinus ait, *Higidius in suis libris ea litera non est usus, antiquitatem sequens.* Et Augustus ut hinc colligimus eam grauatius est, præsertim tam alieno loco positam. Reperio & se. pro x in quibusdam dictionibus, ut apud *Marcellum Empiricum, ascella* pro axilla cap. XVIII. In veteribus monumentis mirum quam sæpe aut ex fabrili imperitia, aut praua vulgi consuetudine & scribendi & pronuntiandi, literæ huius sonus asperior sit factus adiectione sibili. Scribunt enim *dixserit, proxsumus, vxfor, exsigatur.* Simile est in antiquis libris *sancxerit* & id genus.

Quoties autem per notas scribit] Ita membranæ, non vt male vulgatum ante, *per notam.* *Dio, ἐπέσειλε δὲ καὶ ἐκείνοισι, καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς φίλοις, ἵνα οὕτω δ' ἀπορρήτων σοφιστῶν Διηλώσει, τὸ δέοντερον αἰεὶ σοφιστοῦ τῶν παρ' ἡμᾶσι περὶ σήκων. αὐτὸ ἐκείνη ἀπ' ἡγερέφων.*

Magistro dicendi vsus Apollodoro Pergameno] *Quintilianus lib. III Apollodorus Pergamenus præceptor Apollonia Caesaris Augusti fuit.* plura de hoc Strabo.

Pro z autem duplex aa] male omnes libb. pro x. res ipsa arguit vltimam literam intelligi: & ita recte scriptum in illa insipida & insulsa epistola quam ἐπιπέρας plane *Isidorus*, vt Augusti ad Caium profert libro I capite XXIV.

Cap. LXXXIX. *Eruditione varia repletus Sphæro*] Hoc est φιλολογίαν καὶ πολυμάθειαν ἀσπίσας, doctore Sphæro. Hoc vult Tranquillus, quod pauci obseruarunt: Augustum in eloquentia Græca vsu præceptore Apollodoro: in philologia Sphæro: in philosophia

Areo & filius eius. Apello φιλολογίαν historiae & rerum antiquarum cognitionem literaque humaniores; quas qui tenent eruditi proprie vocantur, ut docet M. Tullius. Inde Suetonio φιλολογία eruditio varia nuncupatur, ut hic: vel ἀπλῶς eruditio. Lib. IV: *E disciplinis liberalibus minimū eruditioni, eloquentia plurimum attendit.* Sphærum hunc eum esse quem Dio Octavii libertum & pædagogum nominat, quemque ab eo publico funere elatum notat lib. XLVIII. non dubitandum.

Arei philosophi filiorumq; eius Dionysii & Nicanoris consubernium inuit] In quibusdam libb. *consubernio* sine voce *inuit*, quam nec Codd. Lislæi, Pithoei, & Vrsini agnoscunt. extat tamen in Viterb. & plerisque aliis: sed insolens merito videatur genus loquendi, *consubernium alicuius inire*, pro, asciscere in suum contubernium, vel contubernio suo admouere: nam ita potius dicondum erat. vt lib III: *Tbrasylum vt sapientia professorem consubernio admouerat.* Augusti & Arei amicitiam & συμβίωσιν celebrant plurimi scriptores, *Strabo, Seneca, Plutarchus, Dio, Themistius, & Iulianus, cum in Caesaribus, tum in epistola ad Alexandrinos.*

Si quid res exigeret] Vt cum Alexandriae Græcam orationem habuit, cuius Dio meminit lib. LI.

Eaque ad verbum excerpta, aut ad dom.] Hæc fuit olim consuetudo virorum magnorum, qui in rebus agendis ea exercebant, quæ prius in umbra & otio legerant & didicerant. *Polybius* Romæ Demetrium Seleuci F. fugam ex vrbe meditantem, atque in ipso rei articulo cessantem increpuit, mittit illi pittacium in quo ad verbum hæc gnomæ erant descriptæ nihil amplius.

Ὁ δὲ πᾶν τὰ ἐμᾶλλον ὁ οἰχεται θέρω

Εἰς ὃ φέρειν ἔ. τοῖς δὲ τολμᾶσι ἢ πλεον.

Τέλμα ἢ, κωδύνη, σκοτύχαι

Ἐπίτυχε, πάντα μᾶλλον ἢ σωτῶν πρῶ.

Νῆφι καὶ μέγιστο' ἀπιστῶν. ἀθρα ταῦτα ἦ' φρενῶν.

Prorsus ad hoc exemplū erāt Augusti libelli: At eruditissimus ille vir qui fragmenta *Polybii* edidit. versus hos esse nō videtur attēdisse: qui etiā in eo peccat vehementer, quod πῆλαιον germanissimā vocē *Polybii*, ter in *πινάκων* vertit: nam huiusmodi tabellas, qualis hæc *Polybii*, & Augusti quas *Tranquillus* commemorat, Græci πινάκια

vocant:

vocant: estque ea vox non infrequens in libris prudentum, & aliorum scriptorum Græcorum ac Latinorum. *Petronius Arbitr*; *statim allata sunt amphora vitrea diligenter gypsata: quorum in cervicibus pittacia erant affixa cum hoc titulo. FAERNVM, OPIMIANVM ANNORVM CENTVM.* Pittaciis, de quibus loquitur Polybius, similes erant illæ, è philyra tabellæ, quarum in voce *μάριλλ* Suidas meminit.

C. Metelli de prole augenda] præter A. Gellium, *Florus* in epitome Liuii lib. LIX. C. *Metellus censor censuit vt ducere vxores omnes omnino cogereutur liberorum creandorum causa: extat oratio eius, quam Augustus Cesar, cum de maritandis ordinibus ageret, velut eo tempore scriptam, in senatu recitauit.* Fuit censor anno V. C. DCXXIII.

Rutilij de modo adificiorum] De Rutilio nihil ad ea quæ diligenter annotatunt *Iacobus Cuiacius in secundo Obseruationum & Torrentius*, possumus addere: nam omnino quod certum sit, eruere nihil queas. Solitas vero etiam de huiusmodi rebus habere ad populum conciones, indicat locus *Frontini De aqueductibus. Ac de vitio eiusmodi, inquit, nec plura nec meliora dici possunt, quam à Calio Raso dicta sunt in ea concione cui ritulus est De aquis.* Videntur & *Catonis Censorii* pleræque orationes, quarum præter indices nihil fere superest, non dissimilis argumenti fuisse. Porro legis huius de modis ædificiorum necessitatem, nemo melius exprimit *Aristide Sophista, oratione. Eis* Ρώμην, cuius verba libet apponere. *Και ὡσπερ τις ἀνὴρ πολὺ νικῶν τὸς ἄλλοις μὲν δεῖ τε καὶ ῥέμνη, ἐκ ἀγαπῆ μὴ καὶ ἄλλοις ἕσθ' αὐτῶν ἀρξάμεν φέρειν, ὡς τε καὶ ἡ δὲ, ὅτι ποσῶν τῆς γῆς ἀκραισμένη ἐκ ἀγαπῆ· ἀλλ' ἐτέρα ἰσομετρήτοις ὑπὸ αὐτῶ ἀρξάμεν, φέρεῖ ἄλλας ἐπ' ἄλλαις. ὡς ἀεὶ ἐπ' ὄνυμον αὐτῆ τ' ἕταμα, καὶ ἔδεν ἀλλ' ἢ ῥέμνη τὰ τῆ δὲ. ὡς' εἴτις αὐτῶ ἐθελήσει χαδαρῶς ἀναστήσαι, καὶ τὰς νῦν μεταώρεις πόλεις ὅτι γῆς ἐρείσας δεῖναι ἄλλην παρ' ἄλλην, ὅσον νῦν Ἰταλίας διαλοποιον δεῖν, ἀναπληρωθῆναι τῶτο πᾶν αὐ μὴ δοκεῖ, καὶ γίνεσθαι πόλεις συνεχῆς μία ὅτι τῶν Ἰόνων τέτυκτα.* Quæ verba propter summam elegantiam verterem Latine, nisi id doctissimus vir *Guilhelmus Canterus*, cui vitam ille auctor debet, iam fecisset pari fide atque elegantia: eius interpretationem tironum causa subiicere non pigebit. *Sicut vir aliquis qui ceteris magnitudine ac robore multum præstet, alias quoque in se subleuatos ferre gaudeat: eodem modo & hac, cum tantum terra spatium contineat, non tamen quiescit, antequam & alia aequales sibi super impostas vrbes, alteram super alteram ferat, ut eius fere nominis ratio: roturumque, quod hic videmus robur est. Quocirca si quis eam diligenter vellet euoluere: & qua nunc*

in sublimi sunt vrbeū bumi iuxta se inuicem deponere, existimarem fore vt omnis Italia reliqua pars compleretur, atq; vna vrbs. ad Ionium vsq; mare continua protenderetur.

Sed & orationes & dialogos] Orationes recitari quibusdam olim non probatum, vt docet *Plinius epistola XVII libri VII.* Poematum potius & historiarum solebant τὰς ἀναγνώσεις ποιῆσαι, quemadmodum *Athenens* alicubi loquitur. ideo auctor φιληκοῖαν Augusti notandum duxit: qui etiam orationum & dialogorum recitationibus interesset.

Nisi & serio & à praestantissimo offendebar] Norat hunc animum *Cæsaris Ouidius*, cum caneret.

Deniq; Casareo, quod non desiderat ipse

Non caret è nostris vllus honore liber.

Idem poëta alibi factum suum defendit quasi excusatione opus esset, quod toties Augusti laudes attingeret;

Ipse pater patriæ (quid enim ciuilius illo)

Sustinet in nostro carmine saepe legi

Nec prohibere potest: quia res est publica Cæsar.

Et communi pars quoq; nostra bono est.

Iuppiter ingenius præbet sua numina vatū,

Seq; celebrari quolibet ore sinit.

Quare hæc dicat poëta nemo satis intelligit, qui horum *Suetonii* verborum non sit memor. potest eodem referri & illud *Horatij* in epistola ad Augustum.

— — — *Sed neque paruum*

Carmen maiestas recipit tua; nec meus audet

Rem tentare pudor, quam vires ferre recusent.

Nomen suum commissionibus obsoleheri] Commissiones sunt quas Græci dicunt δειξίς, ὄνειδειξίς vel ἀγῶνας. *Tertullianus* aduersus *Gnosticos*, ita ab euo dignissimum creditum est studiorum experimentum, committere artes, corporum & vocum præstantiam expendere, præmio indice, spectaculo indice, sententia voluptate. *Iuuenali*:

Securus licet Æneam Rutilumq; ferocem

Committis.

Auctor antiquus qui scripsit vitam eius poëtæ, qui fortasse *Suetonius* ipse est: Et tamen diu ne modico quidem auditorio quicquam committere est ausus: mox magna frequentia magnosq; successibus ac ser auditus est.

com-

committebant autem vel in loco priuato, hoc est, in auditorio: *lib. V: Cum primum frequenter auditorio commisisset, agere perlegit.* Vel in loco publico, puta o deo, theatro, amphitheatro, basilicarum aliqua, vel Atrio libertatis, & similibus locis. De his commissionibus loquitur Tranquillus; maxime de iis quæ in theatro vel amphitheatro: nam hæ sunt quæ pertinuerunt ad curam prætoris qui ludis præerat. Obseruandum est commissiones opponi à Suetonio seriis scriptis. Sic prorsus in *Plinij panegyrico* commissionibus *seria carmina* opponuntur. Locum vide: est enim isti par & geminus. Nam qui legunt apud *Plinium comestationibus* falli eos nullus dubito.

Cap. XC. *Circa religiones talem accepimus.]* Religio Latinis dicitur & *θρησκεία*, siue pietas, & *ὀψεία*, siue meticulosa obseruatio eorum quæ à diis prædici videbantur. De Augusti pietate erga deos indicauit supra cum de eius pontificatu scriberet. nunc de eiusdem *ὀψεία*, siue superstitione agit.

Vissempet & vbiq; pellem vituli marini circumferret.] Magicæ huius vanitatis & persuasione inceptæ, quæ olim mentes omnium tenuit, testes præter *Plinium & Spartianum* in *Seuero, Plutarchus Sympliciac. libro V problemat. IX. vbi eadem vis inesse & ficis traditur.* Geoponiorum auctor *libro I cap. de grandine*, & in simillimo argumento *Palladius lib I cap. XXXV.*

Cap. XCI. *Somnia neq; sua neq; aliena de se negligebat.]* *ἐκ ἀπηγνώσεως.* Hippocrates de se, *ἐκ ἀπογνωσεως τὰ ὀνειράτα.* sed ille de suis loquitur: Augustus etiam aliena de se curabat. Sic olim solitum fieri ab hominibus superstitionis: non enim tantum ad sua somnia attendebant: sed etiam aliena de se. Ex ea superstitione ortus mos, vt qui de re publica aliquid somniasent, id susque deque non haberent, sed notum omnibus facerent, vel præconis voce, vel proposito pittacio, quo id contineretur. *Arthemidorus lib. I cap. II. ἀλλὰ φησὶν ὅτι ἥδη πρὸς ἰδιώται καὶ πάντες εἶδον ὀνειροὺς δημοσίους οἷς ἀεὶ κερύχαιρες, ἢ γέφυραι καὶ πρυμνὲς ὀνειροῦντων, καὶ τὰς ἀποβάσεις τοῖς ὀνειροῖς.* Meminit & *Apollonius* in Admirandis historiis eius moris, nisi fallit memoria.

Amici somnio monitus.] Satis ad librum primum eorum retudimus audaciam, qui hoc loco inuitis omnibus libris *medici pro amici* *παρεδόρδοσαν.* *Appianus Εμφουλ. lib. IV* ex ipsis Augusti commentariis De vita sua, obscurius narrat: quare ex aliis historicis lux facienda.

Et

Et formidolosissima] ἀλλόκοτα καὶ δεινὰ, &c. ut vocat Hippocrates ἀλλόμορφα. ea sunt somnia naturalia quidem: sed quæ exhibeant rerum species falsas & ἐκ ὄψεως, ac proinde terribiles.

Tintinnabulum fastigium eius redimuit] Dio simpliciter κώδωνα αὐτῷ ἀειψῶσι. nempe Ioui Capitolino. Sed puto legendum κώδωνας, rem oculis subiciunt veteres nummi qui hodieque extant & à doctis viris sunt expressi.

Quod ea fere ianuæ dependebant] In ædibus magnatum amplis & spatiosis usus tintinnabulorum fuit. Dio ait illis υἱὸς τοῖς τὰς οἰκίας νύκτας φυλάσσοντας, hoc est, custodes insularum & vastarum ædium, quas habuere Romani proceres. *Glossarium; Insula νῦσθ οἰκία*: sed & ad alia utebantur. *Lucianus. De mercede conductis* indicat, ita familiarum signum dari solitum ad euigilandum. ἑωδὴν τε ὑπὸ κώδωνι ἐξαναπᾶς ἀποσιναίμεν & τῷ ὕπνῳ τὸ ἥδιστον συμπελαίσει ἀπὸ καὶ χέτω. Ibidem aliquando post, ἐπὶ δὲ ταῦτα διαλογιζόμενοι, ὁ κώδων ἤχησε, καὶ χερὶ ἥδ' ὁμοίων ἐχέει καὶ πεινοσῆν. De hoc signo vel tubæ, qua etiam utebantur *Seneca epistola XCV: Transeo pistorum turbam, transeo ministratorum; per quos signo dato ad inferendam cenam discursitur. Idem De breuitate vite, quanta celeritate signo dato glabri ad ministeria decurrunt?*

Ex nocturno viso etiam stipem quotannis die certo emendicabat] Dio notat *lib. LI* extremo. caue confundas cum ea stipe, quam strenæ nomine solitam eidem conferri ante dictum.

Cauam manum asses porrigentibus præbens] Gestu plane & more mendicorum: ita enim oportuit ad exorandam Nemesim. Eam deam formidabant, ut comitem perpetuam rerum lætarum καὶ ἡδονῶν ἐργων: quare ut eius tela effugerent, ipsi sibi propriæ felicitatis quasi cumulum diruebant, *Multa Plutarchus de hac veterum opinione philosophatur, & in Camillo, & in Emilio Paulo, & in Apophtegmat. & alibi.* Propterea quæ supra modum lata erant, ea rerum tristissimarum mentione temperabant: Sic triumphantibus à tergo astabat in eodem curru seruus publicus, qui coronam illam auream immensi ponderis & amplitudinis sustinebat, & simul attendere triumphantem ad ultimi supplicii instrumenta curru appensa iubebat. Illa erant tintinnabulum & flagellum, ὡδὲ κληκῆ, inquit, Ζηναῖος, τῷ καὶ δυσυχῆτι αὐτὸν δὴνασθ, ὡς καὶ αἰπὶ θῆναι, ἢ καὶ διαχλωδῆναι θανῆν. Id quod Floratio illi qui Curiatios occidit euenit. Et fortasse deditis casus originem illi consuetudini. Tangit hunc morem & *Textullianus.*

Apologo.

Apologitici cap. XXXIII. Nota sunt quæ de Epaminonda victore nar-
rantur non solum ab historicis: verum etiam ab *Isidoro Pelusiota epi-
stola LXXIV.* Non alia ratio est cur Augustus Urbis & Orbis domi-
nus mendici personam semel in anno assumeret. Sic enim *ἑὼν ῥέ-
μωσι* & vt loquuntur veteres, deum iuuiidiam se euitaturum spera-
bat. Ideo notat Suetonius *de caua manu.* Ita manum componere pro-
prium est stipem emendicantium: quo verbo etiam Suetonius vti-
tur: item *Διο, ὡς καὶ περὶ αὐτῶν. Balsamo in Photij Nomocanonem: τῷ αὐτῶ-
ν καὶ λαμβάνουσιν ἑργῶν ἰσχυρῶν οὐκ ἔστιν ὁ χειρὶς, συγκυλάνων τέτρωτῶν χεῖρα.*
hominibus liberis & honestis cauare manum etiam cum aliquid
acciperent probro vertebatur. *Eucrates vetus comicus in Antilaide* lo-
quens de Laide anu & omnibus spreta:

Οὐτὼ δὲ πῶσός γ' ἄν' ὡς ὠφίλταται
Τ' ἀργύριον ἐκ τῆς χειρὸς ἡδὴ λαμβάνει.

Sententiam pluribus ibi declarauimus. *Ammianus Marcell. lib. XVI*
*Inductū quadam solemnitate Agentibus in rebus in consistorium vt aurum ac-
ciperent, inter alios quidam ex eorum consortio, non vt moris est, expansa
chlamyde, sed vtraq; manu cauata suscepit; & imperator, Rapere, inquit, non
accipere sciunt Agentes in rebus.* Hinc est quod Ruffini præfecti præto-
rio Orientis sub Honorio, manus post eius cædem per nouam Ro-
mam, ita formata ludibrii causa, est circumlata. Historia extat
apud *Hieronimum & Zosimum*: sed quod diximus de cauata manu
vnus exprimit *Claudianus* in eius cæde:

Dextera quin etiam ludo concessa vagatur
Æra petens, pænasq; animi persoluit auaræ
Terribili lucro, viuosq; imitat a retentus
Cogitur adductū digitos inflectere neruū.

Elegantissime poeta *cauam manum*, quam Græci *κυλλὴν χεῖρα* vo-
cant, circumloquitur. Simul ostendit, auaro & *αἰχροκερδῆ* solitam
obiici cauam manum: quod Græci dicere solent *ὑπέχειν τῶν χεῖρα πρὸ
λήμματος.* *Libanius* progymnasmate contra proditorem: *περὶ τῆς ὑπέχει-
ναι γὰρ ἰδοὺ τῆς πτωχότητος, ὑπέχεις τῶν χεῖρα πρὸ λήμματος.* & de avaritia A-
theniensium extat prouerbiale dictum Græcorum: *τὴν χεῖρ' ὑπέχεις
καὶ ἀπὸ θνήσκων Ἀθῆνας.* Atheniensis vel moriens cauat manum. *Seneca Na-
turalium lib. IV: In tanto avaritie certamine nunquam suppositam manum
lucro.* Vide *Suetonium in Vespasiano, cap. XXIII.* Explicauimus pluri-
bus causam huius mendicationis Augusti caua manu factæ: qua

non intellecta vix est vt quisquam facile in animum inducat rem factam fuisse: cum tamen Suetonius hoc nartret. vs certum & indubitatum. Neque videtur aliam ob causam Dio sic hanc historiam narrasse quasi fide cassam, quam quod causam eius facti ignorasset, mutatis, ut fit tractu temporis, moribus.

Cap. XCII. *In compluuium deorum penatium transfudit*] Penatum & Iarium sedes in priuatis ædibus non vna. colebantur maxime in foco: *Plautus*.

Hec imponentur in foco nostro Iari.

Valerius Maximus lib. II: Valesium aquam calidam in à foco petens genibus nixus lares familiares, vt puororum periculum in ipsius capus transferrent orauit. Item in cubiculo: *Suetonius Domitiano: Puer qui cura Iarium cubicali ex consuetudine assistens adfuit cedi.* Sape in aliqua parte atrii: puta in compluuiio (quod videtur idem esse atque impluuium apud *Vitruuium libro VI cap. IV*), vt hic: vel in porticu compluuiio adiuncta. *Petronius; Nozau* etiam in porticu gregem cursorum cum magistro soexercendem. *Brutor* ea grande armarium in angulo vidi in cuius adicula erant lares argentei positi. *Locus Festi* de Iouis Herci ara, quem huc interpretes afferunt nihil ad rem facit: neque item quæ de eadem ara notat *Athenæus lib. V.*

Obseruabar & dies quosdam] Intellige de diebus quos peculiari superstitione obseruauit Augustus: nam alioquin commune hoc illi cum cæteris fuit, vt *αιουδου τὰς ημερας*, & in omni re. maioris momenti inchoanda diem cauere atrum, eligere album & faustum. Exemplum notatum *Appiano lib. V* super die qua classem soluit contra *Sex. Pompeium*.

Ne aut postridie Nundinas quoquam proficisceretur] Dies cuiusque mensis diuidebant Romani bifariam: erant *Nona, Idus, Kalendæ*, erant præterea *nundinae*, vt in nostro mense hebdomades. Obseruatum autem est publico more, vs dies postridie *Nonas, Idus, Kalendas*, atri haberentur, vt *αιουδου τὰς ημερας*, quod docent nos præter veteres Grammaticos *Ouidius, Liuius, Plutarchus*, alii. Augusti vero propria superstitio fuit, vt etiam postridie *nundinas* diem haberet. infaustum & inominatum. Quare: fortasse ab euentu, quia aliquoties erat expertus res postridie *nundinas* inceptas non vertisse bene: vel ad imitationem superioris obseruationis hoc ab eo excogitatum, vt est superstitio ingeniosa & solers. Nam & pertinet eodem.

dem, quod post Latinas ferias duos dies obseruabant vt religioſos & rebus inchoandis inſauſtos. *M. Tullium ad Q. fratrem: De noſtra Tullia tui mehercule amantiſſima, ſperocum Craſſipede nos conſeciſſe. Dies erant duo, qui poſt Latinas habentur religioſi caeſeto qui conſectum erat. Meminit B. Ambroſius huiuſmodi obſeruationum explicans Pauli verba ad Galatas cap. IV: ἡμέρας ἑταρῆσθαι καὶ μῦνας, καὶ καὶ ἡμέρας καὶ ἑταρῆσθαι τοῦς dies, inquit, obſeruant qui dicunt: vt puca Craſſius proſciſcendum non eſt, poſt craſſinum enim non debet aliquid inchoari. Mox: Tempus vero ſic obſeruant cum dicunt, Hodie veru inſitium eſt, feſtinitas eſt. poſt cras Yulcanalia ſunt. & talia iterum aiunt: poſterum eſt, domum egredi non licet. Maniſte poſtremis verbis talem aliquam αἰτίωσιν καὶ εὐλάβειαν no- rat, qualis ea eſt quæ hic Auguſto tribuitur. Videtur autem & nundinarum dies parum vtilis rebus inchoandis habitus. Ideo quoties in Kalendas Ianuarias incidebant, intercalatione extra ordinem συνήθειον illam pontifices declinabant. *Dio lib. XLVIII: Καὶ ἡμέτερον βόλιμον ἔδει τὰ καλεστικὰ ἐπιβλέπειν, ἵνα μὴ ἡμενία σὺ ἔχομεν ἔτος τῶ ἀρχόν τῶ δὲ εἴ ἐπὶ ἐνέα ἡμερῶν ἀρχόμεν λάβη ἕσθ τῶ πᾶν ἀρχαίαι σφίδεσθ ἐφυλάσσοτο.* Cauſa eius perſuaſionis fortalle fuit, ſimilitudo nomi- num in diebus nouendialibus (qui mortuis ſacri erant, ideoque atri) & nundinalibus. Propter eandem rationem puto & Nonas Auguſtum in ſeriis rebus inchoandis deuiſiſſe: nam nonæ, nundi- næ, & nouendial indidem etſi diuerſa ratione dicuntur. Quare legi etiam malim, *δοσομίας* nominis quam *omini*: quanquam non mul- tum ſane intereſt. Porro huiuſmodi obſeruationum ſuperſtitioſa- tum, plura exempla ſi quis deſiderat cognoscere, legat *bomiliam De reſtitutione catholice conuerſationis*, quæ inter *B. Auguſtini* opera habe- tur, etſi non eſt, vt videtur Auguſtini.*

Quicquam rei ſerie inchoaret] In duabus fere rebus iſta tempo- rum obſeruatio locum habuit, in ſuſcipienda profectione, & in- choandis rebus ſeriis: ſic apud *Plutarchum*, ἔδειν, inquit, ἢ ἀρχόμεν καὶ ἐξέως ἐδ' ἀποδημίας ἐν ταύταις. At quidam fuere ea ſuperſtitione, qui etiam in rebus prope nugatoriis dies obſeruarent. In mulieri- bus ſuorum temporum rident hoc *Iuuenalis* & *Lucianus*: & nonne pluſquam ridiculum eſt quod refert *Vopuſcus de Tacito Imperatore*? nun- quam, inquit, *noctem inſormiſſe qua non aliquid vel ſcriberet, vel legeret, præter poſterum Kalendarum diem.*

Cap. XCIII. *Pergrinarum ceremoniarum*] Ita à maioribus

instituti Romani fuerant; vt à peregrinis ceremoniis abhorrent. Dilaudat eos hoc nomine *Dionysius Halicarn. lib. II* qui ab ipso conditore Romulo hoc esse institutum; atque ab eius posteris sancte seruatum scribit. Inde est, quod cum tam paucis deis testamenti factionem habuerunt iidem veteres Romani. *Vlpiam in sententiis, titulo XXII.*

Sicut veteres ac praeceptis.] Vel ut alii codd: *receptis.*

Quod Iudaam praeueruens apud Hierosolymam non supplicasset.] Credo Augustum ne tuiquam videretur sectae Iudaeorum vlllo modo addictus; contra animi sui sententiam scripsisse hoc; vel dixisse: nam ipsum quidem aliter sensisse; neque ita à religione Iudaeorum abhorruisse; cum alia plurima declarant; quæ de eius in illam gentem indulgentia narrat *Philo, & Iosephus*: tum illud vnice, quod *Legatione ad Caligulam* refert idem ille *Plato Iudaeorum*: Eius verba ascribam quia historiam continent scitu dignissimam; *διὰ τὴν ἀλοκίαν ἡ ἰδιάν πρὸς ὁμοῦ ἀγαγέδαι δούλους ἐν ταῖς ἀλοκίαις τῶν ΤΥΡΙΣΤΩ ΘΕΩ καὶ ἰκόνων ἡμῶν, αἱ καὶ μέγαν ὄν ὀπιτελῶνται ἄρως εἰσὶ δῶν; καὶ τὰς ρο, τὰ ἰερεῖα οἱς Κάσιος ἐφήρυνε τὸν Βωμόν.* Id est, *Constituit de sacerdotibus reditu, vt ad mouerentur quot diebus DEO ALTISSIMO sacrificia integra, ac penitus adolenda; quod hodie, seruatur: victima quibus aram honorati voluit Caesar, agni duo sunt & taurus.* reperias & in eiusdem aliquot editis Deum Iudaeorum, Θεὸν ὀπίστην appellari: Poteest etiam dici, Augustum quum prius fuisset iniquior religioni Iudaeorum, postea mitiorem esse factum, feritate gentium paulatim in eorum animis mitescens; postquam cepit Dominus noster ὁ θεὸς ἡμῶν Iesus Christus in terris versari, etiam nondum illis cognitus.

Taeta de celo parte muri, responsum est eius oppidi ciuem quandoq; rerum positurum.] In Etrusca disciplina de iactibus fulminum, istud vocatur *fulmen regale.* De eo *Seneca ex Cæcinnâ Natural. lib. II cap. XLIX.* *Regalia fulmina sunt quorum vi tangitur, vel comitium vel principalia vrbu libera loca: quorum significatio regnum ciuitati minatur.*

Cap. XCIV. In Asclepiadis Mæderis Θεολογικῶν βιβλίου lego.] Satis mirum mihi videtur, Suetonium hominem Romanum in tanti momenti historia Romana Egyptio homini testimonium denuntiasse, eoque solo fuisse contentum. Sed videntur Romani rerum Augusti scriptores noluisse hac fabella Augusto diuinitatem astruere; ne eadem pudicitiam matris eius in dubium vocarent: nam in proden-

dis.

dis credendisue eiusmodi deorum *ἐπιφανείαις*, parcius Romani, ea præsertim ætate, infanterunt, quam alia multæ gentes. At Asclepiades hic cur istud exemplum laudauerit in suis scriptis, satis possimus ex ipsa re & libri indice facere coniecturam. Ægyptius is fuit ex Ægyptiaco nomo siue præfectura, quæ ab vrbe præcipua Mendete, Mendesia dicebatur. Erat quidem vniuersa Ægyptiorum religio fœda, stulta & ridicula: sed enim nihil tota Ægypto monstruosius infamia Mendesium: qui hircum pro numine colentes, excellentissima forma mulieres illius libidini subternere soliti: atque vt prurigæ boni, cessantem legem naturæ bestiam, proh fidem hominum! contra naturam instigare. Nota res est ex *Herodoto* qui testis oculatus fuit, *Pindaro*, *Strabone*, *Plutarchi*, *Gryllo*, *Aristide rhetore*, aliis. Hanc suorum irreligiosam religionem defendens Asclepiades in libris *Θεολογούμενων*, non vsque adeo miram videri illam *ἀδίμωτον μύθον* debere dicebat, cum ex tali concubitu ortos maximos viros historiae testentur. In hoc album referebantur ab illo, cum ex fabulari historia multi, tum ex vera aut verum professa Alexander, Scipio, & hic Augustus. Oportet autem hominem fuisse nugatorem magnum, & quod de Timæo olim dictum *γεροπληκτεῖαν* ineptum qui ausus sit, fortasse solus, de Augusti conceptu fabulam anilem, ut rem veram, memoriæ tradere. Male autem interpretes Asclepiadem hunc cum alio confundunt, cuius meminit *Athenæus*, qui scripserat *τραγωδούμενων* libros sex. Nam eum fuisse Tragilesium ex oppido Thraciæ Tragilo, *Stephanus* auctor. Hunc Mendesium fuisse & ex libri argumento coniciat, & indicat Suetonius, qui Mendetem vocat: etsi parum, vt videtur, recte: non enim *Μένδης* est *ἰθριών* sed *Μενδισίον*, vel *Μενδισίος*. Sic *Athenæo* nominatur Harpocratio *Μενδισίον*: Columellæ, *Dolus Mendesium* & passim ita: vel *Μενδῆσιον*: vt in *Πρόλογον* *Platonis* *Ἀντίμοισι* ὁ *Μενδῆσιον*. Sed ne quid dissimulem, suspicor scripsisse Suetonium, in *Asclepiadis Mendesi* (aut *Mendisa*) *Mendeti* *Θεολογούμενων* libri lego Libri ab Asclepiade scripti index ni fallor fuit *Mendeti* *Θεολογούμενα*: quasi aliquis Latine dixerit, *De diu qui Mendete coluntur & religionis eorum ritibus vel causis*. Amant Græci librorum suorum titulos ita concipere, vt *Artémidorum* qui *Γεωγεφόμενα* scripserat, *Nicander* *Ἐπερίεμνα*, & ante omnes *Aristoteles* qui *Θεολογούμενα*. Sic etiam *Calius Aurelianus* medicus *χειρουργούμενα* ediderat:

quorum ipse meminit libro II *Tardarum passionum*: nam faciunt inepte qui illius operis titulum concipiunt *χερσυχμεινοί*.

Cum ad solenne Apollinis sacrum media nocte venisset] Factum mense Nouembri anno V. C. DCXC. Sed cur media nocte in templum venit Atia? quia sacrorum publicorum causa interdum ita opus facto. hoc iam ante docuimus ad *cap. LXVIII*. vbi hæc verba exposuimus: ex illo etiam loco intelligimus quod hic de matronis dicitur dormientibus in lecticis suis: nam hoc illud est ipsum quod supra de Augusto dictum: si sacri causa maturius euigilandum esset, deposita lectica inter aliquas moras condormisse. Non igitur audiendus *Beroaldus*, qui hanc dormitionem ad diuinitatem refert per incubationem: quæ interpretatio falsa est multis modis: nam illæ *εγκλιματιστις* priuata religione ab iis suscipiebantur, qui vel morbo vel alii cui malo remedium quærebant: Suetonius solenne sacrum ait fuisse. Deinde qui somnia captabant, soli in templum accedere soliti: Atia eam magna turba sacrum hoc concelebrat. Adde quod capturi infomnia castu prius præparabantur & ieiuniis: quorum de Atia nihil narratur. Postremo quis dixit *Beroaldo*, Apollinem illum, in cuius templo hæc gerantur, consulentibus per infomnia solitum respondere? neque enim omnia omnium locorum & templorum simulacra eiusdem numinis, eandem vim habuere: itaque diligenter annotant geographi & historici quibus locis eo modo oracula peti reddique mos esset. Fallitur etiam vir ille doctus, qui de peruigilio quodam Apollinis hanc historiam interpretatur: vbi enim lectum Apollinem peruigilio cultum? præsertim apud Romanos qui nocturna sacra paucissima admiserunt, *δαπανουρασις* Græcorum, & nocturnas peruigilationes abominati, vt & *Dionysius Halicæ*. fatetur in secunda historia, & *Cicero* scribit *De legibus lib. II*. Sed demus fuisse aliquod peruigilium Apollinis: non tamen propterea concedam de eo hic agi. Non enim media nocte ut facit Atia, sed prima luce *σειλυχνῶν ἀφ᾽ εἰς, hora lucernari*, vt vocat *Augustinus*, in templum erat veniendum. Iam quid absurdius dici potest quam peruigilium fuisse, in quo matronæ aut omnes aut pleræque omnes dormiant? nam verba illa *dum cetera matrone dormirent* non esse eradenda vt illi censent, & expositio nostra indicat & consensus omnium codd. euincit.

In corpore eius exiisse maculam velut depicti draconis] De Atia ser-

no est: at qui de Augustoid refert *Sidonius Apollinaris* iis versibus quos ex Anthemii panegyrico ante recitauimus.

Augustum natum mense decimo] Dio τοῖς ἰαννουαίους χεῖρον.

Explicari per omnem] explicari est *μηνύδαι*, quod verbum in re militari præclarum: vñum habet, alibi explicandum.

Somniauit & pater Octavius] Dio qui pleraque huius capituli verbatim ex Suetonio vt didetur transtulit, legit, *somniauit & pater Octavius eadem nocte vt &c.* Vertit enim, καὶ τῆ αὐτῆς νυκτὸς ὁ Οὐλαίῳ ἢ αὐτὸ αὐτῆς αὐτῆς τὸν ἥλιον ἀνατέλλειν ἐβόμασ.

Obstreperentes forte ranae filere iussu] Olim de Hercule id iactatum. *Solinus*, de ranis loquens apud Reginos mutis. *Causam Granum tradis, eum obmurmurarent illic Hercule quiescente, Deum iussisse ne streperent: itaq; ex eo corporum filonitium permanere.*

In nemore prandenti] Dio τρεφομένῳ ἢ ἐν ἀγρῷ αὐτῷ, hoc est, cum cibum sumeret, non vt interpretes *Dionis & Zonara*, cum educaretur. Male in eod. *Cedreni* τρεφομένῳ emendat ex *Dione*.

In eius sinum signum quod manu gestaret reposuisse] Omnes fere libb. quos vidimus consentiunt: *Memmianus, quam manuque.* At *Dio* sic vertit quasi legisset *signum Roma*, τὸν διδοῦ εἰκόνα πρὸς τῆς Ρώμης οἷς τὸν ἰκέλευν κόλπον ἐμβεβληκίνας. Ego *signum Reipublica* interpreter, *σημοπαρσασαῖδε* qua obsignari solita diplomata, & quæcunque alia Reip. nomine signabantur. Id signum visus secundum quietem *Caesulo* reponere *Iupiter* in sinum *Augusti*: coniecturam ex eo fecit, in illius potestatem fore quandoque rempublicam. Symbolum enim domini & potestatis est. figillum. Ideo soliti morientes anulum signatorium dare iis quibus plurimum vellent, vt de *Alexandro* narrat *Diodorus & Curtius*: vel quos hæredes instituisent, sicut est apud *Valerium Max.* propterea *Tiberio* morienti annulus à *Caio* adimitur. Interpretes aliuorsum hæc trahunt, quos non sequor. *Quæ figura* autem *Reipubl.* id est publicum signum fuerit, nisi si fuit ipsius *Romæ* imago; qualis in nummis sæpe videtur, nescio.

Eiusq; osculum delibatum digitis ad os suum retulisset] Quid retulisset? nempe *osculum*: non enim possumus aliter exponere: tamen hoc genus loquendi alibi non meminisse notare. Consuetudo adorantium fuit, ut manu porrecta, & ad os relata, osculum labiis imprimerent. *Qui adorant*, inquit, *Hieronymus aduersus Rufinum*, solent deosculari manum, & capita submittere. Eum ritum obscure hic innuit.

innuit Tranquillus : de quo plura viris eruditis sunt obseruata.

Eique Ionem flagellum tradidisse] Hoc symbolo peritura libertas significatur : nam libera ciuitate ciuem Romanum virgis cædi nefas, nedum flagellis. *Iuuenalis* ideo hac circumlocutione Iulium designat :

Ad sua qui domitos deduxit flagra Quirites.

Tunica lati clauis] Quam dedit ei Cæsar induendam loco tunicæ rectæ, ut ante diximus.

Refuta ab utraq; parte] Super humeros. *Dio*; ὁ χειτὸν δεξιῆρά γηπε ἔκατ' ἄρ' ἀπὸ τῆς ἐπιωμαίδων, καὶ μέγχε τῆς ποδῶν κατ' ἄρ' ἄρ' ἑ. Erant autem tunicæ aliæ βαπτῶ, alia συμπορητῶ, vt alibi pluribus enodamus.

Fuerunt qui interpretarentur] Ipsum Octauium temere hoc dixisse, auctor *Dio*.

Apud Mundam D. Iulius] Apud *Dionem* paullo aliter hanc historiam narrantem, ita scribe *libro XLIII*: καὶ ἄλλω μὲν ὅτι ἐκ ἔφερέ πη ἔτο ἀλλ' ἐκ ἐκείνων γέ ἐπ', ἀλλὰ τῶ τῆς ἀδελφῆς αὐτῶ ἑγγόνω Ἐκτατίω· pessime edunt vulgo, ὅτι συνέφερέ πη ἔφερω. Sic accipiunt verbum φέρειν Græci pro σημαίνειν vel φέρειν τέκμαρσιν, vt loquitur idem *Dio lib. XLV* Idem *lib. L* τὰς τα μὲν ἔν' ὅτι πάριος αἰοῦς ἔφερα. *Lib. XLVI* ἐς πάριος ἰμοίως ἤνεγκαν. & paullo ante, ἐς μόνον αὐ' αὐτῶν ἔπειραν. *Philostratus in Apollonij vit a lib. VIII* ἐς νεώτερον ἔφεραν ἢ διοσημία.

Vt non equi pararet modo matricem] Matrix est arbor quæ fuit τὸ π⊙ Iulii Cæsaris patris, sicut eius soboles Octauii filii.

Comise Agrippa] Fuisse Agrippam cum Octauiio Apolloniæ sub tempus cædis Iulianæ & *Velleius* indicat.

Cap. XCV. Ingrediente eo urbem] Mane hora diei tertia, incipiente luce solis, aerem forte tum spissiozem factum, ut plagam sentire posset, ferire.

Circulus ad speciem cælestis arcus orbem solis ambiit] Ambitiosus hoc narrat *Velleius* (lib. II, 59) *Cum intraret urbem, solis orbis super caput eius curuatus equaliter rotundatusq; in colorem arcus veluti coronam sancti mox viri capiti imponens conspectus est.* faciunt inepte, qui eum locum cum alio Suetonii comparant, & dissonantiam in hac historia inter duos hosce scriptores notant. *Dio* breuiter, ἐς τὴν Ῥώμην ἐσιὼν αὐτῶ ἔεις πάντα τὸν ἥλιον πολλὴν καὶ ποικίλην φεῖλα γεν. idque ait ille signum à Deo editum, non futuræ Augustæ magnitudinis, sed futurarum

max

mox turbarum. *Orosius lib. VI* postquam verbis nostri rem exposuit, ita interpretatur: *quasi unum eum ac potissimum in hoc mundo solumque clarissimum in Orbe Sol monstraret, cuius tempore venturus esset qui ipsum Solem solus mundumque totum & fecisset & regeret.* Notemus Suetonii accuratam dictionem, qui non arcum dixit, vt *Dio & Zonaras* iev, sed *circulum ad speciem celestis arcus.* neque enim arcus esse potuit, vt ex *Meteorologicis Aristotelis & Olympiodoro* constat. cum Suetonio loquitur *Seneca Naturalium Questionum libro I cap. secundo.* *Memoria proditum est, inquit, quo die diuus Augustus urbem ex Apollonia reuersus intrauit, circa solem visum coloris varij circulum, qualis esse in arcu soles: hunc Græci halo vocant, nos dicere coronam aptissime possumus.* In quibus verbis subit duo mirari. nam ex sententia philosophorum ἄλως circulus ille non fuit, vt liquebit attendenti, quæ ad tertium *Meteorologicis*. accurate notat *Olympiodorus.* Deinde si ἄλως fuit, cur coronam interpretatur? nam Græci huiusmodi *διοσημία* vocant *σφάνος.* *Philostratus lib. VIII* de Domitiani morte loquens, τὸν Ἡλίου κύκλον περιλάθων σέφανος εἰσὶ τῶν ἀκρίνα ἑμαύρου. *Historia miscella auctor* de signo quod apparuit Gallo Antiochiam veniente, quando Cæsar factus est à Constantio: *Columna sub specie crucis in celo visa est, speciem luminis habens extensam à Golgotha usque ad montem Oliviarum.* In circuitu autem eius corona erat, velut iridis speciem habens.

Primo consulatu augurium capienti] Scio doctissimos viros referre hoc ad sacrum consulare quod Kal. Ian. faciebant noui Coss. in Capitolio: quorum auctoritati etsi plurimum in his litteris tribuere tamen vt hic iis assentiar adduci non possum. *Dionem* potius sequor, qui factum hoc narrat primo die comitiorum, quibus Augustus consulatum est adeptus: recte sine dubio & vere: non enim consuli Octauio, sed candidato consulatus hoc augurium apparuit. Atque hic vetus mos latet, ex prima antiquitate illustrandus. *Augurium capere* dicebantur candidati, cum nocte quæ comitia præcedebat, sub dio extra urbem cubantes, dein solida sella sedentes, in loco ei rei destinato expectarent, dum ipsis deus aliquis bonum signum mitteret: quod olim quidem vere solitum fieri, estque is mos, à Romulo ipso traditus, diutissime in Rep. seruatus. postea tantum umbra in vsum remansit, re neglecta. planissime hæc omnia ita explicat *Dionys. Hal. lib. II* ἑκαταλίχονται οἱ τὰς ἀρχὰς μέλλοντες λαμβάνειν, καὶ περὶ τὸν ὄρθρον αἰνισάμενοι ποιοῦνται δὲ χάρις ὑπαίτιοι ἧς δὲ παρόντων πνεύσιν ὀνειδισσάτων μισθὸν

ἐν τῷ δημοσίῳ φερόμενοι, ἀσχετὴν αὐτοῖς μνηστεύσασιν ἐν ἡλείστειον, καὶ ἔγε-
ρομένην. οἱ δὲ τὸν ἐκ τῆς φωνῆς οἰωνὸν λαβόντες, ἀπέρχονται ταύτας ἑτάλη-
μοιοι. οἱ μὲν αὐτὸ τῶν ἱερῶν ἑσπόμενοι, τὸ μὴδεῖα χεῖρα ἡδὲ ἐναν-
τιμῶν τε χεῖρα κωλυόντων οἰωνῶν. οἱ δὲ χεῖρα ἑτάλημα ἔδει κωλύοντες.

In quibus verbis ἐπαυλιζέσθαι est extra urbem pernoctare, non quod
putant interpretes: ita faciendum fuit candidatis, *Plutarchus in Mar-*
sello, ὅταν ἀρχὸν ἐπ' ὄρνισι κειδέμενοι ἔξω πόλεως καὶ οἶκον καὶ σπηλεὶν
μιμωδωμένην. Sic scribendus hic *Plutarchi* locus: nam κειδέσθαι οἶκον
Barbarum est, non Græcum. Latini eum locum *templum* appellant,
vt *Seneca epistola CXVIII*, & *Valerius Maximus lib. III cap. V.* quia in
eam rem ab auguribus certis ceremoniis effabatur, quas explicant
Festus Pompeius & *Seruius*. Ibi cubabant in tabernaculo, vel casa pu-
blice conducta, vt indicat *Marcelli* historia apud *Plutarchum*, *Cse-*
ronem & *Valerium Max.* inde visis auspiciis tollebant se extemplo ac
surgebant. Vnde sunt verba augurum *tolle se & extemplo*, de quibus
veteres. Ad ritum hunc refero verba hæc *Festi lib. III: cubans auspica-*
tur qui in lecto queris augurium. E lecto mane surgentes sedebant in
solida sella, vt intelligimus ex *ruderibus Festi* in voce *solida* cum supe-
riore *Dionysii* loco comparatis. Similiter omnia captabant etiam
alii sedentes in sella. *Cicero De Diuinat. lib. I: Audiui cum diceret Caci-*
liam Merelli cum vellet sororis suæ filium in matrimonium collocare, exisse
in quoddam sacellum omnium capiendi causa, quod fieri more veterum soie-
bat: cum virgo staret & Caecilia in sella sederet, neq. diu vlla vox exiisset.
Quod adiicit *Dionysius* de auguribus quos candidati interrogare so-
liti, lucem accipere ex iis debet quæ *Festus* notat in *silere*, & *M. Tullius*
lib. II De Diuinat. vbi explicat quid sit in disciplina augurali *silentium*.
Id enim successerat in locum eorum signorum quæ prius fuisse di-
uinitus data candidatis, veteres historiarum memorant. Quo magis ad-
uertit omnes augurium *Octauio* datum, quod non solum fuit ve-
rum, nec simulatum, vt erat tum moris: sed etiam magnificentum &
plane regium.

Duodecim se vultures, vt Romulo, ostenderunt] Non ita *Dio* narrat;
πρώτη ἡδὲ ἀφ' ἡμερῶν ἐς τὸ παρὸν τὸ Ἄρειον ἐστλιδῶν, ἡπας ἔξ, καὶ μετὰ ταύ-
τα δημηγερῶν πρὸς τοὺς στρατιώτας, ἀλλοὺς δὲ δευτέρως.

Et immolanti omnium vitæ.] Augurium modo expositum con-
tingit *Octauio* anno DCCXI mense Augusto. Hoc ostentum quod
hic memoratur factum anno priore, mense vt arbitror eodem, die
primo

primo potestatis eius, cum absens decreta sibi prætorix dignitatis susciperet insignia. Est ergo in verbis Suetonii *ὑπερθεύτερον*, ut sæpe alibi: nisi dissentit ille à cæteris historicis in temporum ratione, & hoc quoq; ad primum consulatum Octavij retulit.

Omniū victimarum iocinora replicata intrinsecus ab ima fibra paruerunt] *omniū*, hoc est duodecim. tot enim tunc mactatæ victimæ. Dio, *Ἡλὰ τὰ ἦπατα ἐν πᾶσι τοῖς ἱερείοις δὲ δὴ καὶ ἐπὶ αὐτῶν*. Ideo Plinius in Panegyrico dicebat, hoc & superius omen tangens: *Cæteros principes aut largus cruor hostiarum, aut sinister volatus avium consulentibus nuntiauit*. Ex Dione discimus; *replicata* exta & *duplicia* idem esse. Ea semper habita sunt lætissima siue omnino essent replicata, siue tantum ex parte. *Valerius Max. lib. I: Prima hostia iecur sine capite inuentum est: proxima, caput iocinorū duplex habuit*. Sic & geminum fel læta portendebat. *Plinius lib. XI: Geminum fel fuit diuo Augusto, quo die apud Adrium vicit*. Scribendum autem *paruerunt* non *paruerunt*. est enim quod dicit Plinius in eadem re *lib. XI cap. XXXVII reperta sunt*. Dio *αὐτῶν*. *Iulius Obsequens, apparuerunt*. Altera vero lectio sententiæ plane contraria.

Cap. XCVI. *Duos coruos hinc & inde infestantes*] Dio, *δύο κόρουες ὡς πρὸς τὰς αὐτῶν πτέρων τε τῶν πτερῶν περιβαμένοις*.

Afflixit & ad terram dedit] *Σχῆμα ἐν ᾧ ἀγγέλλει*: nam *affligere* est *ὡς οὐδέειν*, ad terram dare.

In Philippis Thessalus quidam] Dio narrat *lib. XLVII* cuius verba sic lego. sunt enim corrupta. *αὐτῆς Θαισαλὸς ἔδδξεν οἱ τὸν Κάισρον τὸν ὡς-τερον κακαλευκίνας εἰπεῖν πρὸς Κάισρον ὅτι τε εὐτυχὴς ἢ μάχη γανίσσῃ οἱ, καὶ ἵνα ἀναλάβῃ τὸ ὄν διαταξάμενον αὐτὸς εἰφέρει*.

Vriusq; simulacrum victor posuit in templo, in quod castrorum suorum locum vertit] *Glycas parte III Annalium*, de Nicopoli ab Augusto condita loquens: *Eodem in loco hominis & asini status athenæa imposuit*. Nam per biberur ea nocte, qua præliū navalū diem antecessit, in hominem quendam incidisse, qui asinum ageret: quumq; illius de nomine sciscitatus fuisset; *Mihi quidem, respondit ille, nomen est Eutyches, hoc est, felix; asino vero, Nicon, id est victor. Atq; hæc columna deinceps Byzantium deportata sunt, & in Circo equestri collocata*.

Cap. XCVII. *Transgressaq; in vicinam adem*] Agrippam mortuum intulit Augustus in Mausoleum suum: etsi, inquit Dio, proprium ipse habuit in campo Martio monumentum. De eo videtur loqui Suetonius.

Quod AESAR Etrusca lingua deus vocaretur] Hesychius, Αἰσὸς θεὸς ἑσπερίων. Est vero Græca vox *asar* Hetrusca terminatione formata, nam *αἰσὸς* est fatum id est deus, qui factorum auctor. & ita in libro *De mundo.*

Non st omnia morarentur, amplius se post hac Roma futurum] Postrema verba illa sunt, quæ post in omen versa. Male autem vir doctus emendat, *omina pro omnia. Non si omnia morarentur*, est, ἰδ' αὖτις μέλλει πάντα αὐτὸ ἐμπεδίειν. vel γὰρ ὁ πᾶν ἐμπεδῶν γίγνηται. Non nego inter moræ causas potuisse esse omnia siue ἀκέραια συμπτώματα, vt Græci vocant, & religionem obiectam, vt in *Othone cap. VIII.* & apud *Tacitum* aliosq;. Sed propterea hic legendum esse *omina*, id vero nego. Simile in *Iulio, per omnes moras exitu prohibere. cap. XXXIV.*

Inde præter consuetudinem. de nocte ad occasionem auræ euectus est] Veterum: superstitio: quicquid præter consuetudinem suam alicui acciderat ante mortem, à morte id vertebat in omen. Augustus firmiore valetudine vtens, solitus itinera facere & minuta & lenta: idem exacta iam ætate, & vapidè se habens, vt est per verisimile, nouissimum hoc iter magna contentione & pene sine remissione confecit. Declarat hoc Suetonius verbo *perrexit*, & eo quod ait, Astura esse euectum ad occasionem auræ. Quod intelligendum est, factum esse cum non multo ante Asturam venisset: prorsus contra commodum valetudinis & consuetudinem ipsius: hoc illud est, quod postea versum est in omen: præsertim, quum nauigatio ad auram nocturnam incerta & infida sit: vt temere illi se prudentes nisi necessitate vrgeantur, non committant. Ideo disertissimus scriptor *Dio Chrysostomus* in altera *Tarsicarum*, incertum atque instabilem Reip. statum comparat nauigationi quæ sit τοῖς ἀπογείοις, vel τοῖς ἀπὸ τῆς γέρας τι δμασι.

Cap. XCVIII. *Puteolanum finum præteruehenti, vectores nauis, de nauis Alexandrina*] Nauigationis mercaturæ causa temporibus illis palma penes Alexandrinos erat. Ex eo emporio pleraque merces Orientales in Italiam importabantur. Augustus vero Ægypto in prouinciam redacta, certum frumenti numerum quotannis illi imperauit, egenæ plebi Romanæ diuidendum. Hæc est classis Alexandrina quæ dicitur, cuius tot locis fit mentio. nauigabant enim in Italiam ingenti numero qua mercibus, qua annona onustæ naues. vocatus & *commeatus Alexandrinus.* Suetonius Nerone,

Alexan-

Alexandrini qui de nouo commeatu Neapolim confluxerant. Græci videntur exprimere voluisse hanc dictionem duabus suis *πορευτικός στόλος*. vetus inscriptio:

ΤΠΕΡ ΣΩΤΗΡΙΑΣ ΚΑΙ ΔΙΑΜΟΝΗΣ
ΤΟΥ ΚΥΡΙΟΥ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΥ
ΚΟΜΜΟΔΟΥ ΣΕΒΑΣΤΟΥ
ΟΙ ΝΑΥΚΑΗΡΟΙ ΤΟΥ ΠΟΡΕΤΤΙΚΟΥ
ΑΛΕΞΑΝΔΡΙΝΟΥ ΣΤΟΛΟΥ.

Auctor huius inscriptionis quem Latini vocant *commeatus*, non putavit satis posse exprimi voce *στόλος*: addit igitur, *πορευτικός*. atqui Latinis ipsis *stolus* idem est ac *commeatus*: vnde est in Codice *stolus Alexandrinus*. Dicta est hæc classis & *cataplus*. Martialis:

Cum tibi Niliacus portet crysalla cataplus.

Accipe de Circo pocula Flaminio:

Commeatus & *cataplus*, dicuntur idiomate nostro vernaculo: *la flotte*: *κατάπλοις* proprie est non classis ipsa, sed classis appulsus ad portum ac præsertim mercatorum. *Aristides in Panathærica* τῆς χῶρης ἐχέσης τὸν αἰεὶ κατάπλιν ἤμπερὸν. *Dio in Borysthenitica*, τότε οἱ Βορυθηνεῖται πάλιν συνήλσαν, ἐδελόντων, ἐμοὶ δοκεῖν ἤν Σκυθῶν ἴξαι τὸ εἶδαι τῆς ἐμπορείας, καὶ τῶν κατάπλων ἤν Ἑλλήνων. sic cape in XV Polybii. *Strabo* de his ipsis nauibus loquens lib. vii. γνοίη δ' αὖ περὶ τὴν Ἀλεξανδρεῖα καὶ τῆν Δικμαρχίαν ὄραν τὰς ὀλιγάδας, ἐν τῶν κατάπλων καὶ τῶν ἀναγωγῶν, ὅσον βαρυτέραι τε καὶ κουφότεραι δεδεσθαι κακῆσι πλείοιεν. Sed cum circa Puteolos & Neapolim, vbi maximus linguæ Græcæ fuit vsus, plurimum in ore hominum esset ea vox, velut cum dicerent, *Expeclari κατάπλιν classis Alexandrina*, & *tardare κατάπλιν*, aliaque hoc genus, tandem cœpit *cataplus* pro ipsa classe accipi. præter Martialem, sic loquuntur *Ausonius in epigrammate de Narbone*, & *Sidonius* duobus locis, & *Marcellinus Empiricus* in eo carmine quo opus suum claudit. tamen non desunt qui in superiore loco Martialis *cataplus* scribendum contendant non *cataplus*: quos in sua ignorantia insigniter dura frontis esse omnes vident, quibus *De meliore luto fixit præcordia Titan*. Excipio *Brodæum* virum eruditissimum, qui corruptissimam vocem ideo olim conatus est exponere, quia veram ignorabat. Simile postea accidit in voce *ἐμβολή*, quæ cum significet nauis, & quicquid mercium illi imponitur, postea de hac ipsa classe usurpata est.

ta est à Latinis. Inde *sacra embola* & *felix embola* in Codice: etsi non sine causa placebat *Scaligero* τὸ μακαεῖτη rescribi ubique *empola* & ἐμπολῆ. nam ita Αἰγυπτίαν ἐμπολὴν leges apud *Hesychium*, & similia apud alios. Solitæ autem naues Alexandrinæ Puteolano portu uti: eo appellebant, inde soluebant, ut testatur Suetonii iste locus, & Strabonis quem modo protulimus. *M. Tullius pro Rabirio Postumo, Philo contra Flaccum* & *Lucas* quoque in *Actu cap. XXVIII*. Prærogatiua illius classis hæc fuit, ut sola portum intraret cum supparis: cæteræ naues cum intrauerant Capreas & Mineruæ promontorium, velo iubebantur esse contentæ: supparum Alexandrinarum insigne erat. auctor *Seneca epist. LXXVII* *Supparum* est veli linei genus, quod non ad usum, sed ad indicium gaudii rebus secundis attollebant nauitæ. Inde manauit prouerbiū, de eo qui in aduersa fortuna ea potius curat, quæ ad gloriam faciant, quam quæ ad salutem, *μυθίζε- μίνε τῶ πλοῖε ἐπαίρει τοῖς σφέεροις*. *Arrianus Dissertationum Epicteti lib. III cap. II*. τοῖς ὡ πάροδοι παροσῆκει πὸρ κείνῃ, ἀφῖς ἂν αὐ ἔτω ἴσχυρα, καὶ ἀδείη καὶ δερχεῖσθαι. βυθίζομένη ἢ τῶ πλοῖε σὺ μοι παρελθὼν ἐπαίρει τοῖς σφέεροις; Id est, *rebus secundis conuenit ignem accendedere. prandere si ita coningat, cantare, saltare: at quando pessum it nauis, tu mihi suppara attolleret*: Ita exponi locus ille debet ac scribi. quæ deinceps attextuntur in Græco cod ad finem eius capituli omnia sunt subdititia atque etiam corrupta. Lege præterea apud *Hesychium* in voce ἐπαείμων, hoc modo, καὶ τὸ ἴσιον ἰδὲ ἐν τῇ πρύμνῃ κρεμάμενον, ὃ καλοῦσι σφέερον, καὶ ἑλασσόν. Cætera de hac classe quæ inter legendum veteres notata nobis, alio loco exponemus.

Fausta omnia & eximias laudes congesserant] Ita legendum cum melioribus libb. non *omnia* ut in vulgat. *fausta omnia congerere* est Græcorum ἐνημέειν.

Per illum se viuere, per illum nauigare] Videtur exprimere modulatas laudationes vectorum nautarumque de nauī Alexandrina. *In Nerone: captus modularis Alexandrinorum laudationibus, qui de nouo comteatu Neapolim confluerant, plures Alexandria euocauit*. Apud *Philonem* virum Iudæum natione, habitatione Alexandrinum, congestas easdem laudes καὶ διφημίαι offendi, *Legatione ad Caium*. ἔτθ ὁ καὶ τοῖς φανεροῖς καὶ ἀφανῆς πολέμοις ἐξῆ τὰς ἐκ ληστῶν ἐπιδή- σεις αἰετῶν. ἔτθ ὁ πλὴν δάλατται πιρατικῶν μὲν σαφῶν κενὴν ἐργασθῆμεν, φερπ-

φορτίδων ἢ πικρῶσας. ἔτι ὁ τὰς πόλεις ἀπόσους εἰς ἐλδιδεῖαν ἐξελόμενος, ἀπὸ ἀπαξίαν εἰς τὰ ξιν ἀργῶν. & in hanc sententiam plura.

Quam in emptionem Alexandrinarum mercium] Cuiusmodi erant aromata omnis generis, telæ, libri, papyrus, chartæ, vitra multifariam formata, lina, stuppæ, sindones, polymita, vestes Babylo-nicæ, Ægyptiaca mancipia venusta, atque alia πασιῶα. addo his & vina, licet sit certum, Ægyptum non valde Baccho amicam. *Statim* in Metii Celeris propemptico :

— — modo nam trans aquora terris

Prima Dicarcheis Pharium grauis attulit annum

Prima salutavit Capreas, & margine dextra

Sparsit Tyrthena Marceotica vina Minerva.

Spectavit assidue & exercentes ephebos] Græcum est *exercentes*. pro *exercentes* se: Græci magistri vocant γῆμα καὶ αἰππάδην. sic ἀσκήν pro ἀσκήν ἑαυτῶν, Dio lib. LVIII: τοὺς στρατιώτας ἀσκήντας ἰδῆσα αἰπῶν ἔχεν. *supra* lib. I. dictata gladiatoribus *exercentibus dare*. sic apud poetam, *tondēt hirci, & accingunt omnes operi, & similia passim* apud optimos auctores.

Quorum aliqua adhuc copia ex vetere instituto Capreæ erat) Capreærum prisca incolæ Græci erant. Tacitus *Annalium* IV: *Græcos ea tenuisse Capreasq; Telobœi habitatas, fama tradit*. Argumentum Græcæ originis fuerit, vel quod hic commemoratur vetus institutum exercendi ephebos: cuius moris apud *Artemidorum* aliosque Græcos scriptores frequens mentio.

Diripiendiq; pomorum] *Plautus Captiuus*: *Nominandi islorum tibi erit magis quam edundi copia*. *Varro* *Dere rustica* lib. II cap. I: *Siue enim Aliquod fuit principium generandi animalium*. Imperator *Iulianus*; *Sed quæ leges Romana huiusmodi contractus penitus ignorant omnem repe-rendi eorum qua prodige nefarieq; proiecerint copiam, prohibemus*.

Vicinam Capreis insulam Apragopolim appellabat] *Vetus Iuuenalis Interpres ad satyram* x laudans hunc locum, *Capreas* legit: quæ lectio-nusquam extat in nostris libb. nec nobis probatur. Nam ex præcedentibus colligi potest dixisse hæc Augustum cum esset Capreis. In initio huius capituli instituit Suetonius referre quæ fecit Augustus in ora Campaniæ proximisque insulis, & illo quatuor dierum se-cessu apud Capreas. De eo secessu loqui videtur ab illis verbis *spectavit assidue*, ad illa, *mox Neapolim traiecit*. Quare quæ in medio narra-
tur, ca

tur, ea puto gesta dictaue ab Augusto Capreis, vel in aliqua è vicinis insulis.

Ex dilectis unum Masgabam nomine quasi conditorem Insulae.] Augustus Capreas à Neapolitanis redemptas incolis frequentauit & restaurauit. Ei negotio præfectus est Masgabas è dilectis eius vnus: quem eo misisse cum aliqua manu videtur. Propterea illum vocat κήνην per iocum & facetias: nam vetus κήνης & conditor eius insulae non Masgabas fuit, sed Augustus ipse, qui fecit eam ἰδιον κήνημα, sicut ait *Srabo*. Vulgo tamen habitum pro conditore à suis populis, apparet ex eò honore, qui ipsi mortuo habetur: institutum enim fuit, vt eius defuncti memoria quotannis die quo obierat coleretur: qui honos vt ante notabamus, κήνης αἰς exhiberi solitus. Etsi autem quis fuerit hic Masgabas, silentibus omnibus historicis, diuinari non potest: Afrum tamen fuisse ex ipso nomine suspicamur, id enim nomen vsurpatum in Africa scimus ex historia. Sic apud *Liuium* Masgaba memoratur Masaniisæ filius. Vox est, si originem spectes, Hebræa, vt si Græce dicas Ἰσθαβ. nam יסב est ἰσθ.

Κήνη δὲ τὸ ὑβρον εἰσποῖο πυρρῶμενον.] In voce πυρρῶμενον est κεινοπρήνια; vel potius facetiæ iocus, non enim ita solet accipi, vt hic, pro luminibus frequentari, sed pro incendi & conflagrare. Fuit autem moris in tumultis cereos ponere: quæ consuetudo postea ad honorem martyrum à Christianis est translata, vt indicat sæpe *Hieronymus*. Sic in omnibus locis quibus aliquid religionis tribuebant lumina ponebant. Vnde, vt ait *Seruius*, lucos quidam putarunt dictos, quod sicut ibi lumina causa religionis: quod Etymum etsi aliis criticis non est probatum, morem tamen arguit antiquum. pro πυρρῶμενον *Iosepho Scaligero* placebat πυρρῶμενον.

Reuocatumaq; ex itinere Tiberium.] literis matris. *Tacitus*.

Diu secreto sermone derinuit.] Ita quidam tradunt: alii aliter. *Tacitus* 1 A. 5 Neque satis compertum est, spirantem adhuc Augustum, apud urbem Nolam, an exanimem repererit. *Suetonius* iterum affirmat libro sequenti. item *Velleius*, qui Tiberio tum comes adfuit. Græci quorum princeps *Dio*, prorsus negant. ἄνω δ, inquit ille, τοῖς κλείεσι καὶ ἀξιοπιστοτέροις λέγουσιν.

Cap. XCIX. Capillum sibi comi ac malas labentes corrigi præcepit.] An vt dissimularet vim morbi, & spem visentibus faceret longioris vitæ? an potius ex veteri Græcorum & Romanorum consuetu-

ſuetudine, qui id diligenter cauerunt, vt membris decenter & χρ
φύσι compoſitis abirent ad plures? Euripides Hippolyto:

αἰ αἰ καὶ ὄσων κηχάνει μὴ δὴ σότῳ.

λαβὺ πάτερ μὲν, καὶ χροῖ ἑρδωσση δέμας.

Κατορδῦν est corrigere: alibi ὄρδῦν pro eodem poſuit. Scholiaſtes ex-
plicat ὄρδῦν ἐπάλινον, idque in morientibus ſeruatum. ſcribit: quam
vere, ipſe viderit: nam Euripides etiam verbo ἐκτείνεν, quod eſt diri-
gere, in ea re vitur. fabula eadem. Apud principem poëtam νόμα
πνερεῖσαι interpretor, malas deformatas ἐκ τῆ σφραδασιμῆ, hiantefque
corrigere, & claudere. locus eſt Ὀδυσ. λ. vbi de Clytemneſtra lo-
quitur Agamemnon:

— — ἔδ' ἐ μοι ἔτλη ἰδὺν πορ οἷς αἰδέο

χρεστὸ κατ' ὄφθαλμοῦς ἔλκειν σὺν τῆ νόμ' ἐρεῖσαι.

Scholiaſtes, ἐρεῖσαι. ἀμύσαι ἢ ὀπυκλιῖσαι. Alluſio ad hunc morem eſſe vi-
detur in illis Satirographi, *Parior ego vinculum extremum & veluti le-
cto funebri apratus, expecto mortem iam non moleſtam*. Scripſimus autem
labantes, vt in Viterb. non *labentes*. vt eſt in vulg. quod tamen non
damno Seneca Hippolyto:

— — *Lapſa gena*

Lucem recuſant.

Mimum vite commode tranſegiffe] Vetus Græcorum dictum eſt,
μίμῳ ὁ βίῳ. Ad quod plurimi ſcriptores alluſerunt, quorum refe-
rendis verbis ſuperfedeo. Vide *epiſtolam Seneca LXXX. & Lucianum*
in Nigrino, & Simplicij commentarium in Epicteti Enchiridion. Beatus
Chryſoſtomus, σκηνή τις ἐστὶν ὁ βίῳ, καὶ ὄναρ.

Adiecit & clauſulam] Solebant diſcedentes hiſtriones plauſum
petere, eaque erat extrema fabulæ clauſula, vt apud *Terentium. Ho-
ratiuſ:*

— *donec cantor, Vos plaudite, dicat.*

Lucianuſ mortem Demonactis philoſophi prope Chriſtiani refe-
rens, πόδα κηρύκων vocat clauſulam ſimilem. Sic ille, ὅδε φεβονῆκεν
ἐκείδ' οἷός τε ἂν ἑαυτοῦ ὀπυκρεῖν, εἰ πᾶν πρὸς τοῖς παρόντας τὸν εὐαχάνιον τῆ
κηρύκων πόδα,

Λήγει μὲν ἀγὼν τῆ καλλίτων ἀθλων ταμίαις,

Καιρὸς δὲ καλεῖ κηκίπτι μέλλειν.

καὶ πάντων ἀποχόμενῳ, ἀπῆλθε τῷ βίῳ φαιδρός.

Atque hæc clauſula quam uſurpat Auguſtus, comicorum hiſtrio-

ff num

num videtur propria fuisse. Similis illa fuit qua vsi Rhapsodi: Σκὸν δὲ
 θεοὶ μάκαρες. citharædorum: ἀλλ' ἀνάξ' μάλα χαῖρε. quanquam alibi
 lego & tragædos, clausula huiusmodi vsos: Νόν δὲ θεοὶ μάκαρες ἦσαν
 ἐδλῶν ἀφρονοὶ ἔσσαν. Facit huc imprimis *Seneca locus epistola LXXVII*:
*Quomodo fabula sic vita: non quamdiu, sed quam bene acta sit, referri. Nihil
 ad rem pertinet quo loco desinas. quocumq; voles desine: tantum bonam clau-
 sulam impone.* Cæterum clausulas metrici appellant non illas solum:
 quibus fabula clauditur: sed cantici cuiusvis ἐπέδειον, quæ fere mi-
 nuculis colis constare solita. *Lege Marium victorinum. libro II, capite:
 De anapestico metro.*

Δότε κρότον, καὶ πάντες ὑμεῖς μετὰ χαῖρε κλυπήσατε] Prima edit. le-
 uiter emendata habet, δίδοτε κρότον καὶ πάντες ὑμεῖς μετὰ χαῖρε. absque
 verbo κλυπήσατε. *Turnebivus* eruit ex suis codd. εἰ δὲ πᾶν ἔχει χαλῶς, πῶ
 παιγίῳ δότε κρότον, καὶ πάντες ἡμεῖς μετὰ χαῖρε ποπύσατε. quam lectio-
 nem & nos reperimus leuissime mutatam in codice Memmiano: &
 præterea ex vacuo spatio quod relictum erat in cod. Viterb. plura:
 videntur verba Græca fuisse olim scripta, quam extant hodie in
 vulgatis libb.

Ac vale] *Vale* & χαῖρε nouissima verba morientium. Hippo-
 lytus apud *Euripid.* renuntians rebus humanis.

Ὡ χαῖρε καὶ σὺ χαῖρε πολλοί μοι πάτερ. & sæpe alibi.

Sortitus exitum facilem] *ΕΥθανάσιος*: mox aliter vertit, cito
 ἀσ nullo cruciatu defangi. & melius: tot enim verbis opus vt vim
 Græcæ dictionis exprimas: quod declarat *Galenus* qui apud Hip-
 pocratem *Ευθανάσιον* dici notat καὶ τὸ βραδυθανάσιον καὶ τὸ σὺν ὀδῶν θνή-
 σκειν. apud historicos tamen *Ευθανάσιον* est quod ait poëta,

— pulcrumq; mori succurrit in armis.

At eius *Ευθανάσιος* de qua hic loquitur *Suetonius* contrarium est τὸ
 ψυχομαχῆν: vox per graues ac longos cruciatus mors obitur ita ac-
 cipitur ea vox in *Questionibus sub Athanasti nomine publicæ*: vbi qua-
 rit auctor πότεν ὀρώμεν πνας δικαίους ψυχομαχῶντας ἐπ' ἡμέρας καὶ κεινομέ-
 νους. apud *Polybium* longe aliud. vox ψυχομαχῆν significat, vt ibi σὺν
 θεῶν exponemus.

Cap. C. *Obiit in cubiculo eodem quo pater*] *Idem Tacitus*: & simi-
 le libro vltimo de Tito. sed miror non hoc potius *Suetonio* obser-
 uatum, quod *Dio* ait. die eo Augustum obiisse, quo primum consu-
 latum inierat. *Tacitus*, (1 A 9). *Multum hinc ipso de Augusto sermo*, ple-

πικρὰ, vana mirantibus, quod idem dies accepti quondam imperij princepi & vita supremus.

Diebus quinq; & triginta minus] Ζήσας, inquit Dio, τίντε καὶ ἑβδόμηχοντα ἔτη καὶ μῆνας δέκα καὶ ἡμέρας ἄξ καὶ εἰκοσι. sed ἔτη πῶς potius καὶ ἑκαὶ scribere debuit Dio, tot enim sunt dies.

Vel in æde sacrarum, maxima reponeretur] Mirum non impedisse religionem. Notum enim plerasque omnes olim gentes, & se, & quidquid erat sacrum diis superis, vel solo rei funestæ contactu contaminari existimasse. Ex ea opinione multa instituta manarunt cum aliorum, tum etiam populi Romani & Iudaici. Quare etiam rex pius Iosias, cum vellet idolorum templa contra Dei legem in Iudæa extructa profanare, omnemque locis religionem adimere, mortuorum ossa in illas ædes intulit. II Reg. cap. XXIII, XIV, & XV. Romanis vero legibus ne admitti quidē in vrbes solita cadauera, quæ aliquo transferuntur. *Paulus in iurisconsultis Sententiarum libro primo: Corpus in civitatem inferri non licet, ne funestentur sacra civitatis: & qui contra ea fecerit, extra ordinem punitur.* & in hanc sententiam plura in libris Iuris. Ideo notatum ut singularis argumentum honoris, si cuius corpori hoc concessum, ut in vrbes per quas iter erat, reciperetur. Factum id aliquando reperio in Sanctorum reliquiis, ut Amelii cum Antiochiam deportaretur. *Tēstator Sozomenus lib. VII. cap. X. λέγειται δὲ ἔχει πάσης τῆς λαοφύρου καὶ βασιλικῆς πύργου εἰς τὸς τοίχων εἰς τὰς πόλεις εἰς δεξιῶναι πᾶσα τὸ νομομαρῆνον Ρωμαίοις.* Diserte ait contra mores Romanos id esse: neque aliter licitum quam expresso principis iussu, ex quibus iam intelligimus, cur hoc notatu dignum Tranquillus existimarit. non enim translaticium, aut vulgare genus honoris, qui hoc privilegio delatus Augusto est: siue à Tiberio id profectum, siue à senatu quod potius videtur. Nam & Tiberio ipsi ut funus ducere pontifex maximus posset, venia à senatu & collegio pontificum fuit impretranda: quod non prætermisit notare Dio.

A Bouillu equester ordo suscepit] Re à consulibus impetrata, ad quos legationem equitum Claudius pertulerat. *Suetonius lib. V.*

Vrbiq; intulit] Repete ex superioribus noctu. ita Dio.

Atq; in vestibulo domus collocavit] Ita enim fuit moris. *Perfius:*

— — tandemq; bearulus alto

Compositus lecto, crasq; iuratus amoris

In portam rigidos calces ostendit.

ff 2 Ad

Ad quem locum plura notauimus non protrita.

Funus triumphali porta ducendum] Quod etiam factum est, teste *Dione*: tamen ex verbis *Suetonii* potius contrarium elicias. Viro docto qui ad *Tacitum* suum miratur, perperam acceptum à nobis locum *Dionis* cum hæc scribebamus; respondeat pro nobis ipse *Dio*, cuius verba sunt ista post recitatam orationem *Tiberii* in funere *Augusti*: μετὰ τὸτα τῶν τε κλήρων οἰκιστῶν αἰσῶν καὶ αἰσῶν ἀρξάμενος δεξιῶν ἐπιπικίων τυλῶν χεῖρὰ τῆ βίβλ. ἢ δόξαντα διεκόμισαν. lectum, ait, *iidem* qui prius vrbi intulerant, ii erant equites, sustulerunt; & porta triumphali sicut erat à *Senatu* decretum funus duxerunt.

Canentibus neniã principum liberis] Quia *Augustus* pater patriæ, & communis omnium parens: nam ex ritu neniã cantabant tantum qui propinqui mortuis erant, vel eorum loco præficæ, vt innuit *Nonius* in *nenia*.

Ponendos anulos aureos] A *senatu* & equite: nam plebs ferreis vsa.

Legenda ossa per sacerdotes summorum collegiorum] Hoc erat plane contra veteres religiones; quare merito non obtinuit. Summa autem collegia fuere quatuor: Pontificum, Augurum, Septemviro-
rum epulonum, & Quindecimvirorum S. F. His solitum committi quicquid eximium fuit, quod ad curam sacerdotum pertineret. Sic ait *Dio lib. LIII*, ludos ob victoriam *Actiacam*, μέλειν τῶν τεωρα-
σιν ἰεροσύνων ἐκ δεξιῶν πῆς. λέγω δὲ τοὺς πομπήδικας καὶ οἰωνιστὰς, τὸς τε ἐπι-
καὶ τὸς πεντηκῆδον ἀφ' ἧρας καλεμένους. Postea sodalium *Augustalium*, accessit collegium: nam & *Dio lib. LVIII* ad quatuor summa sacerdotia *Augustales* adiecit, & *Tacitus lib. III* *Annal.* Recte igitur libb. omnes per sacerdotes summorum collegiorum, non vt placet quibusdam, sacerdotes summos collegiorum.

Seculum Augustum appellaretur, & ita in fastos referretur] Arbitror venisse hoc in mentem sententiæ eius auctoribus, ex eo quod in contrarium solitum obseruari: nam cum aliquis contra leges *Repub.* inuaserat, tenueratque, sublata tyrannide; tyranni nomen de fastis debebatur, totumque id tempus appellabatur *Αναρχία*, itaq; in fastos referri solitum. Videtur horum alluisse *Corippum* in *Iustini* laudibus lib. IV:

Salus Augustorum numeri non ordine prime,
Sed meriti: largitor opum, largitor honorum,

*Libertatis apex, mundi caput, vnica virtus,
Et rerum manifesta salus, reparator opimi
Nominis Antiqui redeunt noua secula fasti:
Augusti primum reuocasti Caesaris auum.*

Bisariam laudatus est] Auctor ipse Augustus huius moris. pri-
mus enim, nisi fallor, eo vsus est in suorum funeribus ornandis:
exemplum in Octauia apud *Dionem lib. LLV. in fine, & in Druso lib.
LV eiusdem.*

Pro Rostris sub veteribus] Et Viterb. & Lislæi cord. τὸ *sub non*
agnoscunt. nihil tamen immuto: *Varronem* vide & in descriptioni-
bus Vrbs.

Delatus in campum crematusq;] In medio Campo Martio fuit
culina Augusti, siue vstrina. *Strabo* in descriptione eius campi; ἐν μέ-
σῳ δὲ τῷ πεδίῳ ὁ τῆς καύσεως αὐτοῦ (Augusti). περιβλήθη καὶ ἔτετο λιθὸν
λευκὸν, κύκλῳ μὲν περιεπιμένον ἔχων σιδερεῖν περιεργαζόμενος, ἐν τῷ δὲ ἀγχιέσις κα-
τάφυτο.

*Nec desuit vir pratorius, qui se effigiem cremati euntem in calum vi-
disse iurasset*] Melius iuraret: vel, iurasset ἀρχαῖκῶς. Porro videtur in
omnibus consecrationibus iam inde ab exemplo Romuli, quasi
aliquod carmen legitimum, hoc iusiurandum fuisse necessarium.
Iustinus Martyr. Apologia altera: Καὶ ἦ γὰρ τὸς ἀποθνήσκοντας παρ' ὑμῖν ἀυ-
τοκράτορας ἀπὸ ἐπαδάσεως ζέου ἀξίοντες, καὶ ὁμνύοντα πνεῦμα θεοῦ ἀγαπῆσαι ἵνα
κίμαι ὄν τῆς πυρῆς ἀνιέρχόμενον εἰς τὸν ἕρανὸν τὸν κατακάεντα Κάισορα.

Reliquias legerunt] Cum suos defunctos cremabant, sic eos in
pyra collocabant, vt cineres ossaque separata manerent, neque aut
igni cineribus, aut animalium quæ sæpissime simul combureban-
tur, ossibus commiscerentur. Quare non abest quin sit inanis illa
quæstio, quæ multos viros doctos habuit exercitos; *ecqua ratione pos-
sint reliquia illius dignosci cui honorem habitum volebant*: nam & ossa
fere, quod certum est & indubitatum, legebant: eaque nondum
plane dissoluta, nec in puluerem redacta, in vnam condebant: &
situs ac collocatio cremandi cadaveris eiusmodi fuit, vt discernen-
di facultas esset *Clare* hunc morem docet *Q. Smyrnæ* in descriptio-
ne funeris Achillei *lib. III.* sic ille;

Δὴ τότε πυρκαϊὴν ὄνυσ βίβισαυ. ὅσα δ' αὐτῷ
δαίνετ' ἀπὸ φερίως. ἐπιπέδ' ἐστέρσιον ὁμοία

Ἦν, ἀλλ' οἷα γιγασθ' ἀπὸ τοῦ. ἔδ' ἐμὲ ἄλλα
 Σὺν κείνοις ἐμικροῖσιν ἔβας ἔδ' ἐκαστὸν
 Καὶ πᾶσι τρώων μύδα κταίνας καὶ ἄλλας
 Βαδὸν ἀπὸ τοῦ κείνου πρὸς ἑκάστου. ὅς δ' ἐν μέσσοις
 Ῥιπῆ ὑφ' Ἡρακλίου δαδμυμένῳ οἶθ' ἔειπε.

Hoc puto verius, quam quod comminiscuntur alii de linteo lini
 ἀσβεστῆς cuius sententiæ veterum nemo auctor laudari potest: male
 enim quidam *Plinij* auctoritate abutuntur. In postremo poetæ versu
 οἶθ' ἔειπε. *salus iacebat igne confectus*, de reliquiis cremati corporis ac-
 cipiendum: numquam enim cadaver ita igne absumitur, ut non
 eius aliquid remaneat. unde illa quæstio veteribus philosophis tra-
 ctata, cur igne cremati maneat reliquiæ, in sarcophago absum-
 pti non maneat. Vide *Theophrastum De igne*, ubi quæstio ita conci-
 pitur, Διὰ τὸ τὸ μὲν ἐστὶ πῦρ κατακόμμενον ἐκ τῶν γένετ' ἢ λείψανον. ὃ δὲ ἐν τῇ
 Ἄσφ' ἀπὸ τοῦ ἐξ ἑ τὰς σφύρας πᾶσι, καὶ ὅπου ἄλλοδι τοιούτῳ, ἀφανίζει πάντα
 καὶ ἐν αὐτῷ τέρειν ποιεῖ.

Tunicati & discincti pedibusq; nudu] Omnia hæc reuerentiæ &
 ταπεινοφρονίας, vel, ut loquitur *Tertullianus*, ταπεινοφρονησῶς indicia:
 nec recte sentiunt, qui aliam causam esse putant: qui etiam in eo
 falluntur, quod peculiarem Augusto habitum hunc honorem cen-
 sent, ut à discinctis reliquiæ eius legerentur. Nam in aliorum quoq;
 funeribus idem factitatum. *Tibullus*,

*Pars que sola mei superabit corporis, ossa
 incincta nigra candida veste legant.*

Imo verò in plerisque religionis superstitionisue ritibus obeundis
 calceos ponebant. *Plinius lib. XVIII extremo: Priuatim autem contra
 erucas ambiri arbores singulas à muliere incitati mensis nudis pedibus re-
 cincta*. Sic matronæ Vestæ ædem nudis pedibus adibant. *Ovidius VI
 Fastorum;*

Huc pede matronam nudo descendere vidi.

Sic etiam bello Gallico *virgines ex sacerdotio Vestæ, nudo pede fugientia
 sacra comitantur*, ait *Florus*. Et cum aquilitia Ioui immolabant, nudip-
 edalia populo denuntiabant. *Tertullianus, Cum stupet calum, & aret
 annus, nudipedalia denunciantur*: sic accipio verbum *nuda* in hoc ver-
 su *Iuuenalis Satyra VI*:

— — — *Inde superbi*

*Totam regis agrum, nuda ac tremebunda cruentis
 Erepsit genibus.*

Talia

Talia multa in veteribus ritibus notari possunt, quæ prætermisso. Atque hunc ritum didicisse gentiles à Mose scribit *Iustinus in Apologia secunda*: Quare etiam Christianos veteres in clamanda litaniam idem aliquando factitalle Ecclesiæ historia testatur.

Circumiectasq; sylvas & ambulationes] Melius capies si cum *Serabonis* verbis conferas. eum adi *lib. V.* Sylvæ autem & Nemora circa Mausoleum instituta ex antiquorum superstitione, qui defunctorum heroum animas in huiusmodi locis morari existimabant. *Virgilius in epitaphio Daphnidis*, vel ut existimant alii Iulii Cæsaris. — *inducite fontibus vmbra. Seruius: Hoc ideo, quia heroum anima habitant vel in fontibus, vel in nemoribus. ut lucis habitamus opacis.*

Cap. Cl. Testamentum] per æs & libram factum est. inque cofuit familiæ pecuniæque emptor Domitius Ahenobarbus Neronis Augusti auus. *Suetonius lib. VI.*

Ac duobus codicibus scriptum] Testamentum facere pluribus codicibus, apud Æ. C. plurimis locis, est plura exemplaria eiusdem testamenti relinquere. *Suetonius paullo aliter extremo lib. III: testamentum duplex fecit, sed eodem exemplo.* Attici hoc venuste dicunt τὰς διαδίνας ἀνίγειν πομίσσας, ut *Demosthenes* ἔχει Στεόδω oratione altera. vbi quod negat διαδίνας orator, factum vnquam, vt testamenti sui plura exemplaria aliquis relinqueret, oratoria fide dictum esse, vel Theophrasti vnus exemplum arguit: qui vltimæ suæ voluntatis tria, vt veteres Græci loquuntur ἀνίγερα, vt recentiores ἰσότυπα vel ἴσα confecit, ac suo anulo obsignata, totidem amicis seruanda tradidit. auctor *Laërtius*. Similiter Augustus duos codices siue exemplaria sui testamenti reliquit. Sed quæro, si ita est (quod neque *Tacitus* neque *Dion* annotarunt.) cur vtrumque ἀνίγερον apud easdem Vestales est depositum? nam è contrario fieri solitum videas, vt diuersa exemplaria diuersis locis maioris securitatis causa deponerentur. Sic Theophrastus vnum Hegefiæ, alterum Olympiodoro, tertium Adimanto tradidisse scribitur. Et Tiberius teste *Dione*, πολλὰ καὶ παντὶ γέλασε κατὰ τὴν ἑτέραν: quod interpretor, plura testamenta (*Suetonius duplex fecisse scribit*) sed eodem exemplo facta, diuersis reliquerat locis. propter hæc putavi aliquando verba *Suetonii* aliter esse exponenda: vt *testamentum duobus codicibus scriptum sit*, quod propter prolixitatem non vna membrana aut tabula contineretur, sed duabus: nam id quoque solitum fieri ex I. C. libris probari facile potest. Iuuant. nonna

normihil hanc interpretationem quæ sequuntur verba, *partim ipsius, partim libertorum manu scriptum*: quæ videntur de vno testamento commodius, quam de duplici posse accipi. neque ita locutus in Tiberio.

Polybij] In MSS. *Polibi*. *Dio* Πολύβιος, non Πόλυβος, vt falso vir doctus notat.

Depositumq; apud se Virgines Vestales] Emendauimus ex membran. Viterb. & Groslotii, quibus consentit Memmiarius. neque aliter *Robert. Stephanus* olim ediderat. in plerisque tamen codd. scriptum apud sex V. V. Fortasse pro *apud se*. VI. *Virg. V.* sensu non improbo: depositum enim apud se testamentum intulisse videntur in senatum omnes simul Vestales, vna dempta, quæ maxima & erat & vocabatur. *Zonarus* Drusum ait fuisse, non Vestales. Errat vero *Zonaras*, vel is potius vnde sumsit.

Cum tribus signatis eque voluminibus] Quatuor *Dio* ait: *quartum* fuit quod continebat prouidi senis Tiberio & Reip. relicta præcepta bene gubernandi. Id volumen prætermittit *Suetonius*, quia partem tertii magis quam separatim corpus esse credidit. Apparet hoc ex verbis *Taciti* (I. A. II) quæ ascribo: *Tiberius profertur libellum, recitarique iussit. opes publica continebantur; quantum ciuium sociorumque in armia, quot classes, regna, prouincie tributa aut vectigalia, & necessitates ac largiciones: quæ cuncta sua manu perscripserat Augustus: addideratque consilium coercendi intra terminos imperij: incertum metu, an per inuidiam.* Confer nunc cum *Dioni* verbis: intelliges librum vnum, imò quod mireris, libellum appellari à *Tacito*, quod *tertium & quartum volumen*. *Dio*. Cum *Tacito* igitur sensit *Tranquillus*. At super tempore quo prolati & recitati hi libri in senatu, *Dioni* consentiens *Suetonius* à *Tacito* diuersus abit.

Atq; recitata sunt] Reliqua *Drusus* recitauit: testamentum *Polybii* libertus *Augusti*. *Causam*. *Dio* narrat. Vide & *libri sequentis cap. XXIII*.

Ex parte dimidia & sextante] Ipsa sunt *Augusti* verba, qui sic maluit scribere quàm ex *besse*, quod erat breuius, Magis mirum quod olim notabamus ex *Theophrasto* δύο ἡμιετία pro *ιξτίς*. Testamenti *Augusti* initium fuit: *Quoniam sinistra fortuna Caium & Lucium filios mihi eripuit, Tiberius Caesar mihi ex parte dimidia & sextante heres esto.* Recitantur hæc verba *lib. sequente*: ex quo coniecturam facere debe-

debemus, non solum visum lectumque Suetonio Augusti testamentum: sed etiam mentem eius ipsis Augusti verbis fuisse expressam. quod ad sequentium lucem, valde notari velim. Nec mirum, scriptorem hunc tabulas testamenti Augusti esse nactum, cum etiam *Sospiter Charisius*, tanto posterior natus, eandem habuisse videatur. Laudat ille ex Augusti testamento hæc verba, *Gausapes, lodices purpureus & coloreas meas.*

Liuiam ex parte] Scribit *Dio* petiisse impetrauisseque Augustum à senatu, vt sibi contra leges veteres tantum *Liuiæ* relinquere liceret. locus animaduersione dignus; sic ille: κατελέηπτο δὲ ἐν αὐτῆς τὰ μὲν εὐνομέρη τὰ κλήρη τὰ πβείω, τὸ δὲ λοιπὸν τῆ *Λιυίᾳ*, ὡς πνεὺς λέγουσιν. Ἰνα ᾗ δὲ καὶ ἐκείνη τῆς εὐσίας αὐτῆ ἀπόρηται, ὡς δὲ τῆς βαλῆς ἢ τίσαστο, τοσῶτον αὐτῆ καὶ ὡς δὲ τὸν νόμον καταλιπεῖν δυνήσῃται. Lex quam *Dio* intelligit, *Voconia* est: cuius capite vno fuit cautum, vt ne quis census mulierum hæredem faceret ultra quadrantem.

Quos & ferre nomen suum iussit] De *Tiberio* mirum merito videatur, cum is multo ante ab *Augusto* adoptatus; filius illius esset. Sed vt videtur, cætera quidem nomina adoptione erat consecutus, *Augusti* vero cognomen sibi vni proprium pater seruauerat, vt in quo vis magna potentia ipsius esset sita. Quare communicari cuiquam eam appellationem æquum non erat. propterea hoc nomen hæreditarium fuisse *Tiberio* dicitur. *Suetonius* libro sequente; *Ac ne Augusti quidem nomen quanquam hæreditarium, vlli nisi ad reges, & dynastus epistolis adiecit.* De *Liuiæ* certum est; post mariti excessum, non *Liuiam* sed *Iuliam* fuisse vocatam: etsi scriptores Latini fere nomen vetus retinuerunt: rarenter enim in eorum libris *Iuliam* videas appellari: nisi tamen, quod puto, multis locis corrupta ea appellatio fuit. At *Græci* etiam in eorum narratione, quæ viuo *Augusto* contigerunt, *Liuiam* καὶ ὡς ἐληψεν more poetarum *Iuliam* appellant. *Josephus* lib. XVI cap IX. ἰδίᾳ δὲ καὶ ἡ γονὴ Κούρας & *Iουλία* τὰ πολλὰ ἔστι ἐκείνου πολυτελεσάτων ἀπέσειλεν. Sic & lib. XVII cap. I. notauimus & alibi. In nummis quoque multis extant hæc similesque inscriptiones: IOVLIA SEBASTH, & ΘΕΙΑΣ ΙΟΥΛΙΑΣ ΣΕΒΑΣΤΗΣ, & Latine IULIA AVGVSTA GENITRIX ORBIS. Nam etiam *Augustæ* nomen ab eadem assumptum fuisse, certum est ex historicis, & lapidibus inscriptis.

Liberosq; eius tres] Adi librum IV capite VII.

Amicosq; complures] Quosdā & inimicos. Tacitus: *tertio gradu primores ciuit. et u scripserat, plerq; inuisos sibi, sed iactantia gloriaq; ad posteros.*

Legauit populo Romano *quadringentis; tribus tricis quinquies* MS] Palam est. his verbis duo legata contineri: quorum alterum populo, alterum plebi relictum. Plebem appello quas Suetonius *tribus. Tacitus* hanc partem testamenti Augusti ita exprimit: *Legata non ultra ciuilem modum: nisi quod populo & plebi CCCCXXXV. dedit.* Videtur confundere hæc duo legata: quod in errorem quosdam induxit: sed notandā figura in eius verbis, qualis in illis Ciceronis, *urbem & ciues integram incolumesq; seruaui.* ergo in oratione Taciti CCCC ad populū: XXXV ad plebem. referendum: & fortasse scripserat auctor CCCC. & XXXV. Suetonium putamus ipsa Augusti verba retinuisse, vt ante monebamus. Duo legata esse diuersa, declarat & Dio, qui alterum posuit, alterum penitus omisit. Legauit τῷ δήμῳ, ait Dio: χιλίας μνείας, id est populo *quadringentis seferium.* silet de tribus aut plebe: quare & de relicto illi legato tricis quinquies tacet. de hoc genere præteritionum diximus satis ad *libri I cap. XXXVIII.* & alibi errant late doctissimi viri, qui Dionis auctoritate moti, adulterina censent esse in Suetonio illa verba, *tribus XXXV.* mitto alias clarissimorum hominum super his verbis sententias: nam omnes falli qui in Suetonio aut Tacito quicquam censuerunt mutandum, non dubito. Quid autem mirum diuersa esse legata populi & plebis, cum aliud populū esse aliud plebem, sit ἢ ἀναμφιβητῶν? nam etsi verum est confundi sæpe has voces, tamen proprie illas diuersim sonare, etiam pueris notum. Accipiamus igitur hic propria significatione, & legatum populi interpretemur; quod publice relictum est ciuibus Romanis omnibus, qui consortes esse talium liberalitatum aut vellent aut solerent. plebis vero illud, quod vico magistris relictum est, vel in communia cuiusque tribus commoda impendendum: vel in tenuissimos quosque singularum tribuum erogandum. Similia Tiberii legata, qui patris exemplum in plerisque secutus, *legauit plebi Romana virisim atque etiam separatim vicorum magistris.* verba sunt Suetonii libro *sequente extremo.* qui locus omnino cum isto conferendus erat interpretibus, si suum munus fungi vellent. diligenter enim notandum, plebi appellatione intelligi in Tiberii testamento, idem quod hic popu-

populi. ne id quidem mirum : iam enim diximus duo hæc vocabu-
la *populus* & *plebs* apud optimos scriptores, *Tacitum* præsertim, *Sue-*
ronium, *Plinius*, & alios item confundi. quare etiam libro III cap.
LVII *Tranquillus* in mentione horum legatorum *Augusti*, *plebem*
pro populo vsurpat. *Scurram*, ait, *qui praterente funere elato mortuo*
mandarat, vt nunciaret Augusto nondum reddi legata qua plebi reliquisset.
neque enim ibi capiendum vt apud *Tacitum*, de legato tribubus re-
lictò: sed de populi legato. quod autem vicomagistris reliquisse *Ti-*
berius libro sequente dicitur, tantundem valet ac si tribubus feri-
ptum esset, aut plebi, vt quidem *Tacitus* accipit. absurdum enim
fit putare, cedere in propriam vicomagistrorum vtilitatem illud
legatum, nam contra, eos fuisse velut administratores, & istiusmo-
di similibumque largitionum diuisores, *Afconius* alicubi indicat, &
ex *Plauto* probat: quoniam ille non de vicomagistris, sed curia-
rum id scribit. Verum arbitror postquam creati cepere annui illi
vicorum curatores ab *Augusto* instituti, pleraque veterum curia-
rum magistrorum munia, in hos fuisse translata, Nec illud quidem
nouum, quod tribus appellet *Suetonius* vel *Augustus* potius, po-
puli vilissimam partem, quam *Tacitus* plebem *veteris*. obseruare
enim licet, cum populus Rom. à scriptoribus modo in tres ordines
distingatur, modo in quatuor, modo in plures, appellatione tri-
buum præsepe vltimum ordinem notari. *Statius Sylvarum* libro IV:

Moribus atq; eui gaudent curmaq; tribuque

Purpureiq; patres.

Vult dicere senatus populusque Rom. & equester ordo. populum
appellat *tribus*: Sic *Florus* libro II cap. VI, aliique. alii plebem à popu-
lo separant. & illam tribuum appellatione notant. Extat *vetus in-*
scriptio, quæ hoc manifesto docet; ita autem habet.

IMP. T. CÆSARI

DIVI. F.

VE SPASIANO. AVG.

PLEBS VRBANA

QVÆ FRVMENTVM

PUBLICVM ACCEPIT

ET TRIBVS.

Plinius Panegyrico: *Nisi vero leniter attingi placet locuples atq; tribus da-*
sumque

tumque congiarium populo. Martialis libro VIII:

Dat populus, dat gratas eques, dat thura senatus,

Et libant Latia tertia dona tribus.

Inde est quod *tribulus*, pro paupere & egeno ac capite censo sumitur. *Horatius;*

Vt cum pileolo soleas conuina tribulis.

Martialis:

Nunc anus & tremulo vix accipienda tribula.

Idem:

Nec pallens toga mortui tribulis.

Manilius eleganter istos tribules *turbam* sine nomine vocat sub *finens* lib. V:

Vtque per ingentem populum describitur urbem,

Præcipuumq; Patres retinent, & proximum eques

Ordo locum, populumq; equiti, populoque subire

Vulgus iners: videas etiam sine nomine turbam.

Vulgus iners, plebs est: sine nomine *turba*, sunt tribus.

Cohortibus urbanis quingenos] Tacitus hanc partem omisit: neque assentior iis qui negligentiam scribarum id acceptum ferunt, & locum interpolant ex Suetonio. Passim in optimæ notæ auctoribus tales omissiones obseruamus: quæ si ad institutum sermonem non sunt penitus necessaria, cur scribis potius quam scriptoribus eas tribuamus, causâ non est. De errore interpretum *Dionis*, qui in hac sententia *πολιτικὸν πλῆθος* partim vertunt *perperam*, partim emendant *præue*, affatim cum Deo dicemus ad *Polybium*.

Quam summam representari iussit] An dicit, summam illam tantum quæ legionariis est legata? an potius de omnibus legatis intelligit quæ hæcenus sunt exposita? Hoc puto verius: inde illa *scurræ*, imo vulgi *querela* lib. III. cap. LVII.

Confiscatam semper repositamq; habuerat] *Confiscatam* *δοτεδωσαι* *επιμένει*, in filiis conditam & seruatum. *Glossarium*, *confiscat* *τεμοῖ*, *δημένει*. In altero *ταμῶχος*, *penarius*, *confiscator*, *cellarius*.

Reliqua legata varie dedit] Ita omnes lib. nostri. Alii, *varie edidit*. nihil muto, & simpliciter ad diem refero præstitam soluentis legatis reliquis. Placet si codd. addicerent, *varia varie edidit*. Sed cum acrius hunc locum intueor, non abest quin ita scribendum sit, *reliqua legata varie dedit; produxitq; quedam ad vicena sestertia: quibus soluenda*

uendū annum diem finit. vel potius annuam. sic enim I. C. loquuntur:
 & ita hic quidam libb. Reperi in quibusdam pro *vicena sestertia, vi-*
cies sestertium.

Quibus soluendis annum diem finit] Vt tribus pensionibus soluerentur: quæ fuit vſitata testamentorum clausula.

Nec plus peruenturum ad heredes suos] Detracto si quid fuit æris alieni, & legatis persolutis, redditisque suis bonis eorum liberis qui Augustum heredem fecerant. qua de re ante diximus.

Quam millies & quingenties] Æstimatione *Budæi* quæ si non exactissime vera, proxima tamen veræ est, fuerint tricies septies centena millia aureorum, & insuper quinquaginta milia.

Quamuis viginti proximis annis quaterdecies millies testamentis amicorum percepisset] Quis non stupeat ad hanc summam? quam idem ille profundissimæ eruditionis vir non minorem existimabat quinque & tricies centenis myriadibus aureorum coronatorum: hoc est trecenties & quinque centenis millibus.

Iulias filiam neptemq;] Melius quam *Dio*, qui de nepte filet. Rursus eo auctore, *Iuliæ* filiæ testamento patris legati nomine ali- quid saltem aspersum: quod tacet *Suetonius*.

Venerit sepulcro suo inferri] Veteres quos oderant à suo sepulcro & mortuos arcebant & viuos. *Isæus* oratione de hæreditate *Astyphili*, ὅτε ἀπέθνησκεν *Ευδουράτης* ὁ πατὴρ *Ἀστυφίλου*, ἐπέσκηψε τοῖς οἰκείοις μνήματα ποτὲ ἁρῶν ἐλθεῖν ἢ ἴθις δὲ πῦρ ἐπὶ τὸ μνήμα τὸ ἱαυῦ.

Vno mandata de funere complexus] Vno vt apud Hebræos primo. *Dio*, Ἐχέσθη το δὲ ἐν μὲν τῷ πρώτῳ ὅσα τῆς ταφῆς εἶχοντο.

Altero indicem rerum à se gestarum] Eodem ordine *Dio*. Ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ τὰ ἔργα ἃ ἔσχεξε πάντα. Huius indicis exemplum olim in *Asiam* allatum, indeque clarissimi viri *Augerij Bubequij* beneficio in *Europam* relatum, si infra describerem, & notis illustrarem, recte & pro bono facturum me putavi. Est enim prorsus, quod aiunt, ex tristissimo naufragio quantiuis pretii superstes tabula.

Quem vellet incidi in aneis tabulis] appellat tabulas *κατεχρηστικῶ- περον*, quæ potius pilæ erant dicendæ: ita enim in *Isapde Ancyrano*: *Dio* quoque *σίλας* nominat: nihil tamen mutandum censeo, omnibus MSS. mordicus hanc lectionem retinentibus. nempe tabulæ appellantur, quadratæ pilæ facies. quæ præstant vſum tabularum, et si proprie tabulæ non sunt. Græci quoque *σίλας* appellant *λίθους*

κυβοειδῆς. Sic plurima dicuntur ex antiqua consuetudine, vt notum est. *Polyb. lib. III* pilas æreas huiusmodi, modo πῆλας nominat, modo χαλκώματα. Mouet tamen nonnihil verbum *statuerentur*, quod videtur pilis potius conuenire.

Quantum milium sub signis vbique esset] Viterb. & Memmi-
nus, *essent, αὐτῶν τὸ σημαζόμενον, ἤ τε τυράνην, ἢ ὡς φάσαν ἢ πλινθῆς.*

MONUMENTVM ANCYRANVM

EX IVSTI LIPSI AVCTARIO.

Ancyrae in suburbio.

Series

I.

RERVM GESTARVM DIVI AVGVSTI QVIBVS ORBEM
TERRARVM IMPERIO POPVLI ROMANI SVBIECIT
ET IMPENSARVM QVAS IN REMPVBLICAM PO-
PVLVMQVE ROMANVM FECIT INCISARVM IN
DVABVS AHAENBIS PILIS QVÆ SVNT ROMÆ
POSITÆ EXEMPLAR SVBIECTVM.

ANNOS VNDEVIGINTI NATVS. EXERCITVM PRIVATO.

CONSILIO ET PRIVATA IMPENSA COMPARAVI (1) TERQVE-
M.... FACTIONIS. OPPRESSAM. IN. LIBERTATEM.

(2) VINDICAVI.... DECRETIS. HONORIFICIS. ORDINEM.

(3) SVVM.

.....

.....

.....

Cætera desiderantur.

1. TERQ. M.... Palam est eum loqui de primo exercitu com-
parato. Igitur expleam, PERQVE. M. ANTONI. FACTIONIS. quod
valet Factiones, vt lapide hoc plerumque scriptum. Si placet ter-
narius numerus: possis legere, TERQVE. MEAM. PATRIAM. FA-
CTIONIB. id est Factionibus. Ter autem, nempe primo Antoniano
bello, Philippico, Actiaco.

2. VIN-

2. VINDICAVI ... Explico, si prior nostra coniectura se-
det, R E M P.

3. SVVM: Puto fuisse, Summum: Summus ordo, senatus est.

II.

PATRICIORVM: NVMERVM: AVXI. CONSVL. QVINTVM.
IVSSV. POPVLI. ET: SENATVS: SENATVM. TER. LEGI ET.
IN: CONSVLATV: SEXTO: CENSVM: POPVLI. COLLEGA. M.
AGRIPPA. EGL: LVSTRVM: POST: ANNVVM: ALTERVM. ET.
QVADRAGESIMVM: FECL. (LEGI) QVO: LVSTRO. CIVIVM.
ROMANORVM: CENSITA. SVNT. CAPITA. QVADRAGENS.
CENTVM. MILLIA. ET: SEXAGINTA: TRIA. CVM.
NVPR: LVSTRVM: SOLVS. FECL LEGI. (1) CENSORVN ... SINIO:
COS: QVO: LVSTRO: CENSA. SVNT: CIVIVM: (2) ROMANORVM ...
QVADRAGENS. CENTVM: MILLIA. ET. DVCENTA. TRIGINTA.
TRIA. ... IN: CONSVLATV. PL. CVM. NVPERIME:
LVSTRVM. (3) CVM. LEGA. TIBERIO. SEXTO. POMPEIO. ET. SEXT.
APVLEIO. COS. QVO: LVSTRO (4) ROM. CAPITVM. QVADRAGENS.
CENTVM: MIL ... IGINTA. ET: SEPTEM. MIL. LEGI. PNO.
.... EXEMPLA: MALORVM. EXOLESCENTIA. IAM. EX. NOS ...
MVLTVRVM: RERVVM. EXEMPLA: IMITANDA ...

Hac etiam desiderantur.

1. CENSORVM puto sic: CENSORINO. ET ASINIO. qui Coss.
fuere anno DCCXLVII. Quod Dio solitarius hunc censum referre
videtur ad annum DCCLVII: de recensu Italico tantum agit.

2. ROMANORVM. ... In hiatu scribe, CAPITA.

3. CVM LEGA. Facito CONLEGA.

4. Exple, CENSA. SVNT.

III.

HONORIS. MEI. CAUSA SENATVS. POPVLVSQVE. RO-
 MANVS. ANNUM. QVINTVM. ET. DECIMVM (1) AGENTIS.
 CONSVLIS. DESIGNAVIT. VT. (2) CVM. MAGISTRATVM. INIRENT.
 POST. QVINQUENNIVM. EX. EO. DIE. (3) DEDUCTI. IN.
 (4) EORVMVE. INTERESSENT. CONSILIIIS. PVBLICIS. DECREVIT.
 SENATVS. BQVITES. AVTEM. ROMANI. VNIVERSI. PRINCIPEM.
 (5) ... HASTIS. ARGENTIS. DONATVM. APPELLAVERVNT.
 LIBRI. ROMANI. VIRITIM: (6) ..CENOS. NVMERAVI. EX. TESTAMEN-
 TO. PATRIS. MEI. ET. (7) NOMINI. MEO. (8) ... DRINGENOS. EX.
 BELLORVM. MANVBUS. CONSVL. QVINTVM. DEDI. ITERVM.
 AVTEM. IN. CONSVLATV. DECIMO. EX. PATRIMONIO. MEO.
 BIS. QVADRINGENOS. CONGLARI. VIRITIM. ITERVM. ARE.
 MERVLI. ET. CONSVL. VNDECIMVM. DVODECIM. FRUMENTATIO-
 NES. FRUMENTO. PRIVATIM (9) COLVMELO. EMENSVS. SVM. .
 ET. TRIBVNICIA. POTESTATE. DVODECIMVM. QVADRINGENOS.
 NUMMOS. TERTIVM. VIRITIM. DEDI. (10) QVALL. MEA. CONGLARIA.
 FRUMENTI. (11) ... NVM. NVNQVAM. MINVS. QVINQVAGINTA. ET.
 DVICENTA. ... SIA. (12) DVODEVIGINTESIMVM. CONSVL. TRECENTIS.
 ET. VIGINTI. MILLIBVS. PLEBIS. VRBANE. SEXAGENOS. SEX-
 AGENOS. DENARIOS. VIRITIM. DEDI. ET. QVINIS. MILLIVM.
 MEORVM. CONSVL. QVINTVM. EX. MANIBUS. VIRITIM. MILLIA.
 NUMMVM. SINGVLA. DEDI. ACCEPERVNT. ID. TRIVMPHALB.
 CONGLARIVM. IN. COLONIAS. HOMINVM. CIRCI. TER. CENTVM.
 ET. VIGINTI. MILLIA. CONSVL. TERTIVM. DECIMVM. SEXAGENOS.
 DENARIOS. PLEBI. QVA. TVM. FRUMENTVM. PVBLICVM. (13) ACC. DEDI.

i. Valet, Agentes Consules: estq; sermo de L. & C. Casaribus.

2. Puto, EVM. 3. puto, QVO. 4. Facio, FORVM. & diuido, VT
 INTERESSENT. sententia longe alia. 5. Explerem Ivv.c. id est, prin-
 cipem iuuentutis Caium. 6. substituo, CENTENOS, VICENOS.
 ex *Dionis* XLIV. qui diferte scribit Octavianum ipsum ita tradidisse
 (hic nimirum) et si alii (inter quos Suetonius) trecenos scribant.
 7. Valet, Nomine. 8. Scribe QVADRINGENOS. ex *Dionis* LI. qui
 exprimit hanc ipsam summam congiarii, in eodem V consulatu.
 9. Fac. COEMPTO.

10. Puto, QVALIA MEA. II. Expleo, MEDIMNV. 12. Erravit scul-
 ptor largiter, faciendumque DVODECIMVM. 13. Facio, ACCEPIT.

III. *Series continuatio.*

EA MILLIA HOMINVM: PAVLO: PLVRA: QVAM DVCENTA.
 FVERVNT. (1) AGRIS. QVOS. IN. CONSVLATV. MEO. QVARTO. ET.
 POSTEA. CONSVLIVS. (2) MARCO. ET. CN. LENTVLO. AVGVRE.
 ADSIGNAVI. MILLITIVS. SOLVI. MVNICIPALIS. PA. (3) ERTIVM.
 CIRCI TER. SEXGENS IM. ITINERIS. EMIT. QVAM. ROMANIS.
 (4) ERA. NVMERAVI. QVOD. PRO. AGRIS. PROVINCIA-
 LIBVS. SOLVI. VNVS. ET. SOLVS. OMNIVM. QVI. DEDVXERVNT.
 COLONIAS. MILITVM. IN. PROVINCIIIS. AD. MEMORIAM. ETATIS.
 MEAE. FECL. POSTEA. NERONE. ET. CN. PISONI. CONSVLIVS. ITEM-
 QVE. (5) GANTISSIMO. ET. D. LELIO. CONSVLIVS. ET. (6) L. CANINIO.
 ET. Q. FABRICIO. CONSVLIVS. (7) QVOS. EMERITIS. STIPENDIIS.
 IN. SVA. MVNICIPALIA. (8) PRÆM. PERSOLVI. QVAM. (9) IN. SEST.
 MILI. IMPENDI.
 QVATER. (10) AVI. ERARIVM. ITA. VT. SESTERTIVM. MILLIA.
 QVINGENTA. DED. RAVI. ERARIO. DETVLL.
 QVOD. EX. CONSILIO. MILLITIVS.
 QVIN.
 MERVISSENT. HS. MIL.
 O. DETVLL.
 (11) CN. P. LENTVLO.
 VLES. FVERVNT. CVM. D. CERENT. CENTVM.
 MILLIBVS. HOMINVM. O. ERV.

1. Videtur legendum. PRO. AGRIS. 2. Intelligit M. Licinium
 Crassum. 3. Fuit, SESTERTIVM. 4. PRÆTORIBVS, exple. Nam hi tunc
 Erario præerant. 5. C. ANTISTIO. reponito. 6. Horum alter hodie
 non in Fastis, & male hunc C. prænominant. 7. Expleam MILITI-
 BVVS. 8. Malim REMISI. 9. Fuit, QVAM. IN. REM. 10. Anne ADMINI-
 STRAVI? Intelligit duos Lentulos vna consules, an. DCCXXXVL

Opposito latere

Series

I.

CVRIAM. ET. CONTINENS. ET. (1) CHALCHIDICVM. TEMPLVMQVE
 APOLLINIS. IN. PALATIO. CVM. PORTICIBVS. AEDEM. DIVI. IVLII.
 LUPERCAL. PORTICVM. AD. CIRCVM. FLAMINIVM. QVEM. SVM.
 APPELLARI. PASSVS. EX. NOMINE. EIVS. QVI. PRIORFM. EODEM.
 IN. SOLO. FECERAT. OCTAVIANI. PVLVINAR. AD. CIRCVM.
 MAXIMVM. AEDES. IN. CAPITOLLO. IOVIS. FERETRI. ET. IOVIS.
 TONANTIS. AEDEM. QVIRINIS. AEDES. MVNDO. ET. IVNONIS.
 (2)... ET. IOVIS. LIBERTATIS. IN. AVENTINO. AEDEM. LARVM.
 IN. SVMMA. SACRA. VIA. AEDEM. DEVM. PENATIVM. IN. VELLIA.
 AEDEM. IVVENTATIS. AEDEM. MATRIS. MAG. DELIAE. IN. PALACIO. FECL
 (3) SERTORIVM. ET. POMPEIVM. THEATRVM. VTRVMQVE.
 OPVS. IMPENSA. GRANDI. REFECL. SINB. VLLA. INSCRIPTIONE.
 NOMINIS. MEL. RIVOS. AQUARVM. COMPLVRIBVS. LOCIS. VETVSTATE.
 LABENTES. REFECL. ET. AQVAM. QVAE. (4) MARIA. APPELLALVR.
 DVPLICAVL. FONTF. NOVO. IN. RIVVM. EIVS. IMMISSO. FORVM.
 IVLIVM. ET. BASILICAM. QVAE. FVLIT. INTER. AEDEM. CASTORIS.
 ET. AEDEM. SATVRNI. CAEPTA. PROFLIGATAQVE. OPERA. A.
 PATRE. MEO. PERFECI. ET. EANDEM. BASILICAM. (5) CONSVMMATAM.
 IN.....AMPLIATO. EIVS. SOLO. SVB. TITVLO..... (6) NOMINIS.
 FILLORVM. (7)... VIVVS. NON. PERFECISSEM. PERFECI. AB. HAE-
 REDIBVS (8) VIRGINE. EXEMPLVM. DEVM. IN. VRBE. CONSV..
 FECL. FLVULO. PRAETERMISSO. QVOD. TEMP..... FE.....
 1. *Dionem* vide LI, in actis anni DCCXXV. 2. Forte MINERVAE,
 quia iungi haec tria numina Romanis solita.
 3. Plane non capio 4. MARTIA. 5. Elle debeat CONSVMMPTAM
 INCENDIO. AMPL. 6. Puto. C. & L. 7. CVM S. AQUA.

*Continuatio I. Seriei,
opposito latere.*

VLTORIS. TEMPLVM. (1) QVORVMQVE. AVGVSTVM. ET. TEMPLVM.
 APOLLINIS. IN. SOLO. MAGNAM. PARTEM. (2)EMPTO. FECI.
 QVOD. SVO. NOMINE. M. MARCELLI. (4) VENERI..... MANIBVS.
 IN. CAPITOLIO. ET. IN. AED. DIVI. IVLII. ET. IN. AED.
 APOLLINIS. ET. IN. AED. VESTÆ. ET. IN. TEMPLO. MARTIS.
 (5) VICTORIS. CONSECRAVI. QVÆ. MIHI. CONSTITERVNT. CIRCITER.
 MILLIENS. AVRI. CORONARI. PONDO. TRIGINTA. QVINQUE.
 MILLIVM. MVNICIPIIS. ET. COLONIS. ITALIÆ. CONFERENTIBVS.
 (6) AC. TRIVMPHOS. MEOS. QVINTVM. CONSVL. (7) REMISI. ET. POSTEA.
 QVOCIESCVNQVE. IMPERATOR. M. AVRI. CORONARIVM.
 NON. ACCEPI. DECERNENTIBVS. MVNICIPIIS. ... QVÆ. ANTE. DECREVERAM.
 TEMPVS. DEFVNGTARVM. AFRICANARVM.
 MEQ. NOMINE. AVT. FILLIORVM. MATORVM.
 ET. NEPOTVM. IN. CIRCO. AVT. IN. FORO. AVT. IN.
 AMPHITHEATRIS. POPVL. QVIBVS. CONFECTA. SVNT. BESTIARVM.
 CIRCITER. TRIVM. MILLIVM. ET. QVINGENTA. NAVALIS. PRÆLII.
 SPECTACVLVM. (8) POPVL. LIBERVM. IN. QVO. LOGO. NVNC.
 NEMVS. EST. CÆSARVM. CAVATO. (9) LONGITVDINE. MILLE.
 ET. OCII. INGENTOS. PEDES. IN. LATITVDINE. PEDES. DVCENTI.
 IN. QVO. TRIGINTA. ROSTRATÆ. NAVES. TRIREMESQVE. PLVRIMÆ.
 (10) RVMORES. INTER. SE. CONFLIXERVNT. (II) RVNT.
 PRÆTER. REMIGES. MILLIA. CIRCITER.

1. FORVMQVE. 2. A. ME. 3. SVB. 4. Restituo hæc : GENERL.
 DEDICAVI. E. MANIBIIS. 5. VLTORIS. 6. AD. 7. Hoc ipsum Dio
 notat in isto ipso consulatu, l. 8. è Suetonio legam POPULO. EXHI-
 BVI. AD. TIBERIM. IN. QVO. LOCO. 9. SOLO. IN. 10. Lego:
 PRÆTER. MINORES. INTER. II. CECIDERNT.: vel OCCVBE-
 RVNT.

AMB. GENTES. THORVM. ET. MEDORVM,

IN: CONSUEATV.

Cætera quoque, corrola & corrupta.



IN. ANCYRANVM MARMOR.
ISAACI CASAVBONI
ANIMADVERSIONES

Vlvo Augusto aras & templa fuisse in prouinciis posita testantur & historici & alia prisca eius monumenta. Primus ipse hoc in honorem patris sui vel imperauerat, vel petentibus concesserat, ut est apud Dionem Lib. LI. Quod postquam semel institutum est, pleraque prouincia exemplum secuta, pro magna beneficio postularunt sibi ius dari ara ponenda, aut templi, in aliqua suarum urbium, ubi communis nomine populi totius prouincia honoris eius causa, & sacra facerent & ludos ederent: talis in Gallia Lugdunensis ara, ad quam sexaginta populos conuenire solitos refert Strabo: talis in altera Gallia parte ara Narbonensis, & in aliis prouinciis alia tum Augusto, tum Iulio Casari posita: tanto quidem studio & adulatione, ut earum urbium incola qua huiusmodi templa apud se haberent, non alio magis nomine superbirent, quam quod essent istorum υποκυριου numinum aditui: quemadmodum olim in senatu Romano Latorium esse locutum refert Suetonius libro II capite V. Sic interpretor veteres illos nummos in quibus extat vox ΝΕΩΚΟΡΩΝ. cuiusmodi sunt cum alii, tum isti ΚΑΙΣΑΡΕΙΑ ΣΕΒΑΣΤΑ. ΝΕΟ.

ΝΕΩΚΟΡ. ΙΟΥΑΙΟΣ ΘΕΟΣ & ΜΑΜΕΡΤΙΝΩΝ ΝΕΩΚΟΡΩΝ. *Anti-*
quarū, quorum diligentia & industria plurimum debemus,
falso existimant, in huiusmodi nummis vocem νεωκόρ idem si-
gnificare ac νεώκος, quae Graeci sermonis imperitia pluribus
arguenda non est. Sunt etiam nummi in quibus adiecta parti-
cula δισ. ut ΚΝΩΣΙΩΝ, ΔΙΣ ΝΕΩΚΟΡΩΝ, & ΜΕΣΣΑΝΙΩΝ ΔΙΣ
ΝΕΩΚΟΡΩΝ. Ea voculaputem (si ullus in re perobscura conie-
cturæ locus) geminum templum notari, alterum D. Iulio, alte-
rum D. Augustofacrum. Porro inter alias urbes qua mature
templum Augusto extruxerunt, urbs Ancyra fuit. Nam sibi di-
uinos honores Augusto viuo fuisse exhibitos, testis ipse in edito,
quod refert Iosephus in Originum lib. XVI cap. X. verba edi-
cti sunt, τότε ἤρξατο τὸ δοῦν μοι ἅπ' αὐτῶν ἡσθ' τῆς ἐμῆς εὐσεβείας ἧς ἔχω
πρὸς πάντας ἀνθρώπους, καὶ ἅπ' Καίου Μάρκου Κηρωεῖν, καὶ τὸτο τὸ διάταγμα
καλέω ἀνατιθεῖν ἐν ὀπισθιατάφῳ τὸτῳ γεννηθέν μοι (malim ἀνατιθεῖν
μοι) ὑπὸ τῷ κοινῷ τῆς Ἀσίας ἐν Ἀγκύρῃ, ἕξ δέπτε ἑξαβῆτι ἔσ' ἑρρημῶν, δά-
σαι δὴν καὶ μετέωρ. ἐκυλογορηθῆ ἐν τῷ Κάσπαρ, καὶ. Vulgo legitur in Iose-
phi codd. ἐν ἀφῶρῃ: nullo sensu. Quare etiam Rufinus Iosephi
vetus interpres ea verba omisit. Sed ducit nos in magno opere
De emend. temporum Iosephus Scaliger, unicum literarum
decus, legendam esse Ἀγκύρῃ. qua coniectura meo Iudicio nihil
certius. Et si subitmirari, cur commune Asia ei patius ciuitati
illum honorem habuerit, quam Epheso, qua erat per illa tempora
αἰχμηα & velut metropolis Asia. At Ancyra non Asia sed Gala-
tia tantum metropolis erat. Sed causa fortasse fuit, quod Augu-
stus peculiari cura & amore hanc urbem prosequeretur. Repe-
rio enim etiam conditorem Ancyra Augustum fuisse: cuius rei
auctorem habeo Iohannem Tzetzem, qui id narrat chiliade
prima, capite de Mida. Olim non totius Galatia, sed partis tan-
tum Tectosagum metropolis ea urbs fuit. verum postquam tota
Galatia per Augustum in unam prouinciam est redacta, totius
Galatia caput esse cepit: quod non ex Strabone discas, quem
mirari satis non possum, tam leuem harum rerum fecisse men-
tionem

nionem: sed existat veteri inscriptione quam Roma extare testimonio doctorum viroorum discimus.

Α. ΦΑΒΙΟΝ.

ΚΕΙΛΩΝΑ

ΤΟΝ. ΚΑΜΠΡΟΤΑΤΟΝ

ΕΠΑΡΧΟΝ ΡΩΜΗΣ.

ΥΠΛΑΤΟΝ. ΤΟ Β.

Η. ΜΗΤΡΟΠΟΛΙΣ.

ΤΗΣ. ΓΑΛΑΤΙΑΣ,

ΑΝΚΥΡΑ.

ΤΟΝ. ΕΛΥΤΗΣ.

ΠΡΟΣΤΑΤΗΝ.

Hinc est quod legimus apud Suidam, Ancyranos dictos esse, qui olim appellabantur ΕΛΛΗΝΟΓΑΛΑΤΙ. Auctor Itinerarii antiquissimi à Petro Pithoeo editi, hanc urbem nunquam ancyram simpliciter: sed semper cum adiectione Ancyram Galatiâ aut Galatia nominat. Similiter & Greci. Ἀγκυρῶν τῆς Γαλατίας ut apud Epiphanium lib. III in Marcello Ancyrano. vel una voce Ἀγκυρογαλατίας, ut apud Athanasium in epistola quadam patrum Sardicenfium. Mortuo Augusto quin multa ambitiose decreta in eius honorem fuerint & Ancyra & in aliis plerisque provinciarum, nemo dubitabit qui eorum temporum adulationes noverit. Tunc temporis videntur Ancyrani & petisse & impetrasse à Senatu facultatem transferendi in templum Augusti quod in ipsorum urbe erat, hunc rerum gestarum eius indicem. quem manu Gracorum lingua Latina prorsus imperitorum fuisse vel Roma descriptum, vel postea sculptum, res clamat ipsa: adeo multa sunt perperam & contra omnem Latinitatem expressa. Multa in hoc nobilissimo vetustatis monumento nuper erudite animadversa sunt ab eruditissimo clarissimoque viro Iusto Lipsio; conabimur & nos aliquam illi lucem ex historia adferre.

ET IMPENSARVM QVAS IN REMPVBL. POPVLVMQVE ROMANVM FECIT Non parum gloriari solitus fuit hoc nomine Augustus, ut refert Dio non vno loco: & in testamento quoq; suo

feco-

fecerat idem harum impensarum mentionem. Breuiter indicant illa apud Suetonium in compendio earum tabularum, *Quod pene omne cum duobus paternis patrimoniis, ceterisque hereditatibus in Rempub. absumpsisset.*

ANNOS VNDEVICINTI NATVS] *Velleius paterculus lib. II, c. C. Caesar XIX annum ingressus, mira ausus, ac summa consecutus, priuato consilio, maiorem senatu pro Republ. animum habuit. vbi vides adulationem hominis: ambitiose enim vsus est voce ingressus. Melius Augustus, natus: nam anno qui præcessit cædem Iulii, nono Kal. Octob. ingressus annum XIX. erat, ac iam totum ferme confecerat, quando contra Antonium pro optimatibus bellum primum suscepit. Atque hæc Octauii ætas in equestri statua fuerat notata, quæ ei senatus in Rostris posuerat, teste eodem Velleio. Florus, qui Octanium quando furori Antonii cœpit resistere, ait fuisse intra decem & octo annos tenerum, ad calculum Octauii annos parum exegerat.*

EXERCITVM PRIVATO CONSIDIO ET PRIVATA IMPENSA COMPARAVI] *Florus de Octauio: renocatus ad arma veteranus, priuatus, quis crederet? consulem aggreditur. Idem elogium ab historicis etiam Pompeio non multo natu grandiori tribuitur. Velleius, lib. 29: Cn. Pompeius XXIII annos natus, abhinc annos CXIII priuatus vi opibus, ira consilii, magna ausus, magnificeq. conata exsecutus ad vindicandam, restitueudamq. dignitatem patriæ, firmum ex agro Piceno, qui sorsu paterni eius clientelæ refectus erat, contraxit exercitum.*

ORDINEM SVVM] Nihil putem mutandum in his verbis, sed sententiam aperte mutilam, ita explendam, *senatus decretis honorificis ordinem suum mihi communicauit, vel in ordinem suum me adsciuit.* Decreta quæ ait, nota sunt ex Cicerone & historicis. Dio inter alia istud fuisse ait, τὸ βυλλέειν καίματα ἐν τοῖς πατριμικαῖς. quo dicendæ sententiæ ius inter quæstorios Octauio tributum.

PATRIORVM NVMERVM AVXI CONSVL QVINTVM] Postrema verba non carent difficultate, siue illa cum præcedentibus coniungas, siue cum sequentibus: sapius enim Augustus & patriciorum numerum auxit, & senatum legit. Vide Dionem in secundo eius consulatu lib. XLIX, & lib. LII. sub finem in actis anni DCCXXV. qui COSS. habuit Casarem V & Sex. Apuleium. De eo anno loquitur hic Augustus: nam eodem & senatum ordinavit, & patricias gentes suppleuit.

CON-

CONSVLATV. SEXTO. CENSVM. POPVLI
COLLEGA. M. AGRIPPA. EGI] Huc refer notam *Euse-*
bii in Chronico ad numerum MDCCCCLXXXIX. *censu Roma agi-*
tato inuenta sunt ciuium Romanorum XLI centena & LXIII millia.

IVSSV POPVLI ET SENATVS] *Dio lib. XLIX. ἑπιση-*
μένως τῆς βουλῆς. & lib. LII. τῆς βουλῆς οἱ δῆθεν ἐπιτροπείας. de populo
altum silentium: *Tacitus* contra, lege *Senzia* hoc negotium Augu-
sto fuisse mandatum scribit. Vere igitur Augustus iussum se ait à
populo & senatu.

IN CONSVLATV SEXTO CENSVM POPVLI COL-
LEGA M. AGRIPPA EGI] Anno priore consul quintum cen-
suram sine regimen morum susceperat Augustus: sed census eo an-
no non est actus: cum maximam eius partem Roma afuerit.

LVSTRVM POST ANNUM ALTERVM ET QVA-
DRAGESIMVM FECIT] Tot anni sunt à nouissimis censo-
ribus Cn. Lentulo & L. Gellio, qui lustrum condiderunt anno
DC LXXXIV ad hoc lustrum Augusti anno DCXXVI factum.

FECI, LEGI] *Facere lustrum & condere lustrum Latina sunt. Lu-*
strum legere quid sit nescio. Ita tamen mox iterum sculptum: meo
iudicio latet mendum.

CVM NVPER LVSTRVM SOLVS FECI] Si ita scri-
psit, *nuper* posuit pro postea.

ASINIO COS.] Anno vigesimo post lustrum superius
V. C. DCCXLI.

IN CONSVLATV FI.] Hæc verba nihil hic significant:
prorsusque erratum lapidæ esse videntur.

CVM NVPERRIME] Anno vno & vigesimo post pro-
ximum lustrum V. C. DCCLXVII. Ex hoco apparet paucis die-
bus ante suum ex Vrbe nouissimum discessum, scriptum hoc ab Au-
gusto breuiarium. *Suetonius lib. II cap. XCVII.*

CVM LEGA TIBERIO] *Suetonius lib. III cap. XXI.*

MIL. . . . IGINTA ET SEPTEM MIL.] *Scr. millia*
triginta & septem millia. Postrema vox vacat: non enim solet addi
à Latine loquentibus: tamen ferri potest: & fortasse ita paullo an-
te expleri debent lacunæ post vocem tria, duobus locis. Ad hunc
porro censum pertinent *Eusebii verba in Chronico ad numerum*
MMXXVIII: Augustus cum Tiberio filio suo censum Roma agitans in-

menit hominum nonagesies tercentena millia, cuius loci immaniſſimum numerum, ex hoc lapide corrigendum eſſe recte obſervat *Ioſephus Scaliger*.

LEGI PNO. EXEMPLA MAIORVM] Legi ad ſuperiora referri non poteſt. Scribo lectus Pontifex Max. *Suetonius lib. II. de Augusto Pontifice maximo: nonnulla etiam ex antiquis ceremoniis abolita reſtituit, ut Salutis Augurium. Diale Flaminius, Sacrum Lupercale, ludos ſeculares & compitalitios. De eodem ſtudio Auguſti imitandi exempla maiorum vide cap. LXXXIX. Horatius de eodem,*

*Et veteres reuocauit artes,
Per quas Latinum nomen & Itale
Creuere vires, famaue & imperi
Porrecta maieſtas ad ortum
Solis ab Heſperio cubili.*

EX NOS,] Scribe ex noſtra Rep.

MVLTVRVM RERVM EXEMPLA IMITANDA] ſententia tale quid poſtulauit, multarum rerum imitanda propoſui, aut ſic potius multa reſtitui, aliaque exempla imitanda propoſui. Videtur enim duplicem laudem ſibi tribuere; quod fugientia maiorum inſtituta reuocauerit, quodque multa ipſe egregia inſtituerit, quæ futura ſint exempla poſteris ad imitandum propoſita.

ANNVM QVINTVM ET DECIMVM] Hoc fortaliſſe verum de Lucio: nam Caium XIV natum annos creatum fuiſſe conſulem ex *historia Dionis & veteri lapide*, qui hoc diſerte continet, notum eſt. Quod igitur in altero verum erat, vtrique *Κωνσταντῶς* Auguſtus tribuit.

AGENTIS] Scribe agentes filios.

CONSVLES DESIGNAVIT] *Suetonius cap. LXIV. Sed vide hiftoriam Dionis in anno DCCXLVIII, libro LV.*

INTERESSENT CONSILIIIS PVBLICIS] vide ſupra ad cap. XXXVIII.

PRINCIPEM HASTIS ARGENTEIS DONATVM APPELLAVERVNT] Mirum ita Auguſtum loqui, quaſi alter tantum filiorum eo honore fuerit affectus: nam certum eſt, ambos principes iuuentutis eſſe appellatos. etiam de haſtis argenteis diſſentit *Dio*, qui aureas vult fuiſſe *lib. LV.*

LIBRI

LIBRI ROMANI VIRITIM] *Pro liberis Romani viritim.* sed, illud *liberis* emblemata est ascititium : nunquam enim Augustus ita locutus : verum, ciuibus Romanis, aut *tribubus Romanis.*

CENOS. NVMERAVI. EX TESTAMENTO PATRIS MEI] *Lego, Trecentos nummos (vel sestertios) num. Suetonius in Iulio Casare cap. LXXXIII. Populo hortos circa Tiberim publice & viritim trecentos sestertios legauit.* Sed notamus ad hæc verba Suetonii *Dionem*, quæ ipsam Octauium laudat, in numero dissentire, & pro trecentis ponere *centenos vicosos.* quare ita potius hoc quoque loco rescribendum fortasse fuerit.

CONSVL QVINTVM] post triumphum Actiacum, vide *Dionem lib. LI.*

IN CONSVLÂTV DECIMO] Reuersus ex bello Cantabrico. *Dio lib. LIII.*

BIS QVADRINGENOS CONGIARII VIRITIM] *Dio, τὰ δίδυμα καὶ ἐναλίδιον δεαρχαῖς δώσεν ἑκάτερο, id est, populo viritim quadringenos nummos daturum se promissit.* Quare bis hoc loco, si ita scripsit Augustus, valet, iterum, *καὶ αὖτις.*

ITERVM. ÆRE. MERVI. ET. CONSVL. VND.] Assensior viris eruditis, qui corrigendum putant, *iterum ære meo viritim consul undecimum.*

DVODECIM FRUMENTATIONES] videtur dicere toto illo anno se priuatis sumptibus aluisse turbam frumentantium : nam in anno duodecim frumentationes, id est, frumenti largitiones fiebant. Vide *cap XL.* De his gratuitis frumentationibus intelligit *Suetonius cap. XLI.*

EMENSVS SVM] *Suetonius dict. cap. viritim ad mensus est.*

TRIBVNITIA POTESTATE DVODECIMVM] Is fuit annus V.C. DCCLI, quo rediit Augustus Romam ex itinere Gallico, triennio ante suscepto. Eodem anno ludi votiui pro reditu Augusti à Tiberio Nerone Cos. sunt editi, & Augustus in locum Lepidi demortui Pont. Max. creatus, ludos pontificales ut videtur edidit. Hæ fuere causæ liberalitatis hoc tempore collatæ. Vide *Dionem lib. LIV.*

FRUMENTI NVM] *Lego cum Lipsio, frumenti medimnum :* sed hæc verba importune huc intrusa sunt : nam oratio ita fuerat

fuerat continuanda, *Qualia mea congiaria nunquam minus quinquaginta & duo.*

QUALIMEA CONGIARIA FRUMENTI NUMJ

Conclamatus per me locus, ad cuius lucem, neq; nos olim, neq; alii post nos afferre quicquam potuimus quod videatur vel mediocriter probandum. Omnino apparet Ancyranos usos esse in monumento hoc in saxum incidendo opera lapicidæ & negligentissimi & linguæ Latinæ ignarissimi : quod in urbe Asiæ ita accidisse, ubi nulla admodum Latinæ linguæ notitia erat, mirari nemo debet: quum etiam Romæ & in Italia ab id genus hominibus similia per sæpe peccarentur. Hæc sunt quæ Cicero appellat *errata fabrilis ad Atticum lib. VI. epistola prima.*

DVODECIMVM CONSVL] Hoc anno Caium filium Augustus die tirocinii in forum solemnem cum pompa deduxit : quæ fortasse occasio fuit huius liberalitatis : nam ita solitum fieri, sequentium principum historiarum docent. *Suetonius cap. XXVI.*

TRECENTIS ET VIGINTI MILLIBVS PLEBIS VRBANÆ] Hæc fuit frumentantium turba ante Lolii Cæsaris recensum & ordinationem, qui ad centum quinquaginta millia eam rededit, ut narrat *Sueton. lib. I. cap. XXI.* Augustus, ut mox sequitur, & Dio testatur, τὸ Ἰσοδιόμενον πλῆθος εἰκοσι μυριάδας κατέλασα. Verum ad congiarium accipiendum quam ad frumentationes maior uti videtur, numerus admittebatur. Fortasse tamen etiam frumentum accipientium ante Augusti constitutionem hic numerus fuit, estque hoc illud πλῆθος ἀρείων quod vocat Dio lib. LV.

SEXAGENOS SEXAGENOS DENARIOS VIRITIM DEDIT] Tolle alterum *sexagenos*, vel fac *sexagenos senos*, aut *septenos*. Sic Claudius congiarium dedit, τοῖς Ἰσοδιόμενοις denarios septuagenos quinos. *Dio lib. LVIII.*

ET QVIVIS MILITVM MEORVM CONSVL QVINCTVM] Intelligit donatium quod dedit post illos tres triumphos, quos egit anno V. C. DCCXXV. Vox *quiuus* sine dubio corrupta ex numero militum qui congiarium acceperunt : qui cum expressus non sit ab historicis, iure tantum arbitrario constitui huius loci lectio potest. Lego autem, *Et quinquag. mill. militum meorum.*

IN COLONIAS HOMINVM CIRCITER CENTVM ET VIGINTI MILLIA] Deest verbum. Scribo *millia missi.* vide supra

suprà, cap. XLVI. non solum autem numerum deductarum colonia-
rum annotabant: sed etiam civium qui id beneficium acceperant.
Sic in Julio *Suetonius*: *Octoginta civium millibus in colonias distribuitis.*

CONSVL TERTIVM DECIMVM] Eo anno Lucium fi-
lium in forù deduxit, ut biennio ante Caium, sicut modo diximus.

IN CONSVLATV MEO QVARTO] Videtur referen-
dum ad historiam quam refert *Suetonius cap. XVIII.* cum Augustus
Brundisium venire coactus est, & desideria militum tumultuan-
tium ordinare.

CONSVLIBVS MARCO ET CNEO LENTVLO] Male
sculptum pro *M. Crasso & Cn.* non enim ita scripserat Augustus, ut
est expressum. Horum consulatus incidit in annum DCCXL. Vi-
de *Dionem lib. LIV.* In cuius verbis obscuram harum impensarum
Augusti mentionem reperio: ὁ Αὐγυς ἔ, inquit, πολλαὶ μὲν ἀναλώ-
σαι ὡς ἐργασίαι, πολλαὶ δὲ παρ' ἐτέρων λαβῶν ἀνακομιδῆν.

CIRCITER SEXGENSIM] Scribe *circiter sexagensim*. hoc
est, sexagies & semel centum millibus. *Sexagensim* pro sexagies, ea
consuetudine scribendi qua *rotiens, quotiens.* Quia tamen hic nume-
rus videtur infra modum pecuniæ expensæ in emptionem agro-
rum, fortasse scribendum *sexcenties, aut septingenties I.*

ITINERIS EMIT] Nihil hic video quod ad verborum re-
stitutionem: sententiam quidem satis certo assequi mihi videor:
commemorat enim agros à se militibus suis emptos, partim de mu-
nicipiis, partim de ipso pop. Rom. qui, ut videtur, agros publicos
nondum divisos aliquos habuit. Hos Augustus veteranis & legio-
nariis suis diuisit, & pretium illorum prætoribus qui ararium ad-
ministrabant numeravit. Hoc ni fallor Augustus voluit: sed viden-
tur omiſsa quædam verba. *Emi* saltem legendum, non *emit.*

ROMANIS ARÆ] Aliorum descriptio habet, *præ-*
quod firmat emendationem Lipsii *prætoribus.* Sed an ita locutus
Augustus *Romanis prætoribus?* non videtur, potius *Roma* scripsisse
cum putem.

QVI DEDVXERVNT COLONIAS MILITVM] Ut
Sulla, Iulius Cæsar, & triumviri. coloniarum militarium meminit
Velleius lib. priore.

QVATER AVI ÆRARIVM] Lego, *Qua-*
ter leuavi ararium, aut sustentavi. vult dicere quod *Dio* in actis
anni

anni DCCXXVI initio libri LIII. ἐπειδὴ χρημάτων πρὸ δημοσίου ἰδέντων, ἰδανείσασθαι πικρὰ, καὶ ἴδοντες αὐτὰ. *Leuare gratium*, pro inopiam gratii leuare, breuiter & eleganter dictum.

SESTERTIVM MILLIA QVINGENTA] scripserat fortasse, millies & quingenties.

CVRIAM. ET. CONTINENS. ET. CHALCIDICVM] Dio in quinto Augusti consulatu lib. LI. ἐπεὶ δὲ πάντα διελέσας, τό, τῆ Ἀθλίαιον, καὶ τὸ χαλκιδικὸν ὀνομασμένον καθίρωσσι, hoc ædificium postea Domitianus refecit, ut est auctor *Eusebius in Chronico, ad numerum MMCV.* ubi de Chalcidico plura beatæ memoriæ vir, *Iosephus Scaliger, ὁ πάρος ἔσθ'.*

CVM PORTICIBVS] Ex isto loco scribimus apud *Suetonium, cap. XXIIX*, quod fugit nos monere, *Addit porticus cum bibliotheca Latina Græcaque.* sic codd. Memmianus. Viterb. & Groslotii, non ut vulgo, *Addita porticus.*

PORTICVM AD CIRCVM FLAMINIYM, QVEM SVM APP. P.] Leue mendum falsi notam Augusto inurit. *Lege quam.* & de porticu CN. Octauii accipe, quam refecisse ait, & fuisse appellari veteri nomine. Ea fuit regione vrbis nona ad Circum Flaminium, ut hic Augustus narrat. & confirmat P. Victoris descriptio. Scribo deinde *Ὀκτανίαν*, non *Ὀκτανίαν*. puluinar Octavianiani nusquam legi: nec puto sic accipiendum.

ÆDES IN CAPITOLIO IOVIS FERETRII ET IOVIS TONANTIS] Hanc fecit primus: *Suetonius, Dio.* illam vetustate dilapsam refecit. *Liuius libro quarto.*

ÆDEM QVIRINIS] Barbare, pro *Quirini.* Dio in actis anni DCXXXIX. τὴν τῆ Κυρίνη ναὸν καθίρωσσαν ἐκ καινῆς οἰκοδομήσεως.

ÆDEM DEVM PENATIVM IN VELIA] Hanc quoque refecit non fecit. *Dionys. Hal. lib. I.* loquens de penatibus, νεὸς ἐν Ρώμῃ δέκνυται τῆς ἀρχῆς ἢ πατρῶος, καὶ τῶ ἐπὶ Καίνας φέρεται ὀπίσθιμον ὀδὸν ἰδρυμένον, ὑπορχῆ Ἐλευθέρου, ἢ μέγας. λέγεται δὲ καὶ τῶ ἐπιχάειον γλῶττων Οὐλίαι τὸ χαιεῖον: ita scribi debet hic locus: nam olim falsus sum, cum ex vulgata lectione corrupta ὑπελαίαις, emendabam ὑποπαλαίαις. nihil quidem inepti continet ea coniectura, ut illa fatua quorundam & vesana hariolatio, quam refutabamus: vera tamen non est. *Varro, De vitæ populi Rom. lib. I; Tullium Hostilium in Velii, ubi nunc est ædes Deum Penatum.* Meminit etiam *Festus*, in voce *Mutium.*

SER.

SERTORIVM] *Lego Diribitorium. quod mirandum ædificium ab Agrippa inchoatum, perfecit post illius obitum Augustus, & publicavit, sine vlla nominis sui inscriptione: Lege Dionem in anno DCCLVII, lib. LV. Hoc nisi est, putem intelligi aliquam ex astructis ædibus Pompeiano theatro, de quibus fecimus mentionem ad caput XXXI. Ea ædificia sæpe incensa, sæpe restituta. Velleius de Tiberio; Quam magnifico animi temperamento. Cui quoque Pompeii munera absumta igni restituit.*

DVPLICAVI, FONTE NOVO IN RIVVM EIVS IM-
MISSO] *Iulius Frontinus De aqua ductibus Urbis Romæ. Augustus in supplementum. Marcia quoties siccit ares agerent, auxilio aliam aquam eiusdem bonitatis opere subterraneo perduxit usque ad Marcia riuum, que ab inventore appellatur Augusta.*

QVOD SVO NOMINE] *Quo refertur istud quod? manifestissime deest in fine superioris versus aliquid. Lego totam sententiam hoc modo, Theatrum quoque sub nomine M. Marcelli generi ex manubiis. Suetonius: Quadam opera sub nomine alieno fecit, ut theatrum Marcelli. repetere ex proximo, feci. nam ut alii describunt nobis hoc marmor, minimum intervallum relictum est vacuum ante vocem manubis. quod eo libentius amplector, quia necessario post hanc dictionem apponenda alia est: aperte enim sequentia manca sunt & claudicant.*

IN CAPITOLIO] *Scribe dona in Capitolio.*

QVÆ MIHI CONSTITERVNT CIRCITER MILLE-
NIS AVRI CORONARI PONDO, TRIGINTA QVINQVE
MILLIVM] *Donaria Augusti partim ex auro confata erant, partim margaritis gemmisque maximæ indicaturæ ornata. Vtrumque hic ab eo fuerat expressum: & auri inquam, pondus, quod in avartu impendisset, & pecunia qua constarent, tum manupretium, tum ornamenta alia. Auri ait fuisse circiter mille pondo: reliquam impensam triginta quinque millium: hæc vero summa depravatissime & ineptissime notata est. taceo quod Latinitas eam lectionem non patitur. Omnino scripserat Augustus, XXXV HS. quod est tricies quinquies HS. faber sculptor, vel is potius qui Romæ descripsit, & in numerum interpretatione peccavit infulse, & in nota HS, quam putavit millenarii numeri esse indicem. Stabilis hanc nostram & emendationem & interpretationem auctori-*
tate

tate Suetoniani loci, qui isti plane geminus est, cap. XXX. *Aedes sacras opulentissimis donis adornauit: utpote qui in cellam Capitolini Iouis sedecim millia pondo auri, gemmasque ac margaritas quingentes HS, una donatione contulerit.*

QVOTIESCVNQVE IMPERATOREM AVRI
CORONARIVM NON ACCEPI] *Lego, quotiescunq; Imperator sum appellatus, aurum coronarium non accepi.* Moris veteris fuit, ut quotiescunq; duces exercituum re feliciter gesta Imperatores salutarentur à suis, prouinciæ & sociæ ciuitates ac reges dono darent illis coronas aureas, vel auri tot pondo: quod appellatum est *aurum coronarium*. Sub Imp. retenta est consuetudo: nam illi toties salutabantur Imperatores quoties ipsorum auspiciis hostis insigni clade afficiebatur: vide quæ notamus *ad lib. I cap. LXXVI.* & salutato aurum coronarium exritu offerebatur, non solum à prouincialibus, sed etiam ab Italiæ coloniis & municipiis: à quibus non accepisse gloriatur Augustus. *Dio in quinto consulatu Augusti, lib. LI.* *Ἐξ τῶν πόλεων τῶν ἐν τῇ Ἰταλίᾳ τὸ χρυσίον τὸ τοῖς στρατοῖς παροῦσιν ἐκ ἐδάξατο.* Simile est quod narrat *Spartianus* de Hadriano: *Aurum coronarium Italiæ remisit, in prouinciis minuit.* idem esse factum aliquando & à Iuliano testis *Ammianus Marcellinus*.

TEMPVS DEFVNCTARVM AFRICANARVM] Non solum corrupta sunt ista, sed etiam mutila, & perturbata. sententia tamen non obscura: narrat enim magnificentiam suam in venationibus exhibendis. qua de *re libro singulari* plura, vbi hunc locum tractamus. Fortasse autem scripserat Octavius: *Spe&aculâ amplius mille ducentarum Africanarum.* ut in unam summam contrahatur numerus Africanarum, ad populi voluptatem exhibitarum. quem quidem numerum vereor ne iusto minorem longe faciam. quum certum sit, Vnis aliquando ludis sexcentas Africanas Augustum exhibuisse: ut in commissione ludorum quibus Marcelli theatrum dedicabat, *Dio lib. LIV.* *καὶ τῇ πανηγύρει τῇ διὰ τὸτο γινομένην, καὶ δνεία λιβυρὰ ἐξακόσια ἀπειράγη.*

IN TEMPLIS] Pridem quo ista pertinerent indicauimus *ad lib. XIII.* *Strabonis.* notat diligentissimus ille scriptor de quibusdam signis furto Antonii sublati, ab Augusto restituti. *Plinius* quoque *lib. XXXIV, c. VIII.* *Fecit Myro & Apollinem, quem à Triumuiro Antonio sublatum restituit Ephesis diuus Augustus, admonitus in quiete.*

Exem-

Exemplum huius æquitatis à P. Scipione, quem Siculis ablata signa & Romam illata, restituisse *Plutarchus* scribit in Apophthegmatis: *ευράν, αἰτ, τὴν πόλιν ἀδελφῶν Ἑλληνικῶν καὶ ἀσθημάτων ἀπὸ Σικελίας μισῶ ἔσαν ἐκέρυξε τὰς ὑπὸ τῶν πόλεων παρόντας ἐπιγνώσκειν καὶ κομιζέσθαι.*

STATVÆ] *Adi caput LII. de iis enim statuis intelligit Augustus, de quibus ibi Tranquillus.*

MARE PACAVI A PRÆDONIBVS] *vide ad illa cap. XCVIII. per illum se viuere: per illum nauigare.*

REGIS PARTHORVM] *Pertinet ad missos obsides, & reddita signa à Parthis, quæ M. Crasso & M. Antonio ademerant. Nota historia: supra cap. XXI.*

A ME GENTES P. THORVM ET MEDORVM] *Parthorum & Med. loquebatur de Parthis & Medis qui regem ab ipso petierunt. Strabo, Tacitus, Suetonius, Dio, alii.*

ISAACI CASAVBONI
IN SVETONII TRANQVILLI
DE XII CAESARIBVS

Librum III.

Animaduersiones.

Cap. I.



ATTA *Claudio gentis principe*] *Secuti sumus Vaticanum cod. cui & Pithæanus consentit, & Memmianus, Viterb. Lislæi, & princeps Rom. à Tatia, astipulante non nihil & Dionys. Hal. qui Claudizæ gentis auctorem nominat Τίτον Κλαύ-*

δος lib. V. Liuiani codd. vulgo Appium, alii Attium, vt Iulius Paris, & veteres Taciti libri, vt de Vaticanis testatur Lipsius. In re tam vaga & crepera nihil pro certo posse affirmari puto. Est vero Atta vox vetus Sabina originis Græcanicæ, vt plæraq; Sabinorum: nam & ipsi absque dubio ἀτέαθεν Dores fuerunt è Peloponneso orti. Doctissimi viri prænomen id fuisse scribunt: ego cognomen potius arbitrer, & ita Festus vocat. Atta est ἄττα τὸ ἄπειν, quod subsilire significat, nusquam ferme pedem figere. unde ἄπειν δὲν κακίον. &

yy

apud

apud *Iulianum*, ὄπισθε οἱ ταχὺταῖσι τῶν ἀρτίθων ἢ αὐτὴν ἐθέλωσι ἀπὸντες, ex eo intelligimus qui proprie dicantur *atta*: nempe οἱ ἀπὸντες, qui inter ambulandum stare nesciunt, sed semper quasi subsiliunt: quod necessario iis evenit, qui non ἔλαρ ποδὶ βαδίζουσι, sed in primos pedes existunt. Festum emenda in hac voce: Ait, *Atta* appellantur qui propter vitium crurum aut pedum plantis insistant: & attingunt magis terram quam ambulans. Scribe, plantis non insistant, prorsus necessaria emendatio: nisi malis restituta in integrum voce quæ excidit, scribere, aut pedum primis plantis insistant. Atque hoc melius: nam & in *Petri Danielis* Aureliani Onomastico ita scriptum; *Atta* qui primis plantis ambulat: quod nomen ab attingendo impositum videtur: ridicula sane nominis originatio. Cæterum attarum vitio contrarium est τὸ ἄσπληροβάτωρ, quorum *Hippocrates* meminit: istos veteres Latini *calipedate* dixerunt.

Post reges exactos sexto fero anno] Ad unguem ferme quadrat supputatio *Dionysii*: qui *Claudii* siue *Claudi* adventum refert in anno V. C. CCL. regifugium, CCXLIV.

Locumque sibi ad sepulchram] Reperi annotatam in *Viterb.* alteram lectionem *Incum*: quæ mihi non placet, nec conuenit, ut puto, veterum theologicis opinionibus.

Quo significatur lingua Sabina fortis ac strenuus] *Glossarium*. Nero ἀνδρείος. Iam diximus, *Sabinam* veterem linguam non aliam fuisse à *Græca*: *Græci* hominem bonis lacertis vocant *υδρῶδη*. *Dicaarchus* in *Clementis* *Protreptico* *Herculem* describit, χέλιον, υδρῶδη, μέλανα. & υδρῶν accipiebant pro robustum reddere & validum. Verbum est artis gymnasticæ: quo usus eleganter *Chrysostomus* in posteriorem ad *Corinthios*; εἰς τὸ ἐπίπεδον ἀλείφειν πᾶσι τοῖς καὶ υδρῶν. utraque vox proprie de gymnastis usurpatur. Inde *Νεύρων*, ut *Γάσρων*, *Κεφάλων*, *Χείλων*. Nero à *Νεύρων*, sicut & *A. Gellius* innuit, dissoluta diphthongo & imminuta, ut *periri* vnde *experiri*, *πειρᾶν*. sic *neruus* à *νεῦρον*.

Cap. II. Multa etiam secus admissa in Remp.] *Pithœi* & *Turneb.* libri, *sequius*. *Vaticanus* *secius*. nostri *secus*. Viri docti alii aliud probant. Atqui non magni interest, aut potius nihil, quomodo scribatur. *Secus* est ἐξῆς: ut ἐξ, sex, aliaq; multa. in *Glossario* exponitur ἐπίπεδος, καὶ ἀλπίον. non male, nam vicina non dicuntur nisi quæ sunt ἐξῆς, & naturam separatam habent. Porro ut *Græcis* ἄλλο & ἕτερον, Latinis aliud, per ἕμφημισμὸν ponitur in significatione mali, sic & *secus*.

& *secus* usurparunt pro *xxxv̄s*. Sallustius, si *secus* accidat huic Reipub. & passim. At *secius* & *sequius* promiscue scribebant, ut *cocus* & *coquus*, & his similia, vel *Quintiliano* monente.

Claudius Nero aduenientem ex Hipp.] In codd. nonnullis extat, ea lectio quam testatur *Torrentius* in optimis libris sibi repertam: *Tiberius Nero*. certum est, *Claudium* eum qui consul *Asdrubalem* deuicit, *Caii* prænominem ab historicis affici vulgo, non *Tiberii*. extatq; id prænomen etiam in fragmento factorum *Capitolinorum*: sed in nominibus non semel dissentit ab aliis *Suetonius*: siue id factum eius incuria, siue quod ita sentiret.

Claudius Appius Regillianus] *Viterb. Claudius Regillanus. Turneb. Claudius Rigillianus,*

Ilyciam viatorem suum] *Memm. Ilyciam. Viterb. Iliciam. Lislzi Ilyriam.* In *Fastis Capitolinis* *Glicias* vocatur.

Nauem obharentem Tiberino vado] *Plinius lib. VII cap. XXXV.* Simile factum *Silvani* episcopi narrat *Socrates Scholasticus lib. VII cap. XXXVII. obharentem* autem non *adharentem* omnes libb. habent.

Palam optauerit] *Memmii* libet, & *Lislzi, optauerat.*

Præterea notissimum est] *Memmii, Pithœi & Lislzi* codd. cum *Vaticano* notatissimum.

Virgo Vestalis fratrem] Nil censeo mutandum in tanto MSS. consensu: nam in omnibus nostris ita scriptum, non *patrem*, ut apud *Ciceronem*, & alios *historicos*.

Cap. III. *Insertus est & Liuiorum familia*] Res nota est, neque dubia lectionis huius fides. codex tamen optimus *Memmii, inserferius est & Liuiorum* f. quod & *Pithæus* ex eodem libro vel aliis adnotauerat.

Cap. IV. *Pater vero Tiberii*] *Viterb. Cuiacii, Pithœi & Lislzi, Pater Tiberii Nero* *ques.*

In queis Narbona] *Scribe Narbo*, & ita volueramus: nam præter *historicos* etiam MSS. omnes sic habent.

Fascium usu prohibutum] Contra morem rectorum prouinciarum qui comiotes erant & haberi volebant. *Cicero in epistola ad Cornificium*, qui ei *Anitium* commendat negotiorum suorum caussa legatum in *Africam* legatione libera, *in primis quod ei charissimum est, dignis atem eius sibi commendo: idque à te peto, quod ipse in prouincia facere*

sum solitus, non rogatus, ut omnibus senatoribus liberos darem: quod idem acceperam: & noueram à summis viris esse factitatum:

Cap. V. Kal. Decemb.] Dio, τῆ ἐκλήσῃ ἐπὶ δέσπῃ τῶν νοεμελείων μὴδὸς.
lib. LVII.

Cap. VI. Infantiam pueritiamq; habuit luxuriosam & exercitaram] Nihil variant libb. veteres, non placet tamen hæc lectio: nam vt concedamus luxuriosam infantiam posse dici πῶ ἐχέσῃ τοῦ ἔχῃαι ἐῖς αὐτῶν τελεσίωσι: tamen Suetonii ex mens non est: qui non aliud notare voluit, quam quod Tacitus lib. VI. Annal. in elogio Tiberii, Casus prima ab infantia ancipites: nam proscriptum patrem exsul secutus, ubi domum Augusti priuignus introiit, multis amulis confictus est. plane geminus huic locus. Doctissimi viri, Pitlicæus & Vrsinus, emendabant laboriosam: Sic apud Plinium in Panegyrico laboriosus & exercitus iunguntur. Intelligimus Casar quantum tibi pro laboriosa ista statione & exercita debeamus. ego tamen non improbem Torrentii coniecturam, fuisse olim luxuriosam: videtur enim corrupille hunc locum praua consuetudo scribendi x pro aliis literis, quemadmodum lib. superiore diximus. Habent etiam MSS. exercitaram non exercitam; quod potius postulet traditio veterum literatorum. Capet, exercitus laboribus, exercitatus studiis. Idem tradit Seruius ad III. Æneid. sed hæc obseruatio magnis scriptoribus negligitur: nisi mendose multa hodie scribantur, vt apud Tacitum XIV. Annal. factus natura & consuetudine exercitus pro exercitatus. Hist. 1. Iuuentus sueta armis & more militia exercita, & aliis multis locis.

Flamma repente è Siluis undique exorta] Quod non raro in montibus euenire solet. Thucydides libr. II. ἡδὴ γὰρ ἐν ὄρεσιν ὄλην τετραθέσσην ἐπὶ ἀνέμων πρὸς αὐτῶν, ἀπὸ ταυτομάτεσ ἄλλῃ καὶ φέρεται ἀπὸ ἀνέμων.
Lucretius lib. I.

At saepe in magnis sit montibus, inquis, vt altis,

Arboribus vicina cacumina summa terantur

Inter se, validis facere id cogentibus austris.

Donec fulserunt flammæ flore coorto.

Idem lib. IV.

Et ramosa ramentum cum ventis pulsa vacillans,

Æstuat in ramos incumbens arboris arbor

Exprimitur validis exercitus viribus ignis,

Et micat interdum flammæ feruidus ardor.

Mani,

Manilius lib. I.

*Sunt autem cunctis permisti partibus ignes
Ac silice in dura viridique in cortice sedem
Inueniunt, tum sylua sibi collisa crematur.*

Præfedit & Actiacis ludis] Plerique omnes MSS. *basitais*: alii *Atticis*, quidam *Actiacis*; quod secuti sumus, ut in dubio: etsi nihil Dio de Tiberio in mentione ludorum Actiacorum: quos ait per ipsum Augustum & Agrippam, ipsius in consulatu eius anni collegam, fuisse curatos. sic ille initio lib. LIII. *τῶ παύλειου τῶ δὲ τῆ νίκῃ τῆ*
οὐδ' ἐπὶ Ἀκτίῳ γινόμενον ἡγεῖσθαι μετὰ τῷ Ἀγρίππῳ.

Et Troianis Circensibus, ductor turma puerorum m.] Dio ibidem: *τῆ ἐν αὐτῇ τῶ ἰπποδρόμου διατεθῆσθαι παιδῶν ἡγεμονῶν καὶ διὰ τῶ ἀνδρῶν ἰκόνει.* Sed quæro: si in hoc ludicro præfedit Tiberius, qui potuit turmæ ductorem agere, aut igitur vicarii operæ usum oportuit: aut excidit è contextu Suetonii verbum *fuit*.

Puerorum maiorum] Hi sunt qui Græcis dicebantur *ἀγνοίαι*, mediæ inter puerilem & virilem ætatis. ita Græci sæpissime separant *ἀθλήματα ἀνδρῶν*, siue *τελείων*, *ἀγνοίων* & *παιδίων*. Ipse Tiberius si, ut videtur, de primis ludis Actiacis sentit Tranquillus, annum ætatis decimum tertium nondum compleuerat. Sin de secundis capiamus, annum tunc agebat decimum septimum. Porro Troiæ ludus maiorum minorumq; puerorum edi solitus ab Augusto, ut scribit Suetonius.

Cap. VII. *Adeo contentis & tumentibus oculis profectus est*] Expresit pluribus verbis quod unō Græcorum ditissima lingua, *κυλοιδίαν*: quod de eo dicunt quibus è contentō intuitu rei amatæ oculi tument. *Theocritus*

οἱ δ' ὡς ἔρωτ' Ἄθῃα κυλοιδίοντες ἐτώσια μορθίζοντι.

Scholastes minus recte, qui tumentium oculorum caullam facit insomniam, cui amor occasionem præbuerit: *Συμβάινει*, ait, τοῖς ἀγρυπνήσιν ὡς ἐπιπλανοιδίοντα κοῖλα, ἢ γυντὸς δεθαλμῆς: ὅπως οἱ πολλοὶ ἀκαχίως δ' ἔρωτα πάρασι. Verius est, caullam *ἑμνεσθῆ* huius tumoris esse, spirituum opticomum collectionem & contentionem: quæ nascitur ex affectus vehementia.

Cap. VIII. *Regem Archelaum*] Meminit Dio obiter lib. LVII. *Curam administravit annonæ*] Velleius II, 94: *Questor vnde vicissimum annum agens capessere cœpit remp. maximamq; difficultatem annonæ,*

ac rei frumentaria inopiam ita Ostia, atq; in vrbe mandato vitrici, moderatus est, vt per id quod agebat, quantus euasurus esset, eluceret.

Cap. IX. Deinde ducto ad orientem exercitu] Anno V. C. DCCXXXIV. Dio lib. LIV. Velleius lib. II.

Et Barbarorum incurfionib. & principum discordia inquietam] Narrat Dio in actis anni DCCXXXV. missum in Gallias Agrippam plane eadem ob causas, εν τε γδ ἀλλήλοις ἐπείραζον, καὶ ὑποψῆς καλῶν ἐπέκυντο. Agrippæ successisse videtur Tiberius. Velleius omisit hanc historiam. qui statim reuersum Tiberium ex Orientè, bello Rhetico Vindelicoque præfectum fuisse narrat.

Exin Rheticum Vindelicumq;] Dio in actis anni DCCXXXVIII lib. LIV.

Inde Panponicum] vide ad librum superiorem cap. XXI.

Inde Germanicum gessit] Narrat Tiberius apud Tacitum, se no- uies à D. Augusto in Germaniam missum. prima vero illius traiectione Rheni, ea est quam refert Dio in actis anni DCCXLVI.

Breueos] Viterb. & Lisl. Brennos: Memmii & Pithœi, Brencos. Alii Brencos. Eadem diuersitas obseruata nobis in veter. codd. Græcorum historicorum.

X L. millia) Sunt codices in quibus scriptum CX. perperam: præter scriptos codd. Eutropius firmat hanc lectionem.

Traiecit in Galliam) Vide ad lib. superioris cap. XXI.

Et ouans) Dio lib. LV in anno DCCXLV. ὁ Τιβέριος ἤδη τε Δαλιμαίων ἐν τῆς Παννονίων Ἰαπωνισσάντων τὴ ἀνθισ, κατέλιπας, τὰ ἐπὶ τῆς κέλῆθου δὴνίλια ἐπέμψε. Vide eundem & sub finem lib. prioris.

Et curru vrbe ingressus est) Kal. ipsis Ianuariis, anno consulatus sui secundi & Cn. Pisonis, V. C. DCCXLVII. Dio lib. LV. & Velleius.

Etiã tribunitiã potestatem in quinquennium accepit) Videtur dicere Suetonius, delatam fuisse Tiberio tribunitiã potestatem anno DCCXLVIII. in quem incidit alter eius consulatus. Dio lib. LV in sequentem annum conijcit: ac statim accepta tribunicia potestate Rhodum secessisse indicat. Quare ordinem temporum sequitur Suetonius.

Cap. X. Vitato assiduitatis fastidio) Aliquoties hoc factum ab Augusto notat Dio, vt in anno DCCXXXVIII. cum abiit in Gallias, οὐς πῶν Γαλαλίων, inquit, ὤρηνοι πείρασι τὸς πολέμους τὸς καὶ ἐκείνο

αὐθιγίας λαβῶν, ἐπειδὴ ἴταχθῆς πολλοῖς ἐκ τῆς ἐν τῇ ἀδελφείῳ δαυλε-
 ρῆς ἐχρήσθη. Atque hoc inter instrumenta conseruandæ augendæ-
 que maiestatis à multis scimus & traditum & usurpatum.

Quidam existimant] Hæc caussa vulgo credita. Dio dicto loco,
 & similiter *Velleius II, 99: Cum C. Caesar sumpsisset iam virilem togam,*
Lucius item maturus esset viris, ne fulgor suus orientium iuuenum obstaret
initis, dissimulata caussa consilii sui, commeatum ab socero atq; eodem vitri-
co; acquiscendi à continuatione laborum petiit.

Cap. XI. *Rhodum enauigauit, amoenitate & salubritate insulae*
captus] Ea caussa esse videtur, cur Rhodum fere soliti Romani pro-
 cederes, qui præsentī statu rerum non latarentur, secedere. D. Brutus
in epistola ad M. Brutum & C. Cassium: Quid ergo est, inquit, tui consilij?
dandus est locus fortuna: cedendum ex Italia, migrandum Rhodum. C. Mu-
tius Ciceroni, Mihi quidem si optata contingent, quod reliquum est vitæ in
orō Rhodi degam: sen casus aliquis interpellaris, ita ero Roma, vt recte fieri
semper cupiam. De secessu Tiberii in hanc insulam præter alios Man-
lius lib. IV.

*Virgine sub casta felix terraq; mariq;
 Es Rhodos, hospitium recturi principis orbem,
 Tuq; domus vere Soli, cui tota sacrata es,
 Cum caperes lumen magni sub Cesare Mundi.*

Forse quodam in disponendo die] Scribe cum Memmiano, For-
 te quodam in d. d.

In disponendo die] Notemus vtilissimum morem: neque enim
 aliter temporis ratio constare potest: sic & apud Græcos dili-
 gentissimus quisque & prudentissimus. *Vetus scriptor apud Stro-*
baum: Εὐνοκράτης διαίρων ἔχουσι μέρῳ τῶν ἡμερῶν οἷς πρῶτον τινα καὶ τῆ
ὄρωπῃ μέρῳ ἀπένεμα. Sic disponere atatem apud Senecam epist. LI.

Quicquid agrorum in ciuitate esset visitare se velle] Comitatus non
 abhorrens à moribus Tiberii. *Velleius* narrat simile quid de eodem,
 II, 114: *Nemo è nobis gradumue nostrum aut precedentibus aut sequentibus*
imbecillus fuit, cuius salus aut valetudo non sustentaretur Caesaris cura: tan-
quam distractissimus ille tantorum onerum mole huic vni negotio vacaret a-
nimus. Quare non probo lectionem quorundam librorum doctis-
nonnullis probatam agrorum, quam in nullo nostrorum reperi-
mus. Taceo quod verbum visitare de agris parum apte diceretur.

Citatumq; pro tribunali voce præconis] Mos *Plutarcho* notatus in
 Bruto,

Bruto, λέγει τὴν ἑκείνου ὡς ἔσθ' ἑωθεν, καὶ τὴν βήμα] τὴν βρεῖτον ἐπὶ πλὴν δὲ κλω, καὶ τὴν τὸ πλῆθος ὀπιδίως ἑνάξαι.

Vel utcumq; merita] Tacitus III. Annal. *Ipsius, quoquo modo meriti, grauem casum miseratus.*

Secundum locum facile curantibus] Ita Viterb. & prima edit. quæ lectio placuit. *curare* vox familiaris *Sallustio* & *Tacito* & cum quarto casu, & sine eo. Ut in *Iugurthino*, in *postremo C. Marius cum equitibus curabat*. iterum, *vbi quisq; legatus aut tribunus curabat, eo acerrime niti*, & statim, *nam is in ea parte curabat*. *Propertius*; *pastorem ad baiulum possum curare*. Alii codd. etiam *Memmianus, tutantibus*, sic *fere tueri scholam* in lib. de grammaticis.

Cap. XII. *Ad velandam ignominiam*] *Appianus* IV Ἐμφαλ. in simili re *eis ἐντρέπειαν*.

Nemine cum imperio aut magistratu tendente quoquam] *Velleius*; *Ita septem annos Rhodi moratus est, ut omnes qui proconsules legatique in transmarinas profecti prouincias visendi eius gratia, ad eum conuenientes, semper priuato (si illa maiestas priuata vnquam fuit) fasces suos summiserint, fascesq; sint orium eius, honoratius imperio suo.*

Quin diuerteret Rhodum] *Grossetii* codd. *deuenteretur Rhodum*. *Cum visendi gratia traiecisset Samum*) Aliter ille in signis *Tiberii* adulator *Velleius* II, 101: *C. Caesar in Syriam missus, conuenio prius Tiberio Nerone. cui omnem honorem vt superiori habuit. Dio* item aliter, qui *Chium* venisse *Tiberium* ait non *Samum*. τὸ δὲ καὶ σαλέν] ἔστι τὸν πρὸς Ἀγεβνίους πόλιμον ὁ Τιβέριος ἔστι χίον, αὐτὸν ἐθετέροισι, & nota verbum ἐθετέροισι, ac cum *Velleio* confer.

Per quosdam beneficij sui centuriones) Ad lucem sententiæ ponenda ἡ ἀποστολή ante hæc verba. *Beneficia* in re militari sunt prouectiones ad altio rem gradum. Est autem loquendi genus venustum. Sic *ferre Ouidius*:

Digna est quam iubeas muneris esse tui.

Hæc beneficia stante *Rep.* à rectoribus prouinciarum concessa, non aliter rata erant, quam si iidem rectores Romam reuersi, triginta diebus post rationes relatas, sua beneficia ad ærarium detulissent. Quod lege *Iulia* cautum testatur *Cicero* *epist. quadam ad Mess. nium*, idq; vocabant *deferre aliquem in beneficiis ad ærarium*. Vide eundem *pro Archia*.

Cap. XIII. *M Lollio offensior*) Qui in eo itinere extinctus est, morte incertum fortuita, an voluntaria. *Lege Velleium*.

Cap.

Cap. XIV. *Variis captaret omnibus*] Captare omen proprium est *μαντικής τῆς διὰ κληδόνων*. quam describit elegantissime *Pausanias in Achaicis*; ὁ ἀρκαίμανθ' ἐρωτᾷ θεὸς τὸ ὕς τὸν θεὸν, ὁ ποῖόν τι καὶ ἔχασα τὸ ἐρωτῆμά δ' ἐστὶ τὸ λατρεῖν τὴν δὲ ἀπειπὶν ἐκ τῆς ἀρχῆς ἐπιφραξάμενθ' τὰ ὄπτα θεῶν ἐλθὼν δὲ ἐς τὸ κάδος τὰς χεῖρας ἀπέχευ ἀπο τῆσ' ὄτων καὶ ἢς πνθ' αὐτὸ παλίου φωνῆς μάρτυμα ἠγείτω. *qui ad consulendum venit, deum ad aurem interrogat. prout habet vniuersumq; argumentum eius interrogandi. deinde aures manibus obturans, exit ē foro vbi autem foras ventum, manus aufert ab auribus: & quam primam audierit vocem, eam oraculi loco habet. Apuleius De deo Socratis: videmus plerosque, qui non suapte corde, sed alterius verbo reguntur: qui ex angiportu reptantes, consilia ex alienis vocibus colligunt, & vt ita dixerim, non animo, sed auribus cogitant.* Similes modi captandi omnia & in templis deorum, & alibi in veterum scriptis possunt obseruari. Sed hic κατὰ χρηστικόν τερον pro quouis genere *μαντικής* vsurpatur.

Ignota scilicet tum adhuc Caesarum potestate] Quæ potestas speciem principatus habuit; non regni formam. vide libro sequente cap. XXII.

Apud Philippos sacra olim victricium legionum ale] Dio in anno DCCXXXIV. καὶ ἠδὲ καὶ ὁ Τιβέριος καὶ περὶ τῆς μοναρχίας ἐγένετο, ἐπειδὴ θεὸς τοῦ Φιλίππου αὐτῷ σεσηλεύοντι θόρυβος τε περὶ ἐκ τῆς μάχης χωρεῖν, ὡς καὶ ἐκ τῆς ἐπιπέδου ἠκούσθη, καὶ πῶς ἐκ τῆς βωμῶν τῆς ὑποδ' Ἀλφειῶν ἐκ τῶν ταφρῶν μακρῶν ἰδρυθέντων αὐτὸ μάλιστον ἀέλαμψεν.

Sponte subitis collucere ignibus] Hoc magni alicuius venturi boni indicium habitum. Apud *Appianum* inter signa futuræ *Seleuci* potentia recensetur ἡ ἐσία αὐτῷ ἢ πατρῴα, ἡ δὲ τῆς ἀφ' αὐτοῦ ἐκλάμψασα πῶς μάχα. *Virgilius,*

Aspice, corripuit tremulis altaria flammis

Sponte sua, dum ferre moror, cinis ipse bonum sit.

Seruius ad hunc locum: hoc uxori Ciceronis dicitur contigisse: cum post peractum sacrificium libare vellet. in cinere visa est flamma, que flamma eodem anno consulem futurum ostendit eius maritum. sicut Cicero in suo testatur poemate. Narrat & *Plutarchus* in *Cicerone* hanc historiam: sed multa in eius narratione diuersa. Vide amplius *Eustath. ad principium Iliad. v. vbi & Tiberii meminit, sed, vt videtur, non istius.*

Vt in consultationibus in Aponi fontem talos aureos iaceret] Explorandi futurorum causa soliti veteres in certos fontes varia conii-

cere: exemplum habes apud *Pausaniam in Laconicis* de aqua Inus dicta. Aliud genus ὕδατος μαρπικῆς fuit, cuius meminit *Sozomenus V. cap. XIX.* fuere item genera alia, quorum geographi meminerunt & historici. Talos vero in consultationibus eiusmodi folitos adhiberi, declarat ἀσεραλομάτων appellatio. sed de his alibi fusius.

Aquila nunquam antea Rhodi conspecta, in culmine domus eius asedit] *Plinius lib. X. cap. XIX.* Rhodus aquilam non habet. Sic de aliis animalibus in literas relatum est, nunquam in certa loca esse illa ingreſſa. Auem noctuam Creta non habet, inquit *Solinus.* Fuit & Roma Herculis facellum in foro Boario, quo neque canibus, neque muſicis erat ingreſſus. & similia his apud veteres non pauca, de ista vero aquila *Apollonides poeta*, ut videtur, æqualis illorum temporum:

Ὅ πῦν ἐγὼ Ῥ' ὀδῆισιν ἀνέμβαλλ' ἰερός ὄρνις

Ὅ πῦν κερκφίδαις αἰετὸς ἰσοείης,

Ἐπιπῆ τῷτε τερσὸν ἀναπλαῦν ἦερ' ἀεραδείς,

Ἥλυθον, Ἥλιε νῆσον ὅτ' εἴχε Νέρων.

Κεῖνος δ' αὐλίδησιν ἐν δόμασι, χεῖρ' ἐσθλῆς

Κεάντορ' ἔφύγων ζῆνα τὸν ἐσόμενον.

Vestimenta mutanti tunica ardere visa est] Simile ostentum nō semel sibi oblatū *Damascius* scripsit in vita *Isidori philosophi.* ἐμοί, αἰτ', ἐν δομομένῳ τε καὶ ἐκδομένῳ, εἰ καὶ πᾶνιον τῷτο συμβαίνει, συμβαίνει δ' ἐν πινθηῆσιν ἀποπιδᾶν ἐξ αἰσῆς ἐὸς ὅτι καὶ κτύπον παρέχοντες ἐπίσθ' δὲ καὶ φλόγας ἄλλας καταλάμπειν τὸ ἱμάτιον, μὴ μόνον καίσας, καὶ τὸ τέρας ἀγνώσθ' ὃ τελευτήσῃ. eo loco scriptor ille, ut apparet ex reliquiis apud *Phorium*, eruditissimus, plura similibus ostentorum exempla, de veteri historia collegerat. quare ne istud quidem quod Tiberio Rhodi euenerat prætermisſum ab eo fuerat. Sed aliter Græcus rem narrat quam *Suetonius*: non enim tunicam sed asinum Tiberii visum ardere scribit ex *Plutarcho.* Sic ille post expositam de *Severi* equo similem historiam. καὶ Τιβερίῳ ὄνον ὡς Πάστραχ' ὁ χαερῶνεύς φησιν, ἐπιμειχρίῳ ὄρνι, καὶ ἐν Ῥόδῳ, ὅπ' λόγους βῆλοικαῖς διατελεθῶντι, πῶ βασιλείῳ δὲ ἑ αὐτῷ παδήματ' (πινθηῆσιν ἀφίσις ἐπὶ τῷ σώματ') περισημύνησι.

Ibrassillum quoque mathematicum] Hic philosophiam profitebatur non curiosas istas artes: eoque nomine primum fuisse in con-
tabernium Tiberii admissum innuit *Themistius oratione XII.* & *Sue-*

ronius ipse hoc libro. *Thrasyllum, ut sapientia professorem, contubernio ad-*
mouerat. De eo vetus Scholiastes Iuuenalis; Thrasyllum multarum artium
scientiam professus, postremo se dedit Platonica sc̄ta, ac deinde mathesi:
qua precipue viguit apud Tiberium, cum quo sub honore eiusdem artu fa-
miliariter vixit: quem postea Tiberius in insula Rhodo precipitare voluit in
pelagum, quasi consciuum promissa dominationis. - Quem dolum cum presen-
sisset, fugit. Experimentum quod hic narrat Suetonius referunt paulo
aliter Tacitus VI. Annal. Dio lib. LV. & Cedrenus.

Cap. XV. *Statim è Carinis ac Pompeiana domo, Esquilias in hor-*
ros Mecanatanos transmigravit] Ex Ciceronis ad Atticum epistola, sci-
amus morem eum fuisse nobilium adolescentum, ut mox à virilij
sumta in proprias ædes à patre emigrarent: non enim aliter suam
dignitatem satis tueri posse videbantur. Propterea Domitianus à
patre correptus, quomagus ætate & conditionis admoneretur habitabat
cum patre vna. Quod igitur Tiberius filio post assumptam liberam
togam domo statim ei cedit, dignitati illius consultum hac ratione
voluit, quando sibi omnes ad Rempublicam æditus præclusos vi-
debat.

Casio & Lucio intra triennium defunctis] Non displiceat bien-
niun, ut docti emendant ex ipso Suetonio lib. II cap. LXV. vel inter-
pretare triennium de interuallo temporis à reditu Tiberii ab exilio
voluntario, ad illud quo vterque horum iam excesserat: huic in-
terpretationi eruditorum hominum ut potius assentiar, consen-
sus facit omnium librorum cum edita lectione, quam & Memmia-
nus agnoscit.

Adoptatur ab Augusto] Dio lib. LV. & fusissime mancipium Ti-
berianum Paterculius.

Aliter quam ut peculio referret accepta] Significat Tiberium ea
bona quæ sibi testamentis amicorum relinquerentur, possedisse,
non tanquam legatarium aut hæredem: nam eo titulo acquisisset
patri non sibi: verum iure peculii, quasi accepta à patre & concessa
sibi fuisent.

Cap. XVI. *Data rursus potestas tribunitia in quinquennium] Dio*
lib. LV. τὸν ἐξέσταν αὐτῷ τὸν δημαρχικὸν εἰς δέκα ἔτη δούς. videtur legendum
ex Suetonio εἰς πάντι ἔτη.

Delegatus pacandæ Germania status] Vix satis Latinum vide-
tur. Lego, delegatus pacando Germania status, vel delegatus pacandus

Germania status. Sic fere in Caligula, Ad componendum Orientis statum expulsus. Troguus siue Iustinus libro XLII: quum in Syriam ad componendum orientis statum venisset. Vtrumque dicimus, & delegare alicui negotium, & delegare aliquem negotio.

Et quamquam sepius reuocaretur, tamen perseverauit.] Vnde nata illa suspicio Augusti, quam tangit Dio lib. LV. ὁ Ἀυγυς ὁ ἰσοπτεύτας εἰς τὸν Τιβέριον, ὡς δυνδέντα μὲν αὐτῷ εἶναι ταχίων ἀλλοῦς χειρῶν, τείνοντα δὲ ἐξασπιτηδῆς, ἵνα ὡς ἐπιπλείστον ἐν τοῖς ὅπλοις ἐπιτῆ τῷ πολέμῳ παρῶσαι ἦ.

Regnumque Noricum.] Meminit Velleius libro II. Ipse à Carnunto, qui locus Norici regni proximus ab hac parte erat; exercitum qui in Illyrico tenebat, ducere in Marcomannos orsus est.

Cap. XVII. *Quas ob res triumphus ei decretus est, multique & magni honores.]* Refert Dio lib. LVI in anno DCCLXII. Triumphauit autem Tiberius anno tantum DCCLXV.

Positumque in septu tribunal.] Dio in actis anni DCCLXXII. initio lib. LVI. Ο Τιβέριος ἐς τὴν Ρώμην ἀνεκομίδι, καὶ αὐτῷ καὶ ὁ Ἀύγουστος ἐς τὸ παρῶσιον ἀπατήσας ἤλθε τε μὲν αὐτῷ ἐς τὰ Σεπτά, κἀνταῦτα ἀπὸ βήματος τὸν δῆμον ἠπάσατο. Ex Suetonio discas quomodo hæc verba accipienda sint. Et fortasse scripserat ἀπὸ τῶν, non ἀπατήσας.

Cap. XVIII. *Semper alias sui consilij.]* ἰδογῶμων καὶ αὐδαδης.

Vt sedens in cestrite nudo cibum caperet.] Catonem Uticensem imitatus, de quo Plutarchus: ἰδοίπνευ δὲ καθήμενος ἀφ' ἧς ἡμέρας τὴν κατὰ φάρταλον ἐγὼ ἠπῶα καὶ τὸ τοῦ λοιπῶ παρῶσιον κἀνδρα, τὸ μὴ κατακλιθῆναι πλὴν καθεύδων.

Præcepta sequentis diei omnia per libellos daret.] Ita soliti etiam in vrbe qui diligentius curam aliquam publice administrabant. Iulius Frontinus De Aqueduct: vrb. Roma: Tam amplum numerum vtriusque familiarie, solitum ambitione aut negligentia præpositorum in primata opera diduci, reuocare ad aliquam disciplinam & publica ministeria instituiimus, vt pridie quid esset actum dictaremus, & quid quaque die egisset aliis comprehenderetur.

Cap. XIX. *Quamuis minimum fortuna casibusque permitteret.]* Non prætermittit hanc vere magnam boni ducis laudem Velleius. peragratusque victor omnes partes Germania sine vilo detrimento commissit exercitus, quod præcipue huic duci semper cura fuit. Et alio loco idem plenius.

plenis velis. *Nihil in hoc tanto bello, nihil in Germania aut videre maius, aut mirari magis potui, quam quod imperatori nunquam adeo vlla opportuna visa est victoria occasio, quam damno amissi pensaret militis. semperque visum est gloriosum, quod esset tutissimum: &c.*

Cap. XX. *Boronem Pannoniam ducem] Dio Dalmatiae non Pannoniae regem facit. perperam: ut obfertur & Scaliger, quem vide ad numerum Chronici Eusebii MMXXIII.*

Dedicavit & Concordia adem] Anno DCCLXIII. Dio libro LVI. τὸ δὲ ἐξ ἴσου ἴτη τὸ, τὸ ὁμογενεῖον καὶ τὸ Τιβερῆος καὶ Διοκλήτου, καὶ αὐτὰ τὸ, τε ἀκίνητον ὄνομα, καὶ τὸ τὸ Δρέου ἔ ἀδελφῶν καὶ τὸ Δηνότου ἔ ἐπεγερόν.

Cap. XXI. *Ac non multo post lege per consules lata] Quibus consulibus lata hæc lex sit, notatum non reperio. Ex Velleio colligam latam anno DCCLXV. COSS. Germanico Cæsare Tib. F. & C. Fonteio Capitone: nam in eum annum incidit triumphus Tiberii. Ita autem Velleius: cum senatus populusque Rom. postulante patre eius (Tiberii) ut equum ei ius in omnibus provinciis exercitiisque esset, quam erat ipsi, decreto complexus esset: in urbem reuersus, iam pridem debitum: sed continuatione bellorum dilatum ex Pannoniis Dalmatiisque egit triumphum.*

Spirantem ad huc Augustum reperit] Vide lib. superiore ad cap. XCVIII.

Qui sub tam lentis maxillis erit] Viterb. lectio, qui sub tam lentis vexillis erit. Perspicue male: nam vulgatum retinent omnes ad vnum bonæ notæ codices. Non etiam probo edit pro eris, ut habetur in quibusdam libris, aut ederet, ut in vet. editis nonnullis. Declarat prouidus senex ἰμοπαπλώματα, futurum statum populi Rom. sub Tiberio: fore enim similem ei, quem bestia aliqua sæua dentibus prehensum tenet, & longo cruciatu vexat prius quam conficiat hoc vocat esse sub maxillis lentis. At sub lentis maxillis edere, affine esset illi Græcorum, ἀμύλοισι γράδοις ἀλίδειν, quod huic loco non videtur conuenire.

Morum eius duritatem] Scripti quidam duritatem. minus recte: Infra cap. LI. Augustus vocat acerbitatem & intolerantiam morum.

Vel etiam ambitione tractum] Tacitus lib. I: Ne Tiberium quidem cbaritate aut Reip: cura successorem ascitum, sed quoniam ad-

rogantiam scitiamque eius introspexerit, comparatione deterrima se-
bi gloriam quasivisse. Dio lib. LVI.: Ἰοσῆτον δ' ἐν τῷ σύμπαν ἀλλήλων
διήνεγκαν, ὡσεὶ πινὰς καὶ ἐς τὸν Ἄγγετον ἰσοπλῆστου ὅπ' ἐξαπίτηδες τὸν Τιβε-
ριον καὶ ὅρ' αὐτὸ εἰδὼς ὁποῖοι ἦν, διαδέχον ἀπέδειξαν, ἵνα αὐτὸς διδε-
ξήσῃ.

*Vt tali successore desiderabilior ipse quandoque fieret] Linius libro
XXIV. verumenimvero Hieronymus velut suis vitis desiderabilem efficere
vellet avum Hieronem, primo statim conspectu omnia quam disparia essent
ostendit.*

*Reip. causa adoptare se cum] Velleius in Neronis adoptione, il-
lud adiectum, his ipsis Casarij verbis: HOC, inquit, REIP. CAUS-
SA FACIO.*

Ἐμοὶ καὶ τοῖς Μύτις στρατηγῶν.] Hæc Viterbienf. & aliorum
codd. scriptura. quam reddunt suspectam vetustiora omnia ex-
emplaria, quæ literas plures exhibent. Memmianus ita, ἰ-
μοὶ καὶ τοῖς μύτις (pro μύτις) δις τε στρατηγῶν. fortasse corrigend-
um ἀριστα στρατηγῶν. Reperisse aiebat in vno *Franciscus Pithæus*, ἀει-
σε στρατηγῶν: ego in nonnullis regiæ bibliothecæ, καλὴ στρατή. Sed
non convenit ille casus. in aliis legitur, ἐμοὶ καὶ τοῖς ἄλλοις στρ. In
Viterbienf. erat hæc interpretatio: *mibi & meū tuūque commilito-
nibus*: quasi inuentum esset in Græco, ἐμοὶ καὶ τοῖς ἐμοῖς τὴ καὶ
στὴς συστρατώταις. quod non video, qui quadrare huic loco
queat.

Dux νομιμάτατε] Quid est dux νόμιμοι? An quia discipli-
nam militarem seuerissime regit? atqui νόμιμοι est potius legi-
timus, & secundum leges constitutus. Sic fere νόμιμοι μάχι a-
pud *Plutarchum*, iusta & legitima acies: cui opponuntur κλοπαὶ πο-
λέμῳ, quæ etiam latinis *furti & latrocinia* vocantur. Fortasse scripse-
rat Augustus, dux γνησιμάτατε quod idem est ac γνησιώτατε: aut dux
μοιμιώτατε constantissime & fortissime. At ex vestigijs primæ edit.
suspicitur aliquis scribendum: ἐσφύεσατε aut ἀβυλέσατε.

Et ordinem astiuorum tuorum] Restituimus hunc locum pess-
ime acceptum in omnibus editionibus.

Καὶ ποσὺν τὴν ῥαθυμίαν] Liber Fr Pithæi, ἀποθυμίαν. Memmia-
nus ἀποθυμίαν pro ἀποθυμίαν significat animos legionariorum in
præsentis militiæ conditionibus non acquiescentes sub extrema
Augusti tempora. quod statim post eius obitum Pannoniæ & Ger-
manicæ legiones declararunt.

Succurritque versus ille Homericus] Atqui duos ponit; sed non dubito, Augustum *Ciceronis* aliorumque more solum principium Homericum loci posuisse: quem postea margini adscriptum scribarum *ἐπιρρῶ* integrum inseruit.

Si tu non valebis] Malim (quod & Torrentio placere video) *fitu modo valebis*. in MSS. *modo & non* simili fere compendio notantur.

Cap. XXII. *Quos codicillos dubium fuit Augustus ne moriens reliquisset*] Omnes hos rumores tangit *Dio lib. LVII*.

Tiberius renuntianti Tribuno factum esse quod imperasset] Mos militiæ, ut siue Tribunus siue centurio, iussus aliquid exsequi, id factum Imperatori vel duci teneretur renuntiare. Enim morem diferte *Tacitus* in hac re notat. tangit iterum *Suetonius in Claudio, sectione XXIX*. quibus omnibus in locis formula solennis usurpatur: IMPERATOR FACTVM QVOD IMPERASTI.

Cap. XXIII. *Iure autem tribunicia potestatis coactio senatu*] *Tacitum* lege. Tribuni ius habuerunt cogendi senatus. *A. Gellius libro XIV cap. VII & VIII*, sed non quoties vellent. Ideo Augusto iam tribunicia potestate prædito alio decreto patrum opus fuit, ut quoties vellent, senatum cogere posset iure. *Dio* in actis anni DCCXXXII. ἐπὶ Ἰέτοις ἰσὸς ἦν εὐφροσύνην ἐπιπνεῖτο, ὥστε καὶ τὸ τῶν βουλῶν ἀδελφίζεν ὁσάκις αὐτῷ ἐδεήθη, λαβεῖν. Postea perit hoc ius iis qui veteris tribunatus speciem retinebant. *Dio* notat in fragmentis, μετὰ τὸ ὅτι τὰ πρὸς τοῦς ἡγίας ἐπεμψεν, ἕως ἰσὸς ἦν ἰσάπων, ἔδ' ἰσὸς ἦν στρατηγῶν συνήδομεν. ἔγδ' ἔτυχεν παύσιντες, ἀλλ' ἰσὸς ἦν δημάρχων, ὅσῳ ἐν πῶ χέρον ἰσὸς πονητὰ ἦδη κατελέλυτο.

Quoniam sinistra Fortuna] *Memmianus* & alii veteres, *Q. Atrops* *Fort.*

Cap. XXIV. *Principatum quamvis neque occupare confessim*] *Veteres* quidam, *neque occupare aperte confessim*. tuetur eam vocem quod subiicit de specie dominationis assumta. Id enim nisi aperte fieri non poterat.

Neque agere dubitasset] Scribens etiam ad milites & rectores prouinciarum tanquam certus imperator: quum priuato id esset nefas. lege *Tacitum*.

Vi & specie dominationis] *Speciem* refer ad stationem militum; *vim* ad superiora.

Dis

Diu tamen recusavit impudentissimo animo] Ita distinguitur hic locus in vetustis lib. tamen non displicet altera lectio quæ post verbum *recusavit*, ponit distinctionem &c. *Ovidius de Tiberio*:

*Esse parem virtute patrum qui frangarogatus,
Sæpe recusati ceperit imperij.*

alibi:

*Inde nepos natusq; dei, licet ipse recuset,
Pondera caelesti mente paterna feret.*

Vt ignaros quanta boltua sit imperium] *Vopiscus de Saturninorum anno*; Et cum eum animarent vel ad visam vel ad imperium, qui induerant purpuram, in hæc verba disseruit: *Nescitis amici quid mali sit imperare. Gladij & tela nostris ceruicibus impendent, imminent hasta vndique, vndique spicula, ipsi custodes timentur, ipsi comites formidantur: non cibis pro voluptate, non iter pro auctoritate, non bella pro iudicio, non arma pro studio. Adde quod omnia ætæ in imperio reprehenditur.*

Callida cunctatione suspendens] *Tacitus: Tiberio suspensa semper & obscura verba.*

Ceteros quod polliciti sint tarde prestare: sed ipsum quod prester tarde polliceri] Simile est *Ciceroni* istud de *Epicureo*, II De finibus: *Ceteri, inquit, existimantur dicere melius quam facere: hi mihi videntur facere melius quam dicere.*

Sed ipsum quod prester] Ita *Lislæi* codd. nec aliter *Rob. Steph. editio.*

Cap. XXV. Vt aquarentur stipendio pratorianis Germaniciani] Sic melius quam vt vulgo etiam in MSS. habetur *pratoriani Germaniciani*. sed omnino legendum vt reperi postea in veteri editione optime de literis meriti viri *Rob. Steph. vt aq. stip. pratorianis Germaniciani quidem etiam principem detrectabant.* Aliter sententia non constat. Exercitus in Germania positus, *Germanicus* non *Germanicianus* *Tacito* aliisque antiquioribus dicitur: at milites eius exercitus, & vt Græci dicunt οἱ ἐν τῷ στρατοῦ τῶν ἐν Γερμανίᾳ, *Germaniciani*, iisdem appellantur posteriores scriptores hanc distinctionem non obseruant.

Summaq; vi Germanicum] Auctior lectio *Lisl. cod. Germanicum filium Drusi, qui tum.*

Partes sibi quas senatus liberet, tuendas in Rep. deposciscit] Tangit

git historiam Afinii Galli, quæ apud Tacitum & Dionem.

Simulavit & valetudinem] Lislzi cod. *assimulavit*, hoc est: ἐπὶ ἀποτροπῆσιν.

Secundo demum anno in senatu coarguit] Tacitus & Dio in anno DCCLXIX.

Pro secessita] Sic Romani vocant quod Græci μαχαρίδιον θυπιών, ut Lucianus in *Piscatore*. Pollux, σφαρίδας, κοπίδας & παλίκεις in eum vsum recenset. Veteribus Latinis acieris propria ei ministerio fuit, quam ἀξίνον ἰεροφάνη vertunt. Græci magistri.

Cap. XXVI. *Paullo minus quam priuatum egit*) potest tolli τὴν quam, lib. VI: *Talem principem paullo minus XIV annos perpeffus terrarum orbis sed & retineri*: Petronius, qui ignotus *ladit* sacro applatur, qui *amicos paullo minus quam parricida*, nisi ibi quoque & similibus in locis tollenda ea vocula. paullo minus ὀλίγη δὲν. aliquanto post, quod paullo minus *utrumq; euenit*.

Vix vnus bigæ adiectione honorari passus est.) Ne id quidem permissum fuisse scribit Dio, ἕτως, inquit, δὲ πάντων ὁμοίως δημοτικὸς ὢν, ὥστε ἐπὶ ἐν τοῖς γυναικίσις αὐτῷ γίνεσθαι πᾶσι τὸ χαριστικὸς ἐπιτελεῖται.

Et ne mensis September, Tiberius; Liuus, October, vocarentur] Ex *Dione* legendum, *Et ne mensis Nouember Tiberius, September Liu. voc.* Sic ille libro LVII. τῶν Τιβερίῳ τῆς βουλῆς ἐγκειμένους, καὶ τὸν γέν. μῆνα τὸν νομβερίον, ἐν ᾧ τῇ ἕκτῃ ἐπὶ δέκα ἐγαγόντο, πρίντερον καλεῖσθαι ἀξιόμον, καὶ τὴν ἑβδ., ποιήσαστε, ἀνδραγαθῆς Καίσαρος γένωνται;

Cinicipam in vestibulo coronam] Dio lib. LIII. *Valerius Maximus libro II. Caterum ad quercum prona manus porriguntur, vbi ob ciues seruatos corona danda est. qua postea Augusta domus sempiterna gloria triumphant.*

Cap. XXVII. *Vt neminem senatorum aut officij aut negotij causa ad sefficam suam admiseris*] Ne equitem quidem ex illustribus. Dio, ἔπειτα ἐπὶ τῷ Ἰσθμῷ ἐκομίζετο, ἵδὲνα οἱ ὄρα καὶ δὲν. ἐχ ὅπως βουλῆ τῶν, ἀλλ' ἐδ' ἰππία καὶ πρώτων εἶα.

Cap. XXVIII. *Sed aduersus conuicia*] Melius codd. Lislzi: *sed & adu. conu.*

Si banc fenestram aperuerit] Eleganter: sic etiam Græci: *Clemens Padagogi* lib. III. ὅς μὴ ἀλόλασον αὐτῷ τὸ λάζιον γινόμενον πλατύας ἀπατάσῃ κλισιάδας τοῖς ἑξ. ἢ δὲ πᾶσι φερεμένοις. Paulo aliter *Cassiodo-*

κνυ lib.VIII: Ideo beneficium nostrum quasi quandam ianuam cogitauimus dare quastorem. Legas & ianuam cogitationis ingredi lib. V eiusdem prudentissimi scriptoris.

Cap. XXX. Et qua forma regum litteris referri placeret] Scripta lectio, & ad quam formam regum.

Lectica quondam introlatas ager, comites à se remouit] Lectica vehi aetate Tiberii vulgata res fuit & usurpata etiam mediocribus ciuibus: in aditu tamen Curiae nemini temere usurpata, nisi causa cogeret fontica, hoc est vel animi, vel corporis agritudo nimia: ideo scribit Tacitus de Libone Druso II Annalium. Die Senatus mecum & agritudine fessus, siue vs tradidere quidam, simulato morbo, lectica detatus ad fores curiae, inuisusque fratri, &c. De Tiberio commemorat Dio in anno DCCLXX. ἔτα κελῶς διέκειτο, ὡς ἐν συμποδίῳ καταστῆγων ἐς τὸ συνέδειον ἰσοκομιθῆσαι νομιζόμενον. γὰρ πρὸ καὶ τοῖς ἀπὸ ἐγῶν, ἦν ποτὲ πρὸς αὐτῶν ἀδυνῶς ἔχων ἐκείσιν ἰσίοι, κατακείμενον αὐτῶν ἐσθέρειδω, καὶ ἔτο κελῶ ὁ Τιβέριος. ἵσπε ἐποίησεν καὶ διέλεχθη γένηναι ἐν τῷ συμποδίῳ ἀσχεκίας.

Comites à se remouit] Ita moris fuit ut qui sella aut in lectica ueherentur, non principes solum sed & alii, turbam comitum τῶς φορεῖσιν παραποιούντων ut loquitur Lucianus, haberent Iuuenalis:

Respicit haec primum qui litigat, an tibi seruis

Octo, decem comites, an post se sella, rogati.

Ante pedes..

Cap. XXXI. Iterum censente] cod. Lis. item censens se, nec displiceat censens. Idem mox, non obtinuit pro, obtinere non potuit. Aut scribam obtineri, retenta voce censente.

Et legat ex Africa adierint eos] Dubito an huc pertineant Taciti verba Annal. lib. III, 35. proximi senatus die, Tiberius per litteras castigatus oblique patribus, quod cuncta curarum ad principem reijcerent, M. Lepidum & Iunium Blaesum nominauit, ex quibus proconsul Africa legeretur.

Cap. XXXII. Quod non de rebus gestis senatus scriberent] Mos sub libera Republ. perpetuo seruatus, cum eadem extincta sublatus. Notant Tacitus & Dio non vno loco. Exemplum dedit primus Agrippa, de quo scribit Dio in anno DCCXL. ἔπε ἔγραψεν ἀρχὴν ἐς τὸ συνέδειον. ἄλλ' ἂν ἀπεχθύνων ἐδέν. ἀπ' ἑδὴ καὶ οἱ πατὴρ τὰ πάντα νόμῳ πρὸς τῶς ἐκείνῳ. Ἐπὶ ὅχρα μὲν οἱ, ἐδ' αὐτοῖς τῶς κοινῶ ἐπ' ἑσέλλον.

Quodque de tribuendis quibusdam militaribus donis ad se referrent] Tacit.

Tacit. Annal. III, 21. Eopralio Rufus Helvius gregarius miles servati civis decus retulit, donatusque est ab Apronio torquibus & hasta. Casar addidit civicam coronam, quod non eam quoque Apronius iure proconsulis tribuisset, quæstus magis quam offensus.

Consuetudinem antiquam retulisset, de maioribus suis memorandi.] Hoc oratione fiebat, qua populo post initum honorem novi magistratus gratias agebant: Plutarchus in Emilio εὐδοτόν ἦν τῶν ὑπατιῶν λαβόντων, οἷον ἀνδομολογῆσαι πνα χρεῖν, καὶ περὶ αὐτῶν φιλοφρονῆσαι τὸν δῆμον, πρὸ τῆ βήμας, Αἰμίλιος εἰς ἐκκλησίαν ἐναγαγόντος πολιτῶν, ἔφη. Ab hoc fonte manarunt orationes panegyricæ, quibus principi gratias in senatu agebant Kal. Ian. novi consules. Plinius in libro Panegyrico auctor est, factum fuisse super hoc senatus consultum; cuius alibi mentionem factam non reperio. Sic autem ille: Sed parendum est Senatûconsulto, quo ex utilitate publica placuit, vt Consulû voce, sub titulo gratiarum agendarum, boni principes qua facerent recognoscerent: mali qua facere deberent. Idem mos etiam in præsidibus provinciarum servatus, ad tempora Claudii: de quo Dio lib. LVIII. κατὰ τὴν αἰρετικὴν μνησίαν οἱ χρεῖν ἐν τῷ συνέδριῳ γινώσκειν, ὃ περὶ κατὰ τὴν ἐξ ἰσοίαν.

Exequias vsque ad rogam frequentavit) Videntur Imperatores in funeribus virorum illustrium ad laudationē tantum, quæ fiebat in foro venire soliti, nec interesse officio cum efferrentur è Rostris ad bustum extra urbem. propterea civile & δημοτικὸν in Tiberio habitum, quod ad rogam vsque se cum cæteris conferret. sic accipiendum quod de Druso eius filio observat Dio; ὁ δὲ εὖσθ' τὰ τῆ ὑπατίαια περὶ σήκοντα ἐξίστα τῶν συνάρχοντι ἐξετέλει, καὶ κληρονομῶν καὶ ὑπὸ πινῶν καταλειθεθεῖς, τὸ σῶμα αὐτῷ συνεξήνεγκι. Vbi συνεφέρειν significat, exequias vsque ad rogam cum aliis frequentare. Nec soli Imperatores funus extra urbem sequi spernebant: sed multi alii. Cynthia apud Propertium de suo funere loquens:

*Sî piguit portas ultra procedere; at illud
iussisses, lectum lentius ire meum.*

Literas publicas sine subscriptione ad se dederant] Quæ nam ista subscriptione sit, vnus me docuit Dio: non enim est nominum, vt putare aliquis possit: sed præteritionem intelligit clausulæ solitæ ad iici literis ad principem, qua felicitas illi optaretur. verba Dionis sunt: οἱ Ροδίων ἀρχοντες ὅπως αὐτῆς π αὐτῶν ἐκ ὑπὸ γράψαν τῆ ἑπιτολῆ τῶτο

δὴ τὸ νομίζεσθαι, ἐυχὰς αὐτῶ ποιούμενοι. Priuatarum literarum subscriptio apud Græcos est Ἐβραῶσ, vt apud Latinos vale. similis sententiæ formula epistolâs ad Imperatores claudabant. Puto fuisse, εὐχὰς δὲ πᾶσι κατὰ τὸν πᾶντος. vt in extrema relatione. *Demetrii Phalerei ad Ptolemaum Philadelphum.*

Diogenes grammaticus disputare sabbathis Rhodi solitus] Etsi obseruatio hebdomadum quæ hodie obtinet, ante tempora Theodosii vulgo recepta non fuit: annotare tamé licet multo ante tale aliquid Græcos præsertim & Asiaticos in functionibus vitæ quotidianæ solitos obseruare. Quod quia imitatione Iudæorum, qui iam tum per orbem sparsi erant, institutum est, etiam sabbati nomen multi retinuerunt. Eiusmodi est quod hic *Suetonius* ait, *Diogenem grammaticum solitum Rhodi sabbatis disputare*: sic septimo quoque die feriæ pueris solitæ in scholâs concedi. *Lucianus, pseudologista*, καὶ ὁ μὲν Κοδορόν πνα ἔπην, ὁ δὲ Ἐβδόμην, ὅπ ὡσπερ οἱ παῖδες ἐν ταῖς ἑβδομαῖς κακίειν ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἔταξι, καὶ διγύλα. *A Gellius lib. XV. cap. II: Is in conuiuio inueni quæ agitare Athenis hebdomadibus luna solenne nobis fuit, simulatq, modus epulis factus, & vriles delectabilesque sermones ceperant: cum silentio ad audiendum petito loqui ceprabat.* Idem seruatum etiam in aliis rebus. *Valerius Gallianus in Auidio Casio: Exercitium septimi diei fuit omnium militum, ita vt sagittas mitterent, & armis luderent. Lampadius in Alexandro Seuero Capitolium septimo die curiæ vrbs esset, ascendit, semper frequenter auit.* Disputat etiam *Clemens Alexandrinus Stromatum libro quinto: ὅπ πᾶσι ἑβδόμην ἑσθὴν ἰμόνον οἱ Ἑβραῖοι, ἀλλὰ καὶ οἱ Ἕλληνας ἴσασσι.* Sed ante *Clementem* scripsit *Iosephus* iam sua ætate ad eum increbuisse septimi diei obseruationem, ex Iudaico ritu: vt. neget vr-
bem vllam aut Græcorum aut Barbarorum, hoc est, non Græcorum, vel gentem omnino vllam, posse reperiri, quæ cessationem ab opere diei septimi in suos mores non recepisset. Insignis plane locus: ideo verba ipsa *Iosephi* proferam. Οὐ μὲν ἀλλὰ καὶ πᾶσι τὸν ἡμέτερον ἐπιβίαις, ἐδ' ἔστιν ἡ πόλις Ἑλλήνων ἐδ' ἡ πόσις, ἐδ' ἡ βάρβαρον ἐδ' ἡ ἔθνη, ἐνθα μὴ τὸ τῆς ἑβδομάδος ἦν ἀφροδμεν ἡμῖς, τὸ ἔθνη ἢ διαπεφοίτηκαν. libro posteriore contra *Appianem.*

In septimum diem distulerat] Sic etiam rhetores declamationibus suis certum diem soliti assignare. *Iuuenali,*

Nis salis Arcadico inueni cuius mihi sexta:

Quas

Quaq; die miseram dirus caput Annibal implet.

Suetonius in libello De illastribus gramaticis de M. Antonio Gniphone: Docuit & rhetoritam, ita ut quotidie precepta eloquentia traderet, declamaret vero non nisi nudum.

Hunc Roma saluandi sui causa pro foribus adstantem] Simillima huic historia est, quam de Polemone sophista & Imperatore Antonino Philostratus narrat in Sophistu.

Boni pastoris esse, sondere pecus non deglubere] Bætonis Dalmatæ interrogati à Tiberio, cur rebellasset, responsum fuit: ὅτι γὰρ τὰ ἀγάλια ὑμῶν φύλακας ἐκύναι, ἐδὲ νομίας ἀλλὰ λύκοις κτεμνται. Dio lib. LV. & iterum lib. LVI. omnino videtur id responsum Tiberio occasionem huius dicti dedisse: quod idem Dio lib. LVII. ita vertit, Ἀμειλίω Πήλιω χερματὰ ποτε αὐτῷ πλοία πᾶσι τὸ τετραγώνον ἐκ τῆς Ἀργύπης ἢς ἤρχε τίμησαν, αὐταπίσειλεν, ὅτι κείρεδαι μὲν τὰ σέβαστα, ἀλλ' οὐκ ἀποξέριδαι βίλομαι. pro deglubere dixit ἀποξέριδαι. At latina vox proprie ἐξέρειν significat, ut in Glossario vertitur: sed ad sententiam potius Dio quam ad proprietatem verborum attendit: nam etsi minus est ἀποξέριδαι quam deglubere, si spectetur propria vocum significatio: tamen translata hæ voces idem significant: nam etiam κείρειν quod tondere est, interdum pro eo quod deglubere Tiberius dixit, Græci ponunt: Maximus Tyrus sermone XL. Καμβύσης δ' ἦν καὶ αὐδισθέρης ἐκ ποιμένων ἀγαθῶν ποιησὶ λύκοι, κείροντες τὴν ἀγέλην, καὶ τῆς ἐπιστήμης ἀπεληλαμένοι. Dio Chrysostomus Περὶ βασιλείας οἰας. IV. Tiberianum hoc apophthegma putcherime illustrat: αὐτὸ δὲ ἔστο εὐνοικὸς ἀλλ' Ὀμηροῦ καὶ ὅταν ἐγκωμιάζων πᾶσι λέγει τῷ βασιλείῳ ποιμένα λαῶν. Ἐδὲ ποιμὴν οὐκ ἀλλόπτερον ἢ σέβεια καὶ σωπεία, καὶ φύλακα σέβαστων ὡς κείρεται, ἢ μὲν δία καὶ σφάπτει καὶ δέρειν, καί τοι ἐπίσχε πολλὰ σέβαστα ἐλαύνει μάγιστρος εἰς ὠνοσάμενον, ἀλλὰ πλείστον διαφέρει μάγιστρον καὶ ποιμαντικόν. pro deglubere dixerunt & reglubere veteres. Glossarium, Regluuo ἐκδέριω. In Lisl. cod. non deglubere scriptum erat, sed deglutire, perperam, etsi offendere memini eam lectionem etiam alibi.

Cap. XXXIII. Paullatim principem excoeruit] Verber. excoeruit, sine dubio ex ea lectione quam nos in Memmiano, Turnebus olim in suis reperit & annotavit, excoeruit, quam & Pithœi codd. habent: in quibus libris etiam locus hic ex capite XI, in quo excoeruisse ius tribunicia potestatis visus sit, corruptus ita, exseruit eius veterem lectionem arguit

fuisse, *exercuisse ius*. Neque aliter hic codices regia bibliothecæ. Sic *disiunit. us exerta* apud *Tertullianum* & c. *hostes exerci & exerta auctoritate* aliquid facere. *Codice Theodos.* titulo *De hereticis*. Est vero elegans loquendi genus, *principem exercere* siue *exercere* pro *facere* τὰ ἑ αὐτοκράτορος, gerere se pro principe. quam φεράσιν inior cuidam viro docto sic visam insolentem, vt ferre apud *Tacitum* nequiuert *exulente agere*, & mutandum censuerit. Atqui sic & Latini & Græci loquuntur, vt apud *Maximum* *Tyrium* ἀποδέμεν τὸν δεατὴν, apud *Dionys. Halicarn.* διασημαίνεν τὸν ἄρρωδοῦντα. apud *Philonem* τὸν κατῆρον ἰεροσολητῆν, & ἔ recentioribus Græcis apud *Niceram* fere singulis paginis: cuiusmodi sunt τὸν ἄλιν στρατιῶν ἀποπισσάμεν & ἰσοσημαίνεν τὸν ζῶντα, item ἀποδύνα τὸν πρεσβευτήν. & lib. I vitæ *Andronici Comneni*, οὐδεὶς πολλοῦ τὸν ἡγεμόνα ἐπίδειξο, id est, non magnificet ducatum suum. Nec minus eleganter Latini, vt *Noster* in *Vitellio*: *ministratorem exhibere*. *Seneca* epistola XXXI: *Quem promiserat exhibet*. *Plinius* in *Panegyrico*: *recipere se in principem*. *Valerius Max.* lib. I: *Exiit patrem vt consulem ageret*. lib. VIII in *rebus serijs* *Scauolam*, in *scurrilibus lusibus* *hominem* agebat. lib IX: *Nec fuit ei pudori filium, ciuem, hominem dissimulare*. & passim poetæ.

Magistratibus pro tribunali cognoscentibus, plerumque se offerebat consiliarium] *Tacitus* lib. I. *Annal.* 75: *Nec patrum cognitionibus satiatus, iudicijs adsidebat in cornu tribunalis, ne prætorem curuli depelleret, multaq; eo coram aduersus ambitum & potentium preces constituta: sed dum veritati consulitur, libertas corrumpebatur.*

Asidebatq; mixtim] *Reperimus & iuxtim*.

Vel ex aduerso parte primori] *Tacitus* modo: *In cornu tribunalis*. *Dio* sic. ἐδίκαζε μὲν οὖν ὡσερ εἶπον, ἐπεφοῖτα δὲ καὶ ἐπὶ τὰ τὸν ἀρχοῦλον διαβεβαίε, καὶ ἠδὲ ἀγλάμειν ἑαυτῶν, καὶ ἀπαράκλητον, καὶ ἐκείνους μὲν ἐν τῇ ἑαυτοῦ χάριτι καὶ δίδου ἔτα, αὐτὸς δὲ ἐπὶ τῷ βάθρῳ ἑ κατῆρικτος σὺν καίμειν καὶ δίζων, ἔλεγεν ὅσα ἐδὲκ ἑ αὐτῷ. *Habes elegantissime expressum & Taciti* superiorem locum, & *Suetonij* quoque.

Cap. XXXIV. *Corinthiorum vasorum pretia*] vide *Tacitum* III. *Annal.* in actis anni DCCLXXV.

Annonamq; macelli senatus arbitratu quotannis temperandam: dato adilibus negotio pop.] Prorsus contraria his scribit *Tacitus* III A 55. *Auditibus Casari literis remissa* *Ædilibus* talis cura: *luxusque mense, à fine*
Adia-

Altiaci belli ad ea arma quæ Ser. Galba rem. R. adeptus est, per annos centum profusis sumptibus exerciti paulatim exoleuere.

Pridiana sepe ac semesa opsonia apposuit] Sextus Aurelius de Alexandro Seuero: Huius mater eo filium coegerat, ut illa: a quamuis permodica, si mensa prandioq, superessent, quamuis semesa, alteri conuiuio reponerentur. Sic scribendus ille locus ex Historia miscella.

*Affirmans omnia eadem habere quæ totum] Ex intima philosophia præptum est hoc dictum. & profecto videtur Tiberius ingeniose ad ciborum saporis referre scholæ Hippocraticæ dogma, de quo medicos differentes audierat. Hippocrati placitum est, omnium in animali partium eam esse consensionem inter ipsas, ut nulla pars sit aliarum principium, sed in singulis omnia inesse quæ in vna aliqua. Initio libri De locis in homine scribit diuinus senex: *ἡμῶν δοκεῖ ἀρχὴ μὲν ἓν οὐδὲμία ἢ τὸ σῶμα ὅλῳ ἀλλὰ πάντα ὁμοίως ἀρχὴ καὶ πάντα τελευτῶ. κύκλι δὲ γερφέντῳ ἀρχὴ ἕχ ἐνθάδῃ.* Hanc autem partium mutuam affectionem ipse appellat *ὁμοιοσύνην*, quasi *gentilem quandam cognationem* dicas. Ait igitur libro eodem: *Ἐ σῶμα ἃ τὸ μικρότατον πάντα ἔχει ὅσα καὶ τὸ μέγιστον.* & mox: *ἐν τῷ μικροτάτῳ πάντα ἐνὶ τῷ μέγιστῳ.* quæ fere sunt Tiberii verba; etiam mens alia:*

*Quotidiana oscula prohibuit edicto] Arbitror Tiberium minime comem Imperatorem, ut eum Plinius vocat, cum oscula quotidiana grauaretur, ne superbix hoc ipsi tribueretur, si solus consuetudinem aspernaretur, edictum hoc promulgasse: Puto etiam Valerium Max. qui assentatione eius principis parum Velleio concedit, in Tiberii gratiam hæc scripsisse libro II: *ne Numidia quidem reges vituperandi, qui more gentis suæ nulli mortalium osculum ferebant. Quicquid enim in excelso fastigio positum est, humili & trita consuetudine, quo sit venerabilius, vacuum esse conuenit.**

Item strenarum commercium] Strenas & dandi accipiendique strenarum nomine vices. Sic lib. IV: *commercium mutui stupri.* & apud Valer. Max. lib. V. *dandi & accipiendi beneficij commercium.* apud Solinum, *spiritalia commercia*, pro spirationis & respirationis vicissitudine. Paulo aliter dictum à summo vate, *belli commercia* Turnus sustulit ista prior. De hoc autem edicto Tiberii Dionis verba sunt in anno DCCLXX. *ὁ Τιβέριος ἐπειδὴ καὶ μετὰ τῶν ῥωμαίων πρὸς ἀρβόριον αὐτῶν ἀεθλήτων, ὅτε ἐπέλατο, καὶ π καὶ γερμια*

ῥέμμα πρὸ αὐτῶ τούτῳ ἐξέδω, ῥήματι πνι μὴ λατίνῳ χρῆσαιμιν. *Strenas* vocat *Dio* ἀγχείων & hic & alibi, nimis laxa appellatione: sed vocem Latinæ patem Græci non habent. At Græci magistri finxerunt vocem appositissimam Romanæ consuetudini exprimentæ. *Glossarium*, *strenua* ἐρχαειμὸς, θαλλός. *Strebestrena*, & confer interpretationem cum verbis *Festi*. *Strenuam* vocamus quæ datur die religioso ominus boni gratia. Vide quæ observamus in animaduersionibus in *Atheneum* libro III cap. XVIII. in *Lisl. codd.* *strenua* pro *strena* scriptum hic reperi, ut in *Gloss.*

[*Utra non reddidit*] Quidam codd. *culit*. Notateo libro *Dio* sub principium, τότε ἐνθα ἔξω πε τῆς νεμηνίας διῆγε, ἵνα ἀγχείων παρ' αὐτῶν μὴ λαμβάνη. οὐδὲ γὰρ ἐδὲ τὸν Ἀυγέσον ἐπὶ τῷ τῷ ἐσπίνε δὲ τὸ πολλὴν μὲν διαχέριαν ἐν αὐτῷ, πολλὴν δὲ καὶ ἀνάλωσιν ἐκ τῆς ἀντιδόσεως γίγνεσθαι.

Cap. XXXV. *Maerona*s prostrata pudicitia, quibus acc.] Nullum ius novum hoc edicto instituitur, sed mos maiorum desuetudine abolitus in usum reuocatur. nam olim liberum fuisse maritis & cognatis privato concilio in nocentes fœminas animaduertere, nemo nescit. huic autem edicto Tiberii videtur præbuisse occasionem *Titidius Labeo*; quem narrat *Tacitus Annal. lib. II*, s; fuisse accusatum, quod in uxore *Vestilia* delicti manifesta ultionem legis omisisset. Factum id Romæ *Coss. Silano & Nolano*.

[*Equiti Rom. iuristurandi gratiam fecit*] Memini *iacobum Cutasium* ad *Nouellam LI*, De mulieribus scenticis, tractare hunc locum. Quare inde petatur ceuseo illius explicatio.

[*Lenocinium profiteri ceperant*] Apud *Ædileis*: cuius moris causam erudite explicat *Lipsius ad Tacitum II Annal.* vide etiam *Tortullianum De pallio*.

[*Pridie sortitionem ductam*] Ita *Memmianus* recte, non fortitione.

Cap. XXXVI. *Iudaicosq; ritus compefcuit*] Calumniis *Seiani* impulsus. fuisse *Philos Iudæus orat. ad Caium*. Vide *Cornelium Tacitum* in anno eorundem *Consulum & Iosephum*.

[*Coactis qui superstitione ea tenebantur*] Intelligo de quibus tantum Romanis: neque enim *Iudæis* suam religionem iuit ereptum *Tiberius*.

Cap.

Cap. XXXVII. *Inprimis tuenda pacis à grassaturis ac latrocinijs seditionumq; licentia curam habuit*] Huc refero quod de Tiberio Philo scribit, ὁ μὲν δὲν ἀέριμα πολέμῳ, μήτε χεῖ τῶν Ἑλλάδων, μήτε χεῖ τῶν βαρβαρῶν ἐπιποφόμενον, ἰάσας, τῶν δὲ εἰρήνῳ καὶ τῆς εἰρήνης ἀγάθῃ ἀφειδίμενος ἀχέει τῆς Ἑβριελίδης ἀφθόρῳ καὶ πλευνσίῳ χεῖ καὶ γράμῃ.

Aliam à Cottij regno] Regnum Cottii est quam Strabo Κοττιῶν vocat: in gentium Inalpinarum descriptione. Male præeunt qui Cotis scribi volunt. Cotys longe alius à Corto, vel Cotasio.

Aboleuit & ius moramq; asyloꝝ quæ usquam erant] Si vere hæc Suetonius, sequitur vt post hæc tempora nulla usquam templa fuerint in toto imperio Romanorum asyli iure prædita. Sane apud Pausaniam in descriptione Græciæ obseruabamus, quoties fere de hoc iure templi alicuius auctor loquitur, dici id olim fuisse, hoc est iam non esse. an propter hanc Tiberii legem? Sed Tacitus qui fuisse rem narrat lib. III modum huic rei dicit adhibitum, non autem ius omne penitus sublatum: quod nec fit verisimile.

Thrasypolim Thracem] Scio Græcos θρασύπολιν nominare, vt Dionem: sed constanter per Th. MSS. nostri. Lis. quidem diserte Thrasypolim. Viterb. vero Thrasibolam.

Cuius etiam regnum in prouincia formam redegit] Strabo lib. XII: Τελιδίῳσι καὶ τὸν βίον Ἀρχαλαῖν βασιλεύσατος ἐγνω καίσαρ τε καὶ ἡ σύγκλητος ἐπαρχίαν τῆν Ρωμαίων τῶν μεγάλων Κατωπαδονίας. & Tacitus non vno loco, aliique historici.

Cap. XXXVIII. *Et propè quotannis profectiōnem prapararet*] Tacitus non minus eleganter quam vere *Annal. lib. I. Caterum vt iam iamque iturus legit comites, conquisiuit impedimenta, adornauit naues. Mox hiemem aut negotia varie caussatus, primo prudentes, dein vulgum, diuicissime prouincias fefellit.* Vide eundem in actis anni DCCLXIII, lib. III & lib. IV in eis ait idem magnus scriptor: Exin vetus & sepe simulatum proficiscendi in prouincias consilium refertur.

Cap. XXXIX. *Constanti & opinione & sermone pene omnium, quasi neq; rediturus unquam*] Tacitus IV, 58. Ferebant periri celestium, iis motibus excessisse Roma Tiberium, vt reditus illi negaretur. Vnde exitij causa multis fuit properum finem vite coniectantibus vulgantibusq;.

Incanante eo, complura & ingentia saxa fortuito superne delapsa sunt] Placet nimis ista lectio, quam aduersus eruditissimorum hominum sententiam firmat super consensum MSS. omnium etiam

Turonensis, auctoritas Latine loquentium: nam ut noster *incanare* pro *ἐκτείνεσθαι* siue intus *canare* posuit: sic Columella *impasci* pro *ἐκτείνεσθαι* aut *ἐκτείνεσθαι*, lib. II. cap. XVII. Ac neque suem velimus *impasci*, quoniam rostro suffodiat & cespites excitet. lib. VI. cap. V: Itaq; cum ablegabuntur, in ea loca perducendi sunt, quibus nullum *impascitur* pecus. Sic apud Statium lib. VIII Thebaid. *inseruare*:

An tibi felices lucos miseratus Auerni,

Rektor, & Elysiis dedit inseruare volucres?

Cap. XL. Apud Fidenas supra XX hominum millia] Non Fidenatum, ne erres: sed peregrinorum, qui ludorum causa eo conuenerant. Nam Fidenæ ea tempestate pene vacuæ incolis fuerunt. Horatius:

*Scis Lebedus quam fit Gabius desertior, atque
Fidenis vicus.*

Buuenalis:

*Huius qui trahitur pretextam sumere manu,
An Fidenarum Gabiorumq; esse potestas?*

Ne quis se interpellaret dixerat, ac toto itinere aducentes submouerat] Nempe egressum semel vrbe. Tacitus: *Casar*, dedicatis per Campaniam tenuis, quanquam edicto monuisset, ne quis quietem eius irrumperet, concursusq; oppidanorum disposito milite prohiberentur.

Cap. XLI. Non tribunos militum praefectosq; non provinciarum praesides ullos mutauerit] Tacitus l. 80. Id quoq; morum Tiberij fuit, concinuare imperia, ac plerosq; ad finem vitae in eisdem exercitiis aut iurisdictionibus habere. causa varia traduntur. Alij radio noua cura semel placita pro aternis seruauisse; quidam inuidia, ne plures fruerentur. sunt qui existiment &c. Vide cap. LXVIII.

Cap. XLII. Quasi ciuitatis oculis remotus] Veteres quidam remotis, probo remotus: ut apud Ciceronem, locus arbitris remotus.

Cum Pomponio Flacco] is est de cuius obitu Tacitus *Annal. lib. VI, 27.* vbi Syriae propraetor appellatur.

Praefecturam vrbis confestim detulit] Non dissimile exemplum lib. IV. cap. XVIII.

Cap. XLIII. Cubicula plurifariam disposita tabellis ac sigillis hsc:] Scribe, dispositis tabellis. Clemens Alexandrinus Περὶ ἑρπιδίου ad Græcos; ἀλλ' ἔτι πάντα φρονέσων οἱ πολλοὶ ἀπορρίψαντες τὴν αἰδῶν καὶ τὸν φόβον αἰκῶν τὴν ἡδονῶν ἐγγέφορτα παρρησιασάμενοι. πικρὰ καὶ γὰρ πικρὰ ταχέως.

παρχοίσι μισθώσασιν ἀνακρίμινος ἀεσισηκότες ἀσπληγία τὴν θαλάμην κα-
κομήσασιν, πῶ ἀκολασίαν ἐυσεβίαν νομιζούσιν. κατὰ τὸ Χίμαιρον & κατακί-
μενοι, παρ' αὐτῶν ἐπὶ τὰς πεπλοῦρας ἀφορῶσιν εἰς πῶν Ἀφροδίτῳ ἐκένῳ, πῶ
γυμνῶ πῶ ἐπὶ τῇ συμπλοκῇ δεδραμένῳ. Propertius verissime:

Quæ manus obscenas depinxit prima tabellas.

Es posuit casta turpia visa domo:

Ille puellarum ingenuos corrumpit ocellos,

Nequitiaq; sua noluit esse rudes.

Meminit & Ovidius in *Mataotechnia* & Suetonius in *vita Horatij*. Pie
vero & sapienter *concilij in Trullo patres* vetuerunt tabulas pingi la-
sciuas & πῶ ὄρασιν κλισιαρῶν δούσας, vt scribitur *canone centesimo*.

Ne cui in opera edenda exemplar impetrata schema deesset] Hæc
lectio est codd. Viterb. Memmii & Pithæi: nec multo aliter Lislæi:
malim tamen *imperata schema*. Schema hic significat quod apud Cle-
mentem in his verbis, ἦδη ὃ ἀναφανδὸν τῆς ἀκολασίας ὄλης τὰ χίματα πα-
ρήμεϊ δούσῳκα ἢ ἀίχνησθε, Deinde, ἐπ' ἴσιν ἐγγεφόμενοι τὰ Φιλαινίδου
χίματα, ὡς τὰ Ἑσκληϊὺς ἀθλήματα. Legi etiam in Græcorum commen-
tariis hæc verba: Ἀσῶσα Ἑλένης δεραπαινα ἥπτε πρῶτη ἐξεύρεν Ἀφροδίτῳ
& ἀκολασα χίματα. Latinorum Poëtarum nequissimus quisque fi-
guram hoc sensu sæpe usurpauit. Non celabo lectorem, in optimis
codd. ita scribi hunc locum: *nec cui in opera edenda, impurata scena
exempla deessent*.

Paniscorum & Nympharum habitu] Clemens eodem loco, ὄσαι
ἢ αὐτῶν ἢ ἀλλὰ ὑμῶν εἰκόνες, παισικοὶ πνεε, ἢ γυμναὶ κέραι, ἢ σάτυροι μεθύον-
τες καὶ μοειῶν ἐπάσας, ταῖς γεφῶϊς ἀπογυμνέμεναι, ἄπο τῆς ἀνερασίας ἐλεγ-
χόμεναι.

Caprinæum didicitabant] Forte, καὶ πρὸν, *eum didicitabant*. Sed totum
locum ita scribo, *palamq; iam & vulgo, nomine insula abutentes, Capri-
num (vel caprium) eum didicitabant*. Quidam codd. *caprona didi*.

Cap. XLIV. *Quam perductam*] Membranæ, *productam: me-
lius & verius, productam*. nam lenonium verbum est *producere*. Cicero-
ni, Plinio, aliis, πρὸ πρῶτου γένους. In *Vespasiano cap. XXI*: *producta pro
concupitu sesteriia quadringenta donauit*.

Cap. XLVI. *Pecunia parcus ac tenax*] Dissentit Tacitus non
vno loco vt *lib. I*: *Resistentibus ararij prætoribus subuenit Caesar pretiumq;
adium Aurelio tribuit, eroganda per honesta pecunie cupiens, quam virtutem
diu retinuit, cum ceteras exueret*. *Lib. III*. *M. Pisonem ignominia exemit*.

concessitq; ei paterna bona, factu firmus, ut saepe memoravi, adversum pecuniam. Dissentit & Dio; cuius hæc verba: ἐλάχιστοι ἐς αὐτὸν δεπαρῶν, πολλῆσα ἐς τὸ κοινὸν ἀήλιστοι. πάντα μὲν ὡς εἶπεν τὰ δημόσια ἔργα, τὰ μὲν αὐτοκρομῶν, τὰ δ' ἀποκομῶν, πολλὰ δ' ἔχ' ὀφέλει, καὶ ἰδιωτικῆς ἱπαρχῶν. Et statim, πᾶν τε ἀέθροισι τὸ πῶν ἐυθὺς καὶ ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτῷ ἠεὶ θμῆτο.

Quam non amicorum; sed gratiorum appellabat] Imposuerunt operis nostris Antuerpienses edit. quæ ex contextura Turnæbi *gratorum* pro Græcorum edunt. mihi vero eo lectio non probatur: nam Græcorum habent omnes libb. vet. quibus vsi sumus, etiam Memmianus. Græcos vocat quos palliatos *lib. I c. XLVIII.* qui locus conferri cum isto debet. In comitatu principum virorum semper fuere Græci, iique ut plurimum litterati & philosophi: ἦν γὰρ πρὸς τὸτο ἡβ' καλλὰ πισμῶν ἐδύξ, ut vere *Lucianus* ait. Tales erant isti Græci: de quibus iterum *Suetonius cap. LVI.* *Nihil lenior in conviçtores Græculos quibus vel maxime acquiescebas.* quod etsi vere scriptum Suetonio, scimus tamen quantum semper & Græcos & eorum linguam contempserit Tiberius: quare non mirum; amicorum nomen iis fuisse negatum: & Græcos vel Graios ἐν τισημῷ χάειν fuisse nuncupatos. Fuit autem mos procerum Romanorum; ut ituri in prouincias magnum secum amicorum numerum Roma abducerent. Auctor primus, ut videtur, eius moris Scipio: de quo in Hispanias eunte *Appiani* sunt verba: ἐδέλοιός τις πνεύσθη γὰρ καὶ πάλαιος ἐν Ρώμῃ, καὶ φίλος ἀντιπαύσας, ὅς τις ἰλλῶν κατὰ λέξας ἐκάλει φίλων ἰλλῶ.

Cap. XLVII. Neq; opera vlla magnifica fecit] Noua quidem non fecit; sed facta ornauit magnifice; & vetustate dilapsa restaurauit: ita *Dio*, aliter *Velleius*, in signi, ut semper, adulatione.

Quo peractis] Omnino scribendum; quo pacto, nec aliter in MSS. offendimus.

Pudore deterruit, in his Ortalus] Non à petendo quidem: sed à probando deterritus Ortalus.

Cap. XLVIII. Publice munificentiam bis omnino exhibuit] Miror tam seueram adfirmationem, *bis omnino*, atqui Suetonium ratio fugit: sæpius enim publice munificus Tiberius fuit sicuti statim sumus ostensuri.

Proposito millies HS. gratuito in triennio tempus] *Dio lib. LVII* in anno DCCLXXXV. τὸ πρῶτον τὸ χ' τὰ δανείσματ' ἐμύλεισας, καὶ διαγυλίαν καὶ πωρητοσύας μυριάδας τῆς δημοσίῃς ἔδωκεν, ὡς αὐτὸς τῶν αὐτῶν βελδῶν

τῶν ἀποκεῖντος δὲ αὐτῶν ἔς τὰ ἐν ἐν δαριδύλῳ. Rem sanebrem moderatus est; ac millies HS. gratuitis proposuit; ut ex ea pecunia senatores in tres annos sine usura quod opus esset egentibus mutuo darent.

Et rursus quibusdam dominis insularum] Refert hanc largitionem Tacitus in anno DCCXC. Ego vero aliam principiseiuidem reperio isti simillimam: narrat enim Dio G. o. s. Sex. Papinio, & Q. Plautio qui erat annus DCCLXXXIX. stagnasse Tiberim plana vrbis iuxta circum & collem Auentinum: esseque relabentem secutam magnam ædificiorum stragem: Tiberium millies HS contulisse ad subleuandam inopiam eorum qui damnum fecissent. Meminit eiusdem munificentiz & Tacitus in illius anni actis (VI A. 45.) sed non nihil à Dione dissentiens: incendium enim fuisse ait, non Tiberis exundationem: in cæteris plane consentit. Sicille, Idem annus graui igne vrbem adscit; densa parte Circi, quæ Auentino contigua, ipsoque Auentino quod damnum Cæsar ad gloriam vertit, exsolutis domuum & insularum pretius. millies sestertium ea munificentia conlocatum: tanto acceptius in vulgum, quanto modicus priuatis adificationibus. Nec mirum sane Imperatorem damna fortuitis casibus accepta à ciuibus aliqua largitione esse prosecutum; quum traditum ab Augusto morem, donandi pecunia vrbes terræ motu afflictas, Tiberius tenuerit. vt constat factum in XII vrbibus Asiæ.

Post duplicata ex Augusti testamento legata] Id qua ratione acciderit ex Taciti Annal. lib. I. discas.

Cap. XLVIII. Quod partem rei familiaris in pecunia haberent] Vetus fuit Romæ lex qua amplius quam sexaginta sestertia in auro vel argento possidere vetitum: eam legem temporis tractu abolitam restituit Cæsar Dictator, anno DCCV. vt narrat Dio lib. XLI. Puto & Augustum aliquid de modo habendarum pecuniarum constituisse, quod proprius ad loci huius sententiam faceret: eius tamen legis mentionem nusquam reperi apud veteres.

Sed & Vononem regem Parthorum] Tacitus Annal. lib II, aliter narrat hanc historiam; & Tiberium culpæ absolvit.

De cogendo ad restituendam libertatem Augusto] Tal: aliquid cogitasse Drusum colligas ex his Taciti lib. I. Drusi magi a ap: d pop. Rom. memoria, credebaturq; si rerum potitus foret libertatem reddisurus. Vide initium lib. V.

Cap. XLIX. Vt titulis suis quasi Augusti, ita & Linia filius adii-

ceretur] Dio lib. LVII. ἄλλοι δὲ τὸν Τιβέριον ἀπ' αὐτῆς ὀπιηλείου ἐσηγῆσαι ὅπως ὡσπερ οἱ Ἕλληνας παλεῖσθαι, ἔτω καὶ ἐκείνου μνησθέν ὀνομάζειται Tacitus; *Multa patrum & in Augustam adulatio: alij PARENTEM, alij MATREM PATRIÆ appellandam, pleriq; ut nomini Caesaris ascriberetur IVLIÆ FILIVS, censebant.*

Quare non parentem patria appellari] Dio, de Liuvia, καὶ πολλοὶ μὲν ΜΗΤΕΡΑ αὐτῆς ΤΗΣ ΠΑΤΡΙΔΟΣ, πολλοὶ δὲ καὶ ΓΟΝΕΑ προσεγορεύεσθαι γνώμην ἔδωκαν. In antiquis nummis superbissimus simul & ineptissimus hic illius titulus inuenitur, IVLIA AVGVSTA GENETRIX ORBIS.

Cap. LI. *E sacrario protulit] Scripserat Beroaldus videri legendum è secretario. deinde extitere qui inuentam à se in veteri libro eam lectionem, in literas referrent. At nostri omnes sacrario. idq; melius. intelligit non tablinum Augusti, aut Liuiæ: sed vero sacrarium, id est, locum Augusto consecratum, vbi eius imago habebatur à Iulia vxore quondam ipsius, tunc sacerdote: eo loci videtur Iulia pretiosissima κειμήλια ab Augusto sibi relicta habuisse. alia notatione sacrarium principis, in leg. ult. §. legatis. D. de muneribus & bonor. & alibi. Secretarium, vix seculo eo nota vox, in codice aliud significat.*

Toto quidem triennio quo viuente matre absuit] Ita scriptum in Memmiano & Viterb. non vt in plerisque adsuit. De triennio interpretibus assentior, potius quam erudito viro qui emendat biennio: cum enim neutra lectio exacte tempus definiat, quo vixit Liuvia post exitum Tiberii, quod spatium est biennii & paucorum mensium, nihil temere mutandum, consentientibus omnibus MSS. cum vulgata lectione.

Et in antliam condemnato] Sic omnino legendum: neq; multo aliter veteres libb. in quib. Antliam perscriptum offendimus, in Memmii vero optimo, in antliam. Meminit huius supplicii Artemidorus lib. 1. cap. L. cuius verba cum pridem ad hunc locum annotassemus, reperimus postea occupatum id ab eruditiss. Lipsio lib. II. Electorum. Sic autem Artemidorus, οἶδα πᾶσι ὅς ἔδοξε τῷ πάντος Κομμαίου ἀγρέμα μόνον τὰς πόδας αὐτῶ μόνος βασάζειν. καὶ προσεάνην μὲν μηδὲ βραχὺ ὅμως ἢ κενεῖσθαι Κομῆν αὐτῶ εἰς ἀνλίαν κατὰ διεσθῆναι. καὶ γὰρ τοῖς ἀντλήσιν Κομῆς ἐπιπλε, διαβάνην μὲν ὡς βασάζουσιν, αἰεὶ δὲ μόνον ἐν τῷ αὐτῶ τόπῳ.

Cap. LII. *Ad negotiorum consuetudinem rediit] Quod Tacitus dicit*

dicit repetere solemnia, & redire ad munia. B. Chrysofostomus alicubi, *ἐπιεῖξ ἢ ἑωσίων.* Ouidius in aliare, *ad solitum ibit opus.*

Nisi ea secreta obstarent] Nihil variant vet. codd. sententia potestulat scribi, nisi ea secreta ablata forent, vel, ut visum Torrentio, nisi Seianus secreta obstaret. Ad id Tacitum.

Per que multifariam inrepticum] Regium exemplar vnum & Politiani, *inscriptum.* Notus mos ex aliis Suetonij locis. Deinde habent, regii codd. *celeberrime acclamatum est. non creberrime, pro cœtu celeberrimo & frequentissimo cœuentium vndique hominum.*

Cap. LIII. *Si non dominaris, inquit, filiola iniuriam te accipere existimas?* Calpurnius Flaccus *Declamatione VII: Sceleratis ingenis & plusquam ciuilia cupientibus, non dominari instar seruitutis est.* Eleganter etiam Cyprianus in epistola ad Donatum, *Fascibus ille oblectatus & honoribus, priuatus & inglorius esse non potest: hic stipatus clientium cuneis frequentiore somitat u officiosi agminis honestatus, pœnam putat esse cum soltus est.* Nec abludivit Seneca dictum epistola XV. *deniq; ut nihil illi Fortuna detrahat, quicquid non acquiritur damnatum est.* illud Plutarchi Pyrho de Tarentinis, *δελείων, τὸ μὴ πρὸς ἡδονῶν ζῆν ἐνάλλειν.* neque illud in conuiuio sapientum: *esse quosdam homines qui εἰ μὴ τὰ παύλων ἔχουσιν; ἰδιῶν ἀμαχὴ βασιλέων ἢ ἐσθίας ἀπλεῖσθ νομίζουσιν.* Paulo aliter Isorrt tyrannus apud Philosophum *Politiconum lib. II:* *ἰάτων ἔφη περὶν ὅτε μὴ τυραννοῖ. ὡς ἐκ ἐπιστάμεν & ἰδιώτης εἶ.* *esurire se, cum tyrannidem non obtineret: ut qui priuatus esse nesciret.* Placet autem valde quod docti viri ante nos annotarunt, versiculum Græcum quo Tiberius est vsus, verbatim à Suetonio esse expressum, *εἰ μὴ τυραννοῖς τέκνον ἀδικεῖσθ δόκησ;* quo videtur allusisse Iulianus epistola quadam ad Bostrenos, *οἱ δ' εἰς τὸ σῆτον λυσομαρίας ἤκων ἢ ἀπονοσίας, ὡς τὸ πρὸ μὴ τυραννοῖν ἐξέστιν ἀλοῖς παροξυώμενοι πάντα κινῶσι λίθον.*

Cum praestructum verumq; consulto esset] Tacitus aliter, *donec aduertit Tiberius forte, an quia audiuerat?* lib. IV.

Per vim ore diducto infulciri cibum iussit] Offendit eruditissimos viros vox *infulciri.* videturq; iis reponendum *inferciri.* mirum quid eos mouerit, an negabunt esse Latinam vocem *infulciri,* pro *inculcare?* Seneca epistola CXIV. *Non desinit Arruntius omnibus locis hoc verbum infulciri.* omitto quod *fulciri cibus* diligentissimi auctores sermonis Latini dixerunt.

Impunita etiam quod non laqueo strangulatam in Gemonias abieceris]

cerit] *Imputare Suetonio, Tacito, Iuuenali, Plinio, Quintiliano, & alijs* scriptoribus inferioris ævi valde, postulare aliquid gratiæ apponifibi. *Tacitus verbo iactare in eadem sententiæ usus: iactavit Cesar quod non laqueo strangulata neq; in Gemonias proiecta fuerit.*

Prog. tali clementia interponi decretum passus est, quo sibi gratia agerentur] Mos tyrannorum, notatus *Dioni* non vno loco in historia proscriptiois triumvralis.

Cap. LIII. [Vt tomentum è culcita sentauerig mandere] Est plane mirum quod *Tacitus VI. A. 23.* ait & *Drusum his semiserandis alimentis, mandendo è cubili tomento, nonum diem desinuisse.* Simile est quod refert *Herodotus Calliope* de Persis Eleunte, obsessis: οἷς πᾶν ἡδὴ καὶ ἀπικαμένοι ἴσων ἔγω, ὥστ' τὸνὸς ἐφόβητες ἤδ' κλιπέων, ἀσπίτων. Etiam apud *Plutarchum in Bruto* milites, quidam *Cæsariani* (καὶ Διμῶ ἤδ' ἰσίων καὶ χολων ἐδίωντες διαγίνον). de iisdem scribit *Appianus*, per quinque dies tolerasse ipsos famem λιχμομένοις τῶν σίτων, ἢ ἰσίων ἢ καλων διαμασσομένοις.

Amborum sic reliquias dispersis, ut vix quandoque colligi possent] *Dio lib. LVII.* aliter tradit: eius enim de *Druso & Agrippina* à *Tiberio* occisis hæc sunt verba: ὡς καὶ οὐκ ἐνευσε παρονομασθεῖν ἡμᾶθον, ἐσθλῶν ποῦ διά τι τῶτο, καὶ ὅτι καὶ τὰ ἐστὶ ἀνὰ τὸ ἕμῶν ἐκ ἐς τὸ βασιλικὸν μνημεῖον κατέθετο, ἀλλὰ καὶ κρυφθῆναι οὐ κατὰ γῆς ἐκέλευσεν, ὥστ' μηδέ ποτε εὐραθῆναι. Fuit autem sæuissimorum hominum mos, reliquias eorum post obitum spargere, quos vivos vehementer odissent: cuius rei exempla in historia Ecclesiastica & sanctorum martyrum, multa. Sic magni illius *Pyrrhi* dissectæ reliquæ, ut & historici testantur, & *Ovidius in Ibin*:

Nec tua quam Pyrrhi felicius ossa quiescant,

Sparsa per Ambracis qua jacuere vias.

Allusit iterum idem Poëta in fine ipsò librorum de *Ponto*:

Ergo summo cum patria proscindere liuor

Desine neu cineres sparge cruenta meos.

Potest huc referri quod scribit *Valerius Max. de Sulla.* *Quinque millia Prænestinorum interficienda, protinusque per agros dispergenda curauit.* In cod. *Viterb.* scriptum erat, *amborum sic reliquias dispersas*, pendente oratione à verbo *purant*, quod præcessit. Eamque lectionem adiuuat cod. *Lisl.* vbi mendose scriptum, *reliqua dispersa.*

Cap. LXV. Nepotemq; suum ex Druso] *Tiberium.* Vide c. *LXII.*

Cap.

Cap. LVI. *Nihilò denior in conuictores Graculos*] Quorum: tamen quosdam eximie & constantem, vt viderur, amauit: in his vel præcipue Potamonem Philosophum: cui patriam repetenti viaticum logosales dedit literas; Ποτάμωνα ἢ λιοβόνακ] Ἐπιπείδωκιν τολμήσθαι, καὶ ἄλλοι εἰ μοι δώσωσιν: πολλαῖσι.

Xenonem quendam] MSS. Viterb. Memmii, Pithœi & Groslo-
titi constantem. *Xenonem*, vtrumque nomen Græcis in vsu.

Primum à consubernio remouit, deinde etiam ad mortem compulsi] De hoc fortasse accipi debet quod scribit *Iulianum in Cesaribus de Tiberio*, ἀλλὰ σὶ ἔλξῃ ἑστῶτων. λίγῃ] Ἰδὲ αὐτὸς ἐν γρημματισμῷ. πῶς αὐτὸ ἐγ-
γασάσθαι.

Cap. LVII. *Seua ac lenta natura*] Putabam scrib. *Seua ac trun-
culenta nat.* Sed repugnantibus libb. nihil muto. *Lentus* dicitur, qui non facile mouetur. vnde *lente ferre iniurias* apud *Ciceronem*: *Seianus* apud *Tacitum lib. IV. Annal.* de eodem; *Gnarus lentum in meditando, vbi prorupisset, tristibus dictis atrociam facta coniungere.* Est vero *lenta natura*, quæ *lentitudo* vna voce dicitur. Ita appellant Romani quam ἀοργη-
σῶν Græci. *Cicero, Virum videri negant qui irasci nesciat.* eamq; quam *lenitatem* nos dicimus, vitioso *lentitudinis nomine* appellant. Recte patens linguæ Latinæ dixit, vitiosum nomen esse *lentitudo*. Est vero non vnum, sed duplex *lentitudinis genus*. Nam interdum de eo dicitur qui præ stupore quodam irasci nesciat: estq; hæc *lentitudo ἀνωιδησία* quædam, de hac *Cicero* sentit, & in parte vitii. ponit: interdum *lentitudo*, siue *natura lenta*, eum affectum ac genus iræ designat, quem Græci κότον, quasi *dormientem iram* appellant. Ea est quam *Seneca* ait, *seuam manu, verbis parciolem*: nec non *altam grauemq; & introrsus versam*. Hæc ita odiosa est, adeoq; grande malum, vt eius com-
paratione simplex ira & quæ se statim promit, virtutis nomen inua-
dere non erubescat. Inde illud est apud *M. Tullium primo De legibus*: *bonorum virorum esse admodum irasci.* & ait idem scribens ad *Atticum*; *ir-
ritabilem animos esse optimorum sepe hominum, & eosdem placabilem: & esse
hanc agilitatem, vt ita dicam, mollitiãq; naturæ plerumq; bonitati.* ita *Ho-
ratius* sese ait fuisse, *irasci facilem: tamen vt placabilis esset.* & *Augustinus* in confessionibus, patrem suum describit; *sicut beneuolentia præcipuum,
ira ira feruidum.* Igitur *lenta natura* in hoc *Suetonii* loco, est contra-
rium eius quam *Cicero* *agilitatem*, *Augustinus* *feruorem* nuncupant.
Propertius lib. III:

Non est certa fides quam non iniuria versat :

Hofibus eueniat lenta puella meis.

Qui locus huc facit maxime.

Theodorus Gadareus] Meminit quidem Strabo lib. XVI, Theodori cuiusdam Gadarei rhetoris industrii: sed an de eo hic loquatur Suetonius quæri potest. Vix enim per temporum rationem licet. Accedit eo quod non desunt è veteribus, qui huius dicti auctorem non Theodorum Gadareum, sed Alexandrum Aegæum faciant. quantum illi de Nerone, non autem de Tiberio pronuntiatum istud fuisse narrant. Apud Suidam duobus locis ex Dione aut alio scriptore antiquo hæc recitantur: Ἀλέξανδρος Ἀιγαίου ἐκάλει τὸ Νέρον αὐτὸν αἰματὶ περιφύμενον.

Πηλὸν αἱματὶ περιφύμενον] Ita omnino melius quam περιφύμενον: etsi ita bis Suidas, & Æschylus in Agamemnone, αἱματὶ δ' αἰματὶ ἐφύρετο. Arrianus Dissertationum lib. I. τὸ τοῦ σωματίου ἐν ἐστὶ σὺν ἀλλὰ πηλὸς κομψῶς περιφύμενον. Perlius, vatum & molle lutum es. In MSS. Viterb. Pith. & Lisl. adiecta est interpretatio, id est, lutum à sanguine maceratum: φύμα Græcis dicitur intrisum siue harenatum: & apud Strabonem: ac Plutarchum φύμα πηλὸν in lib. De solertia animalium: quod & φύμα μαλάτῃ in dicunt, vt Epiphanius contra Ophit. in lib. I. Si cui placet περιφύμενον, fauet illud Hesiodi, Τῶν ὕδ' ἐφύρειν, ἐν δ' ἀθρόπῳ θέμεν αὐδῶν.

Scurræ qui prator euntes funere] Scurræ & mimi olim ad exequias adhiberi soliti. Vide in Vespasiano, cap. XIX.

Blato mortuo mandatas] Ita scriptum in Viterb. clarv. pro, qui efferebatur, vt similia lib I exponebamus. In aliis libb. est clare, quod non satis conuenit narrationi Dionis, πρὸς αὐτὸν περὸς νεκρῶν δὲ τῆς ἀρχῆς ἐκπερέμενον, ἢ πρὸς τὸ οὗς αὐτὸ πρὸς αὐτὸν ἐφύρειν π.

Sub idem tempus consulente pratore] Tacitus l. Annal. 72. in anno DCCLXVIII, qui fuit alter annus Tiberiani Imperii: Mox Tiberius consulente Pompeio Macro pratore, an iudicia maiestatis redderentur, excedendas leges esse respondit.

Cap. LVIII. Statua quidam Augusti caput demserat, vt alterius imponeret] Inualuerat ea ætate mos veteres statuas μεταφύμεναι in aliam formam, capite & titulis permutatis. surdo vt loquitur Plinius, figurarum discrimine. Ita Caligula simulacra numinū tota Græcia conquistavit, quibus capite demto suum imponeret: ait Sueton. l. IV. c. XXII. Nusquam autem factum id legimus aut frequentius aut inuerecundius,

quam

quam apud Rhodios: de quorum statuis vrbanis homines dicere soliti, eas esse histriionibus similes: ὡς εἰς τὸ ἐκείνων ἔκαστον ἄλλοτε ἄλλοι εἰπῆναι, καὶ τοὺς ἀειδῶντας αὐτοῖς ἄλλοι ἄλλα λαμβάνειν προσώπα, καὶ μικρῶς δὲ τὴν ὑποκεινομένης εἶναι. Plura in hanc sententiam apud *Dianem Chrysostratum* in *Rhodiaca oratione*: ubi multis rationibus conatur Philosophus ille Rhodios à peruersa ea consuetudine auertere. Reperio etiam non demto capite titulos mutari solitos, quod μεταγέγραφι *Pausanias* dicit in *Atticis*. τὰς Μιλτιάδου, inquit, καὶ Θεμιστοκλέους εἰκόνας ἐς Ρωμαίων τε ἀδελφὰ καὶ θεῶνα μετέγεγραψαν. & in *Corinthiacis* refert *Idem*, Orestis veterem statuam mutato titulo, Imperatori Augusto fuisse consecratam. Auctor est *Hieronymus* moris fuisse, ut victoriarum tyrannorum statuæ mutato capite victoribus consecrarentur. sic ille *comm. in Habacuc Prophetam lib. altero*: si quando tyrannus decruncatur, imagines quoque eius deponuntur, & statuæ: & vultu tantummodo commutato ablatoque capite, eius qui vicerit facies superponitur, ut manente corpore capitibusque præcisus, caput aliud commutetur.

Ut alterius imponeret] Ipsius Tiberii, si hic est *Granius Marcellus* de quo *Tacitus lib. I*. Addubitandi causa est non levis: quum damnatum reum scribat nosse; *Tacitus* absolutum: sed potest non absurda fortasse ex ipsis Taciti verbis peti solutio: qui non simpliciter scribit reum fuisse absolutum, sed sic: *rulit absolui ream criminibus maiestatis*. potuit igitur fieri, ut in gratiam Tiberii damnetur *Granius*: etsi alius quaesitus sit prætextus, quam maiestatis crimen.

Circa Augusti simulacrum seruum cecidisse] Voluit enim Tiberius nouo numini patri suo non minus reuerentiæ præstari, quam cæteris diis, quorum templa aras, statuas & effigies perfugium præbuisse seruis, quos inclementes domini persequerentur, notum est.

Vestimenta mutasse] Pars honoris qui more maiorum diis exhibebatur, erat, ut in eorum conspectu neque diceretur, neque fieret quicquam in quo esset aliquid obscœnitatis, ut disputat *Arhepaus lib. VIII*. *Arrianus Dissertationum lib. II, cap. VIII*. ἐν συνῶ φέρεται τὸν καὶ τοὺς μολυβίων ἐκ αἰδάνῃ, ἀκαθάροις μὲν διανοήμασι, βυθιαγαῖς δὲ πορξῆσι. καὶ ἀγάμασι μὲν τῷ θεῷ παρόντων, οὐκ ἀντολήσους τὴν τούτων ποιῆσιν ἀν ποιῆς. αὐτῷ δὲ τῷ θεῷ παρόντων ἰσῶθεν, καὶ ἐφορῶντων πάντα, καὶ ἐπακούοντων, οὐκ αἰχμῶν ταῦτα ἐσθυμούμεν καὶ ποιῶν, ἀναίδητοι τῆς σωτῆς φύσεως καὶ θεοχόλωτοι. *Plutarchus in Questionibus Romanis*, ἐν ταῶ καὶ ἐστὶν γυμνοῦν ἑαυτὸν ἀδήμιτόν ἐστιν. *Idem translatum ad honorem hominum: Valerius*

*lorius Max. lib. II. Manifestum igitur est tantum religionis sanguini & af-
finitati, quantum ipsis diu immortalibus tributum: quia inter ista tans san-
cta vincula, non magis quam in aliquo sacro loco nudare se, se esse credeba-
tur. Inde patuit ad calumniam hic locus: tributam enim impieta-
ti, quomodo ante notabamus crimen maiestatis solitum fuisse illis
temporibus appellari, quod & Die obseruat lib. LVII. Similis historia
in vita Domitiani apud Xiphilinum de ea muliere, quæ occiditur ἀν-
δραπένην ἐναρτίον εἰκόνα. Ἐ Δομιτιανῶ.*

*Eodem die decerni sibi passus est, quo decreti & Augusto olim erant]
Mira huius principis semper fuit curiositas circa obseruationem
dierum. Eius generis est quod refert notatque Tacitus Annal. VI in
Agrippinæ supplicio. Eodem die defunctam quo biennio ante Seianus pa-
nucliusset, memoriaq; id prodendum addidit Caesar.*

*Cap. LVIII. Specie grauitatis] Iulianus Cæsaribus: Τίτλιε
συγός τὰ πείσωπα, ἡ βλοσυρός, σῶφρέν τε αἶμα, ἡ πολιμῶν βλέπων.*

*Vt nonnulli versiculis quoque & presentia exprobarent, & fuit.] Ta-
citus I. Annal. hunc quoq; asperauere carmina insertis auctoribus vulgata in-
fauitiam superbiamque eius, & discordem cum matre animum non est
dubitandum hæc ipsa carmina intelligi, quæ noster non est passus
interire.*

aspice felicem sibi, non tibi] Tria hæc postrema distichæ coniun-
gi debent, cætera separari, seorsum enim quodq; eorum suam sen-
tentiam absoluit.

Nec non Antoni] Respicit decretum quo declaratus hostis patriæ
Antonius: id enim mire scuitiam eius quando in urbem reuersus
est; intendit.

Regnabit sanguine multo; ad regnum quinquæ venit ab exilio] Verum
& prudens dictum, quod multorum principum experientia confir-
mat. Vberriam exemplorum sylum suppeditat historia Impera-
torum Constantinopolitanorum: qui inuicem trudere se & solio
deicere soliti, si quando, quod sæpe accidit, restituerentur, nullum
scuitiæ feritatis & immanitatis genus non exercebant: vel vide quæ
de vno Andronico Comneno narrant historici, præsertim Niceræ,
aut quæ de Iustiniano Rhinormeto scribunt alii. Causas quæ re-
libet. Quibus in exilium pellit proceribus contigit, eos factione pul-
sos necesse est; proindeque multos habere inimicos, quod in Sulla,
Mario & Antonio verum est; vel magno rerum præsentium fasti-
dio

diseratque odio cessasse: quod in Tiberio accidit. deinde certum est τοὺς ἀτυχεύοντας (quod *Ælianus* eleganter ait) ἐξαλειψάσαι, atque efferatit *Laberius* olim vere;

Mens intorrupta miseria corrumpitur:

Mucat se bonitas irritata iniuria.

hec parum prudenter *Otho* apud *Tacitum* I. *Histor.* inter metus sui causas ponit, principis ingenium longa exsilio efferatum: & in I. *Annal.* sapienter adæque reformidat populus Rom. crucem *Agrippam*, & ignominia accensum. Simile quid de *Cæsare Gallo* etiam *Marcellinus* inicio XIV. Sed interior causa est, quod qui patiuntur vel exilium vel aliam calamitatem; ii dum assidue cogitant de vindicta inimicorum suorum, paulatim habitum induunt hominis crudelis, sævi, feri: quem animi habitum postea rerum poriti, in eos primo quibus sunt offensus; exerunt; deinde in alios: vel quia ipsis se vel ἀποθεωρούμενος sæuitia placet; & pretium est: vel quia dum alios quos occidunt, novos subinde sibi hostes creant. Ita quotidie seges olefcit exercendæ illius ferinæ naturæ. Adde quod omnes in aduersis iniqua experiuntur hominum iudicia; quasi dignissimi sua pœna sint, vt verissime *Velleius* ait: inde vilitas & contemptus calamitosorum apud omnes; inde calamitosorum aduersum omnes odium; & κατὰ, ac diu πειθοσάμενοι μὴ ὀργή.

Cap. LIX. *Perfricari eodem pisce faciem iussit*] Alludit hoc factum *Iulianus*, οἰμώζονται μὲν ὅν εἶπεν, ἐν μὲν νησίδι (τὰς Καπερίας ἀνιτόμας) ἢ ἄλλιον ἀλιεὺς ἤχηται.

Exploratores via] Hoc genere ministeriorum utebantur proceres Romani non solum in viis agrorum: sed etiam in vrbe; putant cum ad balnea irent; aut alio quo. *Lucianus Nigrinus*; πολὺ ἢ ἐν τῇ πόλει ἦτο, καὶ τοῖς βαλανείοις ὀπχωσεύζον περιόοντας γὰρ πᾶς ἤδ' οἰκατέρῃ δέει βοᾶν καὶ ἄλλοις περιεσῶδες τοῖν ποδοῖν ἡ ὑψηλότεν ἢ κοῖλον μέλλωσιν ὑποβαίνον, καὶ ὑπομνησάντων αἰλουσ τὸ κενεταῖον, ὅτι βαδίζουσι.

Stratum humi ad necem verberauit] Ita moris, & in securi percutiendis, & in fusti puniendis. *Tacitus* I. *Annal.* prostratos verberibus multant;

Cap. LXI. *Nullus à pœna hominum cessauit dies, ne religiosis quidem ac sacer*] Et Græcorum & Romanorum vetus mos fuit, vt diebus festis abstineretur à suppliciis, vt notamus *lib. superiore ad cap. LVII.* Quin hoc quoque obseruare licet, diebus solenniorum festorum,

vinculos fuisse solutos. *Viprianus ad Demostheni illa verba; πάλαις περιπαίνεσθαι ἐν τῷ δεσμῶνι εἰς διαλείψαντα ex oratione χ' Τιμοκράτους, sic vocat: ἐχ' ἀπλῶς τὸτο εἶπεν, ἀλλ' ἐπειδὴ χ' πάντε ἐπ' ἡγέτο τὰ παλαιώματα, τότε ὃ ἐξέλι' ἀφ' ἑαυτοῦ ὃ δισμῶ τὸς δεσμῶτας ὃξ' πλὴν παρήγειν, ὡς ἐγνομεν ἐν τῷ χ' Ἀνδρῶν πον.* Idem fiebat & Romæ. *Linus lib. V. in descriptione lectisternii, quod primum factum est in vrbe, anno CCCLV: Et cum inimicis quoq; benigne ac comiter sermones habiti, iurgis ac litibus temperatum, vinculis quoq; decepta in eos dies vincula!*

Animaduersum in quosdam inuenite anno nouo] An: DCCLXXXI Kal. tractus in carcerem inlustris eques Rom. ac mox supplicio affectus. Tacitum vide lib. IV.

Obiectum & historico] A Cremutio Cordo.

Quod Brutum Cassiumq; ultimos Romanorum dixisset] Prior istud Brutus dixerat in planctu super iacente Cassio. auctor Plutarchus, Est hoc quoq; à Græcis acceptum: extat enim vetus de Cleomede oraculum in hæc verba apud Pausaniam, Ἰσαίῳ ἡρώων Κλεομίδης Ἀσπυλαεύς. Pausania dicitur Philopœmen ὕσαίῳ Græcorum ἰνεργίης. Procopius libro I I Perficorum, de Aëtio & Bonifacio notis ducibus ex historia: ἐς τοσούτον μεγαλοψυχίας καὶ τῆς ἀλλης ἀειψῆς ἠκέτιον, ὡς ἐπὶ αὐτῶν ἐγένετον εὐδρα Ρωμαίων ὕσαίον ἔποι, ἐκ αὐτῶν ἀμάροιο. ἔτω πλὴν Ρωμαίων ἀρετῶν Σύμπασιον ἐς τὴν τῶν ἀνδρῶν ἀποκείσθαι τελευτήσια.

Viginti uno die abiecti tractique sunt: inter eos pueri & fœmina]

Omnino corruptus numerus est, etsi quid restituendum sit difficile est affirmare. Magnitudinem stragis exprimit *Tacitus lib. VI. in anno DCCLXXXVI. Tiberius incitatus supplicium, cunctos qui carcere at- tinebantur accusati societatis cum Seiano necari iubet. Iacuit immensa strages: omni sexus, omnis ætas, illustres, ignobiles: dispersi aut aggregati. Fortasse scribi debet CC, & viginti.*

*Immatura puella] Notatum Dionis in filia Seiani, τὰ τε παλαιά αὐτῆς χ' δόγμα ἀπέθανε, τῆς κόρης, ἐν τῷ ὃ Κλαυδίου ἡτὶ ἔγγυθι κεί, ὡς διαφθαρείτης ἔσθ' ὃ δημί, ὡς ἐχ' ὅσον ὃν παρθενδομίνω πνα ἐν τῷ δεσμῶνι εἰς ἀπολείδω. Similis religio trium viros incessit, cum proscriptionis tempore prætextatum quendam, vt posset occidi, iusserunt induere togam virilem, vt narrant *Appianus & Dio. Ex antiquis Martyrologiis scimus, in beatissimis virginibus, quæ sanguinem pro Christo Domino nostro fuderunt, idem sæpe fuisse factitatum.**

Pre-

*Presenti cuidam p[ro]na maturitatem] Imo s[er]pius factum patet
exiisquæ de Asinio Gallo narrat Dio.*

*Nondum tecum in gratiam redij] Dio, δήσας πνα ἤϊ ἰταίρων
ἔπιτα λόγου περὶ τῆς θανατώσεως αὐτοῦ ἠρομένου ἔφη, ὅτι οὐδέπω αὐ-
τῷ διήλλαγμαί.*

*Adstante mensa inter copreas] Copreas sunt homines βωμοβ-
χοί, κλωτοποροί, & scurræ. Ita autem legendum esse, & hic &
in Claudio capite VIII, pridem docuit ex Dione Iosephus Scaliger in
Castigationibus ad Festum. tanti viri sententiam qui refellere co-
nantur, nihil aliud quam in errore pertinactiam produnt: nam
certo certius ita scripsisse Suetonium: fuisseque eam vocem in au-
lis principum Romanorum iam inde à temporibus triumviro-
rum in usu. quod ex eiusdem Dionis lib. L constat. Vox est Græ-
cæ originis, etsi veteribus Græcis non v[er]itata, ut *aretalogus, disse-
cterium, elogium, carasta,* & sexcentæ hoc genus. Græci κοπέους ἀ-
δρας vocant, vel κοπελόγους. ut Suidas, Ἄσυνόμοι, οἷς ἤμαλλε πρὸ τῶν
ἀληθεύων, καὶ ψαλτειῶν, καὶ κοπελόγων, id est, ἄσυνόμοι dicebantur
quibus cura erant tibicines, saltatrices & copria. sed & κοπέας Græci re-
centiores. In Actis Synodi Oecumenica tertia Ephesi habita, tomo primo,
secciónē X: οὐδὲν θαυμαδὸν εἰ κακῶς ἡμῶς λέγουσιν οἱ κοπέας τῆς πόλεως,
Χαιρήμων, Βικτωρ, Σαφροναῖος, καὶ τὸ τοῦ φεστού φακλιανοῦ παιδαγύ-
λιον. Copreas eleganter Hebraice dixeris □□□□□□ gillulim. qua
eiusdem originis voce Hebræi deos falsos significant. Est vero mos
Græcorum in omni vilitate explicanda similibus vocibus aut lo-
quendi generibus uti: ut in illo improbo dicto Heracliti, quod S[er]-
abo, Plutarchus & Cedrenus referunt, Νέκυνς κοπέων ἐκβλητότερον Ἀβ-
δίας historia apostolica libro sexto: Audi Domine rex: ista stercora abiicien-
da sunt, & ex tuo regno emundanda, ne forte omnibus putredinem ge-
nerens. τὰ κόπεια ταῦτα ἐκβλητέα σσι. Romanos voce copria vsos, ni-
hil mirum: qui dixerint etiam copron. Varro apud Nonium: Non
Furculus potest, qui Augia agebat copron. neque errant meo iudicio,
qui eiusdem Varronis ista sic legunt apud Nonium: omnes videmur
nobis esse belli, festivi, saperde, cum simus coprea. Laudatur etiam La-
berius in Coprino: nam ita manu exarati, apud Nonium, ubi edi-
tum Cophino. Glossæ Isidori: Scurra qui incopriatur. Scurrula, qui
incopriat. Quare desinant posthac homines eruditi in duobus his
Suetonii locis, aut copreas aut tropæos, aut nescio quas alias ineptias*

comminisci. Mirum sane post tam expressam *Dionis* affirmationem repertos esse qui in clarissima luce cæcutirent.

[*Cur Paconius*] Hic est M. Paconius, qui C. Silano proconsulatum Asiae administranti legatus fuit, ac postea inter alios plures eum accusauit. *Tacitus Annal. lib. III.*

[*Cap. LXII. Veneno interemptum fraude Liuilla vxoris atq; Sciani cognouit*] Indicium fecit Apicata Sciani vxor, post mariti & liberorum cædem sese interfectora.

[*Deinde errore detecto & occidit, ne diuulgaret iniuriam*] Videtur de eo loqui, cuius similem casum narrat *Dio*, etsi paullo aliter: non enim errore factum, sed iniuste accusatum eum fuisse. Verba eius ἐπεὶ μὲν οἱ πᾶσι καὶ πάντων ἰσχυρῶς βασιλεὺς, ἔπειτα γὰρ οὗτος ὅτι ἀδίκως καὶ ἰσχυρῶς ἦ καὶ πάντων πᾶσι δὲ ἀπέκλινον, εἰ πάντων ὅτι χαλαρωτέρως ὑβρίζαι ἢ ὡςτε καλῶς δύνανται εἶναι.

[*Et Thrasyllus consulto vt aiunt*] In his est *Dio*, qui pluribus explicat.

[*Et Tiberium vt ex adulterio conceptum aspernaretur*] Tangit hoc & *Dio*, Τιβέριον τὸν ἄκρνον δὲ γ. τῶν ἰσχυρῶν. εἰ γὰρ οὗτος ἀέλο εἰς Δρῶν παῖς ἴδιος.

[*Cap. LXIII. Vnum & alterum consulares oblatiis prouinciis, non ausus a se dimittere*] L. Ælium Lamiam & L. Arruntium intelligo, quorum ille anno DCCLVI consul fuit, hic anno DCCLIX. De utroque *Tacitus Annal. VI, 27.* fine anni DCCLXXXVI. Extremo anni mors Ælij Lamia funere censorio celebrata; qui administranda Syria imagine tandem exolutus vrbi præfuerat. Genui illi decorum; viuida senectus, & non permissa prouincia, dignationem addiderat. Exin Flacco Pomponio, Syria præpatore defuncto recitantur: *Cæsaris litera, qui incusabat egregium quemque & regendi exercitibus idoneum, abnuere id manus: seque ea necessitudine ad preces cogi, per quas consularium aliqui capeffere prouincias adigerentur. Oblitus Arruntium ne in Hispaniam pergeret, deicitum iam annum attineri.* Hunc Tiberii morem notat *Dio* his verbis, de obitu præfecti vrbis cui Lamia successit, loquens. καὶ λέγειν αὐτὸν αὐτῶν Λαμίαν (inepte vulgo & interpretes ταμίαν) αἰθρίλοιο, ἐν πρῶτα λαοὶ τῆς ἑσπερίας (emenda σείας) πρῶτα ἔξαις; καὶ ἴσχυεν ἐν τῇ Ρώμῃ: τὸ το δὲ καὶ ἐφ' ἐπίρων πολλῶν ἰποίη, ἔργῳ μὲν, μηδενὸς αὐτῷ δέδομεν, λόγῳ δὲ δὴ, πᾶσι αὐτῶν πρῶτα οἰόμεν. Obseruamus Tiberii exemplum multos principes esse secutos. *Tacitus* in rebus Neronis, anno

vrbis

urbis DCCCVIII, Syria P. Anteiō destinata, & varijs mox artibus elusus, ad postremum in vrbe retentus est. Idem Histor. lib. II. in principatu Vitellii, Cluuius comitatu principis adiectus, non adempta Hispania, quam rexit absens, exemplo L. Arruntij, quem Tib. Caesar ob metum; Vitellius Cluuium, nulla formidine retinebat. Eadem calliditate usum Domitianum ex eodem Tacitō in vita Agricola apparet: mansisseque eum morem diu, ex simillimo loco Dionis in fragmentis rerum Macrin. Imp. intelligimus.

Cap. LXIV. *Pudenda miserandaq, oratione*] Epistolam principalem ad senatum, vocat orationem saepe historici. *Iuuenalis* de hac oratione

→ → *verbosa & grandis epistola venit*

A Capreis.

Sic & Dio, ἐν τῷ τῷ ἢ ἐπιτολὴ ἀνεγνώθη, ἢ δὲ μακροῦ.

Speculabundus ex altissima rape idemidem signa] Emendauimus ex Mss. hunc locum: vulgo enim mendosissime distinguunt post *idemidem*, ac scribunt; *signaq,*. Est vero ἀρχαϊσμός, *speculabundus signa* pro *speculans*. *Sisenna in quarto historiarum: populabundus agros ad oppidum peruenit.* vide A Gellium.

Signa que ne nuntij morarentur, tolli procul; vt quidque foret factum mandauerat] Signa sunt faces accensæ quibus vsi veteres in signo dando, mirabili plane industria: nam prorsus, prout quidque factum erat, aut noui acciderat, ita ignibus sublatis significabant, quasi literis scriptis. Totum hoc artificium aperuit cum cura nobis *Polybius*, sed illa summi scriptoris disputatio, ita hodie affecta est, vt paucissimam rem inde possint discere: nos omnia (φθόνος δ' ἀπίστος καὶ Νέμεσις) purgauimus, & copiose pridem exposuimus; remque fecimus planissimam, vt amici multi norunt: tu in his, magne Themidis & Musarum sacerdos, *Philippe Canai*, qui mihi saepe edendi eius prudentissimi scriptoris auctor & suafor extitisti. Animus non deest: voluntas etiam superest: otium & τὸ ἀμείνονος hactenus semper defuerunt quod nostra scripta produunt nimis.

Villa qua vocatur Iouis] *Memmianus Ionis*, sed quum Tiberius eam in sulam XII villarum nominibus infederit, vt loquitur *Tacitus*, non displicet coniectura existimantium, iis villis nomina fuisse XII deorum.

Cap. LXVI. *Proferret vltro atq, vulgares*] Non prætermittit *Dia-*

ddd

Zñāv

Ζητῶν καὶ ἔχουσαν ἀκρίβειαν ὅσα ἡπάροχο φλάουρος παλαιῶν εἰρηκίνας, αὐτῶν
 ἐαυτὸν πάντα τὰ ἔξ ἀνθρώπων κακὰ ἔλεγε. καὶ ὅτι ἀπορήτω τις καὶ θεῖς
 ἕνα διελχθῆ, καὶ ἔτο ἰδημοσίευεν, ὡς καὶ ἐν τῶ κοινῶ δημοσίηματα ἐργάζε-
 σαι. Id est, inquirens diligenter singula quæ de se in malum partem locutus
 esse aliquis diceretur, omnia maledicta ipse sibi ingerebat, quæ cuiquam mor-
 talium possunt competere: nam si vel in occulto quis cum quoquam de eo esset
 locutus, id quoque publicabat. adeo ut oriam in acta publica referretur.

Monenti uque ut voluntaria morte, maximo iustificatoque, civium odio
 quam primum satisfaceret] Eadem mens illorum fuit qui cum in Ne-
 ronem coniurassent, capti non solum crimen ultro fatebantur, sed
 etiam imputabant: tanquam aliter illi non possent nisi morte succurrere,
 dedecorato fugitijs omnibus, ut scribit noster lib. VI. cap. XXXVI. In
 eam sententiam legitur in epistolis Phalaridis, σωματικῶν ἀρρώστων θερά-
 πειν τεχνῶν. ψυχῆς δὲ νόσος, ἰατρὸς ἰάτης δύναται. corporis infirmitatem cur-
 rat ars: animi morbo medicinam facit medicus unus mors. Nec dissimilis
 sententia apud Tacitum VI. Annal. 49. ἡσδὲμ diebus. Sext. Papinius consu-
 lari familia, repentinum & informem exitum delegit, facto in præceptis cor-
 pore. Causa ad matrem referebatur, quæ pridem repudiata, assentationibus
 atque luxu perpulisset iuvenem ad ea quorum effugium non nisi morte in-
 ueniret.

Cap. LXVII. Quid scribam vobis patres conscripti] Ad Tacitum
 Annal. VI, 6 ubi idem initium epistolæ Tiberii, vere, ut ille ait, in signe
 habetur, & quidem paullo aliter scriptum:

Præfuisse hac eum peritia futurorum] Fuit enim, ut Iosephus quo-
 que notat, mirè deditus curiosis artibus, & sciendi futura. auidiffi-
 mus. Iuvenalis;

— — rutor haberi

Principi angusta Caprearum in rupta sedentis:

Cum grege Chaldaeo.

Vide cap. LXIX. Dio, ὁ πρῶτος ἐμπειροτάτος ὁ τῆς ἡγεσίας ἀσπὸν μαρτυρῆς ἦν.

Quod sane ex oratione eius colligi potest] Extat apud Tacitum An-
 nal. IV, 38 civiis admodum Tiberii oratio, cuius postrema fere ver-
 ba sunt, deos deaque precor, ut mihi ad finem usque vitæ quietam & incelli-
 gentem humani diviniq. iuris mentem dūnt.

Quod priusquam eueniat opto ut me supremus dies huic murata vestra
 de me opinioni eripiat] Simile eiusdem votum apud Dionem: optabam
 inquit, τὸ εἶναι, καὶ ἴσθαι καὶ ἀξίαι χεῖρον, ὅσον ἀπὸ τῆς δημοσίας συμφορῆς.

Cap.

Cap. LXVIII. *Statuta que iustam excederet*] Tacitus IV. An 57. Erant qui crederent in senectute quoque corporis habitum pudori fuisse, quippe illi prægracili & incurua proceritas. Quid est autem statura iusta? Auctores sunt Varro A. Gellius, & Solinus summum modum adolescendi humani corporis esse septem pedes. Ex quo intelligimus iustam staturam longe intra septem pedes fuisse. id confirmat mos vetus in tironum dilectu seruatus, quorum proceritatem fuisse semper exactam, ita ut senes, vel certe quinos pedes, & denas uncias habere probarentur, Vegetius scriptum reliquit lib. I cap. V. Nec multo aliter Imp. Valentinianus & Valens, qui in titulo Cod. Theodos. de tironib. dilectum haberi iubent, in quinque pedibus & septem uncias vsualibus. Iusta igitur statura æstimatione Romana senum pedum circiter fuit: quem modum seruatum in Nerone scribit Suetonius in conscribenda ex Italicis senum pedum tironibus noua legione, quam Magni Alexandri phalangem appellabat. Vnde dubium non est plerisque Italicos ea statura non fuisse: qui autem excederent, erant proceritate notabiles: quare etiam qui septimum pedem implebant, gigantum loco habebantur. Sidonius Apollinaris lib. VIII

Hic Burgandio septipes, frequenter
Flexo poplite supplicat quietem.

Idem in carmine ad Catulinum.

Spernis senipedem stylum Thalia,
Ex quo septipedes videt patronos.

Ibidem mox gigantes vocat,

Tot tantæque petunt simul gigantes
Quos vix Alcinoi culina ferret.

Quibus in locis videtur Sidonius de pede Romano sensisse: nã aliarum gentium pes breuior. Quare etiam nouem pedes alios in historia Græca reperimus: cuiusmodi fuit Proaresius ille sophista insignis de quo in vita scribit Eunapius, tantæ illum proceritatis fuisse, quantam vix animo concipere aliquis valeat nedum facile credere. tum addit: ἀνευκλίνας γὰρ εἰς ἐπάλιν πόδα καὶ τριάντη. ὥστε κολοσὸς ἰδὲ καὶ τὸ εὖ τὸς μεγίστος ἀρώματι ἔσθ' ἑαυτὸν αἰθρώπων. ad nonum enim pedem assurgere eum apparebat. adeo ut colossus quidam esse videretur, cum eiusdem ætatis hominibus, qui procerissima statura erant, collatus. Sic corrigendus est hic Eunapii locus, in vulgatis libris fœda menda corruptus, quæ virum doctissimum eius interpretem, in errorem indu-

xii. Sed & decem pedum homines historia Græca memorat, ut *Nice-
tis* Andronicum Comnenum: sed mensuræ diuersæ. Apud *Capito-
linum* legimus fuisse Maximum pedum octo & prope semis. quod
si accipiamus de mensura veteri Romana, valde insigni proce-
ritate fuerit: porro hunc locum Suetonii imitans *Eginhardus* de *Ca-
rolo Magno* ita scribit: *Corpore fuit amplo atque robusto, statura
eminenti, quæ tamen justam non excederet: nam septem suorum pedum
proceritatem ejus constat habuisse figuram.*

Capillo pone occipitium submissiore, ut ceruicem etiam obtegeret] *Ta-
citus, nudus capillo vertex* Talis fere fuit quæ vocatur Græcis *Heñorea
cema*. *Lycrophon*.

— — — — — *νυμφίος ἀρνούμενος*

Τὸς Ἐκτοίσις ἠγλαστίνους κόμας.

Scholia *Ἐκτοίσις* κόμας, ἢ τὰ ὀπίσθιν καθεμένα ἔχουσα τὰ δὲ ἐμπροσθιν κνερ-
μύνα.

Quod gentile in illo videbatur] *Capitis capillos alii calamistro
intorquabant, alii in gradus quosdam formabant, quidam in *σείρας*
distinguebant, nonnulli pone ceruicem submittebant: quod vide-
tur indicare Suetonius his verbis fuisse factum à plerisque ex gente
Claudia *Lib. VI cap. LI* de Nerone; *Circa cultum habitumq; adeo puden-
dus, ut comam semper in gradus formatam peregrinatione Achaica etiam po-
ne verticem submissorit*: *Ouidius lib. III* *Matæotechniæ*:*

Alterius crines humero tæctentur utroq;.

Talis es assumpta, Phæbe canore, lyra.

Martialis,

— — — — — *mollesq; flagellent;*

Colla come: cortas non amo, Flæcce, comas.

Facie honesta, in qua tamen crebri & subriles tumores] *Tacitus: ulcero-
sa facies, ac plerunque medicaminibus interstincta*: *Subriles tumores*
interpretor; ut apud poëtam, *ardentes papulas*, putoque intelli-
gi eminentias non exulceratas: nam viri docti coniectura emen-
dantis *substiles tumores*, acutior, nisi fallor, quam verior. At in *Mss.*
Viterb Memmii Lisl. subiti scriptum offendimus, non subiles: ne-
que aliter olim editum à *Robert. Stephano*: fortasse non male: ut
intelligamus istas papulas siue illæ *ἐκδύματα* fuerunt, siue *ιδρῆα*,
non semper faciem eius deturpasse: sed per interualla intumuisse
aut detumuisse. Hanc porro deformitatem cutis, non in facie
tantum

tantum Tiberii collocat *Iulianus*, sed toti corpori attribuit; eiusque causam immodicum Veneris usum assignat. Sic autem ille:

ἄσπερα γένεσις δὲ τοῦ πύκτου καὶ δέου, ἀφροσύνη ὡς τὴν καὶ τὸν ἴστον μυρία, καὶ τὴν πύκτον, καὶ ξέσματα καὶ πληγαὶ χαλεπαί, καὶ μώλωπις ὑπὸ τῆς ἀκολασίας καὶ ἀμότις, ψωραὶ πύκτον, καὶ λιχνησ, ὄσον ἐγκλημύνας.

Oculus qui, quod mirum est, noctuetiam & in tenebris viderent] Magis equidem *Plinium* miror diserte negantem vlli alij genitorum mortalium fuisse hanc naturam, nam quorsum in scriptis veterum mentio fieret huius oculorum vitii (Dio in Tiberio ἀμβλυοπία nominat; medicorum nonnulli νυκταλωπία: cuius proprium esse scribunt ἡμέρας μὲν μὴ ὄραν, νυκτὸς δὲ βλέπειν. verum νυκταλωπία aliter alii interpretantur) si nullum unquam eius exemplum fuisset visum? Quid? quod de integra gente idem scriptum legimus? *Solinus cap. XX: Albanorum glaucis oculis, id est, picta inest pupilla: adeo ut nocte plusquam in die cernant.* Cuius tamen rei penes illum fides esto.

Sed ad breve, & cum primum a somno paruissem] Verba hæc superioribus addita, & fidei plurimum narrationi conciliant & miraculo, quod tantopere *Plinius* prædicat, detrahunt non parum. Solet enim multis accedere, ut de somno euigilantibus lucis strictura quædam oculis affulgeat. *Galenus* hoc de se & familiari quodam suo commemorat. Sic enim scribit libro VII, *De Hippocraticis & Platonis scitiis*: Καὶ οἶδα γὰρ πᾶσι τῶν παθόντων, διηγεύου ἡμῖν, ὡς πρὶν παθεῖν ἀνοχθύνων, καὶ βλεφάρων ἕως οὗς πολὺ πρὸς τῶν ὀφθαλμῶν. ὡς ἀμίλη, καὶ μοι καὶ πολλοῖς ἄλλοις ὑσάρχη. Vides rem pro vulgari & quæ plerisque accidat, haberi. quare etiam *Alexander Aphrodisæus* eius rei, ceu translaticia, causam quærit explicatque; *problematum lib. II, questione LXIX.* Equidem vix putetm reperiri aliquem posse, naturæ præsertim calidioris atque ignæ, cui non aliquando in adolescentia, id euenerit. mihi certe & cum iunior eram persæpe, & nunc quoque aliquando id ipsum solet accedere. neque multi dies erant tum hæc scribebam, ex quo mihi annis quinquaginta maiori, è profundo somno atque somnio euigilanti, lux clara lectum opplere visa, sic ut reducto conopeone explorarem, ecquid in cubiculo lumen aliquod esset accensum. Verum hæc lux, vel potius resplendescencia ut morulam aliquam

fecerit, quod non ita frequenter accidit; diuturna tamen non fuit. Ut igitur diutius aliquis luceilla fruatur, & in tenebris videat, legat, taliaque praestet, id vero non iam translaticium, sed plane miraculosum est. Atque huiuscemodi oculos Tiberius dicitur habuisse fortasse & *Asclepiodorus* Philosophus, cui praceptor Proclus. Hic enim in densis tenebris & adstantes dignoscebat, & literas legebat, ut in Bibliotheca narrat *Phorius*: sed non dicit *Phorius*, euigilanti tantum hanc illi adfuisse facultatem. quare diuersa res est. Simile quid patri suo *Iulio Casari Scaligero*, sibi que ad annum duntaxat vicesimum tertium, solitum contingere scribit *Iosephus Scaliger*. Idem etiam de se narrare mihi solitum memini doctissimum alium, maximaeque famae virum.

Incedebat ceruice rigida & obstipa] Hic est, qui Graecis dicitur *βυρ-
αύχνη*: nam *βύειν* est stipare. *Πόλις* *Βυπούχνη* δὲ ὁ τοῦς ὤμους ἀλάκων, τὴν δὲ
αὐχένα συνήλαον, ὃν ὀπίβηλον *Λεϊπτόλης φυσιογνωμονίῃ*. Bene conuenit Ti-
berio. *Persius* de simili forma:

Obstipo capite & sigentes lumine terram.

Contrarii sunt his qui rigida ceruice, capite retrorsum adducto incedunt, quos Graeci *συμπεσχηλούς* nominant. Talis incensus arrogantium & vana gloria elatorum; quos ait summa elegantia *Arrianus* in *Epicteto* sic ambulare quasi veru deglutissent, ἢ, inquit, ἡμῖν ὀβελίσπον χεῖρα πῶν πεκατίς, ἠθέλον ἵνα με καὶ οἱ ἀπασιῶντες θανατίζωσιν.

Adducto fere vultu plerumque tacitus] *κυθραπὸς ὡς πλῆθει* . καὶ τὰ
πολλὰ σύννευς. *Adducere vultum*, Latine scribentibus est, ad grauitatem componere: qui habitus accedit ad tristitiae speciem. at *obducere frontem*, siue *vultum* de moesto dicitur aptius quam de graui. *Iuuenalis*: *occurris fronte obducta ceu Marsia victus*.

Et excusare tentauit saepe apud senatum, ac populum] *Tacitus* primo *Annali*: Etenim *Augustus*, paucis ante annis cum *Tiberio* tribuniciam potestatem à patribus rursus postularet, quanquam honore oratione, quadam de habitu cultuq;, & institutis ejus iecerat, qua velus excusando expreraret.

Natura vitia esse non animi] Hoc vult ille apud *Demosth.* in *orat.* καὶ ποῶν ψευδομαρτ. qui similes in habitu & incensu suo arrogantiae notas excusans, Ego, ait, εἴ ἤδ' ἀτυχῶς πεφυκότων ἡμαῖν κείνῃ.

Quam-

Quamvis à trigésimo ætatis anno arbitrato eam suo rexerit, sine adiumento consilioque medicorum] Tacitus VI Annal. 46. Grauescente valetudine nihil è libidinibus omittebat, in patientia firmitudinem simulans: solitumque eludere medicorum artes, atque eos qui post trigésimum ætatis annum ad internoscenda corpori suo vitia vel noxia alieni consilij indigerent. Non fero virum doctum ad hæc verba Taciti, Plutarchi locum in libro qui inscribitur Τριεὶν ᾠδῶν ἡλίματα emendantem: nam scripsisse Plutarchum eo loco ἡμῶν ἐξήκοντα γεγονώς ἐπιπροβάμην ἰψίου ἑξατάκτου: qui in libro, An seni carpendenda sit respublica, manifestissime vulgatam lectionem tuetur, sic scribens; ἔτι δὲ ὡς Τιβέριος ὁ Καῖσαρ ἔλεγε τὸ πῶν χεῖρα παλαιῶν περὶ τὴν ἡμῶν ἐξήκοντα ἐπιπροβάμην, αἰχρῶν εἶναι, ἀλλὰ μάλον τὸ πῶν χεῖρα παλαιῶν περὶ τὴν ἡμῶν ἐξήκοντα, ἦσαν ἀσύνετος ἢ ἀρχαῖα σαφῶς. Nihil hic mutandum esse argumentum ipsum disputationis declarat: de senibus enim sermo est. Quare ne altero quidem in loco quicquam vitii subesse possumus suspicari.

Sine adiumento consilioque medicorum] Non tamen ut omnem penitus medicinam respueret. Nam Democritus in descriptione antidotorum, de vna illarum specie loquens quam ἐρεκτικὴν appellat, quod vim sistendi sanguinis eximiam habebat; testatur, ea plurimum esse vsu Tiberium, alia autem nulla. Sic ille: Ταύτην Τιβέριον τὸν Σεβαστὸν χρῶμενον λέγουσιν ἄλλη μὴ πεποκάναι ποτὶ.

Cap. LXX. *Euphorionem & Rhianum & Parthenium] Suspici- bar legendum Euphorionem: quem scripsisse priapeia auctor Strabo: sed vera est lectio vulgata. Sic apud Græcos Parthenius & Euphorion poetæ elegiaci iunctim nominantur propter similitudinem poetæ Luciani De conscribenda historia, καὶ τὸν ποιητὴν ὃν ᾠδῶν εἶναι τὸν Πάριον καὶ τὸν Ἰξίονα, καὶ τοὺς ἄλλους. εἰ δὲ Παρθένος ἢ Εὐφορίων ἢ Καλλιμαχὸς ἔλεγε, πόσοις αὖ, οἶε, ἔπει τὸ ὕδωρ ἄχει πρὸς τὸ χεῖρον ἢ πάντῃ ἤγαγε; εἴτα πόσοις αὖ Ἰξίονα ἐκύλισε; Ex his verbis & aliorum scriptorum Græcorum testimoniis, possumus conjectura assequi qualia fuerint, & horum poetarum; & Tiberii qui eos imitatus est, poemata. Euphorionis maxime poetam refertam veteribus fabulis fuisse (quod placebat Tiberio) & Cicero innuit, qui poetam obscurum nominat lib. II De diuinatione: & fragmenta quæ hodie apud poetarum interpretes extant. Puto tamen eo potius nomine probatos esse hos poetas Tibe-
rio*

rio principi libidinofissimo, quod amatoriam tractauerant; quod hodieque testantur utcumque tituli poematum ab illis editorum, quæ apud *Suidam* & alios leguntur. Sane Euphorionis poemata vulgo Romæ ita probata, ut passim à parum sobriis cantarentur. Quare Cicero *cantores Euphorionis* appellat homines qui mollium id genus scriptorum lectione oblectantur. locus est in *tertia Tusculana*; ubi post allatos versus è tragicæ diis Ennii lamentabiles, addit, *ô poëtam egregium! quanquam ab his cantoribus Euphorionis contempnitur.* Extat hodieque Parthenii liber, quo mirabiles amantium casus recenset. missus est ad Cornelium, de quo Suetonius in vita Augusti.

Inter veteres & præcipuos auctores dedicavit] Moris fuit, magnorum virorum imagines per genera distinctas habere: Ideo utuntur veteres particula *inter* in hæc: *Vitruuius, inter deorum sedes dedicari. Sidonius libro nono Epistolarum:*

Cum meū poni statuam perennem

Nerva Traianus titulus videres,

Inter auctores, utriusq; fixam

Bibliotheca.

Scriptorum imagines ac statuas separatæ erant ab aliorum simulacris, qui aliis artibus hoc præmium meruissent. Ipsi quoque scriptores distincti generatim fuerunt: quod eximie declarat locus *Taciti* de statuis Germanici loquentis *lib. secundo Annal.* Parthenius qui hic narratur inter veteres dedicatus, adeo tum vetus non fuit, ut *Suidas* Tiberio imperante adhuc vixisse tradat.

Minois exemplo.] Scripti quidam, *majorum exemplo*, inepte: nam ad antiquissimas fabulas de Minoë respicit, ut locum attendenti planum erit *Dio* narrat *lib. LVI*, sed nulla mentione facta humi imitationis. Eximie vero rem aperit *Plutarchi* locus in *commentario Salubrium præceptorum*: *ô μίνως*, inquit, *καὶ τὸν αὐτὸν ἀφ᾽ ἡλε τῆς δουρίας, καὶ τὸν σέφανον ἰσὸς λύπης.* Est igitur Minois exemplo rem diuinam facere, cum neque tibia adhibetur, neque coroua capiti imponitur.

Cap. LXXI. *Abstinnitq; maxime in senatu*] Nec minus apud populum. Suaue est quod super hoc *Dio* refert, Tiberium edicto quondam strenas prohibuisse: in quo vsus erat voce non Latina

(Græ-

((Græcam fuisse suspicamur nos.) deinde noctu recordatum eius dictionis, pœnituisse, & ad omnes mox linguæ Latinæ peritos viros retulisse.

In quodam decreto patrum cum ἔμβλημα recitaretur] Aliud agebat vir doctissimus & Italiæ suæ ocellus, cum scribebat hoc loco legendum esse *ἔμβλημα*, non *ἔμβλημα*: nam vt taceam libb. veteres, ratio qua adducitur vana est: nempe videre se negat, cur in decreto patrum *ἔμβλημα* nominandam fuerit: id vero facile *Tacitus* doceat, qui de moderandis sumptibus conuiuiorum & suppellectilibus tractatum in senatu testatur, *Annal. lib. III.* Sed defendendæ huic lectioni sufficit vnus *Dio*, cuius hæc sunt lib. LVII. ἀπίπε δὲ ἀνquit, καὶ χρυσῷ πέννη μνημένα, πλὴν ὅτις τὰ ἴσα νομίζεν. ἐπὶ τε διπρόσηπαι πρὸς εἰ καὶ τὰ ἀγνοεῖ τὰ χρυσῶν πᾶν ἔμβλημα ἔχοντα ἀπρηρωμένον σφισὶν εἰν κατὰ δαί, βεληθεῖς, καὶ ἀπὸ τέτυ π δόγμα ποιῆται, ἐκάλυπτον ἐς αὐτὸ τὸ ὄνομα τὸ ἔμβλημα, ὡς καὶ Ἑλληνικόν, ἔμβληθηναί, καὶ τοιμὴ ἔχον ὅπως ὀπρωείως αὐτὸ ὀνομάση. *Vetuit aureo vase quæquam nisi ad res sacras uti: & cum dubitarent quidam an etiam argentea, qua emblemata aliquod aureum habebant, essent prohibita; cupiens de ea re editum facere, vetuit in ea usurpari vocem emblemata tanquam Græcam: licet dictionem nullam haberet Latinam qua id significaret.* Hæc *Dio*: sed cur *ἔμβλημα*, inserta non dicetur Latine? præsertim cum ea voce priores *Tiberio* vsi sint. *Lege magnum Scaligerum ad Manilium.*

Militem quoque Græce testimonium interrogatum, nisi Latine respondere vetuit] Non militem sed centurionem, ait *Dio*. ἐχέον τὰς χεῖρας, inquit, ἱλλαντισὶ ἐν τῷ συναδείφ μαρτυροῦσά π ἐδιδίχασα, οὐκ ἠγάθειο, καὶ ἀπ πολλὰς μὲν δίχας ἐν τῷ διαλέφ τούτω καὶ ἐκὶ λερωμένῳ ἀλίων, πολλὰς δὲ καὶ αὐτὸς ἐπερωτῆ.

Cap. LXXII. Bis omnino successus tempore Romam redire conatus] Atqui *Dio* triplicem eius accessum ad urbem narrat sub finem lib. LVII.

Erat ei in oblectamentis serpens draco] Etiam serpentes, inimicum illud humano generi animal, cicurantur, & vel per se, vel arte & industria hominis mansuefiunt. Hi sunt quos *Plutarchus* in *Alexandro* appellat *χερσίδεις ὄφεις*. Auctor est *Philostrotus* *Aiaci Locro* fuisse draconem mansuetum, cubitorum quinque: quo ille utebatur conuictore & comite instar canis. Sic ille, *εἶναι δὲ αὐτῷ καὶ*

χορὴν δὲ σκορπία, πικρὰ πικρὸν τὸ μῆλον, ἀνξυμπίπεν τὴ καὶ ξυνεῖναι τὸ
 λίαν, καὶ ὀφ' ἠγεῖσαι, καὶ ξυγομαρτῶν, ὄνον κύνα. Notum etiam, quod
 de parvis vel parvis serpentibus narrant Græci, vt Aristophanis *Scho-*
liastes Pluro; Suidæ, & alii. Sed qui proprie dracones in genere ἐρπυσ-
 τῶν nominantur, ii fere veneno carent. *Nicander* de hac specie: ἔ μιν
 ἐγ' αὐτὸς Ἐγχείλας ἠλεγυε, καὶ ἦν ἑκπαγλα χαλεπὸν. Eege *Plinium li-*
bro XXIX cap. IV. Huius generis erant quos nominabant dracones.
Epidaurios, & quos *Pellæos*: de quibus illustris *Luciani locus in A-*
lexandro. ἐν ταῖς αἰδύνας δὲ δρόνοντες παμμεγέδους ἡμέρας πάνυ καὶ πικρὰς,
 αἷς καὶ ἰσογυνηκῶν τρέφεται, καὶ παιδοῖς συγχευεῖν, καὶ παλιένας ἀνι-
 χεῖται, καὶ θλαβόμενος μὴ ἀγανακτεῖν, καὶ γάλα πίνειν ἀπὸ θηλῆς καὶ ταυτὰ
 τοῖς βρέφασιν, ἀνόνοντα τῆς ἐρπύτης ἐν τὸ κέντρον, ὀλίγων ὄβοαῶν: id est,
 cum in Macedonia vidissent dracones permagnos, mansuetos admodum &
 sicures, vt etiam à mulieribus alerentur, cum puerulis cubarent, calcari
 zolerarent, pressi non irritarentur, hac etiam è mamma, infantium more,
 sugerent; vnum istorum serpentum, eumque pulcherrimum, paucis obo-
 lis sibi comparant. Huius generis dracones Romanis proceribus
 & nobilibus fœminis fuisse in deliciis præter hunc *Tranquilli,* tes-
 tantur alii aliorum auctorum loci. *Marrialis libro VII* enumerans
 bestias voluptatis causa haberi solitas:

Si gelidum collo vestit Gracilla draconem:

Luscina tumulum si Telesina dedit.

Nec prætermittendus *Seneca locus è libro II De ira:* cuius me aliquan-
 do admonuit I. Philippus Pareus adolescens eruditissimus Sic ille:
Aspice elephantorum iugo colla submissa raurorum pueris pariter ac fœminis
persultantibus tergum impune calcata, & repentes inter pocula sinusq; inno-
ntio lapsu dracones.

Rediens ergo prope Campaniam] Ita omnes meliores libri
Viterbiens. & vulgati *prope Camp.* *Vrsinus è suis prope in Camp.* sed
redire Campaniam, vt *Italiam venit* & ita loqui solitum *B. Hierony-*
num atque alios eximios scriptores, obseruat *Ios. Scaliger ad Euse-*
bium suum.

Instans in medio triclinio] Magis ex more fuit vt princeps sa-
 lutantes ad ianuam cubiculi stans exciperet & dimitteret, vt ali-
 cubi notat *Dio.* *Spartianus de Hadriano, Ad conuiuium venientes sena-*
tores stans excepit.

Adstante liçtore] Et prima editio, & manu exarati libri sic ha-
 bent:

berit: quod moneo propter virum doctum, cui tolli ista aut mutari placuit, sine causa: non enim, ut existimat, otiosa sunt hæc verba isto loco. Nam quod adstitisse licetor Tiberio dicitur, vel maiestati principali consultum, vel commodi eius causa factum, ut ei Senex & infirmus in niteretur.

Cap. LXXIII. *Octavo & septuagesimo aetatis anno*] Consentit etiam Tacitus: at Dio, lib. inquit, ἐπιπέ και ἐβδωμήκοντα ἐτη, και μῆνας πενήκτος και ἡμέρας ἑννέα.

Tertio & vigesimo imperij] Satis liberaliter: alii parcius, qui solos viginti duos annos tribuunt. *Iosephus Originum lib. XV* ad biennium adicit menses quinque, dies tres. *Dio*, menses septem, & dies totidem. *Clemens*: menses sex, dies XIX.

Nonnulli puluinum iniectum] Tacitus magis probabiliter, *Macrobius* intrepidus opprimi senem iniectum multa vestis iubet, discedique à limine. *Dio* similiter, ἱμάτια πολλὰ και παχία ὡς και θερμοσίας πνός θεομένο προσβάλλει. In vitis Imperatorum Germanicorum reperimus similis tragœdiæ exemplum. nam Fridericum II circa annum Domini MCCL à Manfredo filio naturali narrant extinctum, puluino in os iniecto. quo etiam leti genere vitam ferunt ademptam Iohanni X Romano Pontifici, qui circa annum DCCCCXIII pontificatum inierat.

Cap. LXXIII. *Cinix è fauilla & carbonibus ad calefaciendum triclinium illatus*] Lego *illatus*: neque enim cinis ad calefaciendum cubiculum inferri solet: sed fauilla & carbones. Ita autem calefaciebant triclinia, quoniam in iis camini non erant: *Plutarchus* de Alexandro, ἐν χειμῶνι και ψύχει ἀφ' ἑαυτοῦ πνός ἐπιπέθη αὐτίς, ἐχέον δὲ μικρὰν, και πρὸς ἄλλορον εἰσπνέγκασθαι, ἢ ξύλα ἢ λαβωαλὸν εἰσπνέγκων ἐκέλευεν.

Extinctus, & iam diu frigidus exarsit] *Plutarchus* Erotico, ἀπὸ οἰκία νύκτωρ σέλας ἰδῶσιν, θεῖον ἠγῶνται και δαυμάζουσιν.

Cap. LXXIV. *Ut ad primum nuntium discurrerent pars Tiberium in Tiberim clamitarent*] Placet lectio cod. *Lisl. Tiberim in Tiberim*. De primo nuntio an Suetonio credi par est? nonne enim fieri solitum ut primi de morte tyranni nuntii suspensibus auribus excipiantur ob metum? Quare etiam scribit *Iosephus libro XVIII* de morte Tiberii, Ρωμαῖοι μὲν δὴ πύσι (male editum, τίσι) τῆς Τιβερίας πελοσπίς, ἐυφραίνονται μὲν τῷ ἀγαθῷ τῆς ἀγγελίας, ἢ μὴ πιστεύουσιν γὰρ ὅτι ἦν αὐτοῖς.

Simillima Tranquillus in morte: Caligulæ: *libro proximo cap: ultimo* & de eodem *Iosephus*.

Nam quum Senatus consulto] ante annos XV. factum erat: hoc consultum Senatus, Coss. Valerio Messala & Aurelio Cotta: *Dio*.

Atellam potius deferendum] Négant: dignum: qui Romæ sepe-
liátur; quam ita cupide deseruisset, & à qua pertinaciter abstinuis-
set: proiciendum igitur in aliquod Campaniæ municipium, qua:
tantopere viuis delectabatur. Atellam autem nominant pot-
tius quam aliud: alludentes ad flagitiosam eius vitam: talis e-
nim Atellanorum vita & mores: vnde sunt: *Atellana fabula* turpi-
cupatæ.

Et in amphitheatro semiustulandum] Viterb. & Lislæi; *semiustul-*
landum. duplex contumeliâ his verbis continetur. Voluit enim
non cremari Tiberium, sed amburi tantum & leuiter curari eius
funus, vt fiebat in mendicis qui à vespillonibus raptim in Esqui-
liis cremabantur: vidè *lib: sequente* de Gaii f. nere grauissimum ve-
ro de amphitheatro: nam ibi fontes igne consumi soliti, vt *infra*
lib. IV. cap. XXVII. & Philo contra Flaccum, aliique:

Cap. LXXVI. *ac militibus vniuersis*] pratorianis, legionariis, vr-
banicianis, & vigilibus siue sparteolis. Nam his quoque aliquid Ti-
berii testamento fuisse legatum auctor *Dio*, τῶν τε ἀστράτοις καὶ τοῖς συνδρο-
φύλαξι τῶν κατελείφθησαν δόλουσι.

Plebique Romanae viritim; atque etiam separatim vicorum magistrû]
Dio; δένειμε τῶν δόλων τὰς πέντε καὶ εἴκοσι καὶ ἑκατὸν καὶ χίλια μνείαδας.
ποσάδα ἢ αὐτῶν κατελείφθησαν: *populo diuisit seftertiam quadringentes*.
tantum enim illi relictum fuerat: Videtur ea summa vtrumque lega-
tum comprehendit & quod populo viritim datum, & quod
vicomagistris relictum. de quo diximus:

libro priore.

ISAACII

ISAACI CASAVBONI
IN SVETONII TRANQVILLI

DE XII CAESARIBVS

Librum IV.

Animaduersiones.

Cap. I.



T post eam consulatum statim gessit] Distingue ante; *statim* sic: à Tiberio patruo adoptatus, quaesturam quinquennio ante quam per leges liceret, & post eam consulatum; *statim* gessit:.. Leuissima emendatio

grande momentum affert ad historiae fidem. quae stare hic non potest: si *statim* referatur ad consulatum: nam inter Germanici quaesturam & eiusdem consulatum anni septem interiecti. refer igitur ad superiora, & intellige, statim: vt adoptatus est Germanicus, quaesturam eum gessisse. haec germanissima est huius loci sententia. clare arguit ratio annorum si attendimus: nam & adoptio Germanici & quaestura in eundem incidunt annum DCCLVII. qui Coss. habuit Sex Aelium Catum & C. Sentium Saturninum. de adoptione liquet ex *Velleii* ceterorumque historicorum testimoniis: de quaestura arguit, quod dicitur quinquennio ante quam per leges liceret eam consecutus: nempe anno vndeuigesimo factus quaestor Germanicus: sic enim Tiberius cui idem contigit priuilegium, *quaestor, vndeuigesimum annum agens, capessere cepit Remp.* inquit *Velleius*. id ætatis Germanicum fuisse cum est adoptatus, intelliget statim; qui cum dicto anno DCCLVII. vel eum contulerit quo natus est, vel eum quo denatus. alter est annus vrbis DCCXXXVIII. alter DCCLXXII. ætatis ipsius quartus & trigessimus:

Prius quam honorem iniret] Iniit apud urbem Achaiae Nicopolim, anno DCCLXXI.

Cum Armenia regem deuicisset] Iusto *Lisio* vt assentiamur, ac scribamus, *regem dedisset*; vel deiecisset; flagitat non postulat *Taciti* narratio. omnium tamen librorum in edita lectione mira constantia.

Cap. III. *Omnes Germanico corporis animique virtutes*] *Magnum & rarum elogium: in quo tamen consentiunt historici Tacitus lib. II, 73 pluribus persequitur illius laudes; etiam cum Alexandro Magno comparatione facta. Dio paucis verbis non pau-ciora dicit lib. LVII. καλλίως μὲν τὸ σῶμα ἐπίσθαι δὲ καὶ τὴν ψυχὴν σου, παιδεία τε ἀμείβη καὶ βίωσις δὲ πρεπέη, πραότης τε καὶ σωφρονισμὸς ἢ.* Dilaudat eundem & *Iosephus Origin. lib. XVIII cap. VIII: Vnus Velleius per adulationem principis turpissimam, ausus laudato ab omnibus iuueni ignavia maculam aspergere.*

Forma minus conueniebat gracilitas crurum] Quod inter præcipua olim habitum quæ bonam formam corrumpent: fuitque hic habitus vrbanoꝝ dicitur semper obnoxius. *Seneca, In sapientem non cadere iniuriam, libro secundo: In capitis mei leuitatem iocatus est, & in oculorum valetudinem, & in crurum gracilitatem, & in staturam.* Infra libro VI Neroni tribuuntur inter alia vitia corporis, *gracillima crura.* vide & in *Domitiano, cap. XVIII* sic in Aristotele notatum quod esset, *χρυσκαλῆς*, id est, *perfilus*. nam ita comici vocarunt. Glossarium, *Perfilus μακροσκαλῆς.* *Plautus, rodella cruscula.* *Enbulus Comicus κοψιχοσκαλῆς.* alii. *εὐρόποδας.* Contra, quibus inferiores corporis partes erant crassiores, *κληματίδας Αἰγυπτίαι* vocabant. quod de Zenone Stoico est dictum. Quemadmodum autem crurum gracilitatem, sic etiã manus vel brachii inter deformitatis notas ponebant. *Chrysostr. in epistola Pauli ad Ephesios: ἔχοντες ὅτι καὶ ἐν τῇ σαρκεὶ πολλὰ ἔχουμεν ἐλαττώματα; ὁ μὲν ἐστὶ χυαλός, ὁ δὲ διεσφαιμένους ἔχει τὰς πόδας, ἕτερος ἕτερον ἔχει.*

Ea quoque paulatim repleta assidua equi veltatione post cibum] Gracilitatem vel corporis totius, vel partis vt i crurum, duobus potissimum modis curari posse *Galenus* docet: *dropace, & conuenientibus exercitationibus.* Lege illius magni doctoris *Γραμμάτων librum quintum.* meminit & libro sexto atq; alibi.

Orauit caussis: etiam triumphales] Nihil ausi sumus mutare: *Viterb.* tamen cod. & *Pitheci* habent *triumphalis.* quam lectionem amplector vt verissimam. *Dio* iubet, cui refragari durum. notat ille in actis anni DCCLXV Germanicum etiam consulem causas orasse. καὶ αὐτὸς μὲν, ἔδεν ἀξίον μνήμης ἕπεραζε, πλὴν ὅτι καὶ τότε ὑπερδίκων. *Lapsi sunt grauior viri docti, qui hoc loco ὑπερδίκων quod lippi norunt & tonsores significare patrocínio suo aliquem defendere: interpretati sunt, potiores ferre partes.* non dubito id notare

tare voluisse *Dionem* verbis illis quod hic *Suetonius* observat. Sed instat *eruditissimus Torrentius*, & triumphalem Germanicum orasse causas negat, qui statim à triumpho ad Orientis statum componendum sit pulsus. Respondemus viro doctissimo; triumphalem dici non eum tantum qui triumphavit: sed & illum qui triumphalia ornamenta sit consecutus: quæ nactum esse Germanicum ex bello Dalmatico ante consulatum suum primum, testis *Dio* lib. LVI. πῶς Γερμανικὸν αὐτὸν ἐκ τῆς νικητικῆς πρὸς τὸ ὄρθρου καὶ αἰσθητικῆς.

Domus foris que civilis] *Josephus* idem aliis verbis, πῶς ἀξίωσιν κτῶμεν & βέλτεροι ἴσθ' ἅσιν ἴδ'.

Colligere sua manu & comportare] Quod *Tiberius* arripit in occasione criminandi alias in irisi iuvenis. *Tacitus*.

Us Pisonis decreta sua rescindenti, clientelas diu vexanti non primo succensere in animum induxerit quam] Aliter *Tacitus*, (II, A. 69.) & verius, ut puto, *at Germanicum Egypto remeans, cuncta qua apud legiones aut vrbes iufferat, abolita, vel in contrarium versa, cognovisset: hinc graves in Pisonem contumelia.*

Amicitiam ei moro maiorum renuntiaret] Et *Augusti* quoq; exemplo, qui fecit idem in *Cornelio Gallo*. libro secundo, cap. LXVI.

Cap. IV. *Quarum virtutum fructum vberimum rulis*] Fructus virtutum suavissimus, amor omnium. Genuina sententia apud optimum poetam *Statium Papinium* in *Soteriis* pro *Rutilio Gallico*:

*Quæ tibi sollicitus persoluit præmia morum
Vrbis amor? quæ tam parumq; equanimq; notavi
Lumina: & ignare plebis lugere potentes?*

Cap. V. *Tamen longe maiora & firmitera de eo iudicia in morte*] Exat in hanc sententiam *Vetus epigramma*,

*Parce hospes tumulo, Caesar Germanicus hic sum:
Sæpe etiam ignotus ipse dedi requiem.
Quod si quem tumuli nihil huius gratia tangit,
Admoneat patriæ fraude quod hic iaceo:
Sed iaceo quamvis non vive, ac plenus honoris:
Hoc vno ingratus quod genui patriæ.*

Tessata

Testata est mores lacrimis plebesq; patresq;

Hec sunt sinceri iudicia ingenij.

Secundum horum versuum explicant superiora Suetonii verba, *Sicubi clarorum virorum sepulcra cognosceret, inferius manibus dabat.* quartam versum ita potius scribam, *At moueat, patria fraude quod hic iaceo: elegantius, & ad fidem historiz conuenientius.*

Lapidata sunt templa] Quos honore auctos volebant, siue deos, siue homines, ἐφυλλοβόλην: & contra per contumeliam lapidibus petebant & deorum & hominum imagines. Tacitus I. Hist. *primani Quintanique turbidi, adeo vt. quidam saxa in Galba imagines iecerint.* Hinc illa theatralis lapidatio, de qua multa nobis dicta *animadu. in Athenaeum lib. VI cap. XI.*

Cap. VI. Ne quid gestientes vota reddere morarentur] pars maior libb. & quidem meliorem morarentur hoc est expectandum haberent. *Moror* utranque significat & facere & pati moram.

Cunctis nec temere opinantibus reuerentia eius ac metu repressam Tiberij sauitiam] Eadem sententia Dionis dilerte sic scribentis Τίβεριος δὲ πρὸς τὸ ἐφοβερῶν ἐκέειτο εἶχεν, ἐς τὰν τέναντιον ἢ ἀπέδυν εἰς γαστήρων αὐτοῦ πολλῶν ὄντων καὶ χαλῶν πέτρων. Tacitus; *morum quoque tempora illi diuersa: egregium vita fama que quoad priuatus, vel in imperium sub Augusto fuit; occultum ac subdolum fingendu virtutibus, donec Germanicus ac Drusus superfuere.*

Cap. VIII. Ego in actu Antij inuenio editum] Dio quoque in castris non natum, sed eductam ait: verum si ex fide eidem traditum, Germanicum primum suum consulatum in otio urbano consumpsisse, causa non est meo iudicio, cur Plinio potius quam Suetonio in hac controuersia assentiamur. Etsi non clam me est, virum doctum multis probabilium argumentorum machinis, huius opinionem prope afflixisse. Sed mihi per videtur mirum, si post cladem Varianam, Tiberium ad Germanicos exercitus summa celeritate festinantem, Germanicus cum vxore sua sit comitatus. non nihil etiam impellit me vt Suetonio potius assentiar, exquisita hac diligentia qua vsus eum patet in peruestiganda huius rei veritate: quam quidem ille solus serio, certe post Plinium & Tacitum, quaesuit.

Si vel-

[*Si vellet vt retineret*] Memmianus lacunam exhibet sic, *si vel-*
let vt retineret. Fortasse, *si vellet. vti vt retineret.*

[*Quæ sola actorum restat & publici instrumenti auctoritas*] In MSS.
 etiam nostris locus est corruptus: ex vestigiis Viterb. & Memmiani
 videtur scriptum fuisse, *quæ sola auctoritas restat publici instrumenti.*
 nam vox *actorum* ex superscripta interpretatione orta videtur.

[Cap. IX. *Apud quos quantum prætere*] Forte scribendum
 [*propterea.*

[*Quam ablegari eum*] Etiam in Memmiano scriptum *oblegari*
 pro *ablegari* sine dubio.

[*Represso ac retento vehiculo*] Memmianus *represso*, vt sit pro *sa-*
pius apprehenso. Tacitus sic: *orant, obstitunt, rediret, maneres.*

[Cap. X. *Comitatus est patrem & in Syriacæ expeditione*] Viterb.
 & in *Syriacæ expeditionem.*

[*Et inde vicefimo ætatis anno accitus Capreas à Tiberio*] Conuenit
 cum calculo Taciti, qui in actis anni DCCLXXXVI (VI. Annal. 20.)
 ita scribit: *sub idem tempus C. Cesar. discedenti Capreas aucto comes, Clau-*
diam M. Silani filiam coniugio accepit.

[*Perinde oblitterato suorum casu, quasi nihil quicquam accidisset*] Ta-
 citus ibidem, *tranquam animum subdola modestia regens, non damnatio-*
ne matris, non exsilio fratrum rupta voce.

[*Quæ vero ipse pateretur incredibili dissimulatione transmittens*] Ta-
 citus libro sexto, de Caio: *Nam etsi commotus ingenio, simulationum ta-*
men falsa, in sinu aui perdidicerat. Noui Tiberii ingenium; puto ta-
 men hic scribendum *in sinu aui*: intelligit enim nisi fallor, primam
 Caii educationem non autem in sinu Tiberii aui, sed Antonie a-
 uie & Liue Augustæ, proauie, ad vicefimum ætatis annum fuit
 educatus, Quare de Liua intetpretor, muliere vt nouimus,
 omnium artium, istius generis peritissima: nec obstat quod pro-
 uia illa fuit, non auia; semper enim Romani scriptores cognatio-
 num appellationes laxè & libere vsurparant, vt omnibus est no-
 tum, qui eorum scripta serio *περὶ αὐτῆς.*

[*Vt non immerito sit dictum*] Eius dicti auctor Passienus. Tac-
 itus ibidem.

[Cap. XI. *Et ganeas atque adulteria capillamento celatus & veste*
longa noctibus obiret] Memmianus codex Lisl. & Viterb. ita legunt,
 non *ambiret*: vt in aliis. *Adulteria* pro *fœminis adulteris*, ita dictum, vt

coniugia pro coniugibus, & alia id genus. At in libb. Vrsini scriptum *ganeas atq; popinas*. quam lectionem nusquam repetimus, & putamus ab iis esse excogitatam qui insolentiam vulgatae lectionis non concoquebant. *capillamentum est αλωικη*. Auclior Satyrici, *Euocatumq; me non minus decore exornauit capillamento: imo commendatior eniuit, quia *flauorum corymbio erat*. Puto scribendum, quia *flauo ornatum corymbio erat*. Suetonius in *Othone galericulum* vocat.

Vt aliquoties predicaret exitio suo omniumq; Caium viuere] Dio catti senis vaticinium ita narrat: *ὁ γυναιμὲν γδ εἰδὲν ἐδὲ πρὸς τὸ Γάϊον, ἀλλὰ καὶ εἰπέ σοις αὐτῷ διαφερομένῳ πρὸς τὸ Τιβέριον, ὅτι οὐ τὸ τῶτον ἀπακλιεῖται καὶ οἱ ἄλλοι*. Propterea Philo narrat, sãpius deliberasse Tiberium de tollendo Cato:

Cap. XII. *Enniam Neuiam Macronis uxorem*] Lislæi cod. alterum tantum nomen agnoscit, quod in mulieribus est usitatus: *Naenniam* enim scribit non sine vitio. Dio *Ἐννιαυ Θεουόλης* vocat. maritum vero eius *Νεῖκιον Σεφύβειον Μάκρωνα*. vnde scripserim hoc loco *Enniam Neuij Macronis vx.* vel *Herennii Macr.* ita enim nominatur ab aliis. Memmianus, *Enniam Neuiam*.

Per hanc insinuat Macroni] Præter historicos, vide *Philonem contra Flaccum*.

Cap. XIII. *Populum Rom. vel, vt ita dicam, hominum genus*] Breuius lib. Pitheci *vel dicam hominum genus comp.*

Prope afflictæ domus] *Affligere*, Suetonio grauius quam vulgo apud Ciceronem & alios multos sonat. In *Vitellio cap. III: Mater missum ad legiones & appellatum Imperatorem pro afflictio flasim lamentata est*. In *Vespasiano cap. VIII: Per totum Imperij tempus nihil habuit antiquius, quam prope afflictam nusantemq; Remp. stabilire*. proprie *affligere* est cum flictu siue sono ad terram dare, quod Græci *αεραδίζω* dicunt. *Homerus* interdum *δραπῆν, δεδυπότ & Οιδιπόδαο*. Minus recte in Glossario, *Adfigere, ζημῆν & adfigi κατακρῆν &c.* non enim assequitur vim vocis, vt fere solet.

Inter altaria & victimas ardentescq; radas] Ita moris fuit prodire obuiam viris principibus. Docuit nuper *Lipsum* testimonio aliquot veterum scriptorum: quibus pauca lubet adicere. Originem rei docet, *M. Tullius*: nam primitus Deis hic honos exhibitus, cum transferrentur eorum imagines: sic ille *lib. IV in Verrem: Quid hoc tota Sicilia est clarum, quam ornacis Segestanas matronas & virgines conuenisse, cum*

Diana

*Diana exportaretur ex oppido? unxisse unguentis? compleffe coronis & floribus? thure odoribusq; incensis usq; ad agri sineu profectus esse? Deinde ad homines idem est translatum: estque hoc adulationis genus antiquissimum. Quintus Curtius libro V, de Alexandri ingressu in Babylonem loquens: Plures obviam egressi sunt: inter quos Bagophanes arcis & regia pecunia custos, ne studio à Mazeo vinceretur, totum iter floribus coronisque constrauerat, argenteis altariibus utroq; latere dispositis, quae non thure modo, sed omnibus odoribus cumulauerat. Plutarchus in Dione, βουλῶν ὅτι ἔδωκεν ἀποδοῦναι τοὺς ἀθροῦστας, ἀπὸ δὲ τῆς Ἀρχιδιῆς, ἐκ τῆς ἀποδοῦναι τῶν ἰερῶν καὶ ἀποδοῦναι τῶν ἰερῶν, καὶ τῶν ἰερῶν ἀποδοῦναι τῶν ἰερῶν, καὶ τῶν ἰερῶν ἀποδοῦναι τῶν ἰερῶν. Justinus lib. XXIV. Arfinoë progressa virum, diem festum urbi in aduentum eius indicit; aras ubiq; hostiasq; disponi. Religiosius multo Athenienses, qui excepturi Attalum, sacerdotes & victimas praepararunt, templaque omnia aperuerunt, ut ipse diis, non Athenienses ipsi ut Deo, sacrificaret. Polybius: ἐπεὶ δὲ εἰσὶν ἐπὶ τὸ Δίπυλον ἐξ ἐκείνου ὅτι μὲν παρῆσαν τὰς ἰερείας καὶ τοὺς ἰερεῖς, κατὰ δὲ ταῦτα πάντας μὲν τὸς τοὺς ἀνέφρων ἐπὶ πᾶσι ὅτι δὲ ματὰ τοῖς βωμοῖς ἀποδοῦναι, καὶ ἔξισαν αὐτὸν εὐσεβῶς, quanquam adulationibus scedis erga potentes nulli populo concessisse Athenienses satis probauit Atheniensis lib. VI, & nos ad illum. Sed redeo ad aliorum adulationem, cuius praeterea testis Suetonius libro superiore, c. XCVIII. Forse Puteolanam sinum praeternebenti vectores nauaeque de nauis Alexandrina, quae tantum quod appulerat, candidari coronatiq; & thura libantes, fausta omnia & eximias laudes congefserant. mitto locum in Gaba cap. XVIII. meminit & Appianus Ἐμφυλίων lib. quinto: narrans Octauii & Antonii in Urbem aduentum post factam inter se pacem, καὶ ἐξ Ἰουλιανῶν αὐτοῖς διὰ τῆς ἰουλιανῆς εὐσεβῶς. sic interpretor quod scribit Philostratus libro quinto: cum Aegyptiacos nomos peragraret Vespasianus Imperator, non solum prodiisse illi obviam omnes cuiuscunq; aetatis aut conditionis homines: sed sacra etiam detulisse. ἀποδοῦναι ὅτι ἀποδοῦναι, τὰ μὲν ἰερά ἀποδοῦναι ἀπὸ πάντων, καὶ τὰ τῆς Ἀρχιδιῆς πύλων, καὶ οἰνόμοι καὶ οὐκ ἄρα Ἀρχιδιῆς τίμη, φιλόσοφοι τε ἀσάβητος, καὶ ἡ σοφία πᾶσι. Addit Suetonius, *radusq; ardentes*: quod erat aliquanto ciuilius & vilitatis. Servius ad librum V Aeneidos: In honorem regum cum facibus procedebatur à populo. Plutarchus in Pompeio, τοὺς δὲ ἀποδοῦναι πᾶσι ἀποδοῦναι ἐκείνους ἐχώρησε τὸ πᾶν, ἀλλὰ ὁδοὶ τε καὶ πύλων, καὶ καίμα καὶ λήμνους εὐσεβῶν καὶ εὐσεβῶν. πολλοὶ δὲ καὶ σφραγιστοὶ τῶν λαμ-
fff 2
πάδων*

πάλιν ἰδύχοισι, καὶ παρ' ἑταίρων ἀρθοκόλῳ μαζον. *Herodianus lib. quarto* de-
 scribens ingressum Caracallæ Alexandriam ἀρομάτων ἢ ἀρωματῶν καὶ
 θυμιαμάτων ἀμίδεις ἐνοσίδας παρήχον τοῖς ἐνοσίδοις: δαδύχλαις τε καὶ ἀνδίων
 βολαῖς ἰπῶν ἢ βασιλεία. *Ammianus lib. XXI.* *Enimq;* suburbanis propin-
 quantem amplis nimirum protentis; militaris. & omnis generis turba cum
 lumine multo & floribus, vasibusq; faustis Augustum appellans; & dominum,
 duxit in regim. Imperatoribus autem Christianis idem genus ho-
 nori postea esse exhibitum passim illorum historiarum testantur. nam
 siue ipsos, siue eorum laurata, siue cadauera defunctorum suffici-
 bus excipiebant. *Corippus lib. II.* *Transitus ob. caussam multi pia thura*
eremabant. Atque idem honos postea etiam episcopis est exhibitus:
 idque iam inde à temporibus primis flurentis ecclesiarum; nam *B. Cyril-
 lus in epistola ad presbyteros Alexandrinos qua exeat in Actis concilij Ephe-
 si,* narrat, se à concilio Ephesi habito redeuntem tanta alacritate
 omnium exceptum esse, ut passim sibi mulieres præterent, thuribu-
 la manibus tenentes: ὅστι, inquit, καὶ τὰς γυναῖκας θυμιαθεῖα ἁπτεχέως
 ἄσπυγῶν ἤμῶν. Simile est quod de cereis accensis in *Histor. ecclesiast.*
 obseruamus, quos in initio moris fuit rebus sacris prætere. *Sozomenus*
lib. VIII de apparatu chœreæ ab Iohanne Chryostomo institutz,
 σαυρῶν ἀργυρῶν σημεῖα ἐπὶ κρητῶν ἡμῶν οἰσ. ἄσπυγῶν ἁπτεχέως. mox ad ipsorum
 episcoporum honorem cerei sunt adhibiti. Sic eidem *B. Chryosto-
 mo* cum cereis obuiam procedit populus Constantinopolitanus.
Theodoritus lib. V. cap. XX XIV. ἀπαύτως ἐκλιπῶσαν τὰς ἐκ κρητῶν λαμπάδας
 ἄσπυγῶν. *Sozomenus lib. VIII.* ἐκ φλαμωδίας ἢ πρὸς τὸ (συμβάν πα-
 ποιημέναις ἀσπυγῶν οἰσ. ἁπτεχέως, (ἐφρον ἢ κρητῶν ἡμῶν οἰσ. ἀπτεχέως)
 ἀγνοεῖται τῶν ἐκκλησιῶν. *Gregorius in eius vita capite centesimo:* ὡς τότε καθαρὰν πῦρ
 πάλιν παύσαν χρομῶν πρὸς τῶν ἀσπυγῶν, καὶ πλήρη μὲν πρὸς θμῶν πῦρ θα-
 λασσαν. πάλιν ἢ τὰ σφοδρῶν λαμπάδων καὶ ἀρωματῶν καὶ μύρων. *B. Cyrillus*
de se in illa epistola cuius modo meminimus: ἐξελθόντος ἢ ἡμῶν ἐκ τῆς
 ἐκκλησίας πρὸς ἐπέμψαν μετὰ λαμπάδων. λοιπὸν γὰρ ὡς ἑσπέρα: videtur qui-
 dem Cyrillus dicere, ideo funalia esse accensa quia nox erat: sed
 præter hanc causam alia fuit; quod honoris Cyrilli causa id facie-
 bant, & testandæ lætitiæ: ideo sequitur, καὶ μέγα πολλὰ θυμιαθεῖα καὶ λυ-
 χναῖα ἐκ τῆς πύλης. Talia multa in eadem historia leguntur. nec non
 in conciliis Patrum, ut in Nicæna synodo secunda: denique apud
Cedrenum & id genus scriptores passim leges *σημαμασὶ καὶ κρητῶν ἄσπυ-
 γῶν:* & μετὰ κρητῶν καὶ λαμπάδων καὶ ἀρωματῶν.

Supra: fūsta nomina] Sic placet cum MSS. non *omina*. *Iosephus* οσαυτ' εστι κοήσεις ευφημούς. *Eusebius*, βοας ευφημούς.

Pullum; & pupum; & alimnum appellantium] Plane sunt nomenclis visitatæ blanditiæ in demulcendis infantulis. *pullus* respondet illi Græcorum *καποκειμα* quo *νεοπῆες* & *νεόπια* puerulos vocabant: *Tiberiophrastus* in *characteribus* *Χρησῦ παλῆς νεόπια*!

Cap. XIV. *Consensu senatus & irrumpentis in Curiam turba*] *Did.* *καὶ ἦν ἡ ἀτάκη ἐν τῷ ἔθνεϊ ἄλλαν ἢ περὶ παρασκευασμένων οἱ*. neq; verba *Suetonii* ita accipienda sunt, quasi in senatum admissa esset hæc tumultuans turba: quam probabilius est dum patres deliberant, ad fores curiæ mansissæ: mox, factum decretum applausu & acclamationibus magnis excepisse.

Nepotem suum heredem ei dederat] An bonorum tantum *Tiberii* coheredes sunt reliqui, an etiam imperii? non temere quaerimus: videntur enim inter se non consentire veteres scriptores. *Did* quidem in *inicio libri* LIII. nepoti traditum imperium scribit, *πρὸς Τιβερίῳ πρὸς ἑγγράφῳ πρὸς ἀνταρχίαν καὶ τελικῆς*. contrarium affirmat *Iosephus*: apud quem *Caio* *Remp.* committit *Tiberius* moriens, & his verbis utitur, *ὁ παῖς καὶ παρ' ἐμοὶ (ὡς ἡμεῖς εἶπε Τιβερίῳ ἢ καὶ σὶ ὄντι) σοὶ φέρον ἑγγείζω πρὸς Ῥωμαίων ἡγεμονίαν*. utriusque communicatum tradit *Philo*, *τὸ δ' ἀνεψιὸν ἐν κοινῶν ἀποκρίθῃντα τῆς ἀρχῆς κτελεῖ*. & scribit idem, si paullulum aduixisset *Tiberius*, mutaturum fuisse, ac sublato *Caio* solum heredem imperii relicturum suum nepotem: *Philonem* arbitratur vora dicere, qui cum iis temporibus vixerit, & *Romæ* etiam *Caij* temporibus sit versatus, ignorare quod factum erat non potuit, quare interpretatiōnem vocis *coheredem*, quam quidam affecerunt, non probo. neque sane auertus *Did* ab hac sententia, qui delatam *Caio* successionem imperij à *Tiberio* alibi expressis verbis scribit.

Supra centum sexaginta millia victimarum casa tradantur] Minus mirabitur, qui horum *Philonis* verborum meminerit: *ἰδὲν μὲν ἰδὲν ἔπειθ' ἐν καὶ πόλεις, ἢ βωμοὺς, ἱερῆς, θυσιάς, λαχειμονῶντας, ἐπιθανωμένους, φαιδρῆς, θυμάνειαν ἐξ ἱλαρῆς τῆς ὀψέως προσφάνοντας ἱορτῆς, πανηγύρεως, μισοκρίτης ἀγῶνας, ἀποδοξίμους, κώμους, πανηγύδας μετ' αὐκῶν ἐκίθαρας, τρεψίς, ἀλλοίους, ἐκχευεῖαι, παλιταίαι ἠδονὰς δὲ πάλους αἰδησίως*. Ibidem habes de morbo *Caij*, quæ non sine fructu & voluptate cum iis conferas, quæ *Suetonius* narrat.

Qui depugnatos se armis pro salute agri, quique capita sua titulo

proposito vouerent] *Opinio veterum fuit, mortem morte posse reddi: ex qua persuasione multa introducta. mitto fabulas Poëtarum, & Deciorum deuotiones, aliaque ex antiqua historia, vel recente barbararum gentium: cuiusmodi est mos ille in Casariis obseruatus, deuouendi sese, ac statim mortem obeundi pro salute noui principis: vt narrat Aloysius Cadamustus cap. VII. ex eo fonte istud est, quod ægrotos periculo posse etipi putarent, si vitam suam illius loco proiecissent. Iuuenali Satyra X I I, de hereditipeta qui orbo adu-
latus ægrotanti:*

*Alter enim si concedas macerare, vouebit
De grege seruorum magna & pulcherrima quæque
Corpora, vel pueris, & frontibus ancillarum
Imponet vitæas, et si qua est nubilu illi
Iphigenia domi, dabit hanc altaribus.*

*Inde est etiam quod narrat Suetonius in Nerone, capite trigesimo sexto: Stella crinita, qua summis potestatibus exitium portendere vulgo putatur, per continuas noctes oriri cœperat: anxius ea re, vt ex Babilo astrologo didicis, solere reges talia ostenta cade aliqua illustri expiare, atq; a semet in capite procerum depellere, nobilissimo cuique exitium destinauit. nec ob aliam causam institutum, vt pro salute principis committerentur gladiatores: quod in Claudio diserte notat Dio, aliique confirmant. extat & inscriptio vetus quæ continet titulum, quo proposito, duæ legiones capita deuouerunt pro salute Traiani bello Dacico periclitantis. Bellonarij quoque pro salute Imperatoris sanguinem se fundere dicebant, vt est apud Tertullianum in Apologetici cap. XXV. Postremo inde est illud loquendi genus frequens in adulationibus principum, deuotus uumini maiestatiq; tuæ, quod explicat Dio, *Κοὶ καθ' ὁμολογίαν*: eum vide libro LIII. De P. Afranio ac Potito, qui pro salute Caij capita sua deuouerunt, idem libro LVIII.*

Aquilas & signa Cesarumque imagines adorauit] Augusti & Caij, Dio.

Cap. XV. *Ad transferendos matris fratrisque cineres festinauit*] Frater hic est Nero, de quo capite VII. extat hodieque urna in qua huius cineres Romæ olim seruabantur & colebantur, cum hac inscriptione:

ORSA
NERONIS. CESARIS.

GER-

GERMANICI. CÆSARIS. F.
 DIVI. AVG. PRON. FLAMIN-
 AVGVSTALIS. QVÆSTORIS

Nec minore scena Ostiam] Similem scenam lege apud *Plutar-
 dum in Demetrio*, cum eius reliquias filius excipit, & per aliquot
Græcia insulas atque vrbes traducit.

Medio ac frequenti die] Principis moderatio fuit, quod ciues
 inquietare noluit indicto funebri officio: honori tamen matris fra-
 trisque in eo consuluit, quod horam diei elegit frequentem. Id
 tempus Græci vocant *πληθυσαν ἄρρα*: quod *Paulus lib. IV Sententia-
 rum*, finit à secunda ad decimam horam. *Dio* quoque *Chryso-
 stomus in secunda de gloria*, *πληθυσαν ἄρρα* circa decimam constituit & ma-
 nifesto separat à meridie. Verum nihil obstat, etsi pars ea diei fre-
 quentissima, quin & modicus dies possit dici frequens. Itaque nihil
 mutandum censeo.

Duobus ferculis Mausoleo intulit] Male qui mutant in *forulis*. Sic
 appellat pompatus, vt dicam cum *Tertulliano*, instrumentum in
 quo cineres erant cum inferrentur in Mausoleum, ob similitud-
 nem aliquam ferculorum triumphalium. utraque enim sic erant
 composita, vt elata gestari omnibusque ostendi possent. *Paulo* ali-
 ter *Stadius lib. VI Thebaid*.

*Portant inferias arsuræ, fercula primis
 Graiorum, tituliq; pios testantur honores.*

At apud *Plinium libro X. cap. X. fercula funerum* aliter interpretan-
 dum: *Sueton.* vocem *tropaum* non multo aliter vsurpat *extrem. lib. I*
 in funere Iulij.

Carpentumq; quo in pompa traduceretur] Mos de quo diximus;
lib. I, cap. LXXVI ad illa verba, *Tensam & ferculum Circensi pompa*.

Die virilis toga adoptavit, appellavitq; principem inuenturæ] *Dio;*
*Ἐπίθειον καὶ τὸ ἵς τῆς ἐπίθης ἢ ἡγεφίρτα, ἢ τῆς τῶν πλῆθους ἀρραίωντα, καὶ
 πλῆθους ἀρραίωντα ἀρχισοῦλο.* Sed vide ante omnes *Philonom*.

Vt omnibus sacramentis adiiceretur] Ita libb. quidam optima no-
 te, vt & editio vet. Robert. Stephani. At manu exarati, vt *Pithæi;*
Groslotij, afficeretur vel *afficerentur*, vt *Viterb. & Cuiacii*, quod ipse
 testatus est ad *Nouellam CXXIV.* notans similiter dixisse, *adsci in-
 xsiurando*, Imperatores in Codice. Scribo igitur omnibus sacramen-
 tis *adiicerentur*, **VT NEQ; ME**, *Dio* explicat τὸς ὄρκους ἐπιθεῖον καὶ

εις εκείνας. Declarat planius hunc locum Xiphilinus in Seneca, ἡρώων Περνήακι κτποιδασε τότε ἄρκους ἀπασιν περὶ τὰς ἐν δαλίχιδι. Non diffimilis honos est, quo matrem Helenam defunctam adfecit Constantinus. Magnus, Euseb. in eius vit. lib. III. ἔτω δ' ἀξιώματι βασιλικῆ τέτιμηκαν, ὡς ἐν ἄπασι ἔθνεσι παρ' αὐτοῖς τε τοῖς στρατιωτικοῖς τὰ γυμνασίου Αυγύσια βασιλίδα ἀναρρῶσδε. In Nouellis, Iustipiani extat formula iurificurandi, ab iis exigendi, qui magistratum aliquem adirent, ibi adstringit se, qui iurat, ad fidem seruandam, & omne seruitium præstandum non solum Imperatori, sed etiam Augustæ uxori. Ὁμνυμι ἐγὼ τ' Θεὸν ὅς κτθαρόν Σωιδὸς κ' γνησίαν δελεῖαν φυλάξω τοῖς δημοτάτοις, κ' εὐσεβέτατοις ἡμῶν διαπόταις, Ιουσιανῶν κ' Θεόδωρα τῆ ὁμαζύγα τ' κέστους αὐτῶν.

NEQ. ME. LIBEROSQ. MEOS: CHARIORES HABEO QVAM CAIVM. ET SORORES EIVS.] Scribendum est habebo, ut est in Memmiano & aliis, non aliter Dio legit, qui vertit, ἅπ κ' σφῶν αὐτῶν κ' τέκνων, καὶ ἐκείνων κτθ τὰς ἀδελφὰς αὐτῶν περὶ μῆσουσιν ἁμοσας.

[Commentarios ad matris fratrumque suorum causas pertinentes.] Scribendum fortasse, ad patris, matris, frat. ita sane Dio, τοῖς Κυσασιν ἐπὶ τ' ἀπατέας κ' τιμωμῆτας, τοῖς τ' ἀδελφῶν αὐτῶν. cætera in hac periodo audebo præstare integra & sine macula, quæ tamen viri magni emendare conati varie. Est cui placeat non vt libri omnes præferunt, conuectos in forum: sed conutctus in forum. prorsus si quid video, contra Latinitatem. Est qui contendat legendum conuectos in focum, non autem, conuectos in forum, & contra veterum librorum fidem, & vt reor, auctoris mentem. Ego puto: Caligulam, vt melius mimum hunc ageret, non in foco intra ædeis, sed palam in foro chartas quasdam cremasse. nam quæ ad multorum securitatem fiunt, ea publice fieri solita. sic legimus optimos principes tabulas veterum fisci debitorum, non in palatio, sed in foro cremasse. Ausonius: Tu argumenta omnia flagitandis publicis ardere iussisti. Videre in suis queque foris omnes ciuitates conflagrationem salubris incendiij. Spartianus in Hadriano: ex reliquis ingentes fumias remisit, syngraphis in foro Traiani, quo magis securitas omnibus roboraretur, incensis. Cedrenus in Anastasio, πυρὶ ἐς τῶν ποδῶν ἐμαρτων πατῶν κτθ τὰς τῆς τοιασδε Σωπαλίας κτθ γερα.

[Concretauit.] Imo cremare simulauit. ita enim: accipiendum. Vide Dionem, & infra cap. XXX.

Cap. XVI. *Ne profundo mergeret*] Reperio hoc genus suppellicii in eiusmodi personis solitum vsurpari. ut de Cleomene tyranno & Pericandro narrat *Athenaeus lib. X.*

Rationes imperij ab Augusto proponi solitas, sed a Tiberio intermissas publicauit.] Pene ad verbum Dio, τοὺς ἑλοχρημῶν καὶ δημοσίων χρημάτων μὴ ἐκπεθῆναι ἐν τῷ χρόνῳ ἐν ᾧ τὸ τίς ἐστι καὶ ἡ δὲ δημοσίων πάντας καὶ τὸν Αὐγούστου ἀποτίγγετο. vbi quid inter Dionem & Suetonium interstitum Dio per absentiam Tiberij tantum, non toto eius principatu intermissas has rationes ait. Scribo autem in superiori loco, ἀποτίγγετο, publicauit, non ἀποτίγγετο, adscripsit.

Centēsimam auctiorum Italia remisit] Restituimus hunc locum ex cod. Lislæi, qui cum Dione consentit: nam ille in eodem plane sermone ita scribit: τὸ τέλος τῆς ἐργασίας κατέλυσε. Videlicet: probabis vulgati libri *ducentissimam*, ἀνισρήτως: et si ita multi MSS. habent, atque in his Memmianus.

Multis incendiis damna suppleuit] Dio ibidem ἐμπροσθεν τινα μετὰ τῆς ἐργασίας κατέλυσε, ἐπὶ τῆς τῶν ζημιωθέντων.

Ut Antiocho Comageno] Huic patrium regnum Comagenen restituit, & hoc amplius maritima Ciliciz dedit. de huius morte *Tacitus Annal. II.*

Mulieri libertina octoginta donauit] Emendauimus deprauatam multorum libb. *lectonem*, *octingenta* ex veteri Rom. aliisque in quibus ita scriptum est. nec sefellit acumen *Torrentij* alterius *lectonis* absurditas.

Decretus est ei clypeus aureus] Id est clypeata imago. *Macrobius lib. I Saturnal. cap. III.* de iocis Ciceronis: *Cum in ea prouincia quam Q. Cicero frater rexerat, vidisset clypeatam imaginem eius, ingentibus lineamentis usq; ad pectus ex more pictam: (erat autem Quintus ipse stature parua) ait: frater meus dimidius maior est quam totus.* Vocarunt has imagines & scuta. In *Panegyrico Constantino Augusto Constantij F. dicto: Merito igitur tibi Constantine Imperator. & senatus signum Dei, & paullo ante Italia scutum & coronam, cuncta aurea dedicarunt.* Vbi sic iunguntur scuta & coronæ, vt apud *Philonem* in his verbis, *Legatione ad Caium: Οὐκ ὦ τὰς Συμπροδικίας καὶ ἀποκατάργων πρὸς ἀσπίδων καὶ σκεπῶν ἐπιχρῶσαν.* Sed de his clypeis plura ante nos viri dicti.

Cap. XVII. *Pueris ac feminis fascias purp.*] Deprauata lectio huius loci *fascies pro fascias*, quam multi annotarunt, & nos quoq; in

Viterb. reperimus orta est ex consuetudine quorundam veterum scribentium *fascias* pro *fascias*. Quomodo scriptum est in cod. Lisl. At certum est *fascias* esse veram lectionem. Videntur autem intelligi institz purpuræ vel conchylij, quæ assui vestibus è panno solebant. Propterea fœminæ & pueris quos scimus fuisse prætextatos. Habuerunt fœminæ & pectorales fascias, sed quæ, ut puto, ab his erant diuersæ. Verum de fasciis *ad librum secundum* pluræ notata nobis. *Beroaldus* vero suauiludius plane est, qui de tegumento crurum & pedum hunc locum interpretatur.

Cap. XVIII. *Sparfit & missilia variarum rerum*] Cuiusmodi illa sunt quæ describit *Statius* elegantissime *lib. I Sylvarum, carmine ultimo*. Sed de Caligulæ missilibus scribit *Iosephus* in historia cædis eius, πολλῆς ἢ ἰσώτης ἐπιχορμῆνης τοῖς δευτέροις, ἢ πολλῶν ἀργύρων, ὀπίσσω κωνίῳ τίμα τοῖς κλιμακίοις.

E Gelotiana apparatus circum proficentem] Hæc vera scriptura est huius loci, quam pridem asseruit rex ille criticorum *Turnebus*, & nos asserimus nunc iterum auctoritate libb. bibliothecæ regię & *Memmiani* (in quibus omnibus liquido sic scriptum ipsi vidimus) & *Petri Pithœi*. fauent quoque, etsi corrupti codd: Viterb. ac *Grotij*, in quibus scriptum *lege Lotiana*. Tolle peccantem literam *e*, totidem pōstea restabunt quot vera lectio constat. Ne igitur audiamus inconcinnas, meo quidem animo, aliorum emendationes. *Gelotiana* vel domus vel insula illis temporibus nota in vrbe fuit, ad *Circum* vt arbitror maximum. Ac licet conicere ex ea inscriptione quam *Turnebus* profert, in ea frabitasse partem secuitij *Cæsariani*. Eum lapidem subiecimus & nos.

SYMPHORO
TESSERARIO
SER. CAESARIS
DE DOMO GELO
TIANA. FECIT
PHILODESPOTVS;
SER. CAESARIS.
EX HERMAEO
FRATRI B. M.

Cap. XIX. *Æmulatione Xerxi*] Hoc existimat etiam Seneca libro *De breuitate vite*, cap. XVIII.

Cap. XX. *Syraculis hasticos ludos, & in Gallia Lugduni miscellos*] Viterb. & Græslotii *Asticos*. Memmij & Pithœi *Asticos*. Dio hoc tantum, *ἄστυς ἐν τῷ Λυγδύνῳ ἐπετέλεσεν*. Sunt vero ludi astyci, quos Græci *ἀστυὸς ἀγῶνας* nominant. Ita iudicat criticorum Homerus *Iosephus Scaliger*: in cuius libris *De emendatione temporum*, cum de astycis, tum de Miscellis plura studiosus lector inueniet.

Cap. XXI. *Reges qui officij causa in urbem aduenerant*] Agrippam & Antiochum, ex *Dione* libro LVIII.

Speciemq; principatus in regni formam conuerteret] Speciem vocat insignia quæ Tacitus inania alicubi dicit, *D. Lucas, Polybius & Athenæus, φαντασίαν*: Species principatus est ornatus Imperatoris Romani, qui proprie princeps appellatur, & imperium principatus: sic enim initio Augustus instituit, vt ex Tacito norunt eruditi. Sic regni formam vocat insignia quibus reges olim utebantur ad indicandam maiestatem regiam, puta diadema, purpuram, sceptrum, & cætera hoc genus. Vide *Eutropium in Diocletiano*.

Datoque negotio] Memmij Regulus præfectus ei negotio. *Iosephus*.

Inter qua Olympici Iouis] Scribe cum codice Memm. & Viterb. & apud *Liuium Olympij Iouis*: nam ita Græci. Dio, *ἀγῶμα ἠθέλων ἐν τῷ Διὸς τῷ Ολυμπίῳ ἐς τὸ ἑαυτῷ εἶδος μεταρρυθμίσει*. *Iosephus* narrat fusc lib. XIX, cap. I.

Ede Castoris & Pollucis in vestibulum transfigurata] Dio, *Τὸ δὲ Διοσκέρειον τὸ ἐν τῇ ἀρχῇ τῇ Ῥωμαίῳ ὄν διατεμὼν εἰς αἰσὸς πρὸ ἀγαλμάτων, εἰσδόν δ' αὐτὸ ἐς τὸ παλάτιον ἐποιήσαστο, ὅπως καὶ πυλωρὸς τῶν Διοσκορέων, ὡς καὶ ἔχει ἔλεγον, ἔχη*.

Et quidam eum Latialem Iouem consuluerunt) Dionis verba ita emenda: *Δία Λατιάλιον δ' αὐτὸν ὀνομάσας, τίω δ' Καιωνίαν τίω γυνῆκα καὶ ὁ Κλαύδιον; ἄλλες τε τῶν πλεσιπτάτους ἱερέας προσέθετο*. vulgo editum *Διάλιον π*. Notum est in Latinis libris & *Latialis* & *Latiaris* hoc Iouis cognomen scribi: quare etiam Græci quidam in hac voce *τ* retinuerunt vt, *Porphyrius*: *Περὶ ἀποχῆς* in hoc notabili loco, ἀλλ' ἐπὶ καὶ νῦν, inquit, *πὺς ἀγοαὶ χεῖ τίω μέγαλιω πόλιν τῇ τῷ Λαπαρίῳ Διὸς ἐορτῇ Φαλαγγετον ἀφροπον;* *Tertullianus aduersus Gnosticos*, Et *Latia ad hodiernum Ioui,*

media in vrbe humanus. sanguis inguſtatur. Quo ex loco poſſumus apud Dionem. minore mutatione ſcribere: Δία Δάπων.

Simulacrum: ſtabat aureum iconicum] Græcum eſt, εἰκονικόν: vt mirer valde iconium; legi in omnibus fere MS S. at Memmij recte: iconicum.

Amiciebatur quotidie veſte] De cultu diuino à Caio aſſumpto, lege quæ ſcribit Philo legatione ad Caium. narrat & Dio non obſcure.

Ditiſſimus quiſq;] Dio loco paullo ante deſcripto, τὸς πλουσιώτατος ἰς τὰς περὶ θεοῦ. Vide in Claudio cap. VIII.

Vicibus comparabant] Non igitur fuit iſtud ſacerdotium perpetuum, vt fere erant Romæ. ſicut notatum eſt nobis ad librum ſecundum.

Hoſtia erant Phœnicopteri, rauones, tetraones] Breuiter Dio; ὄφεις αὐτῶ ἀπαλοὶ πνεῖς ἢ πολυμήμοι καὶ ἕκαστω ἡμίῳ ἐθύοντο. quibus verbis appoſitiſſimi commentarij vice eſt hic Suetonij locus. Τετράων notum auis nomen ex Athenæo & Heſychio: neque his in libris vlla diuerſitas. Quare errant qui mutant in erythroaones: quos ſi roget aliquis cur ita cenſeant; nimis certum non aliud ſux ſententiæ argumentum allaturos, quam quod in Plinij loco è lib. X cap XXII malint erythroaones cum paucis, niſque mendoſis codd. legere, quam viris doctis aſſentiri, qui veram ibi lectionem tetraones aſſeruerunt.

Εἰς γὰρ Δαδῶν περὶ σι] Multum hoc loco variant exempla: Viterbienſe hoc tantum, quod εἰς in principio non habet. quare legebam Αἴαν Δαδῶν περὶ σι. quod hemiſtichium apud Homerum hodie, niſi decipit me memoria, non extat; ſed videtur eſſe διαφορῶ καὶ prioris horum verſuum. Οδυς. σ.

Πέμφοσ' Ἠπειρὸν δὲ βάλων ἐν νηὶ μελάνη.

Εἰς ἕχρον βασιλῆα, βέρτων δὴλήμονα πάντων.

At codd; Pithæi & Liſtæ ſtant omnino à Turnebo: vel potius à Turnebo, vt coniiicio, inſpecti, occaſionem ei præbuerunt cenſendi ſtatuendique ex Dione eſſe locum emendandum, hoc modo, ἡ μ' αἰάειρ ἢ ἐγὼ σι. manifeſta enim ſunt in illis exemplaribus eius lectionis veſtigia: et ſi ita deprauata, vt, abſque Dione foret, non facile videtur aliquis potuiſſe coniectura aſſequi veram γεγελῶ. in Memmiano tamen certiſſima eius ſcripturæ inuenimus veſtigia & omnino ita ſcribendum.

Cap. XXII. Iuliam Auguſtam proaniam] Fortaſſe an Iuliam ARGU

Auguſtam prozus vide ad libri ſuperioris caput ultimum. Philo Ιουλία Σεβασ-
των ἑταίριον.

Aufidium Lingonem] Omnino *Lurconem* ſcribendum: nam in
Viterbienſi Pithœi & Groſlotij, *Lyrconem* offendi.

Re pente immiſſo tribuno militum, interemir] Longe aliter *Philo*,
cuius narratio plane miſerabilis: mandatu Caji tribunos & centu-
riones quosdam veniſſe ad adoleſcentulum Tiberium: iuſſiſſe vt ſe-
ipſe interficeret, neque enim fas eſſe vt ſoboles imperatoria per a-
llum tolleretur: illum qui neminem adhuc occidi vidiffet, & in-
ſumma rerum imperitia propter ætatem verſaretur, primo ab iis qui
venerant petiſſe vt ſibi aliquis ceruices quas protenderet, amputa-
ret: dein cum irritæ eius preces eſſent, oraffe vt ſe docerent, qua
corporis parte ferrum immitteret, vt quam citiſſime moreretur. Ita
edocetum ab iis ſe occidiſſe.

Cap. XXIII. *Cum omnibus fororibus ſuis ſupri conſuetudinem fe-
cit*] Omniſt quod maxime eſt horrendum. *Eutropius*, *Supra tribus
ſororibus ſuis intulit: ex vna etiam natam filiam cognouit.*

Eadem deſuncta iuſſitium indixit] Meminit obiter *Philo*; τὰ ἐργα-
σθέντα τῆς Ἰουδαίων (ὡς καλεῖται) ἐπὶ τὸ ἐν Δρυοῦντι πένθος ἀναπίνεσθαι.

*In quoriffiſſe lauiffiſſe, cœnaſſe cum parentibus aut coniuge liberæue ca-
pitale fuit*] Eleganter *Dio* conditionem illorum temporum pau-
cis explicat: alios enim fuiſſe accuſatos quod eam non lugerent,
ὡς ἀθροῦτον, quum eſſet homo: alios, quod lugerent; ὡς θεόν, quum
eſſet dea: Deinde exemplum ſubiicit: impietatis arceſſitum fuiſſe,
& periſſe qui calidam vendiſſet. *Scribendum autem capitale non
cupitale* vt in cod. Liſi. & Pithœi.

Per numer. Drufilla] Ita *Memmianus* Viterb. Pithœi & Groſlot:
non nomen:

Rurſuſque inde prope rediit, barba capilloque promiſſo] *Seneca*:
conſolatione ad Polybium cap. XXXVI. *Idem ille Caius furtoſa incon-
ſtancia, modo barbam capillumque ſubmittens, modo Italia ac Sicilia oras er-
rabundus permerciens, & nunquam ſatis certus, virum lugeri vellet, an co-
lli ſororem.*

In cauſa Emiliy Lepidi] *Faciunt ad huius loci lucem quæ de
Hoc Lepido obſeruat Lipſius ad librum Taciti XIV.*

*Tres gladios in necem ſuam preparados Marti Pllori addito elogio con-
ſecrauit*] Ex veteri more, quo gladios deſtinatos in ſigni alicui faci-

nori, aut per quos aliquid memorabile patratum esset, consecrabant. In Vitellio cap. X. pugionem quo se Otho occiderat, in Agrippinensem coloniam misit Marti dedicandum. Lucianus in *Tyrannicida*, ἐκ αὐτοῦ ἐξήρθη ἐν τοῖς ἱεροῖς ἀρθρήσαστε; ἐκ αὐτῆς τῆς θεῶν ἐκείνου ἀποσκευασίης; Quod ait de addito elogio, intelligit titulum adiectum, ut fere semper fieri solitum in rebus consecrandis. *Elogium* est omnis brevis scriptio ut *πιττάκιον*, notoria, titulus statuae aut quicumque alius, & id genus omnia, ut libro primo docuimus. Nec satis recte docti viri, quia elogium saepe vocatur titulus puniendorum, propterea in ea significatione hanc vocem isto loco acceperunt.

• Cap. XXIV. *Lolliam Paullinam C. Memmio consulari, exercitus regenti nuptam*] Eusebius in Chronico numero MMLVI: Caius Memmij Reguli uxorem duxit, impellens eum, ut vxoris sua patrem esse se scriberet. Ait Eusebius, scriberet, nempe in dotali instrumento, nam ut omnia acta legitime viderentur, omnia solennia sunt seruata. maritus igitur pro patre fuit, qui eam Caio desponsauit, dotem dixit, & ad nouum maritum perduxit. auctor Dio. hinc intelligimus Suetonij sequentia verba, *perductam à marito conianxit sibi*.

Cap. XXV. *Quosdam summis honoribus fundos ad esedum sibi occurrere rogatos per aliquot passuum millia*] Scribo *occurrere*. Idem enim significat quod Graeci verbo ἀφθέρειν, ut Plutarchus in Lucullo de Tigraue, βασιλεῖς ἢ πολλοὶ μὲν ἄσπερ οἱ θεοπρόκτορες αὐτῶν, τῆσδε ἢ ἕς ἀπὸ αὐτῶν εἶχεν ἄσπερ ὀπαδὺς ἢ δоруφύρος, ἰκπότην ἐλαύνοντι πειζες ἀφθέρωντες ἐν χιτωνίοις. Appianus pro eo dixit ἀφθέρειν III Bellorum civil. & in Syriacis. Lucianus παρῖπεθε τῶ φρεθίφ. Eutropio l. IX. Pulsus Galerius & ad Diocletianum profectus, quum ei in itinere occurrisset, tanta insolentia à Diocletiano fertur exceptus, ut per aliquot passuum millia purpuratus tradatur ad vehiculum cucurrisset. Iuuenalis eundem morem tangit *Satyra X.*

— Hinc *præcedentia longa*

Agminis officia, & niueos ad frena Quirites.

Vide *Suetonium lib. VII in Galba, cap. VI.* etant vero alii qui præcederent: de quibus alibi notauimus.

Ad pedes stare succinctos linteo] Et in sacris popæ, & in priuatis epulis ita ministrabant coqui & alia vilia capita.

Fuitq, per triduum sine summa potestate Resp.) Notatu dignum, consules etiam sub Imperatoribus vocari summam potestatem: etsi certum est, imaginem tantum veteris potentiae eos retinuisse. mansit

tamen

isamen id decus nomini consulum usq; ad ultimos fere Imperatores. *Jordanus De rebus Gothicis: Factusq; est consul ordinarius, quod summum bonum, primumq; in mundo decus edicitur.* Similia his apud *Cassiodorum*. Sed non prætermittendus *S. patris Chrysostomi* locus in hanc rem eximius, in *X. homil. super epist. ad Hebr.* Τι γὰρ, αἰτ, αἰτέ μοι, μέγα νομίσεις πλοῦτον ἢ ἢν μέγα ἀξίωμα ἴδ, τοῦ ἑσάτου, ἐδὲν γὰρ τέτυξ ἑ ἀξιώματι ἑ μείζον νομίσεισιν οἱ πολλοί. dignitatem consularem statuit supra omnes alias priuatum, nulla excepta. Simillimum est, quod apud *Procopium* legimus *Perficorum lib. I.* de illo infelici Iohanne, quem vocat ἀδραῖς ἑσ ἑσάτων ἀνακεκοτά τ ἑ δὲ ερ. ἑ μείζον ἴδ) ἑδὲν, ἐν γὰρ τῇ Ρωμαίων πολιτεῖα δοκεῖ. Consulatu, inquit, maior dignitas in Romana Repub. siue imperio nulla esse existimatur.

Causam discordiarum serens) *Iosephus* de missilibus à Caio sparsis loquens: ὁ Γαίῳ ἑδὲν τὰς ἀπὸ αὐτῆς ἐθεώρη μάχας καὶ διαπραγὰς, οἰκουμενῶν αὐτὰ ἑσ δὲ ερ. De his pugnis propter missilia *Seneca epistola LXXIV.* *Prudentissimus quisq; cum primum induci videt munuscula, à theatro fugit, & scit magno parua constare.*

Decimas maturius dabat, ut equestria ab infimo quoq; occuparentur) Quænam istæ decimæ sint, & quæ fuerunt ante nos eruditissimi viri, & nos quosq; ea cura non leuiter habuit exercitos. Frustra: nihil enim comminisci possum, quod hunc mihi locum satis explicet. An fuit hoc aliquod tributum nomen quod Caius in hos vsus soleret vertere? ut propterea vocentur *decimæ* missilia quæ ex decimis essent comparata. Sane etiam priuatis fuit moris; decimas bonorum suorum interdum aut *Herculi* pollucere, aut in similes alios vsus impendere. *Cicero De officiis lib. II.* *Orestis nuper prandia in semitis decimæ nomine, magno honori fuerunt.* An scenici ludi aliqui ad honorem *Herculis* pertinuerunt, & ideo datæ eo tempore decimæ polluctarum hæreditatum? Sed verius puto locum esse corruptum. Lego autem, *inter plebem & equitem, causam discordiarum serens, resseras decima maturius dabat.* Videtur vox *resseras* initio confusa fuisse cum præcedenti voce *serens*, propter aliquam soni similitudinem: deinde ommissa ab his qui locum voluerunt emendare: vnde postea secuta deprauatio vocis *decimas* pro *decima*. Sententia quam restitimus, appositissima est, ac, ut puto, vera: nam *tesseræ* aliaq; missilia non ante finitos ludos spargebantur. Ludis totum diem ad decimam vsque fuisse occupatum, & per se probabile in illo tanto furore veterum circa ludos, & infu-

in super probamus auctoritate *Sueton. l. VI, c. XXI. Utque confitit peractis* principio. *Nioben se cantaturum per Clinium Rufum consularem pronuntiavit, & in horam fere decimam perseveravit.* Sic *Paulus Iurisconsultus* tempus quo res aguntur, in foro ad decimam usque producit. Non collegisse autem sparsa missilia solos plebeios, sed etiam equites ac senatorii ordinis viros, docet *Tranq. clare in Domit. cap. IV. qui locus cum illo conferendus.* Atque hæc quidem nostra est super istis verbis vetus sententia: cuius cur nos pœniteat, ne nunc quidem causam videmus ullam. etsi non nescimus repertos esse, qui vehemens studium nostrum bene merendi de literis secius interpretarentur, & coniecturam istam nostram ἀπειργάλας exciperent. At contra reperti sunt alij qui emendationes à nobis propositas sic probarent, ut eas, leuiter solum mutatis signis, pro suis venditarent.

Rabidis feris vilissimos senio confectos] Distinguendum, *vilissimos, senio confectos*, ut in *Viterb. pro vilissimos* quosque homines, & propter senium inuitiles. Quantum fallatur *Torrentius* in emendando hoc loco, quæ mox dicemus, arguent. & clamat *Dio*, qui ait: τῶς Σελείος. Quare neque *rabidas feras* neque *sabidas*, ut illi placet, ferre possumus.

Gladiatores quoque pegmares, patres familiarum notos, sed insignes debilitate aliqua corporis, subiiciebat] Grande crudelitatis documentum historia continet, quæ hic narratur, in qua tamen modus aliquis notatur fuisse seruatus. Crudelitas in eo est, quod immerentes ciues Romanos aliosve forte oblatos, feris obiciebat: modus in eo, quod vilissima quæque capita ei exitio destinata. Declarat id *Suetonius* accurata eorum enumeratione. Subiici enim solitos, vilissimos quosque homines ac senio confectos, gladiatores quoque pegmares, nec non patres familiarum notos, sed debiles & ἀναπήεις. In qua enumeratione merito quærent docti viri, qui nam sint *gladiatores pegmares*? Neque vllus locus temere magis criticos exercuit: quorum tamen sententiis animus noster acquiescere non potest: neque laudamus eos qui quicquam censent hoc loco mutandum. Quod si faciendum putarem; sequeretur *Viterb. cod. legeremque pygmarem.* Ita ibi scriptum & adiectum scholion, eam vocem à Græca dictione pygma, quæ pugnum significet, deduci: tum interpretaretur *pygmares τὸς πυγλομάχους* vel πυγμῆ μονομαχῆρας. Sic Græci pugilum certum genus nominant, ut *libro secundo* notauimus.

Hi sunt

Hi sunt de quibus loquitur Scribonius Largus cap. XXIII *rimate* *CL*
præcipue vero ad pectoris & lateris dolores prodest, ex qualibet causa factos,
ubi contusione qua frequenter gladiatoribus accidere solet in luctationibus.
 plane exprimit *πυκτομάχους*, qui medium quoddam genus fue-
 runt inter pugiles Græcorum & Romanorum gladiatores. Verum,
 puto lectionem alteram *pegmares* quæ in plerisque omnibus codd.
 habetur, esse veriore. Gladiatores *pegmares* interpretor quos de
ruina arena dimisit; vt *Petronius* loquitur: qui in *pegmate* populo ex-
 hibiti, felici quodam sidere superstites ei spectaculo fuerunt. *peg-*
mata in re ludorum dicta. lignæ quædam mœles, quæ machina-
 mentis occultis attollebantur, deprimebanturque: super iis produ-
 cti per ludos facinorosi homines, quales gladiatores fere erant, vt
 vel inibi pugnam inter se committerent, vel spectati à populo, mox
 solutis compagibus *pegmatis*, casu suo in foueam vbi vel ignis vel
 feræ erant, populum oblectarent. Hoc ex *Strabone*, *Petronio*, *Apuleio*,
 & *Claudiano* probare possem, nisi occupassent viri doctissimi, *Iose-*
phus Scaliger & *Iustus Lipsius*, qui de *pegmatis* istis ludicris diligen-
 ter quæsiuerunt. At illud non probamus quod iisdem illis placet,
 rescribendum hic esse *pegmatos*. quæ enim deriuatione, aiunt, quo-
 que exemplo à *pegmate* *pegmares*? enimvero vt *ἄμμα*, *γλαύκωμα*, &
similia, duobus modis Latini enuntiant; sic & *πέγμα*: tam enim
pegma, *pegma*, quam *pegmatis* flectere possis. inde ergo *pegmaris*, certa
 analogia, vt à *palma* *palmaris*; à *ala*, *alaris*; à *epistola*, *epistolarius*: quam
 vocem male quidam mutant apud *Martialem* in *lemmate de charta*
epistolari. similia his multa *Dio*; qui libro LVIII sic describit: *ἡ δὲ δὴ τῶν*
αὐτῶν ἀμάτῳ, ἐπλεπόντων ποτὲ ἤν τοῖς θνητοῖς ἐκ καταδίκης διδέρμων,
ἐπέκρουον ἐκ τῶν ὀχλῶν τῶν ἐξέως περὶ στήθεσσι τῶν συναρπαδῆναι τε πρὸς, καὶ
τῶν βλαδῆναι σφίσι. et si eadem de re loquitur cum *Suetonio*: non ta-
 men eadem dicit. nam assentiri non possum doctissimo viro, qui
ixéia interpretatur *pegmata*. nunquam enim ita vsus ea voce *Dio*, vt
 diligenter obseruatum nobis: sed pro theatrorum sedilibus ligneis,
 vt eo loco quem notamus libro II ad caput XLIII. aut pro tabulis qui-
 bus aliquis locus conspicitur: vt paullo post in lacuum descriptione
 quos in vsum Naumachiæ excavauit *Caius* quare hic quoque *ixéia*
 interpretor *spectacula*, & istum *Dionis* locum comparo cum altero
 potius *Suetonij* in *Domitiano* cap. XI. *patrem familias detractum è specta-*
culis in arenam canibus obiecit. nihil igitur de gladiatoribus *pegmaribus*

Dio. Addit Suetonius, patres familiarum nosos: quod cur de sanctissimis interpretentur doctissimi viri, causam comminisci non queo: imo ut existimo nulla est. Quare enim non accipiemus in propria significatione, pro ciue Romano, aut quocunque alio, qui Romæ habitet habens familiam? Sic libro secundo cap. LXX. Nonnulli patrum familiarum testamento cauerunt, ut ab heredibus suis prelato victima titulo in Capitolium ducerentur. reperio & familiaris ἀπὸς hoc sensu dici. Festus: Familiaris Romanus, priuatus Romanus: idem statui debet de simili loco quem modo protulimus ex capite decimo, vita Domitiani. Non celabo lectorem, in codicibus Memmii & Lislæi fuisse hanc lectionem, Patres familiarum nosos in bonam partem, ex adiecta ut arbitror, et ruditi alicuius interpretatione.

Cap. XXVII. *Et custodiarum seriem recognoscens*] Dio non sine hæsitacione narrat, ἰδίῳ ποτὲ ὄχλον εἶτε δεξιῶτων, εἶτε ἐπι' ἄλλων πρῶν.

Nullius inspecto elogio] Quid sit *elogium* iam docuimus. *Custodiarum elogia* sunt quæ Græci Iurisconsulti vocant ἐδασμειώσις iudicum inferiorum ut pedaneorum atque etiam prætorum. Ita videtur hic accipienda vox *elogium*: ut in lege sexta Dig. De custodijs & exhibit. reorum. At cum scribit Tertullianus in Apologetico: *Vestros conestamur actus, qui quotidie iudicandi custodijs prædesis: qui senentis elogia dispungitis*, Possumus id verbum aliter interpretari: ut sit *elogium*, non sententia inferioris iudicis: sed commentariensis pittacium, quo iudici breuiter exponebat quicquid de reo comperisset. Ita enim fuit moris. Extat lex Imp: Gratiani, Valentin. & Theodof. A. A. A. cuius hæc sunt verba. *Nisi intra trigessimum diem semper commentariensis ingesserit numerum personarum, varietatem delictorum, clausorum ordinem, et ætemq; victorum, officium viginti auri libras a ratio nostro iubemus inferre.*

A caluo ad caluum duci] hoc est, σφαγήνας. ita recte hic vertunt Græci, ἀπὸ τῆ φάλακρῆ μέχρι τῆ φάλακρῆ πάντες αὐτὸς σφαγήνας.

Votum exegit ab eo] Imo vero ab eis. plures enim fuere: adi ad Dionem qui aliquot nominat.

Quoad precipitaretur ex aggere] qui suppliciorum fuisse locus videtur. *Plutarchus in Numa*, de supplicio Vestalium, ἡδὲ τῶ παραδειῶν κατεχέμενα, ζῶσα καπορεύεται, ἐπὶ τῶ Κολλίην λεγόμενῃ πύλιν. ἐν ἱεῖ τῆς ἐντὸς τῆς πύλωνος ὁρῶνς γαῶνς, ἐδαστείνουσα πόρην. καλεῖται δὲ χάμμα δια-

Διαλεχτῶ τῇ λαπίαν. possumus & ἀπὸς de quocumque aggere qui in urbe fuit (multos autem certum fuisse) interpretari.

Aut bestiarum more quadrupedes cauea coercuit] Confirmat & Dio, qui ita refert, exposito equitis cuiusdam illustris supplicio, τῖντι πα-
 τῆος αὐτοῦ μὴδὲν ἀδικήσαυτε ἐς τε γαλαάγραν ὡσπερ καὶ ἄλλους συχνοῦς, καθ-
 ἑρξῆς, καὶ ταῦτα διέφθεραν. Græcorum imitatione videtur hoc fa-
 ctum à Caio: nam Callisthenis, Lyfimachi, Telefphori Rhodii
 & aliorum Græcorum similes narrantur cruciatus. Præter historicos
 lege Senecam *De ira libro III cap. XVII.* qui etiam *libro eodem cap. III.*
 inter sæuitiæ exempla ponit, *inscriptiones frontū, & bestiarum imma-*
nium caueas.

Aut medios ferra dissecauit] Medietatem accipe non longitudi-
 nis & staturæ: sed latitudinis, corporis. Sic enim medios ducto à
 capite principio, ferra dissecabant. *Vetus poëta apud Clementem Ale-*
xandrinum.

Α' δ' ἐκ πυθόναυ τῆς ἐμῆς χροῖς φραγδῆς
 οὐτ' αὖ κατὰ δυν, ἔτε κατὰ τὸς ἐξ ἄκρη
 Δεινὸς καὶ θεὸς κρίνας εἰς ἄκρης πόδας
 Πύθοι αἶ.

Familiare olim Orientalibus etiam Iudæis supplicium: quod ex sa-
 cra historia scimus & extranea quoque. Dio de rebellantibus in A-
 frica Iudæis sub Traiano: πολλὰς δὲ καὶ μέγας ἀπὸ κορυφῆς διέπειον.
 Hebræis ferra dicitur מֵגֶרָה megera. Inde nomen unius Furiarum
 Μέγαρα. nam Furiæ suppliciorum præfides.

Parentes supplicio filiorum interesse cogebat] Notatum & Dion:
 sed sæuius est quod narrat Seneca *de ira libro II cap. XXXIII.*

Abscissaq; lingua rursus induxit] Dio sic narrat, quasi factum sæ-
 pins ab eo, sed in iis quos de spectaculis raptos feris obiecerit: καὶ
 ὅπως ἀνquist, μήτε ἐπιβοῆσαι μήτε ἀπιπάσαι αὐα π δυνήθωσι, τας γλώσσας
 αὐτῶν ἀραπέτεμε.

Cap. XXVIII. *Misit circum insulas qui uniuersos contrucidarent*]
 Cædem factam à Caio exulium suorum, & in legatione ad Caium, &
 contra Flaccum narrat Philo: causam tamen vel occasionem quam
 Suetonius ait, apud illum non leges.

Lacerandum cæteris trad.] Dio φείλαον τε τὸν συμβουλευτῶ καὶ δι-
 ωσαου.

Cap. XXIX. *Quam ut ipsius verbo utar ἀδιατρέβην*] In vulgatis
 h h h 2 codd.

codd: adiectum est interpretamentum, hoc est, *inuerendum*: quod & in codice Viterbiensi offendimus & Memmiano: estque non ad-
 eo ineptam, ut quibusdam videtur. Quid enim aliud *ἀδιαφρασία*,
 quam rigidus animus, qui neminem reueretur, & proinde nemi-
 ni pareat? quod Græci Athenienses, *τυγχάνειν αἰδοῦς* & *νέμειν αἰδῶ*
 vel *αἰδέσθαι* dicere solent. *ἀδιαφρασία* est contrarium τῆς ἐπιτροπῆς.
Appianus De bellis Punicis: ἐμῶν ἢ τὸς ἰσχυράτους ἐς ἐπιτροπὴν ἢ ἑλεονέειν.
 Verbum *διατρέπειν* est adducere aliquem ut mutet sententiam: *Arri-
 anus in Dissertationibus. Epicteti libro primo*, εἰδὲ ταῦτα ἰκανὰ κινήσαι πῶς, καὶ
διατρέπειν τοὺς τὸ μὴ ἀπολιπεῖν τὸν τεχνίτην; *Plutarchus*, εἰδὲ τῆς Πομπηίας
 Μάγης οὐκ ἄδιαφραστῆς. inde *ἀδιαφρασία* pertinacia in exsequendo
 malo semel cogitato. Similis vox *ἀνπιτροπία* apud *Arrianum eundem*:
in initio libri secundi. nec dissimile verbum *ἀνπιτροπῆτιν* in *sexta Diogenis*:
Caeterij historia.

Prætorium virum ex secessu Anticyra desiderantem] per literas aut
 per amicos. particulam *ex*, & Memmianus & alii omnes tuentur li-
 bri, & sententia ipsa multo magis, neque audiendus vir doctus, qui
 tolli iubet sine causa.

Propagari sibi comeatum] Pars librorum prorogari.

Rationem se purgare dicebat] Græcum est *ἐκκαθαίρειν λογομαχίαν*, quod
 in *Euangelio* dicitur *πυκνῶν λόγον*. *Plutarchus in libro Quomodo distinguere*
adulatorem ab amico; καὶ πιστὸς ἔρωται ὑπερήτης, καὶ περὶ λύσιν πόρνης ἀ-
 κείβητος, καὶ πότε δεπῶν ἐκκαθαίρειν λογομαχίαν ἀμειλίαν. Sic τὴν ἀμοιολογίαν
 ἀποκαθαίρει apud eundem in *commentario De amoribus inter fratres*, & ἐκκα-
 θαίρει καὶ διαλύει τὰς ἀμοιολογίας, in *Agefilao*.

Cap: XXX: *Ita feri ut se mori sentiat*] Falluntur qui putant ex
Turnebi coniectura esse hanc lectionem: nam & exarati manu non-
 nulli sic habent: quod & *Vrsinus* testatur, & nos ita correctum in
 Memmiano offendimus, manu antiquissima, & ita vetustissima edi-
 tio *Lugdunensis*, nec non *Parisiensis Rob. Stephi*.

Cum Tetrinius latro postularetur] Melius sic scriptū puto in Mss.
 quam ut vulgo *Latro*, quod esse cognomen *Porciæ* gentis scimus,
 non *Tetriniorum*. nec est absurdum, istum qui postulatur ad fer-
 rum, in signem aliquem latronem fuisse, damnatum in arenam.

Et desleuit editio, & eos qui spectare sustinissent execratus est] Nihil
 mutato, tamen *Viterb. lectio* hæc est, *Et desleuit, & eos editio qui spectare*
sustinissent execr.

Cap. XXXII. *Sape in conspectu prudentis vel commissarius serie quaestiones per tormenta habebantur*] Viterb. *vel commissarius serie, quaest. mendose: neque enim satis. Latinum. putem, seriem commiss. pro agmine & thiaso κοινωζόντων.* Doctissimo Petro-Fabro, *seue vilum scribendum non serie: non etiam displiceat, serio quaestiones, & per tormenta hab.*

Miles decollandi artifex] sub Imperatoribus inuentum istud artificium: *Lucanus libro VIII de milite qui Pompeium decollauit:*

Tunc nervos venasq; secat, nodosq; frangit

Ossa diu: nondum artis erat caput ense rotare.

Cum multos e litore inuitasset: ad se, repente omnes precipitauit] Placet quorundam libb. lectio e *ponte pro repente*: quod tamen non reicio: ac fortasse scribendum, *repente e ponte omnes precipitauit.* Dio, *συχνὸς ἤϊ τῶν ἐς τὴν θάλασσαν ἀπὸ τῆς γαλίας ἐπίβη.*

Quosdam gubernacula apprehendentis contu. remisq; detrusit in mare] Dio paullo aliter, *συχνὸς δὲ καὶ ἤϊ ἄλλων ἐν πλοίοις ἐμβόλους ἔχουσι, ἀπὸ τῶν κατέδουσι, ὡς τε καὶ ἀπολείδω πνῆς.*

Succinctus poparum habitu.] *Plutarchus in Emilio Paulo* describens apparatus sacrificii, *οἱ δὲ ἄρνητες τοὺς χρυσοκίρκως τετραίας βούς παρῖοκοι, ἀεζώμασιν ἐν παρύφοις ἐσπαλμένοι, πρὸς ἐπιρρηγίαν ἐχώρησαν.*

Cap. XXXIII. *Cunctantem flagellu discidit*] Hic est Apelles Acaionita tragædus in quem adeo inuehitur *Philo in legatione. ad Caium.* De eius caede, ibidem habentur hæc verba. *ὁ μὲν ὑπὸ Γαίῳ. σιδήρῳ δεύσει ἐφ' ἐτέραις αἰτίαις καὶ τραβηκόμενῳ καὶ τερχιζόμενῳ ἐν πετραίῳ ὄρει ἐν ταῖς πελοδοζούταις νόοις.*

Tam bona ceruix, simul ac iussu demetur] Dirissimæ immanitatis dictum. Sed in historia Turcorum factum legimus hoc etiam dicto crudelius. Capta Constantinopoli, reperta est. inter captiuas virgo nobilis, exquisitissimæ formæ, cui nomen Irenæ. hæc ad Sultanum Muhammed II adducta, ita illum cepit, vt per aliquot annos curarum omissa: aut remissa, nihil nisi Irenen cogitaret: quum male audire apud suos eo nomine cœpisset; eiusque ignauiam Mustapha liberius increpuiisset; tyrannus aduocata concione, prodit in medium, Irenen cultu superbillimo adornatam manutenens: deinde exposita omnium oculis eius forma, ac verbis etiam dilaudata, vt se virum probaret, aduersus omnes affectus fortem, prehensa misellæ coma, in ipso vestigio caput illi amputauit.

Cap. XXXIV. *vetuitq; post hac viuentium cuiquam vsquam statuam aut imaginem, nisi consulto se & auctore poni*] *Causam edicti huius Caii aperit nobis in signis Dionis locus in vita Claudii, cuius similem constitutionem refert: sic ille, ἐπειδή τε ἡ πόλις πολλῶν εἰκόνων ἐπαρητύο (ἐξῆν γὰρ ἀνάσσειν τοῖς βυλομένοις ἐν γαστρῇ καὶ ἐν χαλκῷ λίθῳ τε δημοσίου ἀδου) τὰς τε πλείους αὐτῶν ἐτέρωστέ ποι μετέθηκε, καὶ ἐς τὸ ἔσθαι τα ἀπηνόρρασε, μηδὲν ἰδιώτη, ὃ ἀρμὴ ἢ βυλὴ ἐπιβέβητο ποιοῖν ἐξέειναι, πλὴν εἴ τις ἐργάτη φησὶ κερκὰς εἶναι, ἢ καὶ ἄλλο τεσκευάσασατο. τούτοις γὰρ δὴ τοῖς τε συγγενέσιον αὐτῶν ἰσαδαὶ ἐν τοῖς χροαίοις ἐκείνοις ἐφῆκε. id est, Ac quoniam vrbs imaginibus replebatur (licebat enim omnibus qui vellent pictura, are, lapideq; suam publicare effigiem) plerasq; illarum alio quo transtulit, sanxitq; in posterum ne quis priuatus sine permissu senatus id faceret: nisi si quis opus aliquod aut fecisset, aut etiam refecisset: his enim cognatuz, eorum monumentum sui aliquod in locu ponere permisit.*

Nequid respondere possint prater eum] pridem doctissimis hominibus negotium fecit hic locus: de quo cum ad Iosephum Scaligerum retulissem, responsum illud tuli: ipsius enim verba ponam. *In Caligula lego indubitate: ne quis respondere possit, prater eum. Vox tyrannica sed satis acuta: se sublatum Iuriconsultos, ita vt ipsius voluntas sit pro iure: & nemo superfit qui consulatur, prater eum, hoc est Caligulam. Quemadmodum enim in animo habebat Caligula omnia exemplaria Liuiana & Virgiliana abolere, ita etiam omnes Iuriconsultos: vt nemo superesset qui de iure consuli & respondere posset prater eum, nempe Caligulam. Propterea subijcit Suetonius, quasi scientia eorum omnem usum aboliturus: Hæc Scaliger: Memmianus & omnes meliores alii libri firmant edictam lectionem. in nonnullis est, ne qui respondere possint.*

Cap XXXV. *Cn. Pompeio stirpis antiqua, Magni cognomen*] Nullam in vllis codd. varietatem hic annotamus, nec satis scio quam recte doctissimus *Vrsinus* luxata hæc esse, & loco suo mota illa verba *stirpis antiqua*, pronuntiarit. etsi non diffiteor probabilem esse illius emendationem, scribentis paullo ante, *nobilissimo cuique stirpis antiquæ ademit*. Hic autem est Cn. Pompeius Magnus qui postea gener fuit Claudii. vt libro sequente narratur. & notat *Dio* in rebus Claudii, vbi hoc quoque commemorat.

Ob egregiam corporis amplitudinem & speciem colossofos dictus] Non male fortasse scripseris, *ob corporis amplitudinem & egregiam speciem*. vtrunque voce *Colossofos* eleganter exprimitur: amplitudo corpo-
ris

tis priore parte compositæ huius dictionis: forma venusta & amabilis, posteriore. Miramur igitur non parum quid mouerit viros eruditissimos, ut hanc lectionem adeo manifesto veram & veterum libb. auctoritate confirmatam sollicitarent.

Thraſi & mox hopl.] Melius scripseris *Thraſi* & ita in cod. Pithœi.

Eſſedario Porio] *Iunius Philargyrus in lib. III. Georg. Larini poeta: Eſſeda vehiculi vel currus genus, quo ſoliſi ſunt pugnare Galli. Caſar teſtis eſt libro ad Ciceronem tertio. Multa millia equitum atq. eſſedariorum habet. Hinc & gladiatores eſſedarij dicuntur qui curru certant.* Malim vero ſcribi, *Eſſedario Oporio*: aut *Poro*.

Ob proſperam pugnam] *Scribe, poſt proſperam pugnam, ex Viterb. Pithœi & Memmii.*

Cap. XXXVI. Quibuſdam abſentium maritorum nomine repudium ipſe miſi, uſitaq. in acta referri] Horum alterum fuit ex more: repudia enim in acta referebantur: alterum contra leges erat. Ad iuris conſultos, quorum hæc propria eſt cognitio.

Cap. XXXVII. Nepotiniſ ſumptibus omn.] Libri qui que optimi, *nepotatus ſumptibus.*

Pretioſiſſimus margaritas aceto liquefactus] *Memmii, Cuiaciſ & Liſl. codd. pretioſiſſima margarita aceto liquefacta.* Vtrunquẽ dici notum eſt.

Eſtaſtigio baſilice Iulia] De hac baſilica legant ſtudioſi quæ diligenter adnotauit præſtantiſſimus *Scaliger, ad Chronici Eusebiani numerum MDCCCCLXXI.*

Et de cedris Libyſticas] In ſolo Memmii libro reperi lectionem: *Turnebo* annotatam, *de ceruſ*: unde ille faciebat *deceres*, id eſt, *δεκέρεις*, quod perplacet: eſt alteram lectionem damnare iure non poſſumus.

Torumque illud Tiberij Caſariſ vicies ac ſepties millies HS. non toto vertente anno abſumpſit] *Dio* & in ſummæ numero, & in temporis ſpatio quo hæc opes ſunt abſumptæ, diſſentit: ſcribit enim ſub initium lib. LVIII. *πέντε γυν μυριάδας καὶ πεντακοσίας καὶ ἑπτάκις χιλίας, ὡς δὲ ἕτεροι ἀκότῳ τε καὶ διχίλιας καὶ πεντακοσίας πεδυσταμεισμένας ἑυρών, οὐδὲ ἐς τὸ τρίτον ἔτ' ἢ μίρ' ἀπ' αὐτῶν ἢ δίδωσκον.* Ex quibus verbis apparet diuerſe tradi ſolitum pecuniarum modum: quas *Tiberiſ* conſiſcatas reliquit: aliis ſcribentibus fuiſſe vicies ter millies ſeſtertium:

tium: aliis tricies & ter millies sestertium. ita namque. offerri Latine debent Græca verba *Dionū*, non vt interpretes vertunt: qui de summa quam auctor ait plurimum sua interpretatione deterunt. De hac autem pecunia à Tiberio cumulata loquitur auctor *oraculorum Sibyllinorum*: quo loco de Tiberio & Nerone hoeswerfus furdit.

Εἷς μὲν πρέσβυς ἐὼν, σκίπτων ἐπὶ πύλῳ κρατῆσει
 Οἰκτέτατ' βασιλεύς, δὲ χρέματ' ἀκόσμη ἀπαντα
 Διέμασιν ἐγκλείπει πρῶν, ἐν ὅταν γ' ἐπανέλθῃ
 Ἐκ πρῶτον γάμοσ' οὐ γὰρ μητρικτόν' ἔλθων,
 Ταῦτα ἅπανσι διδὲς πλεῖτον ἕγαν Ἀσιδὶ Δίῃσιν.

Vides vanum Sibyllæ vaticinium: vel potius *ἀνισορροίαν* boni illius viri, qui multo post Neroniana tempora zelo propagandæ religionis Christianæ sub nomine Sibyllinorum ea carmina fecit & publicavit. Norat ille ingentem pecuniæ vim à Tiberio esse congestam: at eius non meminerat quod hoc loco scribit Tranquillus. Ideo imaginario illi Neroni falso tribuit, quæ omnes historiæ Caligulæ.

Cap. XXXVIII. *Iulij & Augusti diplomata vt vetera & obsoleta deflebat*] Hæc scriptura est omnium libb. nec probo emendationem scribentium *delebat*: nam vel *deflebat* retineam, & cum *Torrentio* interpreter de mimico gestu, quo solitus vt Caius in eleuanda auctoritate horum diplomatum: vel cum *Lipso* scribam *deflebat*. quam scripturam Sciolus aliquis inuentam in optimo Memmii libro, corruperat: ita tamen vt illius clarissima inuenerimus vestigia & certissima. Sic fere *καταφυσᾶν* positū notabamus apud *Epirhæniū*, libro primo *χρῆμαρκασιών. γυναικίς, ἀς ὁμοίως ταῖς λαυταῖς ἐκπαίδουσ,* *ᾧ δὲ κείθεν κελδῶν αὐταῖς περιπτεῦν, καὶ καταφυσῆσαι καὶ καταμαῖοσαι αὐτὸν, ἐχρῆιδουσαν ἔποιετ' ἡδύσιν.* idem enim valet eo loco *καταφυσᾶν* quod apud *Sophoclem* *πύειν*, & vulgo *καταπύειν*, aspernari, contemnere. *Scholia eius poetæ in Antigonen* ad illa verba, *πύσει περὶ πῶ κ' ἔδ' ἂν αὐτεπὼν. ἢ κυείως περιπύσειας πῶ πατεῖ ὡς καὶ ἡμεῖς ἐν τῇ συνιδείᾳ φαμὲν καταπύειν αὐτῷ, ὃ δὲ, καταφύεινσι ἔξ' ἀλόγων αὐτῷ.* porro voce quæ vsus Caligula exprimitur gestus fastidientis & cōtemnentis: nam ita erat moris. In *Martyrologio veteri* id dicitur *exsufflare*: in Ianuario. In *Achaia sancti Satyri martyris* qui transiens ante quoddam idolum, cum exsufflasset in illud, signans sibi frontem, statim idolum illud corrauit. *Sulpicius Severus* scriptor politicissimus, negat eam vocem satis Latinæ. locus est dialogo tertio, vbi de Martino loquens. *vidit*, inquit, *post tertium*

gum Auitiani demonem mira magnitudinis asidentem: quæ eminens, (vt verbo quia ita necesse est, parum latino loquamur) exsufflans, Auitianus se exsufflari existimans, Quid me inquit, sancte sic aspicias? utitur eo verbo & S. Augustinus sepe.

Arguebat & perperam editos census] Lego perperam editi census. cōsidera: aliter sententia stare non potest. in censum omnia bona erāt deferenda: qui fallebant, aut ærarii fiebant, & in Cæritū tabulas referbantur, aut vānibant ipsi bonaq; eorum. eo spectauit Caius, eo Suetonius.

Testamenta primipilariū] Imo omnium centurionum. Ait enim Dio πάσας ἀπλῶς τὰς ἐστὶ ἐν τοῖς ἐργαστηρίοις ἐστρατευμένων οὐσίας, ὅσοι μετὰ τὰ ἐπιτήκια ἀὸ πατρὸς αὐτῶ ἐπέμψεν ἄλλω πινὶ αὐτὰς, ἢ μὴ τῶ ἀδικοεργότοι κληροδοίωσαν, αὐτὸς αὐτῶς ἢ ἀνευ ἡγορίσματος εἰπέωραξεν. Similia alia fisci iura, aut iniurias potius, historici & Iurisconsulti referunt. Videtur autē Suetonius primipilariū tantum fecisse mentionem, quia horū potissimū expetite hæreditates: vt eorū ad quos pleraq; cōmoda militiæ solita peruenire. Vegetius lib. II, cap. XXI. Primipili centurio postquā in orbē omnes cohortes per diuersas administrauerit scholæ, in primæ cohorte ad hanc peruenit palmā, in qua ex omni legione infinita cōmoda consequitur. Inter alia autē primipilariū cōmoda, ea fuerunt, quæ ex militum testamentis consequerentur. Fere enim milites qui in castris testamēta condebant, amicis cōmilitonibus, in primis autē primipilaribus sua relinquebant Quintilianus lib. VI. capite de risu. Optima est simulatio contra simulationē: qualis illa Domitij Afri fuit: Vetus habebat testamentū: & vniu ex amicis recentiorib; sperans aliquid ex mutatione tabularum, falsam tabulā intulerat, consulens eum, an primipilariū ei testamento suaderet ordinare suprema iudicia: Est hic locus subobscurus sed potest primipilariū testamentum bifariam accipi: vel pro eo testamento quo miles hæredē primipilari instituto, cōmilitonibus partem bonorum legauit, vel pro testamēto quo primipilaris Imperatorē scripsit hæredē, amicis legata dedit: vt rōnis modo accipias clara mens huius captatoris.

Venenatas matreas] Ita prima editio, & nonnulli Mss. Athenæus lib. IV. & XIV. μαθητὸν appellat: sed cum à μαθητὸς vox sit deducta, tam potest in hac dictione ferri, quam in aliis eiusdem originis, vt μάκτις, μάκτηρ & μάκτρα. Obstat tamen, quod affinem vocem mattici scribimus non matici. Memmianus & multi, matteus.

Auctione propofita reliquias omnium spectaculorū subiecit & vendidit] Reli-

Reliquia spectaculorum sunt gladiatores qui spectaculo superstites remanserant. Dio vertit, τοὺς περιεμένοντες ἢ μοιρομάχων. Erant & quaedam reliquæ Circensium: quarum facit idem obscuram mentionem. Subiicere ἐπιπῶς pro subiicere hastæ:

Exquirens per se pretia, & vsq; eo extendens] Dio, αὐτὸς τε ἐπὶ τῷ περιπῶσι καὶ ζῶμασι, καὶ αὐτὸς περιβιβάων.

Cap. XXXIX. Quicquid instrumenti veteris aula erat] Minus mirandum quia alii quoque principes idem fecerunt: etsi non eandem ob causam. Capitolinus in vita M. Antonini Philosophi; Cum ad hoc bellū omne erarium exhausisset suum, neq; in animum induceret, ut extra ordinē provincialibus aliquis imperaret; in foro diui Traiani auctionem ornamentorum imperialium fecit, vendiditq; aurea pocula & crystallina, & myrrhina: vasa etiam regia; & vestem vxoriam sericam & auratam, gemmasq; etiam, quas multas in repositoio sanctiore Hadriani repererat: & per duos menses hæc venditio celebrata est.

Compererat provincialem locupletem ducenta HS. numerasse vocatoribus: ut per fallaciam conuiuio interponeretur] Ammianus Marcell. lib. XIII. Homines enim eruditos & sobrios, ut infaustos & inutiles vitant quos: accedente quod & nomenclatores affueri hæc & talia venditare mercede accepta, cænis quosdam & prandis inferunt subdititios, signobles, & obscuros.

Cap. XL. Pro edulibus] Cuiacii lib. & è regis antiquis. nec non Memm. edulibus. non minus Latine. ibidem, certum statutumq;. non statum. at Memm. statum.

Ex gerulorum diurnis quasibus] Geruli sunt: οἱ μαδῶ φέροντες, ut vocat Appianus IV Εμμου. Attici περιπῶστικους καὶ περιπῶστας vocant. Latini etiam baiulos & gerones; ut Cicero in epistola quadam ad Atticum.

Ex capturiu profitutarum] Captura Latinis dicuntur mercedes artium sordidarum & obscenarum. Seneca pater controuersiarum libro primo: pretia stupri accepisti, & manus qua diu datura erat sacra, capturas tollit. Idem lib. X in ea de debilitato mendicante: Tibi captura quotidiana non respondet: apparet nondum satis hominibus miserum videri. Sic apud Valerium Max. libro III cap. IV. lib. VI cap. X. lib. IX cap. IV. Græci μίσθημα proprie vocant: docent enim Græci critici ita differre μίσθημα & μίσθη, ut illud sit captura proprie, vel pretium flagitii aut sceleris. Atque ita distinguit eas voces disertissimus scriptor Philo contra Flaccum, οὗ δὲ ἐνεπαρέμετο πῶς λήθην ἢ δίνεσιν ὧν, τοὺς μὲν μικρὰ ὀφείλαντας, γὰρ ὅσον ἐν ἡπληρώσει, τοὺς δ' ἡπλάδου, μετὰ τὸν ἐπάστατον μίσθη, ἢ κλειώτερον εἶπῃν τὸ μίσθημα

ἡμιδαμῖ, ἐν γεννητοῖς. Extrateiusdem magni scriptoris & commen-
 tarius, cuius index πρὸ τῆς ἡμιδαμῖς πύργου εἰς τὸ ἐξ ἐν μὴ περὶ σέχου.
 In quo capturas huiusmodi λήματα αἰχρᾶ nominat. Sic accipien-
 da vox ἡμιδαμῖ apud *Aelianum* Ποικίλης libro IV cap. XII. vbi si ali-
 ter capias quam de captura meretricis, friget tota sententia, aut po-
 tius nulla est. alii Græci ἱμπολάς. *Glossar.* Græcolat. ἱμβολή *captura*,
 scribe ἱμπολή, vt in altero *Glossario* recte scriptum. *Dio Chrysostomus ser-
 mone De inuidia priore*: Πορροβοσκή δὲ ἔ καρδαιώτερον τε καὶ ἄμεινον
 πρὸς τὴν ἱμπολήν, ὡν ἔχον τὸ ποτὸ ἄδθ; *Artemidorus lib. I cap. LXXX.*
 ἀραδαὶ δὲ ἔχ' ἐπ' ἱρρασειάν καθεζόμεναι ἐπιτραί, καὶ πιωσέσκειται π καὶ
 δεχόμεναι ἱμπολάς. *Xiphilinus in Pseudoantonino*, de questu me-
 rettricio loquens, quod illud monstrum instituerat in palatio,
 χρέματι τε παρ' αὐτῶν συφέλαγα, καὶ ἐχαυρῶντο πᾶς ἱμπολαῖς. Sic inter-
 pretor apud *Athenaum* titulum comædiæ Ephippi Ἐμπολί. Habet
 & lingua Hebræa propriam huic rei vocem, עֲנָב *enab*: vnde
 Græci suum ἱδουτῖ deriuarunt: quod donum amatorium significat,
 & præmium amoris, sed honesti: non enim est ab ἡδω, vt auga-
 ces grammatici Græcorum somniant.

*Vt tenerentur publico & qua meretricium & qui lenocinium fe-
 cissent*] Vetus malum & probrum multarum Rerumpubl. pre-
 tio vendere honestatem publicam: nam & Athenis πορνικὸν τέλθ
 fuit, vt ex oratione *Æschini contra Timarchum* scimus. Imperato-
 ribus plerisque fuisse id genus lucri non ingratum, ex *Lampridio in
 Alexandro Seuero*, & Iurisconsultis certum est. Vide *legem VII Cod. De
 spectaculo & scenico, & lenonibus, & Nouellam XIV de lenonibus*: cui non
 parum lucis attulerit qui cum cap. XXXIX. lib. III *Euagrii Scholastici*
 eam contulerit. Similiter alia quoque artes & sordida & scelerata
 pretio tolerabantur, eratq; beneficiariorum principis & curiosorū
 inquirere, atq; in matriculas suas referre eos qui tali de causa publi-
 co tenerentur. *Tertullianus* in libro De fuga in persecutione: *Nescio
 dolendum an erubescendum sit, cum in matricibus beneficiariorum, & curio-
 sorum, inter tabernarios & lanios & fures balnearum, & aleones, & leno-
 nes, Christiani quoq; vestigales continentur. Iustinus Apologia altera de mā-
 gonibus catamitorum & lenonibus loquens*: καὶ τὸ πονημὸς καὶ εἰς φο-
 ρὴς καὶ τέλη λαμβάνετε, ἵθον ἐκπέσαι ἀπὸ τῆς ἡμετέρας οἰκουμένης. Simi-
 liter mathematici & planetarii pretium dependebant vt artem pos-
 sent vanissimam profiteri. Habeo exemplum apud *B. Augustinum*

libro IV confessionum, capite tertio, in illo optimo sene, qui dicit se iuuenem ita eam artem didicisse, ut eius professionem primis annis aetatis sua deferre voluisset, qua vitam degeret: quid sit alicuius artis professionem deferre, explicant superiora Tertulliani verba. Quod autem genethliaci & curiosarum artium professores certum vectigal pensitantes tolerarentur, declarat & Suidas: ex quo discimus Alexandria (qua in vrbe frequens fuit id gemus hominum) βλακηνόμιον proprio nomine esse appellatum tale tributum: qua appellatione stultitia consultoribus Astrologorum exprobrabatur. ἐν Ἀλεξανδρείᾳ inquit, τέλη ἔτι βλακηνόμιον ὁ οἱ ἀσεβήσοι: τελευτῆ δὲ τὸ τῶν κωρῶν εἰσέναι πρὸς αὐτοὺς.

Nec noui & matrimonia obnoxia essent] Vectigali instituto, quod legitimo matrimonio iuncti penderent, quoties liberis operam darent.

Cap. XLI. Lupanar in palatio constituit] Dio de Messalina: Claudii, ἠδὲν γὰρ καὶ ἐπ' οἰκίῳ αὐτῆς ἐν τῷ παλατίῳ αὐτῆς τε ἐκαθίστητο, καὶ τῆς ἄλλης τῆς πρώτης ἐκαθίστηεν. Xiphilinus in Auito, καὶ τέλη ἔτι ἐν τῷ παλατίῳ οἰκίῳ αὐτῆς ἀποδείξαι, & quae sequuntur: piget enim talia describere. Est autem in amborum narratione tanta similitudo, ut videatur Auitus Caligulae exemplum per omnia secutus.

Cap. XLIV. Commoda emerita militia ad senum milium summam rescidit] omnino certae & indubitatae fidei est haec lectio, quam auctoritate Dionis ante nos Torrentius & Lipsius, duos rei literariae lumina, stabiliterunt. Mirum sane omnes veteres scribere sextentorum, quae absurda lectio nata sine dubio est e vocis senum accentu:

Adiminio Cinobellini Britannorum regis filio] Aliam scripturam Orosius suggerit libro septimo, cap. V. Cumque ibi Minocynobellinum Britannorum regis filium &c. sed scribendum ex fide librorum Suetonii, Cumq; Adiminium Cinobellini Br. regis filium. Forte etiam in nomine Adiminus d pro r irrepsit: nam in Germania & Belgio, atque, ut puto etiam in Britannia visitatum iam olim, ut nunc quoque, nomen fuit Arminius. vide Tacitum.

Monitu speculatoribus] Ita codd Memmii & Pithaei, Cuiacii veros speculatoribus: aliter Groslotii, ubi est sepeculatoribus.

Cap. XLV. Deficiente belli materia] Eleganter Philostratus de bellicis rebus Caii, ὁ Διονυσματων, καὶ λυδίζων τῶν σολλῶν, καὶ πολλήμονε νεκῶν οὐκ ὄντας.

In hoc quoque mimo] Etiam Philo furiosus huius facta commemo-
 ρογας, δεσμιων, γριων, μιμων δεσμιων vocat.

Atque inter hac absentem senatum populumq, gravissimo obiurgavit
 ed.] Egregium vero facinus & imitatione dignissimum. Atque ad-
 eon non defuit qui imitaretur. Antoninus Caracalla Antiochia vi-
 tam per otium & omnia voluptatum genera traducens, ωδύρειτο, ait.
 Χιρβιλίνω, ως ἐν μεγάλοις δὴ ποιητῆ πόντοις καὶ κινδύνοις ὄν, καὶ τῆ χειροσφ.
 ἐπιτήμα, πᾶσι ἄλλα καὶ ῥαυτῶν εὐειν σφᾶς λέγων.

Cap. XLVI. Postremo, quasi perpetraturus bellum] Confer cum Dio-
 ne, qui copiose narrat.

Nemine gnaro ac opinante] Scrib: aut opin: vt poscit Latinitas,
 & Mss.

Cap. XLVII. Galliarum quoq, procerissimum quemq,] Persius:

— missa est à Cesare laurus:

Insignem ob cladem Germana pubis: & aris

Frigidus excutitur cinis, ac iam postibus arma.

Iam chlamydis regum, iam lutea gausapa captis,

Effedag, ingentesq, lorae Casonia Rhenos.

Et vt ipse dicebat ἀξιοδριμβυτων] Scribe ἀξιοδριμβυτων, vt ha-
 bet cod. Viterb: non enim dicimus θεαμβίω, vt σεργίω, vnde ἀξιο-
 σεργίω, apud Dionem libro XLV.

Coegitque non tantum rutilare & submittere comam] Tacitus de
 Domitiano in Iulij Agricola vita: Inerat conscientia, derisui fuisse nuper
 falsum è Germania triumphum, emtu per commercia, quorum habitus &
 crines in captivorum spectum formarentur.

Cap. XLVIII. Inermes, atque etiam gladijs depositis] Viterbiensi
 nostro codici debetur hæc emendatio, nam vulgati omnes dispositio-
 perperam Memmianus recte vt Viterb.

Capulum gladij crebro verberans] Non probò γερόν Viterbien-
 sem, crebro vibrans. Sic κώπων τῶ λαβὴν τῶ ξίφους in similibus minis
 apud Aprianum Εμφυλ. lib. IV.

Cap. XLIX. Siquidem proposuerat Antium, deinde Alexandriam
 commigrare [De Antio supra cap. VIII. de profectioe Alexandriam,
 Philo, διέγωμαι μὲν ἴδ, ως λέγει, πλεῖν εἰς Αλεξάνδρειαν τῶ πρὸς Αἰγύπτω.
 Idem: τὸ πρὸς Αἰγύπτω ἐμῶν ἐς Αἰγύπτω καὶ τῶ εἰς Αἴγυπτον ἀποδημαί.
 ἀλεξτῶ ἴδ τις ἀπὸν ἴρωσ κατὰ τὴν τῆς Αλεξάνδρειας, εἰς ἣν ἐπὶ δεῖ σπυδῆ
 πᾶσι ἀφικόμεν, καὶ ἀφικόμεν πᾶσι καὶ ἔνδρα τῆς Αἴγυπτος. caus-

sam consilii vide in sequentibus. meminit & *Iosephus*.

Cap. L. *Pallido colore*] Scribe ut in libris Cuiacii & Pithœi colore *expallido*. neque aliter regia exemplaria, & Memmii.

Subita defectione ingredi] Mirum vnde illa inepta lectio, quæ vulgatas fore omnes editiones obsidet, in quibus *deueltione* scriptum pro *defectione*. Nam & prima editio & infecuta longo post intervallo Rob. Steph. & omnes Mss. sic recte legunt. In iisdem constanter *gradi* vel *gredi* corrupte pro *ingredi*.

Inuocare identidem lucem] εὐχεσθαι ἡμέτερον ἦν, ut in XXVII cap. *Athorum*.

Cap. LI. *Diuersissima in eodem vitia*] Dio breuiter indicat, οὐδὲ πάντα, inquit, ἐναντίον ἐπιφύκει.

Adminimato nitrua & fulgura conuiuere] Lisl. odd. *conuicere*. Non semper autem ita affectus fuit bonus hic Imperator: ausus enim interdum non solum vultum attollere: sed etiam τῶς βερ- τῶς ἐκ μηχανῆς πνέουσαν βροντῆν, καὶ τῶς ἀσραπαῖς ἀπὸς ἐπίλων, καὶ ὁπότε κερυνὸς καταπίσει, λίδον ἀτακονίξιν: auctor Dio. Sed omit- tamus istum ἀταρτηρὸν, φρίνας ἡλεὸν, & notemus potius veterum consuetudinem admodum laudabilem: moris enim fuit cum tonaret, aut fulgeret, aut terra moueret, continuo pro mutua salu- tate diis vota fundere. Didici ex *Philostrato*, cuius hæc sunt *De vita Apollonij libro sexto*: loquitur de Antiochenis Syris, & terræ mo- tu, qui, dum ipsi in concione sunt, factus est, οὐραμὲν δὲ γυναικῶν οὐρα- σθῆν ἐπιθέξω, καὶ ὡς ὅτ' ἐν διοσημείαις εἰώθειν, καὶ ἐν ἀλλήλων ἠύξαστο.

Proripere se è strato, sub lectumque condere solebat] Eo solebant se abdere qui latere vellent. *Basilus*, ἐὰν τῶν δύραν κατὰ ξηπς, ὁ χρεώτης ὑπὸ τῶν κλίνην. *Plautus Casina*: *insecratur omneis domi per edem, nec quemquam prope ad se finit adire: ita omneis sub arcu sub lectu latentes metu mis- ficiant*. Dignus sane locus qui Caligulam adeo furiose insolentem reciperet: nam quod hodie fieri videmus, ut sub lectis vetera calcia- menta condantur, idem olim quoque fiebat. *Lucianus* in commenta- rio *De mercede conductu*, ὅν μὲν γὰρ, ὡς ὅτ' τὰ κενὰ ἦν ὑποδημάτων, ἐν πηρῶν πνι καὶ ὀπμιελίᾳ ὄσιν. ἐπιιδάγ δὲ πατηθῆν πολλὰ κίς καὶ ὑπὸ τῆ πηλῆ ἀναπα- ὄσῃ, ὑπὸ τῆ κλίνῃ ἀθλίως ἐρρίψεται, κόρειων ὡς ὅτ' ἡμεῖς ἀνάπαλω. ideo auari *Eucliones* suas auro refertas ollas in eum locum abdebant, ut ait *Ba- silus* in homilia *Lazicis* habita. eodem & in repentino metu se reci- piebant, quod de Caligula ait noster. neque desunt similia in historiis

excm.

exempla, præter modo & allata. Sic & Zacharias p̄fotospatharius à Iustiniano Rhinometo missus vt Sergium V. coërceret, resistente clero & populo Romano, *sub lectum Pontificis ingressus se abscondit, ait Anastasius.*

Transmarinas sibi superfuturas prouincias] Scribe *Transmarinas certe sibi, vt in codd. Torrentii, & omnibus nostris, etiam Memm.*

Si victores Alpium iuga occuparent] Figura est, *πρὸς τὸ σημαίνοντων* præcessit enim, *audit a rebellionē Germaniæ.* at viri docti locum censeant emendandum, & scribendum *Germanorum.* quibus nõ assentior. infinita sunt hoc genus apud optimos scriptores. notum apud summũ, vatem *φίλα τέκνον.* & quæ variis locis congerit *Eustathius. Pausanias Arcaidici, κικῶσι δὲ περὶ σλαβόντες Ἀχαιῶν στρατῶν, ἔξ Ἀργεῖον ἠγαγόντα δὲ αὐτῶν.* ait: *πρὸ αὐτῶν* quasi præcessisset, *στρατῶν.*

Cap. LII. *Manuleatus & armillatus in publicum processit*] *Seneca de Caio: Hec ipse perlucidus, crepidatus, armillatus.* locum vide in libro *De constantia sapientis.*

Nonnunquam focco muliebri] Et quod erat indignius, nõ erubuit foccatus maxima negotia tractare, vt cum de capite consularis viri Pompeii Penni audiret. *Seneca De beneficijs lib. II cap. XII.*

Plerumq; vero aurea barba fulmō tenens] *Philonē* suadeo legas, qui *Iuse* narrat: non alio commentario huic loco est opus.

Cap. LIII. *Eloquencia plurimum attendit*] *Iosephus* in elogio Caii; *ἔνθα δὲ ῥήτωρ τε αἰεὶ ἔσται, καὶ γλώσση τῇ Ἑλληνικῇ Ῥωμαίοις πατέρι σφιδρα ἠσκημένῃ.* vide cætera.

Commissiones meras componere) vocem *commissiones* & morem committendi exposuimus ad lib. II cap. LXXXIX. ea notione accipit hic quoq; debet hæc dictio; certe potest. Vocantur enim scripta *Seneca, commissiōnos mere,* vt si Græce dicas *curti ἰσοκράτους λόγος περὶ τῆς ἐπιδείξεως καὶ ἀγῶνης γυμνασίων.* Imo vero *commissiōnes* sunt ἀγωνίσματα. quo sensu dixit *Thucydides* de opere suo, *κτῆμα τε ἰς αἰεὶ μᾶλλον ἢ ἀγώνισμα ἰς τὸ πᾶσι χρησιμὸν ἀκίβητον ἔξυγκνίται.* Ita accipit & *Philosophus* in libro *de Poëtica, ἀγωνίσματα δὲ ποιῶντες ἢ πρὸς τὴν δύναμιν ἀρδαιανταίς μῦθον, ποῦ ἀπὸ διωξιῶν ἀναγκάζονται τὸ ἐπιξῆς.* *Polybius* lib. III in aureo dicto & dignissimo quod vbiq; non ibi tantum legatur. *ιστορίας δὲ ἰσὶ ἀφίλητις καὶ διατίμητι πάσι, καὶ τὴν χάριν ἐπέχουσι, καὶ τὸ πρὸς ἄλλοις πότε ἐσὺλογον ἔχει τὸ τίλθ, τὸ καταλειπόμενον αὐτῆς ἀγώνισμα μὲν, μᾶθημα δὲ ἰγίγεται.* Quod *Thucydides* voce ponderosa valde κτῆμα dixit; *Polybius* magis aperte μᾶθημα *Plinius Epistolarum lib. VII* scribens ad Cele-

rem, & superiorem Thucydidis locum imitans, vocem ἀγνώσκειτα
 expressit, *Historiam debere recitari, quæ non essent actioni, sed fidæ: veritasq;
 componitur.* Melius sane quam *Quintilianus*, qui lib. X. eundem locum
 adumbravit his verbis: *Totum historię opus non ad instium rei pugnamq;
 præsentem sed ad memoriã posteritatis, & ingenij famam componitur: sed
 nemo felicius Caligula: prorsus enim, ut diximus, ἀγνώσκειτα sunt
 commissiões.*

Et harenam esse sine calce) Credo, quod sententias plerumque
 loqueretur, breves & nulla admodum connexionẽ inter se cohære-
 tes. Tale quid voluit & *Quintilianus*, cum in Seneca reprehendit *quod
 rerum pondera minutissimis sententijs fregisset.* de quo genere dicendi vi-
 de eiusdem doctoris iudicium libro VIII cap. V. Diversa ratio est cur
 dicat *Epiphanius*; hæreticos ἀγνώσκειτα ἀπὸ τῶν πῶντων ex harena funiculos no-
 stare in suis scriptis, dum sacræ scripturæ loca male componunt.

Cap. LIV. *Thrax & auriga, idem cansor atque saltator*) Siue *Fbæx*
 ut in scriptis fere. Aduerte autem quatuor artium *Caio adamatarum*
 nomina, de quibus eodem ordine, ut semper solet, deinceps agit.

Magno tibiærum & scabellorum crepitu) Saltatores & saltatrices
 cum in scenæ pulpito saltabant, præter ictum pedum varia instru-
 menta sono edendo apta adhibebant. fere enim iungebantur, ut *Lu-
 cianus* Παιὶ δὲ χόστως indicat κρέματα, περιπόματα, & ποδῶν αὐτῶν. In-
 ter alia organa eius generis & scabelli fuerunt. Eam vocem non magis
 Latinam puto esse quam *barbitus*, *sambuca*, *nabla*, & alia plera-
 que omnia instrumentorum musicorum nomina: quæ simul cum
 vsu rerum quas significat, in ciuitatẽ Romanã sunt admissa. Assenti-
 or autẽ doctissimo amicissimoq; *Scaligero* quã scabellos, siue scabel-
 la, esse putat apud *Suetoniũ* & *Arnobium* quos *Hispani* & *Aquitani* *cas-
 cabello*: dicunt; quam dictionem *Rabbi Iona* vsurpat in explicatione
 vocis *Habraicæ ΠΠ.* *Augustinus* De musica libro quarto *Quæro ex te
 verum possint copulari sibi pedes, quos copulari oportet, perpetuum quendam
 numerum creare, ubi nullus finis certus appareat: veluti cum symphoni-
 ci scabella & cymbala pedibus feriuntur, certus quidem numerus, & hic qui sibi
 cum aurium voluptate inquntur, sed tamen tenore perpetuo: ita ut si tibiæ
 non audis, nullo modo ibi notare possis, quousq; procurrae connexio pedum &
 vnde rursus ad caput redeatur.* Erat hoc vnum è crepitaculorum gene-
 ribus, quibus vel cum musicis organis, vel inopia eorũ, ut notat *Scho-
 liastrer Aristoph.* ad *Ranas*, utebantur. Talis fuit testarum crepitus,
 item

item acetabulorum tinnitus, siue *ἰξυβάθρον μουσική*, & illa *Ἀγαθῶν μουσική*, & *Φοιβίων κρέματα*, de quibus multa notamus ad *Asbonaum*, propediem, velit modo τὸ κρηττόν, edendum.

Cap. LV. *Thracas quondam*] Lislæi cod. *Threcas quosdam Memmii, Threses.*

Agitatori Cythico c.] Ex vestigiis corruptæ lectionis in antiquis libris, satis certum est Eutycho scribi debere. *Poliriani* tamen liber sic: *Agitatori Pythico c.*

Incitato equo] Magna hominis docti & historiæ Romanæ callentissimi hallucinatio, non vno loco affirmantis scribendum esse *Incitati equo*. nimirum oblitus erat eorum quæ pridem apud *Dionem* abique dubio legerat de hoc equo.

Nomine eius inuitati] Et *Incitati* equi nomine alii inuitari soliti, & ipse *Incitatus* à principe. *Διο, ἵνα ἢ ἵππων ἐν Ἰνκίτων ἀνβμάς, & ἐν δῆπρον ἐνάλη.*

Consularum quoque dicitur destinasse] Id serio affirmat *Dio*: prorsus enim facturum eum consulem fuisse, nisi mors occupasset. *καὶ προσέτι γὰρ οὗτο & ὑπάλον αὐτὸν ἀποδείξουσ, & πάντως αὐτὸν τὸτο διαπραχῆναι εἰ πλείον χεῖρον ἰξυκῆ.*

Cap. LVI. *Cum placuisset Palatinis ludis*] Cur ad stabilendam huius loci scripturam; quæ in pterisque libris corrupta est, vti malit *Torrentius Dionis* auctoritate quæm *Iosephi*, causam non video. nihil enim dilucidius narrari potest, quam ut facit *Iosephus*. Nos autem *Dionis* locum de institutione horum ludorum *sine libri LVI* eo proferemus, ut nonnihil optimo scriptori lucis demus: *ἡ Λυσία ἰδίαν δῆπνα ἀντὶ παραγγυειν ἐπὶ τῶν ἡμερῶν ἐν τῷ παλατίῳ ἐποιήσων ἢ καὶ δῶκεν αὐτῶν τῶν ἀπὸ αὐλοκεστῶρων τελεῖται.* editum est ἢ *καὶ δῶκεν αὐτῶν*. facilis emendatio: sed quam neque interpretes viderunt, neque viri doctissimi qui de ludis palatinis scribentes eum locum descripserunt. at nuperus corrector ne illud quidem sciuit, *οἱ ἀπὸ αὐλοκεστῶρων* genus dicendi Græcorum perelegans, qui Latine sit vertendum. Mirum vero *Beroaldi* stuporem, qui verba *Iosephi* de institutione horum ludorum male accipiens, in honorem *Cæsaris* dictatoris fuisse institutos auctore *Iosepho* scribit. atqui de *Augusto* qui primus imperium fundavit & muniuit, sensisse *Iosephum* declarant quæ mox subiicit, *ἵδου Γάϊο τῷ Σεβαστῷ Καίσαρι, ἢ δὴ & τὰ τῆς διαείας ἡγήσῃ.* Sed ignoscendum *Beroaldo*, qui

Iosephum Græce non legerat. In dierum numero, per quos celebrati in palatio Iudi, dissentit aperte à Diono Iosephus. verum ille locus est corruptus, ut alia multa in eo nobilissimo scriptore: quæ curari non possunt, nisi ab eo, qui trium linguarum studio ingenium probe subegerit & excoluerit.

Osculandam manum offerret formasam commotumque in obscenam modum] Hanc vulgatam lectionem confirmant omnes nostri codd. etiam Memmii: neque audio virum doctum eam mutantem, & monstra quædam verborum hoc loco comminiscens. Nam, quæ tanta hæc est omnia mutandi prurigo, quàm neque in verbis, neque in sententia vlla sit difficultas, & in edita lectione libri omnes consentiant? Inter alios irridendi modos est quæ *sanna* proprie dicitur: cum gestu aliquo mimico exprimitur, id quod volumus obicere ei quem ridemus. Tria eorum genera notavit eleganter *Perfius* *satyra prima*: manu pinentem ciconiam exprimere, opposito temporibus pollice auriculas asininas effingere, & linguam exerrare instar sitientis canis. Similis hic *sanna* intelligitur: quod *Suetonius* elegantissime exprimit per *formasam* & *commotum manum in obscenam modum*. Qui meminerit eorum quæ de infami digito apud veteres leguntur, & eorum quæ de voce *σκιμαλλίζειν* Græci Scholiastæ notant, præsertim ad illa ex *Pæce Aristophanis*, *Καὶ τὸ δ' ὀρυξίον ὄδον ἀσπυμῶδον*; facile animo concipiet quale hoc *sannæ* genus fuerit: neque est operæ pluribus ista explicare. obscurius idem *Suetonius* similem *Pyladis sannam* refert *lib. II, cap. XCV*. nam ita locus ille accipi debet.

Cap. LVII. *Capitolium Capæ*] Non Romæ solum Capitolium fuit, sed & aliis in locis: tandemque ea voce omnes arces promissive appellatæ videntur. *Sidonius Apollinaris*:

*Salve Narbo potens salubritate
Urbe & rure simul bonus videri
Delubris, capitolis, monetis.*

Idem alibi:

*Equibus primum mihi psallat hymnus
Qui Iholosanam tenuit cathedram
De gradu summo capitoliorum
precipitatum.*

Cella Palatini atriensis] *Viterbiensis, Palatini minore p. recte:*
cum

cum de attrienſi intelligat palatii & domus Imperatoris: non autem Apollinis Palatini. Cellæ Latini vocant omnia gurguſtiola inſimæ ſortiſ hominum. Tales erant cellæ ſeruorum vt attrienſis huius, & ianitorum: quæ erant adſtructæ magnarum domorum aut inſularum foribus. Earum mentio apud *Vitruuium*, *Petronium*, *Suetonium in Vitellio* & alios. Græci cellam vocant οἰκημα. ita enim vertere debes apud *Appianum* & *Pollucem* τὸ ψυλοσῦν οἰκημα, alii κλισίον. de quo notat *Eufſtathius ad vltimum lib.* ἰδὺνα, κλισίον οἰκίον οἶκον ἔστιν ἐπιπλῆξ, καὶ οἶον. πικκισία, καὶ λυδμῶνα ἰαυον. Sic quas Romani cellas meretricias, Græci vocant κλισία, vt *Demosthenes pro Ctesiphonte*, ἡ μήτηρ σὺ τοῖς μῆθμαινοῖς γάμοις ἐπιπλκισίω τῷ πρὸς τῷ Καλαμίτη ἥρωϊ χρωμένη. vocant & σίγυα, item σίγυον, vel τήγυον. Quare cum legis apud Græcos σόβραα ἐπιπλήγυα, vel ἐπιπλήγυα ἑσώσασ. semper de cellulis meretriciis debes intelligere: quod propterea moneo quia etiam doctissimos viros in his errare animaduerto. Sic ergo accipe, vt pauca de multis exempla proferam, in epistola apocripha *teremia*, δόσασι δ' ἀπ' αὐτῶν καὶ τῶσ ἐπιπλήγυα σόβραα, id est, dabunt ex illis etiam meretricibus que in cellis profant: non vt magni viri verterunt, que sub tecto ipsorum sunt. *Clementis Alexandrinus Pedagogi lib. III.* ἐπιπλήγυα ἑσώσασ τῶν αὐτῶσ τῶν σάρκα τῶν ἰαυτῶν εἰσ ὕβριον ἰδδῆνασ ἀπὲρ ἑσώσασ γυνάικασ. Idem *sermōnium lib. III.* αἰ σὺσώσασ ἐπιπλήγυα σόβραα ἀπὲρ ἑσώσασ εἰσ δυχόμενα τὸσ βυλομένεσ ἀπαντασ. Qui locus me mouet, ne in hoc loquendi genere τήγυον exponam pergulam; cum alioqui sciamus ex *Plauto* in pergulis eas solitas stare more multorum artificum, qui in pergulis se publicabant, vt in officinis. Quare pergulas & officinas iungunt *Impplege quarta Cod. Theod. De excusationibus artificum.* sed eas pergulas potius intelligunt Græci, cum τῶσ ἀπὲρ τῶν ἰσρασῆσίων ἰπυλεγσ memorant, vt *Artemidorus* nō semel, alii que: at τήγυον, vel τήγυον. Græci grammatici etiam οἰκημα exponunt: & σὺσῆνα ἐπιπλήγυα ita dictum *Clementi*, vt σὺσῆνα ἐπιπλήγυασ aliis. *Chrysoſtomus in homilia de Babyla* τῶσ ἀπὲρ τήγυα γυνάικασ ἀπὲρ σῆσασ ἀπὲρ τῶν οἰκημάτων ἐν οἷσ σὺσῆσασ. *Metaphrastes in vita B. Athanasii*, οἰα γυναιον ἐκ δημοσίω τήγυα ἀστυειδῶν. seu muliercula è publico lupanari mercede conductæ. apud *Chrysoſtomum homilia in Matthaum XXXI.* & alibi, αἰ ἀπὲρ σίγυα sunt prostituta scorta: sed de his hactenus.

Sacrificans respersus est phanicopteri sanguine] Non ipsum sed Asprenatē sanguine respersum qui cum eo cæsus est, narrat *Iosephus*.

Ludis quibus rex Macedonum Philippus occisus est] Iosephus afixer narrat: sed qui, ut puto, rem non satis animo conceperat: scribit enim, *ἡμολογείται ὅτι τῶν ἡμετέων ἐκατέρωθεν ἡ Φιλιππων ἡ Αμύντων Μακεδόνων βασιλεία κλείνεται Πλευστωίας εἰς τὸν ἑταίρον, εἰς τὸ δέειν εἰσιόσθαι.* quanto verisimilius ut narrat *Suetonius*.

Cap. LVIII. Nono Kalendas Febr.] Qui erat dies ultimus ludorum Palatinorum. Iosephus. At *Zonaras* longe aliter.

Hora quasi septima] ὥρα ὅτι ἐδόμεν. nam ita & Graeci loquuntur, ac in MSS. nostris fere non quasi. Pro *septima* scribendum *nona*, si sequimus *Iosephum*: nisi contra malit aliquis apud illum rescribere ἐδόμεν ex *Suetonio*. sed verius est, fruatur vterque sua παρὰ δόσει.

Cum cibus an ad prandium surgeret] Iosephus ræne ad verbum: *ἰνδοράζοντι Γαίῳ εἶπε Ἐραμίνην εἰς τὴν τῆ διαεία δὲ τὸ πὲρ δὲ τῶν ἡμετέων εἶπε λυβὸν χροσάμην ἔπειτα, εἶτα ἑταίριοι καθ' αὐτὴν πείπειν.* Cum his non consentit *Dionis* nec *Zonaras* narratio: qui inter spectandos ludos eo ipso loco cum aliisq; edisse ac bibisse tradunt.

Marcante adhuc stomacho] Melius sic *Viterb.* quam *marcescente*, ut vulgati. In *Glossario* cenfeo scribas, *Marcidus & marcens*, τῆς κῆρας νοθῆς ἀπὸ κραυπάλης.

Tandem suadentibus amicis egressus est] *Minucianus* & *Asprenas* auctores & impulsores fuisse. Iosephus.

Cum in crypta rex quam transfundunt oras] *Dio* *σενάρον* vocat. Iosephus *σενάρον* ἡραμνικόν. idem *σενάρος ὄδου*. cum ait, *σενῶν ὕψων τῶν ὄδων καθ' αὐτὴν εἰσέρχων τὸ ἔργον.* At *Suetonius* paullo post *domum*, non semel.

Pueri nobiles ex Asia ad edendas in scena operas euocati] *Libro primo cap. XXXIX. Pyrrhicam saltauerunt Asia Bithyniaque Principum liberi.* *Dio* de ludis *Claudii*: *πυρρικήν τε Ἀσίου: παῖδες μάλιστα πομπῆσι ἀρχήσασθα.* Iosephus de istis, *ἄμα ἔπειτα δὲ εἰς ἡλικίαν τῆς Ἀσίας κατανοήσων, πομπῆς αὐτῶν ἐκείθεν ἡμοίοντες, ἐπὶ ὕμνοις μυσθείων ἀπέτελλε. ἔτιοι δ' ἔτι πυρρικήσι μοῖσιν εἰς τοὺς θεῶν εἰσώπτο.* *Dio* euocatos ἐς *Græcia* & *Ioniam* scribit, ut *hymnium* de laudibus *Caii* factum canerent.

Duplex dehinc fama] Comparata cum Iosepho: nam *Dio* rem brevius stringit: neutram famam sequitur Iosephus.

Cervicem gladio casim grauiora percussisse] Iosephus, *μωσνηὺς αὐτὴν ἄμα ἔπειτα τεράχην φερέμενον τὸ ξίφος ἐπέχεον ἡ κλῆσις περὶ τῆς χάριτος.*

Cornelium Sabinum alterum e coniaru tribunum] Non ita Iosephus.

phus, apud quem leges parum honestum Sabini huius elogium. At Dio contentit Suetonio: qui præbet ei abunde testimonium magni viri.

Caso Iouem dante, Chersam exclamasse, Accipe ratum] Nempe signum: quasi diceret, optas vt Iupiter cuius nomen das pro tessera, te seruet ac protegat: (nam omnium semper ex mens est, qui nomina superum tessera loco dant) ea votum tuum ratum. dictum *εἰς οὐρανὸν* vel etiam simpliciter & serio absque ironia: quia Caligula, flagitiis omnibus & sceleribus dedecorato, non nisi morte poterat succurri, vt dictum est de Nerone. vide quæ notamus *ad Tiberium capite LXXVI*. Potest etiam ita accipi: *Accipe ratum* quod dō nempe, hoc est mortem. Sic mortem ratam dixit *Linus libro XLV*: *Noxa liberati interfectores, exilium pulsæ aque ratum fuit, ac mors interfectis*. Quod autem viri docti pro *ratum* corrigendum censent *iratum* in tanto omnium librorum consensu, non temere illis assentiendum putem.

Nam signum erat omnium Repete] Viterb. *Repenre*. minus placet.

Cap. LIX. *Vixit annis XXIX.*) Imo XXVIII tantum cum mensibus quatuor, & diebus XXIV.

Imperauit triennio & X mensibus, diebusque VII.) Exactissime putata ratio, à die excessus Tiberii. *Clemons Alexandrinus Stromat. libro primo*: *Τις βέλτερον διαδύχεται Γαίῳ Καίσαρ ἔτη βία, μῆνας Ι, ἡμέρας δέ τρεῖς*. At *Iosephus* *τέταρτον ἐνιαυτὸν ἡγεμονίας Ρωμαίων λοιποῦτα πωάρον μηνῶν*. Dione autem eius exscriptores peccarint in isto numero, haut facile dixerim, imperasse autem ait, triennio & mensibus nouem & dies XXVIII. sed forte tempora aliter putauit Dio: nempe à die quo de imperio Caii factum fuit decretum senatus. *Epiphanius* ait *annos III, menses IX, dies XXII*. vel vt in eodem scriptum alibi, *ἡμέρας κθ.*

Gladio à centurione confossa) Lupum qui Cæsoniam occidit, *Iosephus* non centurionem, sed à tribunis vnum ait fuisse.

ISAACI CASAVBONI
IN SVETONII TRANQVILLI
DE XII CAESARIBVS
Librum V.

Animaduersiones.



T I. CLAVDIVS DRVSVS CAESAR] In titulo huius libri quinti codex Viterbii olim descriptus, pro DRVSO cognomen NERONIS habet. Sic Dio *ἔτι Τιβερίου Κλαύδιου Νέρωνος ὁ δὲ Δρύσου τῆς Λιυίας παῖς*. Aliter Sueton. cap. II.

Cap. I. *Τοῖς εὐτυχῆσι καὶ βίβλυμα παδία*.] Viterb. *εὐτοχῆσι*; an fuit scriptum *εὐτοκῆσι*; Sed cum vulgatis consentit Dio lib. XLVIII.

Fossas noni & immensi operis effecit.] Scriptura Viterb. *foss. magna vi & immensi operis ef.* de quo loquendi genere lib. II, dictum ad caput secundum. Memmianus *nauis & im.* non puto Latine satis posse dici, *nauium opus*. Quod autem viri doctissimi & rerum Germanicarum Belgicarumque peritissimi, fossam Drusianam Rheni fluminis alueum illum esse volunt, quem ab amne cui Rhenus miscetur, *Iselam* hodie nuncupant; esto panes eos huius assertionis fides: nam ex Suetonii istis verbis aut Taciti in primo *Annalium*, id non dicas.

Species Barbarae mulieris humana amplior.] Dio. *γαῖη τις μείζων ἢ καὶ ἀνθρώπου φύσιν*. vsam sermone Latino non notasse Dionem miror.

Post praturam confestim inito consulatu.] Anno tantum interiecto: praetor fuit anno DCCXLIII. consul DCCXLV.

Per municipiorum coloniarumque primores.] Ab aestiuis castris ad hiberna gestarunt tribuni & centuriones: deinde susceperunt, *καὶ ἐκείτω πάλιν πρῶτοι*. Dio lib. LV initio: corpus toto itinere pedibus praegrediente Tiberio, lib. tertio, cap. septimo.

Ad urbem deuectum.] Ad hoc loco valet in: nam vrbi fuit illatum. non ad urbem tantum. doceo argumento certo funebris laudationis, quam ei de more pro Rostris peregit Tiberius. at Augustus

ffus non in vrbe, sed ad urbem eum laudavit in Circo Flaminio. Gaullam docet nos Dio: ἕξες εἰς τὸ ποταμὸν ἔεισε, καὶ ἐκ τῶν οἰσίων μὴ ἔπαυσε τὰ καθήκοντα ἐπὶ τοῖς χειρησασμένοις παρ' αὐτῶν πῶ εἰσοῦ τῶ παρωμείε εἰσοδὸν ἐπαπέλευ. quia res bello gesserat; fas ei non erat ea pratermittere quae post bella confecta in ipso pomarii introitu de more praestabantur. quod intelligat Dio non est obscurum, vel utcumque versatis in historiae Romanae lectione: praecipua siquidem cura urbem, ingredientibus post victoriam partam fuit, Ioui Capitolino aliisque diis gratias in ipsorum templis agere: quod Augustus, funesta ipsius domo facere non poterat: ideo ad urbem mansit. Dionis mentem parum belle interpretes expresserunt. Sed insuper non ferendus castigator nuperus, qui offensus triplici negatione in superioribus verbis, iubet nos locum emendare. At Plato vetat: vtri potius obsequemur? vetat Plato cum scribit in Menone, ἐκ ἀππόμεαι μὴ ἔχλωσ λέχων. in epistola ad Dionysium, ἔρδ ἐστὶ τὰ γραφέντα μὴ ἐκ ἐκπεσίην, & cum familiaribus Dionis; τὸ δὲ ἐδάμασ ἐφάδιον, πολλὰ κακὰ δρῶντα τοὺς ἀλλοῦς; καὶ ἢ πᾶρχει αὐτὸν πολλὰ ἔπερα. & passim Plato. vetat ipse Dio, cuius ista sunt lib. LVII. μὴδ' ἀπαρήσασθαι τινὲς διαμένειν τὸ μὴ ἔχει τῶν σαρκῶν αὐτῶ ἡδέως ἐμαρζῆν. Legi etiam apud Iosephum lib. XIX. Originum; ἐβραδαυέλο ἐδὲν μελλήσῃ τῇ καὶ αὐτὸν, ὥστε μὴ ἐκ ἐς καρὸν δεδρακονῆσαι τοῖς ἀπεσελάχοσι. & apud Epiphanium; scriptorem alioqui pium doctumque magis quam elegantem, ἔδωκίτηται μὴ ἐχὶ τίτοις χρῆσθαι. Possem alia sexcenta his similia Graecorum scriptorum asserere, nec pauca etiam Latinorum: sed aliud iam agamus. Male enim in eadem historia accipiunt ista verba Dionis interpretes πεποθομένον ὁ Αὐγύστου ὅπρῳσι ἔπερα, ἔρδ ἔκ τῶ πόρρω, τὸν Τιβέριον καὶ τὰ καὶ ἔπερα. Erant Ticini Augustus & Tiberius cum ad eos de morbo Drusi nuncius est allatus: quo accepto, Tiberium statim ad fratrem misit. auctor Valerius Max. lib. quinto, cap. quinto. male igitur illi, ἔπερα accersit; non solum contra τὸν ἐλλωισμὸν; sed etiam contra historiae fidem.

[Exercitus honorarium ei tamulum exitavit] Dio, πρὸς καὶ εἰκόταν καὶ ἀψίδου, κροταφίς τε περὶ αὐτῶ πρὸ Ρύβω λαβόν Tacitus Annals lib. II, de Germanico verba faciens profecto ad liberandum obsidione castellum Lupiae flumini adpositum: cumulum nuper Varians legionibus structum, & veterem aram Druso sitam dissecerant. restituit aram, honoris patris princeps ipse cum legionibus decucurrit.

Mar-

Marmoreum arcum cum trophæo] Dio simpliciter ἀΐδα nominat alibi ἀΐδα. Ἐπικρατοῦ.

Et Germanici cognomen ipsi posterius, eius] Dio, Ἐρμανικὸς μετὰ τῶν ἀρκαδῶν μελοποιεῖται.

Non minus gloriosi quam civilis animi] Velleius Paternulus, cuius ingenium virum bellicum magis operibus, an civilibus suffecerit artibus, in incerto est.

Cap. II. Iulo Antonio Fabio Africano Co s s.] Constante scripti libri Iulio: ut apud Dionem bis in fronte & sine ipso libri LIV. Iulius pro Iulio, perperam. Errare vero Suetonium qui Africani cognomen Fabio tribuat, quod fuit Iuli Antonii ex Dione eodem & Casidoro, pridem observatum à doctissimo Sigonio, qui etiam fastos Siculos citat, in quibus ita scriptum legimus: ΑΒ. Α. Κ. ΙΥΔ'. ζ. Ἰου. Αφειανῶ ἕ. Μαξιμὸς τὸ β'. In Grecis Excerptis Chronici Eusebiani quæ publicavit Iosephus Scaliger, inuenio hos consules ita notatos: ΙΟΥΛΙΟΥΣ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΣ ΦΑΒΙΟΥΣ ΑΦΡΙΚΑΝΟΣ, quod equidem vehementer admitto.

Vlli publico priuatoq, muner] Scrib. priuatoe.

Barbarum & olim superiumentarium] Falluntur interpretes, qui putant superiumentarium & iumentarium idem significare: quæ sententia à veritate tantum abest, quantum homo distat à brutis. Iumentarius dicitur qui præest iumentis eaq; curat, ut asinarius ὁ ἐπὶ τῶν ὄνων vel ὁ πρὸς τῆ τῶν ὄνων ἐπιμελεῖς, ut quidam auctores loquuntur: possis & magistrum iumentorum dicere, ut apud Viterum, magister pecoris camelorum, qui & camelarius dicitur, apud Viterum Vticensem, at superiumentarius est is, qui præfectus est iumentariis. Ut Græci ἐπὶ vsurpant in officiis denotandis, ita Latini super aut supra. sic qui in Cæsarum aulis obuenientes hereditates administrabat, aut vigesima hereditatum præpositus erat, dicitur super vel supra hereditates, οὐ ἐπὶ τῶν κληρονομιῶν. Scribonius Largus cap. XLI. Hoc Anteros Tiberij libertus supra hereditates remediatus est. Similiter supra velarios, in veteri inscriptione quæ Neapoli visitur, SV- PRA. VELARIOS. DE. DOMV. AVG. qui & præpositus velariorum dicebatur. alius lapis, TI. CL. THALLVS. IRÆ- POSITVS. VELARIORVM. DOMVS. AVGVSTANÆ. FECIT. SIBI. ET. FILIIS. SVIS. L. L. POST- EORVM. Denique ut primicerius iumentariorum dicitur hic super-

superintendentarius. Sic stationariorum de quibus multa in Codicibus præpositum vocabant *superstationarium*. rursus mentio apud *Opratum Militianum lib. primo*.

Cap. IV. [*Si est ἀσπῶ; vt ita dicam, ἑλεγκησῶ*] Hæc scriptura nostrorum omnium; nisi quod fere *artius* pro ἀσπῶ scriptum est in MSS. Scripserim, *si est ἀσπῶ; & ita dicam ἑλεγκησῶ* in hoc loquendi genere *το* vt solet interdum omitti: vt *libro* priore cap. XIII. *pupulum Rom. vel dicam hominum genus compositum fecit*. In Memm. *artius & holoclerus* Latinis characteribus.

Quin per eosdem articulos & gradus producendus sit per quos frater eius productus fuit] Scripsimus cum Viterb. alii *perducendus*, & *perductus*. non male, sed illud aptius: sic *περάγειν* & *περγαμίνα* vocabula Stoicorum Cicero vertit *producere ad dignitatem & producta*. *Articulos & gradus* vocat quæ M. Tullius *puncta*, cum dicit, *omnibus punctis honorem colligere*.

Mὴ θεωποκείμενος ἡμῶν] Mutauimus priorem lectionem, secuti codices manu exaratos, qui omnes & nostri & aliorum sic habent. elegantior erat & ἀπικωτέρα vulgata, μὴ θεωποκείμενον ἡμῶν. supple ὄ.

Cap. VI. Circa *sestertia vicies*] Scrib. *circa sestertium vicies* vt in scriptis nostris: vel *circiter* vt in aliis.

Cap. VIII. Interdum *ferula flagroue velut per ludum excitabatur à copreis*] Lislæi codd. *int. ferula flagro velut per lud*. In eadem liquido scriptum *à copreis*: quam veram esse lectionem diximus *ad librum tertium. cap. LXI*. De his copreis sentit Tacitus *Annal. l. XII*. *Erat Cappadocia procurator Iulius Pelignus ignauia animi, & deridiculo corporis iuxta despicendus: sed Claudio perquam familiaris; cum priuatus olim conuersatione scurrarum iners otium oblectaret*. legimus enim cum *Lipso*: cuius emendationem habemus pro verissima. Non celabo scripturam quam inueni in codice Viterbiensi, etsi monstrosam plane, *excitabatur à copreis* (recentior manus fecerat *capreis*: sed certa manebant prioris scripturæ vestigia) *XL tropheis*. Memmianus ita prorsus vt edidimus.

Cap. IX. Sed ne discriminibus quidem caruit] Iosephus de Claudio, *κινδύοις ἢ μετρίοις ἐπι τῆς Γαίης ἀρχῆς ὀμιλιώτα*.

Etiā vita periculum adiit] Dio, τὸν Κλαύδιον ἀπέκλειεν αὐτῷ, εἰ μὴ κατεφρόνησεν αὐτοῦ. τὰ μὲν τῇ φύσει, τὰ δὲ καὶ ἐκ θεωρίας πολλῶν τοῦ θείου θεωρημένων.

Sestertium octogies pro introitu noni sacerdotij coactus impendere].
 At Dio ait centies sestertium: lib. LVIII. Κλαύδιον ἄλλοις τε τοῦς πα-
 πωτά τοῦς ἱερέας περὶ ἑβδόμῃ, πενήκοντα καὶ διακόσια ὀμὶ τούτω παρ' ἐλάσσῃ
 μνείας ἀγαθόν. Postquam cepere Imperatoribus tanquam diis tem-
 pla exstrui, redempta statim sunt ab improbiſſimis adulatoribus
 sacerdotia ista vi magna pecuniæ, non in vrbe solum, quod testa-
 tur hæc historia: sed etiam per prouincias: declarat *Arriani* locus
 quem tractamus libro secundo ad cap. XVII. & *vetus ille lapis* quem Ca-
 puz descripsisse aiunt viri docti, positus à quodam qui gratis eum
 honorem esset consecutus: quod hæc verba indicant: HVIC. OR-
 DO. DECVRIONVM. OB. MERITA. EIVS. HONO-
 REM. AVGVSTALITATIS. GRATVITO. DECREVIT.

Venali pependerit sub edicto præfectorum]. Videtur ex veteri iu-
 re seruatum in caussis fiscalibus, vt qui non soluerent, ipsi bona
 que ipsorum venum exponerentur edicto præfectorum ætatiis
 hi sunt qui pependisse dicuntur: non quorum bona solum in tabu-
 la proscripta fuerunt.

Cap. X. *Quinquagesimo anno imperium cepit*]. *Philostratus in*
vita Apollonii libro V, loquens de Claudio, καὶ τοι πενήκοντα ἑς τὸ ἀφ-
 χεν παρ' ἡλθεν, ὅτε τοῦς μάλιστα ὑγίαντ' ανθρώπων. Idem & Dio:

In dietam cui nomen est Hermaum]. Frustra est vir doctus, qui ad
 hunc locum probare nititur falsum esse quod de δια in ζα mutati so-
 lito in nonnullis vocibus, erudite *Culacius* alitque obseruatunt. nam
 quare negat quod tot locis & exemplis asserunt Grammatici Gra-
 ci? οἱ δ' Ἀπολλεῖς, inquit, τὸ δια, ζα φασί, καὶ τὸν διάπλετον ζάπλετον.
 reperies apud eosdem & ζαδάλλω pro διαδάλλω. & ζαβυλὼν ab eadem
 origine pro calumniatore & insidioso, & id genus plurima. *Her-*
mæum vero cuius hic meminit, illud est, opinor, cuius mentio in
 inscriptione veteri quam superiore libro descripsimus, cum de *Ge-*
lotiana domo tractarem. nam vt domus *Geiotiana*, sic & *Her-*
mæum videtur inhabitatum à parte familiæ *Cæsarianæ*.

Prorepsit ad solarium proximum]. In antiquissimis membranis
 regiæ bibliothecæ, *Memmii* & *Cuiacii*, *solarium* scribitur. An
 fuit aliquis in Vrbe locus eo nomine? an destinatum habendæ
 scholæ locum cuiusmodi fuit domus *Catilinæ* in Palatio Augusti,
 vocabant *scholarium*? eadem analogia *vestiarium* dixerunt & simi-
 lia. Quidam *scalarium*.

Latent

Latentem discurrens forte gregarius miles) Gratum vocat Iosephus: nec gregarium, sed prætorianorum vnum.

Estudio sciscitandi quisnam esset agnovit) Iosephus explicat *αεσιον* τὴ ἰσθμὸν περὶ τὴν ἰσθμὸν ἢ ξικωτὸν ἐπὶ τὴν ἰσθμὸν, καὶ κατὰ τὰς ἐπιγραφὰς. *accedit Græcus propius ac eum illum rogaret. Claudius vt recederet, inflare cepit: ita apprehensum eum agnovit.*

Et quia serui diffugerant) Omnes nostri, etiam Memmii & Cuiacii, quia sui d. Iosephus, ἐποὶ καὶ οἱ τὸ φοβερόν αὐτῷ φέροντες περὶ τὴν ἀπαγωγὴν αὐτῶν ἀποδομῆντος θυγῆς, ἰσχυρὸν αὐτῶν. *lecticarii eius, dum ipse rapitur, oblat a fuga facultate, se periculo eripuerant.* Quod ait, vicissim succollantibus, id eleganter significat, quod pluribus verbis Græci dicunt, ἀμοιβαίως ἐπι τῶν ἄλλων φέροντες, *per vices ferre super humeras* quo modo alicubi loquitur Eusebius.

In castra delatus) Errat Iosephus, vt videtur, qui in palatium statim fuisse delatum narrat.

Accusatus, & ipse per tribunum pleb. in Curiam adsuadenda que vid.) Liber Cuiacii, ad censenda que iud. Scribendum etiam per tribunos populi, vt liquido scriptum est in Viterbiensi, & docet Iosephus, οἱ πρεσβυτάτοι οὐνεμὸν καὶ Βεργύον. δῆμαρχοι δὲ ἴσταν ἀμφοτέρω. Dio alios quoque cum tribunis pl. millos refert.

Vnum rectorem iam & nominatim exposcente) Malim, & nominatim eum poscente.

Promisitque singula quina dena festerium) Nihil muto: tamen Iosephum si audimus, cena millia dedit. ait enim, ἀρτίπτω τὸς σωμαποφύλακας πενταχίλιους δραχμαῖς καὶ ἕκασον ἀνδρα, τοῖς τε ἡγεμόσιν αὐτῶν ἀνάλογον ἑαρίθμῳ, καὶ τοῖς ἄποικοις ἐρασιπέδοις ἐπιχρήντη τὰ ἔμμεια. Huius liberalitatis nulla apud Dionem mentio. fallitur enim eruditissimus Torrensius qui huc refert verba accuratissimi eius scriptoris, quibus centenos nummos militibus prætorianis ait fuisse donatos. Nam eius donationis alius fuit titulus: nempe natalis Imperii eius: quem diem soliti Imperatores prosequi aliquo donatio: neque primo die imperii ea summa data, sed anno primo vertente mos ille institutus, & deinceps per singulos annos imperii Claudiani seruatus. Declarant Dionis verba, ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐν ἡαυτοκράτορος τοῦ αὐτοκράτορος ἡμερῆς ἡμερῆς ἀπεδείχθη, αὐτὸς μὲν ἑδὼν ἑξαιρέτων ἑκατάς, πάλιν δὲ τοῖς διορθεύουσιν πάντι καὶ εἰκοσι δραχμαῖς ἑκάστη, καὶ ἑκάστη ἐπιχρήντη ἑκατά. hoc

vero munus quod hic narratur & apud *Iosephum*, quasi merce s fuit traditi imperii, & proinde statim est persolutum.

Cap. XI. *Veniam & obliuionem in perpetuum sanxit ac praestitit*) Renouato Atheniensium exemplo induxit omnium *diuina*, inquit *Dio & Orofius libro septimo, cap. IV.*

Iusurandum neque sanctius sibi neque crebrius instituit quam PER AUGVSTVM) siue vt frequentior formula fuit *PER GENIUM AVGVSTI*, siue *per genium Caesaris* aut *salutem* iurabant, iam inde ab Augusti temporibus, quando hoc primum fuit institutum, vt notissimus *Horatii versus* probat;

Iurandasq; tuum per nomen ponimus aras.

quod autem hic *Suetonius de Claudio* obseruat, id *Tertullianus* in more positum fuisse omnibus affirmat. Ait enim, *Apologetici cap. XXVIII: citius apud vos per omnes deos, quam per vnum genium Caesaris peieratur.*

Cap. XII. *Silentio ac tantum domestica religione transiit*) *Διὸς ἑδὴν ἰξάρετον ἔπραξε.*

Vt sibi in Curiam praefectum praetorii tribunosque mil.) Hoc primum *Tiberius* petierat & impetrauerat post caedem *Seiani*. *Tacitus libro VI:* dein redditis absentia causis admodum vagis, flexit ad gratiora, & offensiones ob *Republicam* ceptas: reque *Macro* praefectus, tribunorumque & centurionum pauci, secum introirent; quoties *curiam* ingrederetur petiuit, factumque large & sine praescriptione generis: aut numeri, *senatus* consultum.

Cognitionibus magistratuum vt vnus e consiliis frequenter interfuit) Quos magistratus potissimum intelligat, declarat *Dionis* de eadem re locus: πολλὰκις ὃ καὶ τοῖς ἰσώτοις τοῖς τε στρατηγῶσι, καὶ μάλιστα τοῖς πάλ᾽ διοίκησιν ἔχουσι (καὶ ἐστὶν ἄλλοι, καὶ ὀλίγα παρτεκῶς τοῖς ἄλλοις διέταξις ἐπέβητε. *Saepe etiam cognitionibus Consulum & praetorum, eorum maxime qui ararii curam gerebant, intererat, ac pauca aliis iudiciis committebat.* Miratus sum aliquando praetermissam in hoc albo praetorem *urbanum*, cuius maxima fuit in vrbe iurisdictio; verba tamen *Dionis* alio trahere non possis: nam στρατηγοὶ οἱ πάλ᾽ διοίκησιν ἔχοντες vel οἱ ἐπὶ τῆς διοικήσεως, semper apud eum scriptorem de praetoribus *ararii* intelligendum, vt declarant cum alii loci, tum hic in eodem libro τοὺς στρατηγούς τοὺς ἐπὶ τῆς διοικήσεως καταλύσας, ταμείους αὐτῶν καὶ πρῶτον ἰσῶτον ἐπέβητε. Id est, Praetoribus ararii solutis, quoslibet eam cu-

nam antiquo more tradidit. Non igitur causa erat cur nuperus emendator versionem *Xylandrini* recitaret.

Excusavit quod propter angustias non posset audire eos nisi stantes.)

Atqui hic mos videtur fuisse servatus, ut qui principem alloquerentur, starent. Quare etiam consules in senatu verba ad illum facturi, de curuli surgebant: quos tamen civiliter admodum solitos excipi à Claudio notatum *Dioni* reperio. *Τῶν ὑστάτων*, inquit, *ἐν τῷ Σωδεδεῖν κατὰ πάντων ποτὲ ἐπὶ τῶν δίσκων ἵνα διαλεχθῶσιν αὐτῷ περιεξάνεσι τε καὶ ἐν πειροσῆσθε ἑορίσιν.* Eodem pertinent & quæ sequuntur paullo post: ubi notat idem *Dio*, Claudium, si quando aliquid in curia recitaret, solitum propter corporis imbecillitatem sedere: sed, si qui surgebant in senatu, diutius stetit, eum quoque assurrexisset.

Cap. XIII. *Neque aquila ornari.)* Sic in omnibus codd. etiam *Turonensi*, non *aquila*: quod apud *Orosium* hunc locum describentem legitur: nec dubium fuisse plures aquilas: sed an omnes in hoc ostento conspirauerunt?

Neque signa conuelli moueriq; pot.) Melius *conuelline pot.* & ita excerpit *Orosius*.

Cap. XIV. *Ius & consul & extra honorem laboriosissime dixit.)* *Dio* assiduitatem tantam fuisse ait in iure dicendo, ut singulis ferme diebus, aut cum toto senatu, aut solus, in foro quidem & plurimum, sed & alibi sedens pro tribunali ius redderet.

Etiā suis, suorumque diebus solemnibus.) Huc pertinet; non ad sequentia verba locus *Dionis* de diebus quibus sponsalia filiarum suarum *Claudius* celebravit, καὶ αὐτὸς ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις ἐδίχασι καὶ ἡ βουλὴ ἠθροίσθη. De diebus priuatarum solemnitatum notauimus lib. II. ad cap. LIII.

Cap. XV. *Absentibus secundum presentes facillime dabat.)* Nonne dictum *absentibus* ἀπῶς pro quoties altera partium aberat: sed *Dio* rem pluribus exponens causam redditur hoc à Claudio ita factum. ἐπειδὴ, inquit, πᾶσις τε δικῶν ἀμύθητον ἔω, καὶ ἐκ ἀπῶτων ἐπ' αὐτῶς ἐπ' (malim δι πὶ) περισσοῦντες ἐλατθῶσιν εἶναι, περιεπέθε δὲ περιεξέμεσθαι, ὅτι καὶ χεῖ ἀπόντων ἐπιτῶν ἐντὸς ἡμέρας πρὸς δικασίαι, καὶ ἐν ἐπέθεσι τῶν. Etiam illud elegans, *dabat*, pro *litē dabat*. nam ita explendum hoc genus loquendi apud *Ciceronem*, *Plinium*, & alios.

Cum machera mensaque lanonia.) *Lislaei* cod. *lanionaria*. Mem-

mii, *Ianionia*. Græci Ἰανίων vel Ἰπκίονων vna voce dicunt, item Ἰπκίονων, ut apud *Aristophanem in Acharnensibus*,

Κ' αὖ γὰρ μὴ λείπον δίκαια, μὴ δ' ἄσπιδ' ἰθὺς δοκῶ

Ἦ παρ' ὀπίσθεν θάλησσι πῶ καραλίω ἔχων λείπον.

Vnde apparet ex more veteri esse, quod mensæ Ianionis in hos vsus adhibentur. *Callandra apud Æschylum in Agamemnone*, de suo supplicio loquens.

Βομῶ σαδφῶ μ' εἴτε τίξινος μὲν

Θερμῶ κοπίσσης φοινίφ' ἄεθροσ' ἀγμάτων.

Orsa inter advocatos leui contentione] Membranz, *leui contentatione*.

Mortuus est, inquit Puteolis] Ita scriptum in Viterb. quomodo & in aliis libris legi testantur viri docti: at Pithoci, Lislæique codices vulgatam confirmant *puto, licuit*. Quæ scriptura plus aceti atque acuminis videtur habere. Atque hoc regiz bibliothecz antiquissimus codex firmat. vbi sic liquido scriptum: nec multo aliter in regiis aliis duobus antiquæ item manus. In his ita corruptus est locus: *Mortuus est inquit puteoli cui tatius gratias ag.* vel ex his constat veram lectionem esse, *puto, licuit*. ita prorsus liber amplissimi Memmii.

Cap. XVI. *Gessit & censuram intermissam diu* Ad hanc Claudii censuram refero cum *Iosepho Scaligero* verba *Eusebii in Chronico ad numerum MMLXI. Descriptione Romæ facta sub Claudio, inuenta sunt civium Romanorum LXVIII centena, XLIV millia.*

Cum orantibus familiaribus dempsisset cuidam appositam notam, Libertatam tamen, inquit, exeret] Quid adeo ridiculi visum fuerit *Suetonio* contineri hoc *Claudii dicto*, equidem non intelligo: nam mens certe illius paret optima fuisse. Cum enim precibus amicorum condonaret isti censoriam notam; sui tamen iudicii cupiit extare aliquod testimonium. neque dubium est idem variis rationibus factum sæpius à censoribus. Simile est quod narrat *Dio lib. XL. de Appio censore*. qui cum nota dignum *Curionem* censeret, ac notæ tamen gratiam rogatu quorundam facturum se promississet, sententiam de eo suam in senatu prius aperuit. Hæc ita *Dio* narrat, ut nos quidem emendamus. ἢ μὲν τοι Κλειόνα μεμνήσασαι καὶ αὐτὸν ἀπαλειφῆσαι, ἐξητάσασαι μετὰ τῆ Παύλου, ἔπειρ' Ἰγγονίης λέω, καὶ ὅς ἐ δὴ ἠέλασε μὲν αὐτὸν δὲ τὸ πῶ μὲν τοι γράμμι λῶ σὺ αὐτῷ ἔχων, ἰδὴ μὲν σὶ δὸσον ἐπὶ τῆ βουλῆ τῆς εἰρη. Scriptum est in vulgatis libb. καὶ ὅς ἐ δὴ ἠέλασε. cuius scripturæ

men.

mendum non observatum ab interpretibus, traxit eos in errorem: neque enim *Dionis* mentem assequuntur.

Splendidum virum Græciæque provinciæ principem, verum Latini sermone ignarum] Simillima historia est, quam de legato Lyciorum quodam, oriundo quidem è Lycia, sed nato Romæ, narrat *Dio*: cui historię subiungit hæc verba: (υχρὺς ὃ δὴ καὶ ἄλλους ἀναξίους (apertior sententia fuerit si scripseris ἀναξίως) τῆς πολιτείας ἀπῆλασεν. Id est, multo: quoq; alios nullo suo merito, in peregrinitatem redegit.

Cap. XVII. *Leniorem maiestati principali titulum*] plerique antiquorum, *principalem*. vnde *Torrentius*, *m. principis talem* s. Duo regii consentiunt: tertius *principalis*.

Neque tentatam vlli post diuum Iulium] At extitit nuper Romæ qui argumento aliquot locorum *Horatii* & vnus è commentariis *Pseudoseruil*, probare conaretur falsam esse hanc *Franquilli* sententiam. De *Horatio* satisfactum pridem per *Torrentium* aliosque viros eruditos: *Suetonium* vero abunde tueatur vnus *Taciti* auctoritas, idem tradentis in libro *De vita Iulii Agricola*. Sed sum ne ego insofus & ineptus qui hominis rationem habendam censeam, cuius scripta præter insignem otii abundantiam nihil habent quod mirearis? ô factum male, quod non ante centum quinquaginta annos nati sunt & ille Iuriconsultus, & qui similia scribunt. poterant videri aliquid scisse, aliquid dixisse.

Quære: a Masalia Gessariacum usq; pedestri itinere confecto] Vel, vt *Dio* ait, partim pedestri itinere, partim fluminibus vectus: sic ille κατὰ πλοῦς ἐς τὰ ὄρια, ἐπειθεὶς ἐς Μασσαλίαν παρεκομίδην. καὶ ταῦθ' ἔπειτα πάλιν ἐπὶ τῆς ὁδοῦ τῶν ποταμῶν πορεύμενον πρὸς τὸ ἕκκλιον ἀφίκατο.

Parte insula in deditionem recepta] *Orosius*: *Ibiq; vt verbis Suetonii* *Franquilli* loquat, sine vilo prælio ac sanguine intra paucissimos dies plurimam insula partem in deditionem recepit. *Orcadæ* etiam insulas vltra *Britanniam* in Oceano positas Romano adiecit imperio.

Intra paucissimos dies] *Sedecim* ait *Dio* lib. LVIII.

Curtum eius Messalina vxor carpento secuta est] Emenda *Dionem* in hac sententia. Narrat ille, senatum, accepto nuntio de subacta per *Claudium* *Britannia*, inter alios honores *Claudio* vxoriq; eius *Messalinæ* tributos, permisisse *Messalinæ* carpenti vsum. Supplendum autem diebus festis & ludorum *Circensium*, sicut supra scriptum de matre *Claudii*. *Decernendum curauit matri carpentum, quo per*

per Circum duceretur. verba Διονυ, ἐπιφώνησεν τῆ Μασσαλίῳ τῶν ἀρετῶν αἰσῶν ἢν καὶ ἡ Λοκία ἐχρήσατο, καὶ τῆ καρπύρω χρεῖσθαι ἔδωκεν. Addendum vero aut certe subintelligendum ἐν τοῖς παρθενύρεσι χρεῖσθαι ἔδωκεν. ex ipso Dione paullo post de Paulina Lolliā alterā Claudii coniuge, καὶ οἱ μὲν ταχὺ καὶ αὐτῇ Μασσαλίῳ ἐχρήσατο, καὶ μάλιστα ὅτι καὶ πρῶτος ἀλλὰς τε καὶ τῆ καρπύρω ἐν τοῖς παρθενύρεσι χρεῖσθαι ὡς τῆς βαλῆς ἐλαβεν. Tacitus Annal. lib. XII suum quoque fastigium Agrippina exollere, alius: carpento Capitolium ingredi: qui mos sacerdotibus & sacris antiquitus concessus, venerationem augebat. fœmine.

Securi & triumphalia ornamenta eodem bello adepti] iam enim invaluerat mos, ut ex eodem bello vel triumphos, vel triumphalia certe ornamenta comites expeditionum consequerentur. non ita olim, ut diximus ad libri secundi, cap. XXXVIII. Hic vero notat Dio triumphalia ornamenta adeptos esse per Claudium, non solum consulares viros ex senatoribus: sed alios quoque dignitate longe inferiores.

Cap. XVIII. Representaturus pro opera] Viterb. Lislæi, & vetus Rob. Steph. representans.

Arctiore autem annona] Tacitum vide in anno DCCCIV. Annal. lib. XII. Meminere & scriptores ecclesiastica historia famishuius: quæ ea esse videtur cuius mentio in Actis.

A turba conuictis fragminibusq; panis instr.] Non desunt in historia Augustorum exempla similis furoris. Marcellinus Comes Indictione XIV, consulatu Antiochi & Bassi: Hoc tempore dum ad Horrea publica Theodosius processum celebrat, Imp. tritici in plebem ingruente penuria, ab orientis populo lapidibus impetitus est.

Fragminibus panis ita instratus] Cuiacii cod. & Viterb. Memmii & Rob. Stephani, infestatus. & ita describit Orosius, & Paulus Diaconus, siue Anastasius.

Ut agre nec nisi postico euadere in Palatium voluerit] Libro octavo, de Othone: proripuitq; se postica parte Palatii ad constitutum. Orosius & Diaconus, pseudohyrum vocant.

Cap. XIX. Pro conditione cuiusq; ciuibus] Corruptissime hunc locum fœdissime qui Suetonium in capita distinxerunt, recte Torrentius monuit. nam ad nauium fabricatores de quibus ante dictum, hæc Claudii constitutiones sunt referendæ: leget, qui me audiet, quæ super his eruditissime obseruata sunt à clarissimo amplissimoque viro Petro Fabro Semestrium libro primo, capite XXV.

Totum

Totum autem locum sic scribe, & *naues mercatura causa fabricantibus, magna commoda constituit pro conditione cuiusque: civibus, vacationem legis Pappiæ Poppei:* ita scriptum paullo minus in cod. Viterb: tantum illud *civibus* è libro Cuiacii est: nam in Viterb. est *civis*. possis & *civis* scribere, & mox *Lasino ius Quiritium*, sic habet Lislæi cod. & Memmii.

Cap. XX. *Opera magna potius quam necessaria, quam multa perfecit*] Hæc scriptura cod. Viterb. Memmii, & Pithœi aliorumque. *quam multa*: æque Latinum ac quam plurima. Itaque consentibus tollendum non quam ante *multa* non assentior, nisi in quibusdam codd. ut Lislæi, non extat. Vetus Politiani, *per quam multa fecit*, eleganter.

Item *emissarium Fucini lacus*] Negat perfecisse *Dio*: frustra enim sumptus maximos in eam rem esse factos. De hoc opere, & de portu Ostiæ factò consule *Plinium libro XXXVI cap. XV.*

Curtio & Albadino] Viterb. Memmii Pithœi & Lislæi, *Albadino*: vide *Frontinum De aquaduct.*

Rivum Anienis novi lapideo opere] Deccat vir doctus qui lectionem probat, quam & nos reperimus in cod. Viterb. *novo lapideo opere*: nam passim apud veteres *Claudia aqua* & *Anio novus* coniunguntur. Dicitur & *Anio nova*, ut in sequenti inscriptione.

TI CLAVDIVS. DRVSI. F. AVGVSTVS GERMANICVS
PONTIF. MAXIM.

TRIBVNICIA. POTESTATE XII. COS.

V. IMPERATOR. XXVII. PATR. PATRIÆ.

AQVAS. CLAVDIAM. EX. FONTIBVS

QVI VOCABANTVR. CERVLEVS. ET.

CVRTIVS. A. MILLIARIO XXXXV.

ITEM. ANIENEM NOVAM A. MILLIA-

RIO LXII. SVA. IMPENSA. IN VRBEM.

PERDVCCENDAS CVRAVIT.

Ad introitum profundo iam solo] An potius *salo*: nam portum ἀρχβαδῆν intelligit, cui proprium est profundum *salam*.

Cap. XXI. *Pompeiani theatri quod ambustum restituerat*] *Dio* sic narrat, quasi scenam incendio absumptam Tiberius refecisset (quod & *Velleius* scribit) *Claudius* autem dedicasset. ἀπέδωκε τῷ Πομπηίου
θιάτρῳ ἃ δεῦρο μνήσαν. καὶ αὐτὸ καὶ τὸ τῷ Τίβερει ὄνομα ἐν τῇ σκηνῇ ἀεθροῦ

mm m

ίγες-

ἔχουσαν, ἵπειδὴ χροῦσθαι αὐτῷ ἀνφοδομήκει. τὸ δ' ἐμὸν εἰρήνη μὲν οὐχ ὅτι κατεπέουσαν, ἀλλ' ἵπ καὶ χροῦσθαι αὐτῷ. ἀλλ' ὡδὲ ἐδὲν ἐνεκλάσαν: quæ tamen verba non negant, imo affirmant potius, Claudium & refecisse eandem scenam quam & Tiberium, & dedicasse:

Cum prius apud superiores ades supplicasset] Non aliter scriptum in omnibus codd. nostris neque puto mutandum. superiores ades videtur appellare partem illam theatri in quam soliti conscendere Imperatores missilia sparsuri. De eo Dio in historia Titi, σοφῆρα ξύλινα μικρὰ ἀνωθεν ἐς τὸ θέατρον ἐρείπται. id est, ligneos globulos paruos (telles-ras intelligit) de superiore loco in theatrum iaciebant. Similiter ἐ βασιλῆα, siue regia quæ foro imminabat populo missilia iaciebant. *Iosephus Originum lib. XIX cap. I.* loquens de coniuratis in Caium, occasionem captantibus tollendi eius, καὶ ἕσπερ τῆς βασιλικῆς ἰσάμενον, καὶ δῆμω χρυσία καὶ ἀργυρίων χροῦματα διαρρίπτοντα ὡσαύ καὶ κεφαλῆς παρῆν. ὑψελὸν δ' ἐς τὸ θέατρον εἰς τὴν ἀγορὰν φέρον. illum theatri locum eruditi quidam viri putant κορυφὴν appellari *Dionis lib. XLIX.* in munificentia Agrippæ ædilis describendâ: σύμβολα τε πρῶτα ἐς τὸ θέατρον καὶ κορυφὴν ἐρείπει. τὸ μὲν (ita recte scriptum, non vt iidem emendant τὸ μὲν ἀργυρίων, τὸ δ' ἐδὲν τα, τὸ δ' ἐ, ἀλλ' οὐ π φέροντα. fed falluntur qui ita sentiunt. nam καὶ κορυφὴν ἵπταιν est de superiore loco in caput inferiorum iacere. Sic apud *Polybium lib. VIII.* τῆς ἑδ' καὶ κορυφὴν λίδων καὶ δροκῶν ἐμβολαῖς διαφθερείσθαι. Cæterum quod Suetonius ait, supplicasse Claudium in superioribus ædibus antequam spectatum in inferiora descenderet; refero eo quod narrat Dio Claudium iis ludis triumphali veste initio tantum esse usum (nempe dum rem diuinam faceret) ludis vero in prætexta veste præfuisse: verba *Dionis* ita scribe, ἐ μὲν ἐδὲ τῆ σολῆ τῆ ἐπιγκίω πρὸς τὸ ἀδὲν τῷ πατήρῳ, καὶ τοι-ψροδὲν, ἐχρήσατο, ἀλλ' ἐδὲ ἐν ἀρχῇ (perperam libb. editi, ἐν αὐτῇ) μόνον, τα δ' ἄλλα ἐν τῷ ἀπειροφύρω ἱματῷ διακίον. Hæc nos olim ad hunc locum. Nunc vero placet magis *Lipssii* interpretatio: qui Veneris ædem Pompeiano theatro adiunctam putat intelligi. *Ter tullianus* in libro De spectaculis: *Pompeius Magnus solo suo theatro minor, cum illam arcem omnium turpitudinum extruxisset, veritus quandoq; memoria sua censuram animadversionem, Veneris ædem superposuit.*

Propria senatoribus constituit loca promiscue spectare solitis] prorsus interpretamenti eget vox illa *promiscue* quod non aliunde mutuari debemus, quam ex comparatione verborum *Dionis*, hac ipsa de re agentis:

agentis; ἐν δὲ τῷ ἰσποδοδρόμῳ, ἰώρων μὲν περὶ πέντε ἰδία, καὶ χ' ἑσῆς ὡς
 ἔλαστοι, τὸ τε βυλεῦον καὶ τὸ ἰσπεῦον καὶ ὁ ὄμιλος ἀφ' ἑσῆς ἔστο ἐνομιόδη, ἔ-
 μέντοι καὶ περὶ ταυμῖνα σφίσι χρεία ἀπεδείκνυτο. ἄλλα τότε ὁ Κλαύδιος πῶ-
 τε ἔδραυ πῶ γὺν ἔσαν τοῖς βυλεῦται ἀπέκεινε; καὶ πρὸς τοῖς ἐδύλουσι
 σοῶν ἐτέρωδὶ περὶ καὶ ἐν γὰρ ἰδωπκῆ ἰδῆσι διάσασσαι ἐπέστρεψεν. Id est, Specta-
 bant quidem iam ante in circo separasim & per se singuli ordines, senatorum,
 equitum, & plebis ex quo primum id institutum fuit: non tamen certi loci
 singulis ordinibus assignati fuerunt. Ac tunc secrevit Claudius senatoribus eas
 sedes quas nunc quoque obtinent; fecitque ipsis potestatem, si vellent, alio
 quocumq; loco in vulgari veste spectandi. Hic est sensus Dianii, cuius ver-
 ba male accepisse videtur eruditissimus vir, qui de hac re tota cum
 cura disputat ad caput XII libri sequentis.

Nec ullo spectaculi genere communior aut remissior erat] Hoc est
 κοινῶν κοινῶς καὶ ὀλιγῶν ἦν, vt de eodem Claudio loquitur Dio. magis
 tamen explicat hunc locum quod paullo post de eodem principe
 scribit ἔνυγχεσσι ille diligentissimus: σφίσι κοινῶς τε ἐν τῇ δῆλῃ συνῆν,
 καὶ παρῶν ὅσα ἐβέλουτο. Quorum locorum comparatione confir-
 matur vulgata lectio huius loci, quæ in omnibus quoque scriptis
 extat, *communissimus*, non *comissimus*: vt videri queat, atque adeo vi-
 sum quibusdam legendum esse; sicut in *Vespasiano cap. XXII. & super
 canam auream & semper aliam comissimus multa loco transigebat*. Verum
 ibi quoque Viterb. cod. præfert *communissimus*. Seruius COMMVNEM-
 QUE VOCATE DEVM. *humanum, beneficium φιλανθρωπον*. unde &
communes homines dicimus.

Adeo vt oblatos victoribus aureos] Moris fuit victoribus aurigis
 aurum postulare: quod postea etiã equis victoribus cæprum postu-
 lari. Capitolinus in Vero Imperatore: *Votucri equo prafino mortuo sepul-
 crum in Vaticano fecit*. In huius equi gratiam primum ceperunt equis (ita
 omnino legendum, non equi) *aurei vel brauia postulari*. In tanto autem
 equus ille honore fuit, vt ei & à populo *prafinianorum saepe modius aureorum
 postularetur*.

Prolata sinistra] Alii libb. *sinistraq;*, forte, *sinistra quoque*: vt in
 eo sit Claudii ἀχνημοσύνη, quod non solum dextram extra togam
 proferret, sed etiam sinistram.

Accersitis iocis] Id est, frigidis, longe petitis, ἀνοικτίοις, ἐκ ἐπιτε
 πρυμνοῦσι. Memmii & Pithoci cod. *arcessitu*.

Qualis est vt cum Pal.] Sic Viterb. & Pithœi : magis tamen vulgata placet, sine vt, vel vt in aliis libris, *qualis est hic, c.*

Præfeditq; paludatus] Lislzi cod. *paludamentatus*: Memmii *paludatus*.

Aue Imperator, morituri te salutant] Dio legit *salutamus*: *χαῖρε αὐτο- νέγτος, οἱ ἀπολούμενοι σὲ ἀπαζόμεθα.*

An omnes igni ferroque absumeres] Sic omnes membranz; etiam Memmianâ; non vt viro docto placitum emendare, *vt ferroque*.

Duodenarum triremium singula] Numerus est aperte corruptus: *Dio*; οἱ δὲ ναυμαχίοντες δαυάτωρ δὴ ἕκαστος δίκασμένοι ἦσαν, καὶ περὶ ἕκαστον ναῦς ἐλάττει. Ἐξον, οἱ μὲν Ρόδιοι, οἱ δὲ Σικελιοὶ ὀνομαζόμενοι. ita fuerit legendum, *quingegenarum*. Firmat Taciti narratio

Exciente buccina Tritone argenteo, qui è medio lacu per machinam emerferat] Duplex hic artificium : quod repente è medio lacu excitatur Triton : & quod prodit, iste non mutus sed canorus, ac buccina sonans. Illud per machinam factum adnotat Suetonius : hoc vero rationibus artis hydraulicæ organarum effecerunt : quos scimus aquæ vi & impulsu omnis generis voces atque organa suavissima imitatione exprimere, sicut ex *Hierone* nouimus & *Vitruuio*. Atque hoc spectaculum transtulit Claudius in naumachiam suam è theatris. Nam ibi soliti produci Tritones buccina mugientes. *Cornelius Stuerus in Æna.*:

*Nam veluti resonante diu Tritone canoro;
Pellit opus collectus aqua, victusq; mouere;
Spiritus & longæ emugit buccina voces,
Carmineque irriguo magni cortina theatri
Imparibus numerosa modis canit arte regentis,
Quæ rennem impellens animam subremigat vndam.*

Non igitur necesse est, quod olim suspicati sumus, legere, *exciente buccina Tritone argentea*, quasi fuerit hic Triton homo Tritonis ornamenta gestans: cuius *πυθὴν* docet nos luculenter *Nonnus Dionysiacorum lib. XXXVI.*

Τέκτων δ' ἀρυγάνειο ἰβόου βένη δ' ἀδὶ κόχλω.

Ἄνδρες οὐκ ἀπέλετο ἀπ' ἰχθύο ἔγχλω ἰχθύε.

Cap. XXIII. *Addito, abrogauit*] plane scriptum in Memmii, Lislzi codd. & veteri Rob. Stephani edit. *addito* non edito, aut *edito*,

vt in

vt in libb. aliis fere reperitur. In iisdem *obrogauit* offendimus non *abrogauit*. Vtrumque manifesto rectum. *Iacobus* vero *Cuiacius* profundissimæ vir eruditionis, ausus hic facinus: *ἄλλο κακὸν δυνάμενον*, huiusmodi lectionem sibi fabricabat: *Capiti Papia Pöppææ legis, quasi sexagenarij generare non possent, edito obrogauit*; Mirari hunc Alexandrum liceat nobis: imitari non lubet. de re ipsa vide *Vlpianum. tit. de solidi capacitate*. & recentiores Iurisconsultos.

De maiore negotio acturus, in curia medius inter consulum sellas tribunicio subsellio sedebat] Dabunt & accipient magnam lucem collata cum hoc loco *Dionis* verba; loquentis de supplicio affectis à *Claudio*: *ἐκείντο δὲ ἐν τῷ συνεδρίῳ, ἔτι Κλαυδίῳ, ἧς ἐπάρχων τε καὶ ἧς ἐξελυθῆσαν ἀπὸ παρόντων. τὴν μὲν δὲ ἐσήησαν ἐν μέσῳ ἧς ἑσάτων ἐπιδύρε ἀρχῆς ἢ καὶ ἐπὶ βᾶθρο* (tribunicium subsellium intellige ex *Suetonio*) *καθήμενος* & *ἰποκίτα* μετὰ δὲ ἔτο αὐτὸς τε ἐπιπύων συνήθη ἔδραν μετήρχατο καὶ ἐκείνους οἱ δίδυροι ἰπὸ δέλο. καὶ ταῦτα καὶ ἐπὶ ἧς ἄλλων ἧς μετῶων (Suetonius; *De maiore negotio acturus*.) *ὁμοίως ἐγίγνετο*. Ex eiusdē auctoris lib. XLII didicimus, Cæsari dictatori summi honoris loco decretum fuisse à senatu, vt in subselliis tribunicii sedere ei liceret: qui honos postea etiam aliis est delatus.

Comneatus a senatu peti solitos beneficij sui fecit] Senatus enim consultum curauit *Claudius* faciendum, quo ea sibi potestas concederetur. Auctor *Dio*. elegans est dicendi genus quo vitur hic *Tranquillus*. sic apud *Iustinum* libro XIII. & vt *munus imperij beneficij sui faceret*. libro XXIV. non quoniam eripere hic regnum, sed quod id facere *munus sui vellent*: & alibi non semel.

Cap. XXIV. *Ornamenta consularia etiam procuratoribus ducentariis indulxit*] Cum institutum est ab *Augusto*, vt mutato veteri more salaria certa euntibus in prouincias darentur, simul etiam hoc institutum, vt procuratores Cæsaris à numero pecuniarum quas acciperent stipendii nomine appellationem sortirentur. Hoc ita clare *Dio* libro LIII declarat, vt mirer tam prolixè quæsisse quosdam qui isti sunt *ducentarij procuratores*.

Senatoriam dignitatem recusantibus] vel oblatam quoties senatum legeret *Claudius*, vel iure acquisitam, quando aliquis tribunatum gesserat: vide lib. II cap. XL.

Detractaq; Ostiensis & Gallica prouincia] Hæ sunt prouinciæ in quas solitus mittere quæstores *Augustus*. Docuit me *Dio* lib. LV. ταμίης

μὲν ἐν τῇ Ἰταλίᾳ τῆς αὐτῆς πόλεως καὶ ἐν ἑτέροις παρὰ τῆς ἰταλίας χωρίοις
 ἀφ' ἑνὸς ἐποίησε. καὶ ἑτο καὶ ἐπὶ πλείω ἔτι ἐποίησε. Id est, *questores prefecit*
ora maritima ad urbem (hæc est Ostiensis prouincia) & *quibusdam*
alijs Italia locu, idque in plures annos ab ea seruatum. Inter ista Italiae lo-
 ca pars aliqua Galliae Cisalpinæ fuit. Atque hæc est Gallica prouin-
 cia quæstoria, quam *Suetonius* hoc loco intelligit. *Torremij* coniectu-
 ra emendantis *callium prouincia*, etiam eradita est & acuta, non placet
 tamen nobis, repugnantibus omnibus scriptis libris: à quorum
 scriptura nunquam nisi plane necessariis de causis recedendum
 esse, scio mihi assensurum ea eruditione virum: nam quod ait ille,
 qui *Gallicam prouinciam* nominat ἀπειροίως, eum omnem Galliam
 intelligere: id vero, pace illius dixerim, inane prorsus est: nam
 ex verbis ipsius *Suetonii* apparet, non de quauis Gallica prouincia
 eum loqui, sed de Quæstoria. Quare nihil in eius verbis obscuri esse
 potuit attendentibus.

Triumphalia ornamenta] Facilitatem hanc *Claudii* in dandis
 triumphalibus ornamentis breuiter notat etiam *Dio*, ἀνείμε τὰς ὀλι-
 γνικτοῦς πρὸς ἀφθονώτατα καὶ ὀμ' ἀσφαλείως τῆς ἐλαχίστης.

Cap. XXV. *Equestre militia ita ordinauit*] Hunc quoque lo-
 cum ad tractatum *Polybii de militia Romanorum* explicamus. Viri do-
 cti coniecturam qui nuper emendauit *Semestres militiae*, non proba-
 mus; cum & alibi sæpius militiae equestrium fieri mentionem
 liceat obseruare. vt lib. II, cap. X. & in *Plinij vita eiusdem auctoris*; item
 apud *Velleium*.

Instituit imaginaria militia genus quod vocatur super numerum] Ita
 Mss. vulgo *supra numerum*. Diuersi ab his sunt supernumerarii
 illi equites peditesque, quorum meminit *Vegetius*: item illi *καταει-
 δμοι χαλαροί* quos instituisse *Iustinianum* in ordinanda militia Pa-
 latina, refert *Procopius*. Mentio habetur supernumerariorum in cod.
Theodosiano, De Palatinis sacrarum Cognitionum & rerum priuat. lege XV
 & XVII.

*Cum quidam agra & affecta mancipia in insulam Æsculapij tædio
 medendi exponerent*] Antiquorum hæc fuit dira immanitas, vt &
 recens natos infantes liceret vel tollere vel exponere ad tædem: &
 liberos aut seruos ægrotos exponere tædio curandi. Atque hoc ius
 tam Barbarum non statim sustulerunt Christiani Imppp. sed cum pro-
 gressu temporis. Vide in Cod. *Theodosiano titulum De expositis*.

Ingratos & de quibus patroni quererentur reuocauit in seruitutem] Ergo ex constitutione Claudii omnes ingrati potuerunt in seruitutem reuocari? caue putes, neue temere assentiaris Suetonio; qui rem certa conditione concessam laxè & *περιεϊσως* enunciat. Vnus enim tantum est casus quo libertus redigitur in seruitutem patroni, ex hac constitutione Claudii: si delatores submiserit, qui patrono libertatis facerent quæstionem. Vide *legem V. Dig. De iure patr.*

Puteolis & Ostia singulus cohortes ad arcendos incendiiorum casus col-locauit] Sub Othone stationem habebat Ostiæ cohors septimadecima. Tacitus *histor. lib. I. Septimadecimam cohortem, colonia Ostiensi in urbem acciri Otho iusserat.*

Ciuitatem Romanam vsurpantes] *Attianus Dissertationum Epicteti libro tertio cap. XXII. οἱ τῆς Ῥωμαίων πολιτείας καταψυδόμενοι. κατὰ ζήτη-ται πικρῶς.*

Provincias Achaïam & Macedoniam, quas Tiberius ad curam suam trans- uerat] De Achaia in rebus Tiberii dubitanter narrat Dio *lib. LVII. καὶ γὰρ ἡ Μακεδονία, ὡς δὲ πρὸς φασί, καὶ ἡ Ἀχαΐα, ἀκκληρωτῆι προσωτάσσοισι.* Semper autem *Dioni ἀρχοντες κληρωτοὶ* dicuntur, quos populus ad regendas provincias suas mittebat: *αἰρετοὶ ἀρχοντες* quos princeps suis præficiēbat. Causam earum appellationum explicat ipse diligenter *lib. LIII. Sic igitur in Claudio constitutionem hanc illius exponit, τὴν τε Ἀχαΐαν καὶ τὴν Μακεδονίαν αἰρετοῖς ἀρχόνσιν ἐξ οὐσῶν ὁ Τιβέριος ἤρξῃ δι-δομένας, ἀπέδωκεν ὁ Κλαύδιος τὸ τῶν κληρῶν. factum anno DCCXCVII.*

Sedentes in senatu] Notum loquendi genus, quod obseruamus etiam apud Græcos. *Lucianus περὶ ὀρχήσεως, καταβάς γὰρ εἰς τὸ μέσον, ἐν τῇ βελῆϊ Νοσοστρατικῶν μέσῳ ἐκαθίστητο. Aristophanes pro eo dixit ἐν βουλευ-τικῶ, isto versu in *Auibns:**

Καὶ δ' ὄρῃ αὐδρα τῆς γυναῖκος ἐν βουλευτικῶ

Sic alibi *in equire spectare*, pro sedere in equestribus.

Druidarum religionem apud Gallos dira immanitatis penitus abo- leuit] Hoc est edicto insit aboleri exerceque vetuit. Sed non obtinuit Claudius. Nam multo post scribit *Tertullianus Apologetico. Ma- ior ætas apud Gallos Mercurio profecatur.* Sic in Africa aliisque locis vetitæ à Romanis *ἀθρωποθύσια*, nihilominus tamen longum tempus in occulto perseuerarunt, vt præter *Cypriani magistrum* alii patres scripserunt nec silet *Porphyrus.*

Cap. XXVI. Plautiam Virgulaniam] Amplexi sumus lectionem quam

quam ex libro veteri profert *Torrentius*: cuius clara vestigia in eod. Pithœi, in quibus scriptum vacillante manu hic quidem *Vrgulanillam*, mox vero *Ergulanillam*. in Viterb. scriptum liquido *Herculanillam*: sed, quod manifesto apparet, *ca. Nuptias oportet* & nam prius aliter exaratum fuerat principium eius dictionis, & quidem vtroque loco. In regiis exemplaribus duobus *Ergulanilla*: in tertio *Herculanilla*.

Quatenus sibi matrimonia male cederent] *Quatenus* scriptum in Mss. nō *quatinus* vt præcipit *Festus*, & scribi obseruauimus in antiquis *Iuuenali* membranis, quarum copiam nobis fecit *V. CL. & amicissimus Dionysius Gohofredus Iuriconsultus*. eandem scripturam constanter seruata in veteribus libris *Pauli Diaconi De gestis Longobardorum*, & aliis non nullis notare inter legendum meminimus. At apud *Florum* & alios non paucos non minore constantia *quatenus* pro quoniam, exaratum reperias.

Subornauit proximo senatu qui censeret cogendum se ad ducendum eam uxorem] Plane istum *Claudii* mimum multis post seculis retulit *Michael Imperator*: qui vxore mortua cœlibatum initio professus, mox in *Euphrosynæ* virginis *Christo* deuotæ amorem pellectus, ne leuitatis notam subiret, subornauit qui cogendum Imperatorem censeret ad ducendum vxorem. Vrgere igitur senatus: ille recusare & abominari. quid multa? vix tandem multis senatus precibus exorari se passus Imperator est. *Lege Cedronum*.

Dandamque ceteris veniam talium coniugiorum, qua ad id tempus incesta habebantur] Non est dubium, ante hanc constitutionem *Claudianam* incesta *Romæ* esse habita coniugia, siue patruum cum fratris filia, siue auunculi cum fratris sorore. vtriusque coniunctionis eadem est & par ratio. neque sunt audiendi qui tradunt illa quidem fuisse permissa, at non ista. hæc quoque *Claudii* constitutio non diu obtinuit; hoc est non ultra *Nernam*. de quo scribit *Xiphilinus* è *Dione*: *ἑνομοθέτησεν δὲ ἄλλα τὰ καὶ οὗτὶ μὴ ἐννοουμένους πρὸς τὰς ἀδελφίδων γαμήν.* constitutiones cum aliis de rebus fecit, cum de non castrandis maribus, & ne fratris filiam ducere vxorem liceret. atque hunc *Dionis* locum opportune suggestit mihi *Fridericus Oueni Guntherus*, adolescens Germanus: quem præstantissimi viri *Ioannis Caselij* commendatio quum mihi primum

erum conciliasset; sua mox virtus & eruditio charissimum reddiderunt.

Cap. XXVIII. *Nec minus Felicem*] Claudium Felicem, qui & Antonius Felix in quinto *Historiarum Tacito* dictus. notus homo è facta *Astorum* historia, *Iosepho*, aliis.

Trium reginarum maritum] ad amores vagos Felicis eruditi homines referunt. ita simile fuerit illi de Iulio Cæsare, *omnium mulierum virum fuisse. at maritum* heic Suetonius ait, non virum. hoc igitur sine dubio significare voluit, pullo huic Veneris tres diuersis temporibus nupuisse regio sanguine ptognatas mulieres. Drusillam Iudæam Agrippæ regis sororem ductam in vxorem à Felice, *Iosephus* narrat *lib. XX. Antiquit.* Sunt qui existiment de altera eiusdem vxore loqui *Tacitum, in quinto Historiarum* sic scribentem: *Antonius Felix, per omnem sauitiam ac libidinem ius regium seruili ingenio in Iudæa prouincia exercuit; Drusilla Cleopatra & Antonij nepte in matrimonium accepta: vt eiusdem Antonij Felix progener. Claudius nepos esset. neque potest dubitari quin vera sit hæc sententia: nisi probetur Agrippa Magnus præter Cypron Phaseli filiam, alteram quandam vxorem habuisse, Cleopatrz & Antonii filiam: quod nemo veterum opinor scriptum reliquit.*

Ac super hos Polybium à studio] *Seneca consolatione ad hunc ipsum, cap. XXIV: eum animum esse tu credi fratris tui, vt te velit abducere ab occupationibus eius, id est, à studio & Cæsare sed de huius ministerio in aula Claudii vide ibidem cap. XXVI.*

Questoris prætorisque ornamentis ornari libenter passus est] Scribe è Memmiano & pluribus aliis, *honorari libens passus est.*

Cui spectacula publice edendi ius tribuit] Id enim iuris promiscui non fuit, sed ratio census habita: extat namque apud *Tacitum* *Senatusconsultum*, quo *cantum ne qui gladiatorium munus ederet, cui minor quadringentorum millium res esset. lib. IV Annalium.* Spectata etiam persona: neque enim id fuit libertini generis hominibus permissum, saltem in Vrbe, vt declarat hic locus: neque alias vilibus hominibus, vnde illa indignatio duorum æqualium poetarum *Iuuenalis Satyra III:*

*Quondam hi cornicines, & municipaliu arena.
Perpetui comites, notaq; per oppida bucca;
Munera nunc edunt.*

& *Marrialls,*

*Dus gladiatores futorum regule cerdo:
Quodque tibi tribuit subula, fica rapit.*

Cap. XXIX. *Hic ut dixi, vxoribusque addictus*] Non placet quod quidam existimant, reiiciendas esse voces, *ut dixi*: respicit enim sine dubio quæ scripsit ante *capite vicesimo quinto*. huc pertinet quod elegantissime *Philostratus* ait, de Claudio loquens *in vita Tyanæi libro quinto*. ἀλλὰ καλεῖται θηλικός, δεὸν πολλά μισρακίωδη ἔπαθε καὶ μηλοβάλον γυνάϊος πλὴν ἀρχὴν ἀπῆκεν. Et iterum paullo post, ἐπιγόν τὸν χρυσὸν κλαύδιον ὡς ἐπὶ γυνάϊων ἐμβροτηθεὶς, ἐπελάθετο τὸ ἀρχεῖν, ἀλλὰ καὶ τὸ ζῆν. venustissime etiam *Iulianus*: qui Claudium absque vxore & libertis suis ait esse instar earum personarum quæ in fabulis mutæ introducuntur. id enim *δουροφόρημα*, Græci vocant in hoc prouerbio. ἐπεὶ γὰρ αἰτ ἐπιγόνων δὴχα τοῦτ᾽ ἢ τῆς τετραγῶδας τὸ δουροφόρημα μικρὸν δέω φάσαι καὶ ἀψυχον. simillime *Plutarchus* in *extremo Alexandro*, Arridæum, qui mortuo illo aliquandiu aliis, sibi nunquam rex fuit, *δουροφόρημα* regis maiestatis vocat, quasi dicas simulacrum & mutam imaginem. ἦν γὰρ, inquit de *Perdicco*: loquens, ἐκείνῳ δίδως ἐν δυνάμει μερίστη, τὸν Ἀρριδαίου ἄσπερ δουροφόρημα τῆς βασιλείας ἐπιτελούμεν. apud *Athenæum* & *Lucianum* *δουροφόρημα* idem valet ac κατὰ τὸν πρῶτον.

Datorum officiorum codicillos] Principes enim officia deferrebant, missis traditisue codicillis. Postea adiecta sunt codicillisetiam insignia, de quibus multis locis *Iustinianus* in *Novellis* & affatim in *Notitia veriusque Imperij*, & in eorum temporum historicis persæpe. Græci interdum Latina voce vtuntur, & κωδικίλλους vocant, vt *Arrianus* in *Dissertationibus Epicteti libro tertio capite nono*: interdum *πινακίδας*. Sic accipi ea vox debuit apud eundem *Arrianum* libro primo cap. X. vbi de quodam loquens qui ab exilio reuocatus & Romam tendens, in itinere Epicteto affirmaverat, se pedem nunquam in aula positurum, οὐκ ἔν, inquit, πῆποιησι; πρὸς ἐλθεῖν εἰς τὴν Ῥώμην ἀπὸ τῆσιν αὐτῷ φησὶ. Καίτοις πινελίδες, ὃ δὲ λαβὼν πάργων ἐκέλευον ἐξέλθετο, καὶ λοιπὸν ἐν εἴ. ἐνὸς ὀπισσώ-

ρευκαρ.

φουκαρ, *Synefius epistola quadam ad fratrem*, ματα τὸν ἡμερώτατον καὶ φιλοσοφώτατον Πινυάδιον τῆς πινακίδας, ὡς ἡ πολιτεία σύνδημα ποιῆται τῆς Αἰγυπτίας ἀρχῆς, Ἐυδάλιθ' ὁ Ἀσθραυὸς ἔχει λαβάν. *Sozomenus libro VII cap. XXIV.* Νήλους vocat. *Et libro IX cap. VII* cum ait ὡς θεοὶ θέλτουσιν αὐτὸν πᾶσι στρατῶν διατάξεις ἐκτέρας. *Cassiodorus non semel chartas. Suetonius in Vespasiano cap. VIII literas. Symmachus epistolarum libro secundo, facras literas.* Ita accipienda vox γέμματα apud *Herodianum libro primo hoc loco*; ἐγκειμένων δὲ ἤ' ἀπ' αὐτὸν στρατιῶτων, ἐκ ἐπιμὴν τοῖς φίλοις ἐδὲν ἐκπορώσατο, ἐκπέμψας δὲ γέμματα, καὶ διανείμας οἷς ἰδοκίμασι τῆς ὄχθης Ἐἴστρι τῶν πείνοιαν, πρῶταξας τὶ αὐτοῦς ἀρχὴν τῆς ἡ' βαρβάρων ἐπιδεμαῖς, ἐπαγγέλλει τῶν ἔξοδον. *Doctissimus Politianus interpretatur*, literas Romam missas à Commodō: nos putamus codicillos intelligi quibus varia variis officia mandavit Commodus, cum exercitus suos ordinaret, quos erat mox relicturus. Ad huiusmodi codicillos dignitatum alludens *Basilus in homilia de hominis fabrica* οὐ μόντοι, inquit, ὧδ' θεῶν ἔλαβες οὐκ ἐξ ὅλου γεγεμμένον, ἐδ' ἐν πλυξί φαρμαῖς σπῆτων ὠδραλώμασι (ἀρχῆς ἐξουσίαν) ἀλλ' ἀνάγεσθαι τὴν οἷος ἔχει τῶν δέειν φωνήν, Ἀρχήτωσαν. Sic literis missis traditisque dignitatem adimebant, vt apud *Zosimum lib. IV. de Valentiniano Arbogastem exauctorante*, δίδωκεν αὐτῷ γέμματα τῆς ἀρχῆς ὠδραλῶντα. Unde est, *epistolam vel codicillos ab aliquo auferre*, pro exauctorare & dignitate spoliare vt in *lege XX Cod. Theodof. De decurionibus.* in historia veteris Ecclesie διαπέμπειν καθαιρετικῶν hoc sensu non raro legere memini.

Cap. XXX. *Auctoritas dignitasque forma non defuit vel stanti vel sedenti*] *Eginhartus de Carolo Magno*; unde *forma auctoritas ac dignitas tam stanti quam sedenti plurima inerat.* *Rademicus de Frederico I Imperatore*: *Tali corporis forma & dignitas & auctoritas tam stanti quam sedenti acquiritur.* Porro *dignitas forma* in viro idem quod pulchritudo in femina, vt obseruat *Agretius* è *Cicerone* pro *Cœlio*: atque ita *Iacobus Cuiacius* interpretatur *dignitas certa* apud *Papirium Iustum leg. pen. D. de decurionibus* *Velleius Paternulus* de *Pompeio*; *Fuit hic forma excellens, non ea qua flos commendatur atati, sed ex dignitate constanti.*

Optimū cernicibus] Quod signum esse hominis ἀειδίτου consentiunt

nnn 2

tiunt

tiunt omnes *πρὸς φυσιογνωμονικῆς* auctores, & confirmat vnice hoc exemplum.

Cap. XXX. *Præterea lingue titubantia, caputque tremulum*] Adde & manus ex *Dione*: qui linguæ titubantiam ex tremore capitatis profectam scribit: τὸ δὲ πῶμα, inquit, νοσῶδης, ὡς τὸ καὶ τῆ κεφαλῆ καὶ ταῖς χερσὶν ἰσχυόμεν, καὶ διὰ τὸ καὶ τῆσ φανήματι ἐσφάλατο.

Cap. XXXII. *Vt plerumque sexcenteni simul discumberent*] *Mernianus* corrupte *Sestoni*. mihi non displicet *Iussi Lipsii* coniectura *sexageni*. maxime propter vocem *plerumque*. neque enim fit mihi verisimile *Claudianis* plerisque conuiujs tantam interfuisse turbam.

Flatum crepitumque ventris in conuiuio emittendi] Ita *Viterbiens.* non *efflatum*, vt vulgo: cod. *Lisli*, & *flatum*. Vere autem docuit ad *Catullum Scaliger* ex *Cicerone* & optimo *Glossario*, *flatum* hunc proprio nomine *visionem* Latinis dici, & τὸ βῆν *visire*, vel *visire*. probat hoc ipsum veteris commentatoris elegans & acuta nota ad *Horatii* ista verba in *Arte*. *Quamuis est monitus*. hic scribit ille, *Quamuis est*, pro *quamuis fit*, propter *catemphaton*: vt *Maro*, *quamuis fit rustica Musa*. Plane *catemphaton* quod intelligit vetus hic magister, est eiusmodi quale *Cicero* notat (*lib. 9. ad fam. epist. 22.*) in voce *diuisio*. quorum neutrum aliequetur qui veterem hanc vocem ignorauerit.

Cap. XXXIII. *Pinna in os inderetur ad exonerandum stomachum*] Fit hodie & factum olim. Apud *Suidam* scriptum ex *Aristophanis* *sebolis*, εἰώδασι οἱ δυσμῦντες πτερὰ χερῶν ὡς τὸ ἐχέρας ἰμίου. *Galenus* & alii *Græci* medici, πτερῶν καὶ δασεῖς ἑμῶν πτερύξων τὴν ἰατρῆν. vide ad *Athenæum* *lib. XI cap. X.*

Solium etiam in gestatione ludere] Falluntur qui occasione loci cuiusdam è *Prosperi Chronico* legendum suspicantur *gestatione ludere*. non *in gest.* Nam auctoris hic nostri non minus scriptura liquida & certa, quam mens plana & aperta. *In gestatione* est, interea dum gestaretur, vel in ipso gestamine. ludere autem in gestatione nihil vetabat *Seneca epist. XV. Gestatio & corpus concutit, & studio non afficit: possu legere, possu dictare, possu loqui, possu audire.* idem *epistola XXIX. ostendit mihi lepidum philosophum Aristonem, qui in gestatione disserabat.* Pessime hic codices nonnulli, *in gestatorio.*

Cap.

Cap. XXXIV. *Pœn.que parricidarum representabat*] Hoc est sine dilatione exigebat. *Valerius Max. lib. VI. cap. V. cum liceret culpam vel dissimulare veberore defendere: pœnam tamen representare maluit, ne qua fraus fieret iustitia.* Ab hac mente interpretor in Apologetico Tertulliani, *potestatem representantem*, potestatem representandi pœnas contemptorum Imperatoriæ maiestatis. Verba doctoris Africani sunt: *Maiore formidine & validiore timiditate Casarem observatis, quam ipsum de Olympo Iovem.* Et merito, si sciatis. *Qui enim ex vivis non cuiuslibet mortuo potior? Sed nec hoc vos ratione facit, potius quam respectu representantem potestatis.* Idem libro De patientia: *Non illi saltem civitati qua eum recipere noluerat iratus est: quum etiam discipuli tam contumelioso oppido caelestem ignem representari voluissent.*

Et meridie dimisso ad prandium populo perfederet] *Διο, τοῦ ἡμετέρου τῆς Διᾶς; Ἐξ τῶν οὐκ ἀπὸ τῆς ἀρετῆς ἡγεμονοῦντων ἡδιστα ἐδωκεν.*

Si autem uerum, vel pegma, vel quid tale aliud parum cesserit] *Petro Fabio placet alicui pro aliud, quid si ita? tale aliquid alicui.*

Induxit & unum ex nomenclatoribus suis, sic ut erat rogatus] *Legosificat erat, rogatum.*

Cap. XXXV. *Nisi explorato prius cubiculo*] *Viterb. scrutato prob.*

Cap. XXXVI. *Fodum in modum trepidus ad castra confugit*] *Facitus, XI A. 33: trepidabatur nihilominus a Casare: quippe Gera pratorij prefecto haec satis fidebat ad honesta seu prava iuxta tenui.*

Cap. XXXVIII. *Repente tantum non satisfaciens veniam modo dedit*] *Magnam & nos librorum varietatem hic offendimus. Viterb. & Lislæi satisfaciens mo. u. d. Pithœi, rep. tantum non satisf. v. m. d. Alii tantum modo satisf. veniam dedit. ego probem cum Torrentio tantum non satisfaciens modo veniam dedit. non dissimilis illa ad eisdem. Ostienses oratio, quæ cap. XL. refertur, nihil habere se vociferatus est, quare eos demereatur: si quem alium & se liberum esse. neutrum principi conveniebat, neque hæc oratio, neque superius factum. Satisfacere est vultu gestuque ad humilitatem composito delicti veniam petere. ita hic Suetonius accipit: ita alii, & ita etiam in his libris alio loco. Sic accipe in isto Martialis argutissimo disticho:*

Nil in te scripsi Bithynice: credere non vis,

Et iurare iubes: malo satisfacere.

Lulit elegantissime in ancipiti significato vocis *satisfacere*. Amici offensa tollitur duobus modis: vel si fecisse negemus: vel si factum exculemus, & peccatum nobis condonari suppliciter precemur. Bithynicus Martialem iurare voluit non esse factum à se quod ille arguebat. recusat poëta iurare, & ait *malo satisfacere*. potest intelligi malle illum, vt hominem religiosum, deprecari culpam quam iurare. at ille sentit, paratum se potius fateri id cuius arguebatur.

Cui index erat μωρῶν ἀπάσις] Multi codd. quibus consentit Viterb. ἰπαράσις. At interpretamentum eidem codici manu veteri appictum ad oram, *stultorum exultatio* indicio est lectum fuisse in quibusdam libb. ἀγαλλίασις: sed fortasse verius scriptum fuisse *exaltatio* qua voce imperitus aliquis linguæ Græcæ vocem ἰπαράσις voluerit exprimere, quæ conspirationem significat.

Argumentum autem stulticiam neminem fingere] Puto legendum, *stulticiam stultum nem. fing.*

Cap. XXXIX. *Μετρωείαν καὶ ἀβλεψίαν*] *Theophrastus ἀναιδυσίαν*, vocat. nam plane *ἀναιδυσίαι* Theophrasteæ exempla sunt quæ hoc loco commemorantur. quare merito irrita illa olim siue *Seneca* siue *Neronis* orationis pars; quæ laudabatur *providentia sapientiaque Claudij*, vt refert *Tacitus* initio libri XIII. Idem magnus scriptor *obliuionem* vocat in fine XI, quam *Suetonius μετρωείαν καὶ ἀβλεψίαν*. vocem *ἀβλεψία* vsurpat & *Seruius*: apud quem sic lego, *ad libri octavi Æneid versum, Primum inis bellum*. Notat ibi *Seruius*: & scienda est poëta affectatio; nam *ablepsiam nefas est dicere*. Non multum differt ἀπό τῆς μετρωείας quam vocant iidem Græci ἰμβροπσίαν: cuius datur hoc exemplum ab *Ashanasio*: medicus ad ægrotum ex vulnere vocatus ubi venit ὃν μὲν χᾶεν εἰσῆλθε πομπῆ, ἐπὶ δὲ ἄλλων, ὃν οὐκ ἔστι χρεῖα αὐτῷ διαλύσαι. In *Suetonio* scribe cum *Memm.* & aliis *μετρωείαν* & *ἀβλεψίαν*. non καὶ.

Occisa Messalina, paullo post quam in triclinio decubuit, cur domina non veniret, requisivit] Scribo paullo post, cum in triclinio decubuit, aut decubuisset. paullo aliter narrat *Tacitus* XI A. 38: *nuntiaturque*, inquit, *Claudio epulanti perisse Messalinam, non distincto, sua an aliena manu, nec ille quaesivit, poposcitque poculum, & solita conuiuio celebravit.*

erat. profus contraria videtur dicere Suetonio, qui requisitant Messalinam à Claudio scribit: cuius rei causam ipse assignat stuporem hominis incitum: sed videamus ne verior causa sit, amoris, nondum penitus extincti, impatientia: nam idem plane accidit Herodi Magno: principi nihil minus quam *μετώρη καὶ ἀναδότην*, cum uxorem suam Mariam occidisset. *Iosephus Originum lib. XV cap. XI. τοσούτον*, inquit, ἤτις το σὺ πάδους, ὥς αὐτὸν ἦδη χαλεπὸν πῦρ Μασσαίμην παρὰ τῆς ἑσπέρης, ὥς ζῶσαν ἔπαι καὶ δυναμένην ἰσακύνειν.

Postero statim die, & in convivium & ad alea ludum admoventi insit.] Probamus hanc lectionem quorundam Mss. vetestatur etiam *Vrsinus*. Tamen in plerisque est *concilium*. *Dio* simpliciter verbo ἐπιζητήν hoc ipsum significavit, & causam simul adiecit: nam hoc illi solitum evenire quoties metu perculsus, aliquem repente in illa subita animi perturbatione duci iussisset: *πολλὰς* inquit, ἑξαπινάως ἐκπαλαίως καὶ κελύουσ πνὰ ἐκ τῆ ἀφελήμα φελοῦς ἀπολίδαι, ἔπειτα ἀντιγῶν καὶ ἀναφροσύνας ἐπιζητεῖ τε αὐτὸν, καὶ μαδὸν τὸ γῆρας, ἐλυπεῖ δὲ τε καὶ μετερίσκει. Est & apud *Tacitum* similis ex parte historia initio libri XI: *Messalina* inquit, *ad perniciem Poppæ festinat, subditu qui terrore carceru ad voluntariam mortem propellerent: adeo ignaro Cesare, vix paucos post dies epulans apud se maritum eius Scipionem percontaretur, eum sine uxore discubisset.*

Non cessavit omni oratione filiam & alumnam & in gremio suam atque educatam predicare.] Quid hoc stultius, aut magis absurdè poterat dici? nam qui nuptias appetunt personarum sibi coniunctarum, id potius agunt, ut cognationem dissimulent, aut penitus negent. at *Claudius* tam fatuus fuit, ut *Agrippinam* subinde filiam & alumnam appellitans, suæ avaritiæ & flagitii circumstantes sedulo admoneret. Filia nuptias appetere, nefas est omnium maximum: proximum huic, alumnae, quæ quidem filiae γυνάως loco fuerit habita. Imperatoris *Iustiniani* sunt verba: *Nec enim homo sic impius invenitur, ut quam ab initio loco filiae habuit & eam postea in suo collocet matrimonio: vide legem XXIV Cod. De nuptiis.* Legendum vero est *in omni oratione* cum *Memmiano* codice, & optimo quoque *non oratione.*

Cap. XL. Unde solitus esset vinum olim & ipse perire.] Nihil dici potuit ineptius aut indecentius. nam imprudens existimationi suæ hac oratione plurimum detrahebat *Cæsar*. Quippe apud veteres

terres vilissimorum tantum hominum fuit è taberna vinum petere, non è cella sua. *Cicero in L. Pisone* : *pistor domi nullus, nulla cella panis & vinum à propola atque de cura.* *Plutarchus in Timoleone*, loquens de Dionysio iuniore Corinthi in summa tenuitate post amissam tyrannidem, degente : *ἐδὲν γὰρ ἐπὶ φύσιος ὀπίτε καί οἱ, ἐπὶ τέχνης, ὅσον ἐκείνο τέχνης ἔργον ἐπαδείξατο, τὴν Σικελίας ἄλιον ἐμαρτυροῦν τὴν γεννόν, ἐν Κολίνδῳ διατείνοντα πρὸ τῶν ὀψώπων, ἢ καθεύοντων ἐν μωροπαλίῳ πίνοντα κωροζόμενον ἀπὸ ἧσὶ καλλιείων.* Hic locus Plutarchi, & quid sit *vinum de cura* apud *Ciceronem*, explicat; & quam in fuisse *Claudius princeps* hæc de se verba apud senatum fecerit. Aliud est *petere vinum de cuppa* apud beatum *Augustinum libro nono Confessionum, capite octavo.* Vide locum.

Quid? ego tibi Theogonius vider & λογίατα?] Scribe cum *Pithœi* libris *Telegennius*. Inter gontes Romanas fuit & isto nomine vna. Lapis vetus, cuius mihi testis & index *Iosephus Scaliger*, DIs MANIBVS C. TELEGENNI OPTATI. *non dubito*, inquitbat idem *Scaliger*, quin hæc vera apud *Suetonium* lectio. Fuit autem *Telegennius* hic notæ aliquis fatuitatis homo per illa tempora. Græca vox in *Viterbiensi* non erat, sed adscripta est in margine hæc interpretatio, *dic & loquere*: vnde pronum diuinare lectum sic olim fuisse λέγει καὶ εἶπε, quod huic loco optimè videtur conuenire. Quid enim inoptius quam habere semper in ore λέγει καὶ εἶπε. sic in *Æschilo* videt *Aristophanes* ἦ καὶ κατήχομαι, & κλύειν ἀκῶσαι. At *Memmii*, *Pithœi* & *Groslotii* libb. expressissima seruant vestigia eius lectionis quam pridem vulgavit *Turnebus*, λέγει καὶ μὴ διγγάνει, *loquere & noli tangere*. Non prætermittam lectionem veterum quarundam editionum, in his *Rob. Stephani* longissime à superioribus omnibus recedentem, & ἀδιδί τε ἀληθῆ δαμά, forte pro ἀληθῆ θ' ἀμα.

Pertinaciter liberalibus studijs dedito] *Philostratus libro quinto* loquens de *Claudio*, *παιδείας δὲ ξυμπάσης ἰδόνκει ἔργον.*

Cap. XLI. *Ægre perlegit refrigeratus à semetipso*] *Frigus & fauor contraria sunt*: vt fauore excitatur studium, ita frigore minuitur. Inde *refrigerari* καυνοπραπῶς dictum *Suetonio* pro frigore & parum secundis acclamationibus excipi. In *vita Lucani* legitur, *Lucanus ægre ferens recitante se subito ac nulla nisi refrigerandi sui causa indicto senatu cum recessisset* *Nero*, neque verbis aduersus principem

neq;

neque factis extantibus temperavit. Vocem frigus ita usurpat Seneca pater controuersiarum libro secundo: In hac controuersia Triarius dixerat: non scies an exores nisi ultimus dies venerit: quoad ulecebit perseuerabo. Deinde cum scholasticorum summo frigore: & tu quisquis es carnifex, cum stricam sustuleris securim, ante quam ferias patrem respice. In omnibus quas videre licuit editionibus scriptum est fragore: sed frigore asserimus nos ex vet. codd. Quid autem appellet Seneca frigus declarant quæ statim sequuntur, belle deridebat hoc Asinius Pollio. Nec alienum est ab hoc loco, quod notant Græci Grammatici, οἱ ἀρχαῖοι, inquit, τὰ μὲν ἀνδρῶν καὶ λυπηρὰ ἀπὸ τῶν ψυχρῶν ἀνόμεσσι. τὰ δὲ ἴδια καὶ περὶ ἀπὸ τῶν θερμῶν. At apud patres & scriptores alios Ecclesiasticos voces refrigerium & refrigerari contra, in bonam partem aliquando accipiuntur: imitatione uidelicet Euangelistarum. Apud Iosephum *Αλωσ. lib. II.* ψυχρὸν valet tardare alicuius studium & impetum. τὸ εἰς ψυχρὸν πλεονεξίας, hoc modo refrigerata est Flori auaritia.

Sed & transit ad inferiora tempora] Corruptum hunc locum docti viri suis emendationibus: quibus nullum locum esse, itaque legi debere ut est in omnibus libris, statim intelligent, ubi ad illa verba quæ mox sequuntur, oculos mentemque adiecerint, Prioris materia duo volumina, posterioris unum & XL reliquit. Ad posteriores historias pertinet hic corruptissimus apud Priscianam locus, libro sexto: cancer ventrum etiam inuenitur, sed quando morbum significat. Claudius IV historiarum, ut videret ne respueret, verminaret literis addiualiu, quod verminatione ad cancer peruenerit. Diuinabam, lateris ulcus in alis.

Novas etiam commentus est literas tres] Pete lucem isti Suetonii loco ex Lipsii commentariis ad librum XI Annalium Taciti, ubi auctor ille hoc ipsum narrat. Sed labitur ille vir eruditissimus vehementer, cum eodem loci verba hæc Taciti contendit tantopere esse corrupta. Quippe fama est Cadmum classe Phœnicum vectum, rudibus adhuc Græcorum populis artis eius auctorem fuisse. Quidam Cecropem Atheniensem, vel Linum Thebanum, & temporibus Troianis Palamedem Argium memorant sexdecim literarum formas, mox alios, ac precipuum Simonidem, ceteras reperisse. Negat vir doctus verum esse, Palamedem sexdecim literas inuenisse, quare locum varie instituit emendare. nos scimus numerum literarum à Palamede inuenta-

rum varie tradi à veteribus: neq; in verbis *Taciti* quicquam omnino esse mutandum. Extat *Gorgiæ* veteris rhetoris pro *Palamede* oratio, in qua literarum inuentor ἀπὸς prædicatur *Palamedes*: obsecro, an propter literarum trium aut quatuor, ut aiunt quidam, formas excogitatas? non sane: sed sequitur declamator ille auctores qui maximam literarum partem ab eo inuentam memoriam prodiderant: eisdem dubio procul & *Tacitus* est secutus, & cum *Facito* alii multi, atque adeo fere omnes. *Cedrenus*: ὁ Παλαμίδης ἔυρε καὶ τὰ ἰς γράμματα ἔ ἀλφαβήτου, α, β, γ, δ, ε, ζ, η, θ, ι, κ, λ, μ, ν, ς, σ, ς, σ, τ, υ. *Ioannes Tzetzes chiliade quinta Historici*: ὁ Παλαμίδης ὁ ἦδε Ναυπλίη καὶ Κλημῆνης λέγει τὴν παράλληλον ἐφεστῆς γραμμάτων, γραμμάτων ἢ ἐκχρόδου. *Idem chiliade duodecima*: Λέγουσι καὶ οἱ Σύμπαιτες εὐρεῖν τὸν Παλαμίδην, ὃ τὰ εἰκοσι πέντε γράμματα καὶ ἑστῆτα, μόνον ἢ ὅσα πάντων δεκάξ. Ecce constanter ait sexdecim literas inuentas *Palamedis*, itaque omnes tradere. Reperi & qui septemdecim illi tribueret: *vetus Euripidii scholiastes ad Orestem*: τὴν ὁ Παλαμίδης λέγει τὴν ἐννεάμωρον καὶ γράμματα μὴ πῶ τότε ὄντα. nisi scribendum eo loco ἰς.

Cap. XLII. *Cum utroq; inquit, sermone nostro sis peritus*] *Memmii*, *Pithæi* & *Lisæi paratus*.

Ac sepe in senatu legati perpetui oratione respondit] Græce nempe, ac fortasse, ita scribendum, *legati Græce perper. or. resp.*

Καρχηδονιακῶν ὄκτο] Reperto in Græcorum commentariis ut apud *Stephanum De urbibus*, & in *Etymologico magno*, laudatum *Julium Claudium* qui scripsit *Φοινικικά*. quæ licet interpretari *Punica*, id est: *Καρχηδονιακά*. an igitur hic est *Claudius Imperator*? an aliquis potius qui per manumissionem id nomen sit nactus?

Veteri Alexandria Museo alterum additum ex ipsius nomine] Omnino ita scribendus hic locus & ex libris, & ex historia. *Museum* (vel *Musium* ut scribitur in antiquis libb. & hic & apud alios) *Alexandriæ* appellatum est collegium doctorum virorum, qui publico sumptu ibi alebantur, ut literarum studiis vacarent. *Philostrophus in vita Dionysii Milesii Sophisti*: Ἀδριανὸς συνέστησεν αὐτὸν ἀπέφηνεν ἐκ ἄλλων ἔθνων. κατέλεξε ἢ τοῖς δημοσίαις ἰσχυροῖς, καὶ τοῖς ἐκ τῆς Μουσίου σπουδαίοις. τὸ δὲ Μουσίου τὸ τελεῖται Αἰγυπτία ξυγκληθεῖς τοῖς ἐκ ἀσπυρῆ καὶ ἑλλογίμοις. *Idem in Polemone* κατέλεξε ἢ αὐτὸν *Hadrrianus*, καὶ τῆς Ἐπιστολῆς κώκλας ἐς τὴν Αἰγυπτίαν ὅτι πον. *Dio Chrysostomus in Oratione Alexandriae habitæ*, ἀλλὰ μάλλον εὐεπίδω μμῶδ' ἔτω λέγοντα, μὴ παυσώμεν τὰς χάριτας μῖσους αἰαμ.

αδελφούς. ἄλλαν Συζυγίαν. ἵνα μὴ τὸ Μουσεῖον ὑμῖν ἄλλως ἢ) δὲ κῆ, τότ' ἐν τῇ πόλει, καθάπερ οἶμαι καὶ ἄλλοι τόποι μάτρω προσεγραφότων, τὸ πρῶτον μὴ ἔχοντες μετὰ Ἐὐνομαίῳ. Musei huius institutio antiquissima est: ac videtur à Ptolemæo Philadelpho, qui Biblia Græce vertenda curavit, & bibliothecam illam admirabilem comparavit, institutum: redacta vero Ægypto in provinciam formam, non minore liberalitate doctos ibi Augustus, Tiberius, cæterique principes foverunt. Strabo: τῶν ἢ βασιλείων μέρῳ ἐστὶ καὶ τὸ Μουσεῖον ἔχον ἀπὸ πάλαι καὶ ἐξέδραν καὶ οἶκον μέγαν ἐν ᾧ τὸ ὑψίστιον τῶν ματεχόντων Ἐὐνομαίου φιλολόγων ἀδελφῶν. ἐστὶ τῷ Συνόδῳ ταύτῃ καὶ χρήματα κοινὰ καὶ ἱερεὺς ὁ ἐπὶ τῷ Μουσείῳ τεταγμένῳ, τὸ γὰρ μὲν ὑπὸ τῶν βασιλέων, νῦν ἢ ὑπὸ Ἐὐκαίσαρῳ. Extat & *Ugæi Apollonii* epistola missa, τοῖς ἐν τῷ Μουσείῳ ὑποφύει. Huic Museo alterum à Claudio adjectum *Claudium* est appellatum. Meminit ejus, quod sciam, præter Sueton. vnus *Athenæus libro sexto*, his verbis: Ἀντίδοτ' ἐν τῷ ἐπιγραφόμενῳ πρῶτῳ ἔργῳ ἀπὸ τῆς ἑνὸς ἀπὸ τῶν Κλαυδίων νῦν ὑποφύει, ὃν ἐδὲ μνησθήσεσθαι.

Cap. XLIII. *Britannicum artibus complexus, hortatus est ut crederet*] De Narcisso idem Tacitus (XII A. 65.) narrat: *Hæc atq; talia dixitans amplecti Britannicum, robur ætatis quam maturimum precari, modo ad deos, modo ad ipsum tendere manus, adolesceret, patris inimicos depelleret, matru etiam interfectores ulcisceretur.*

Ὁ ἔργος δ' ἐπέειχεν] Hæc scriptura est cod. Viterbienfis, & veteris Romanæ editionis. Memmii, Pithæi & Lisæi præferunt quod *Turnebus* vulgavit, ὁ βῶσας πείσει. Placet vero vnice quod *Petrus Victorinus* diuinavit ὁ βῶσας καὶ ἰάσει. prouerbum est oraculo natum, quod olim Telepho est editum. *Eustathius*: ὡς ἢ ὁ Τηλέφῳ τὸ τραῦμα ἔχον ἀθιγέσθαι λέγοντος χεῖρ. καὶ ὁ χρῆσιμὸς ἀνείπε τὸ θρυλλόμενον, ὡς ἀπὸ ὁ βῶσας ἰάσει. eadem verba apud *Lycophronis* Græcum interpretem.

Quando statua permissetet] Nam vt testatur ex *Dione Xiphilius*, Britannicus τῇ Ἐὐνομαίῳ ἀμύη καὶ ὑπὲρ τῶν ἐπιτῶν ἀφίμῳ ἠνθῆ.

Cap. XLIV. *Vbi autem, & per quem dato, discrepat*] Locum mortis Claudii nusquam reperio notatum. Vt *Taciti* narratio est, non Romæ, sed vel *Sinuessæ*, vel itinere quo *Sinuessam* pergebat, occisus, prima fronte videatur: sed attendenti quæ de *Agrippina* narrantur ibidem, mortuum Claudium in palatio non est dubium.

Quæ boletum medicatum amidissimo ciborum talium obuleras] *Boleti* per se non occidunt: ὑπὸ τῶν βολητῶν μόνων, inquit *Galenus*, ἐδὲ ἰσόμε-

ἰσότητι τεθνεώς. at Claudii bolētus medicatus fuit, vt omnes scri-
bunt. De hoc scribit *Proleptus Herphastionis* F. ὡς Κλαύδιον κύνσα ἢ μή-
τηρ, βολετῶν τὸς μύκητας ὀρθυμήσασα φάρμακῶν Κλαύδιου μύκητας πεφάρ-
μακωμένους φάρμακῶν ὀρθυίφω.

Cap. XLV. *Excessit III. Idus Octobris*] *Dio*, μετῆλλαξε τῆ τρίτη
ἢ δεκάτῃ Ἐκτωβρίου.

LXIV. *etatis*, *Imperii XIV. anno*] Vtrumque tempus diligen-
tius notatum est *Dioni*. Ζήσας ἐξήκοντα καὶ τέσσα ἔτη ἀνταρχήσας δὲ ἐπὶ
δέκα καὶ τέσσα, καὶ μῆνας ὀκτώ καὶ ἡμέρας ἕκοσι. *Iosephus* simillime, Τεττα-
τὰ Κλαύδιου Καίσαρ, βασιλεύσας ἐπὶ δεκάτεια μῆνας ὀκτὼ, πρὸς ἡμέρας ἑ-
κοσι. peccatum est ab *Alexandrino Clemente* in postremo dierum impe-
rii Claudiani numero, ἰσαίδοσιν αὐτὸν Κλαύδιον ἐπὶ 17, μῆνας ἢ, ἡμέ-
ρας καὶ. nam scribendum fuerat κ tantum non enim plures iuue-
nies à die cædis Caligulæ ad necis Claudii diem. ne mutemustamen
eam γερῶν, facit aliorum Græcorum in eo numero consensus, vt
Eusebii, apud quem etiam nouem menses falso pro ὀκτώ scribitur. &
Eriphanii, cuius verba Κλαύδιου ἐπὶ 17, μῆνας ἑννέα (ita scribendum)
παρ' ἡμέρας δύο. at *Theophilus*, ἡμέρας κδ. alii chronologi etiam lon-
gius à vero abeunt: quos misso facio. Tempus vitæ nec *Dio* nec
Suetonius exacte notarunt: quippe dum ambo ἀπαρηγοῦσιν, amba
veritatem deserunt. Sed hic fere *Suetonii* mos est, vt annum in-
choatum pro pleno numeret. quare malè ariolantur qui ex *Dione*
volunt scribi in nostro LXIII *etatis*. nam præter omnes veteres
codices tuentur vulgatam *Eutropius*, *Pænius*, & alii qui è *Suetonio*
acceptum eum numerum seruant. Vixit autem *Claudius* καὶ ἄλλοι
ἢ λογιζομένων annos L XII, menses duos, dies XIII.

Cap. XLVI. *Taliumque de celo monumentum Drusi patri*]
Aliter longe *Dio*, qui inter varia portenta quæ excessum Claudii
præcesserunt, ita huius meminit, ὃ, πὶ Κρητῶδες ὃ εἰς τὴν δορυφορεῖα Ἰα-
μῖα ἱμπερῶν. & fulmen quo cæca sunt militum prætorianorum signa.

Sed ipse nec ignorasse, aut d.] *Lege, Sed nec ipse quidem ign.*

ISAACI CASAVBONI
EN SVETONII TRANQVILLI

DE XII CAESARIBVS

Librum VI.

Animaduersiones.

Cap. I.



Vo facilius appareat ita degenerasse à suorum virtutibus Neronem] Placet scriptura Viterb. & Lislæi, Nero. ita & Memm.

Cap. II. *Ius sacerdotum subrogandorum à collegiis ad populum transtulit*] Quod postea Sylla mutauit, antiquata lege Domitia, quam extremo Ciceronis consularu Labienus retulit, annitente Cæsare. *Div lib. XXXVII.*

At in consularu Allobrogibus Aruernisque superatis] Errat Suetonius, ac duos Domitios patrem ac filium confundit, vt ratio temporum docet; ac pvidem momiti sumus à viris doctis, qui Fastos concinnarant.

Për prouinciam inuectus est] Viterb. & Lislæi *vectus est.*

Cui esset os ferream] Dieterium in homines impudentes iactatum: quos similiter Græci vocabant χαλκωσσωπῆς. *B. Chryso- stomus Aduersus Iudeos:* Ἄκου τί φησιν ὁ μεγαλοφωνότατος Ἡουῆς. Γινώσκω ἀπὸ (χληρὸς εἶ σύ. (σὸς ἤ λαὸν τῶ Ἰουδαϊκόν) καὶ νεύον Λιδηρῶν ὁ βασιλεὺς σου (τετέστιν αἰσμητῆς) καὶ τὸ μέγιστον σε χαλκῶν. τῶτ' ἐστὶ αὐαίχων. ἔγω γὰρ καὶ ἡμῖν ἐθῶ πάλλαις, τοὺς εὐρυθρήν μὴ εἰδότες χαλκωσσωπῶτους καλεῖν.

Catullus:

— *ruborem Ferreæ canis exprimamus ore.*

Legè Artemidorum libro primo, cap. XLIV.

Vir neque satum constans & ingenio truci] Hunc Cicero stultum appellat, ad Atticum libro VIII. *nec me M. Lepidi, L. Volcatii, Ser. Sulpitii comitum paniteret: quorum nemo nec stultior est quam L. Domitius: nec inconstantior quam Appius Claudius.*

Cap. III. *Is inter conscios Casariana necis, quamquam insons*

000 3

damna-

damnatus lege Pedia] *Causam eius contra Octavianum tuetur Antonius apud Appianum V. Εμφυλ. iure damnatum negans cum tempore necis Casareanæ nondum senatoria ætate esset. Ita accipio Appiani hæc verba: ἀνόρατος ὃ καὶ ἐπὶ πῶν ἀδελφάνων, ἢ δὲ ἦτορ αὐτοῦ κατ' ἑργῶ ἐπῆκται. εἰ γὰρ τῆς βουλῆς σὺ τότε μετέχεν.*

Cap. V. *Sed & in via Appia vico repente puerum citatis iumentis baud ignarus obtriuit*] Veteres libri consentiunt in hac lectione omnes. non absurda tamen recens viri docti emendatio, *repentem puerum*. Stabo nihilominus à libris, & fidem eorum potius sequar. Traiectio namque est vocis *repente*. quæ non cum verbo *obtriuit*, sed cum dictione *citatis* iungi debet. obtriuit, inquit, puerum citatis repente iumentis. vt videlicet puero non fuerit euitandi facultas.

Querentibus dominis factionum] *Scrib. que querentibus d. f.*

Cap. VI. *Nero natus est Antii post nouem menses quam Tiberius excessit*] Corrupti sunt hoc loco & Viterb. & Lislæi codd. qui legunt *natus est ante nonum mensem quam Tib. exc.* Et si autem *Torrentii* industriam in explicanda ea lectione plurimum laudo, non persuadet tamen ille mihi ita scriptum à Suetonio fuisse: imo vero falli *Torrentium* vt dicam *Χράφου Χράφου* nullus dubito. nam quæ ista ratio loquendi est, vt *natum ante nonum mensem quam Tiberius excessit*, dicat *Tranquillus*, quum velit intelligi *natum esse ultimo die noni mensis à morte Tiberii* diceret saltem ante decimum mensem. id si quidem verius. tot namque menses sunt à die XVI Martii qua Tiberius obiit ad XV Decembris, qua natus est Nero. nunc vero ante mensem ἀπὸς pro ultimo mensis die fuisse vnquam ab vilo probato scriptore dictum, nedum à Suetonio, cuius pura vbique & clara dictio est, ἢ μετρίως ἢ ποτε ἐδ' ἢ πείσθη.

Tantum quod exoriente sole pene vt radius prius quam terra contingeretur] Hoc inter prælagia quæ Neroni imperium portenderunt, ita commemoratur à *Dione*: ἀκτίνες τεκτόμενον αὐτὸν ὑπὸ πλῶ ἡμῶν ἐξ ἰδημίας ἢ ἡλίου φανεροῦς περιβολῆς πέλειχον. id est, *nascentem eum sub auram radii circumfulserunt, à Sole, quod quidem apparet, non immisi.*

Negantis quidquam ex se & Agrippina nisi deestabile & m.] *Vertic Dio* prope ad verbum ἔπειρ ὅτι ἀδωμάτων ἰστὶν ἀδελφὰ πρὸς ἀγαθὸν ἐκ τῆς μητρὸς ἐκ τῆς μητρὸς ἡμνηθῆναι.

Einf-

Eiusdem futura infelicitatis signum] Quidam emendant. *Eidem futura fel. sig.* abiuere, & repugnantibus libris vniuersis. Probera magis quod placet iisdem, legendum mox: *Addita fabula est.* tamen quod est editum MSS. tueritur.

Deprehensus in lecto eius circum ceruicalia serpentis exuuiis] *Tacitus lib. XI* istud aliter narrat: sed Dio plane vt Suetonius: *πεινὸν ἔχειν λεβηεὶς περὶ τὸν ἀσπίδα ἔνδρων παρὰ διὰ τὸ ὄν ἐνθεῖσθαι παρὰ δὲ κατὰ τοὺς μάντρεσι λέγειν ἐπιγινώσκοντα τὴν γένεσιν ἰσχυρῶς ἀπειδὴ τὸ γινώσκοντα ἴσθαι ταῦτα οἱ ὄρεσι ἐκ δυνάμεως νομισθῆναι.*

Cap. VII. *Undecimo etatis anno a Claudio adoptatus est*] Ex *Tacito* clarum debuisse scribi *duodecimo*, vel *tertio decimo*, quemadmodum recte *Torrentin* obseruauit. Constant tamen sibi in hoc errore omnes nostri codd.

Annaeque Seneca iam tum senatori in disciplinam traditur] An vt ipse ad *Senecam* migrarit? non puto, etsi suadent verba *Dionis*, ἡ *Κλεοπίννα* τὴν υἱὸν ἔδειξεν τῷ *Σενέκῃ* ἐξ ἐπαίδεως. Senator autem factus *Seneca*, cum posito ipse in exilio *Agrippina* simul reditum & præturam impetrauit.

C. Cesari precipere] *Ἀπὸ τῶν πρᾶξεων* esse sic. Græci *αἰμολογῶν* pro *αἰμοσὴς* ἴδ. & apud *Philostratum* *ἐπιστέλλων* pro magister epistolarum esse. vt in *Alexandro Seleucense*, *Μάρκος* τῷ βασιλέως *Διδωκότῃ* αὐτῷ τῷ *ἐπιστέλλων* Ἑλλην. id est, *Fecerat eam magistrum epistolarum Græcarum, & in eadem: obiit*, inquit, vt quidam aiunt, ἐν *Κελτοῖς* ἐπὶ *ἐπιστέλλων*. οἱ δ' ἐν *Ἰταλίᾳ* *πεπραμμένον* τῷ *ἐπιστέλλων*.

Auspiciatus est & iurisdictionem præfectus urbis] *Mos* & publice & priuatim olim religiose seruatus. *Columella lib. XI, cap. II.* por hos quoque dies abstinent terrenis operibus religiosiores agricola: ita tamen vt ipsis *Kalendis Ianuariis* auspiciandi causa omne genus operis instaurant. Mitto quæ aliis sunt obseruata. *Simillimus* huic locus habetur apud *Tacitum IV. Annal.* de præfecto urbis *Druso*, auspiciandi gratia tribunal ingresso:

Ediditque pro Claudii salute Circenses & venationem] Ita soliti & gladiatores in arena committi pro salute principis: cuius rei causam ante indicabamus. Id vero *Claudius* cum inuidiosum sibi esse intelligeret, munus *P. R. O. S. A. L. V. T. E. S. V. A.* edi prohibuit.

Dio.

Διο, τοῖς τε στρατοῖς τοὺς ἀγῶνας τῶν ὀπλομαχικῶν ἀπὸ τῶν ἀλλοτρίων μὴ ποιεῖν
 καὶ εἰ δὴ ποτε ὀπτελοῖν, ἀλλὰ μῆτε γε οἷς καὶ ΤΗΡΕ ΕΑΤΤΟΝ ΣΩΤΗ
 ΡΙΑ Σηγομένων Ἐρῶν ἢ γέροντες ἢ καὶ λέγοντες ἐκείδου.

Cap. VIII. *Vt de Claudio palam factum est*] Vetus formula qua utebantur cum alicuius obitum diuulgabant. libro III. cap. XXII. *excessum Augusti non prius palam fecit. libro IV. cap. VI. & vt demum fato functum palam factum est.* Sic. & in Tito capite. vltimo. & apud alios. Inde palam facere de republica apud Senecam, proreipublicæ interitum significare, quod Tullius dixit, *palam facere occidisse rempublicam.* vt erudite nuper à Iano Grutero viro doctissimo est obseruatum.

Cap. IX. *Memoria Domitii patri honores maximos habuit*] Huc pertinent verba ista ex vetere inscriptione fratrum Arualium, ab Ursino editæ . . . IDVS DECEMB. . . . M. ARVALIVM NOMINE IMMOLAVI IN SACRA VIA. . . . MORIÆ CN. DOMITI AHENOBARBI. B. M.

Cap. X. *Diuisis populo viritum quadrangenis nummis*] Viterb. & Lislæi *quadrangenis nummis.* non recte, vt ex alijs constat. Mutanda autem huius loci distinctio, & ponenda πλεῖστα συμῆ post *redegit*: deinde reliqua continuanda, quibus liberalitas omnibus ordinibus à Nerone exhibita recensetur.

Item pratorianis cohortibus frumentum menstruum gratuitum] Tacitus in anno DCCCXVIII. *Bina nummum millia viritum manipularibus diuisit: addiditque sine pretio frumentum, quo ante ex modo annonæ utebantur.*

Respondit cum meruero] Imitatur illam Augusti vocem, si merentur, lib. II, cap. LVI.

Cap. XI. *Per catadromum decucurrit*] Catadromus pro funambulorum siue schœnobatarum fune, vt apud Græcos etiam δρόμος καὶ πεδρόμος ἀπὸ ποσσῶν χονίαν vsurpantur.

Cap. XII. *Quadringentos senatores, sexcentosq; equites Ro.*] Non discrepat lectio librorum, ne illius quidem omnium optimi, quem ab amplissimo Memmio accepimus.

Iuxta cubiculum eius decidit] Cubiculum est ἐγγύς. Mos principum virorum in Asia fuit, vt cum vel ad ius dicendum, vel ad spectandum ludos, vel aliam ob causam propalam sederent, papi-

papilionibus magnificis teherentur, quos Græci ἑρατικός vocant. *Plutarchus in Phocione*, ἐπαύθια δὲ θεῖς ὁ Πολυπέρχων ἔχουσαν χρυσοῦ ἑρατίσκον, καὶ ἐκάθισεν ἐπ' αὐτῆς ἡ βασιλεία, καὶ τὸς φίλους. Sic de Alexandro aliisque regibus notant historici, solitos χρυσαπίζην ἐπὶ χρυσοῦ ἑρατίσκου. unde est quod σκηνὰς χρυσαπίσκας *Polybius libro V*, hos ἑρατικός vocat. De eorum magnificentia & fabrica, *Athenæus libro XII. idem scriptor* vocat alibi σκηνὰς ἑρατοφέρους istiusmodi tentoria. Ex eo more est, quod principibus Romanis ludos spectantibus suggestum extruxerunt in orchestra: sic appellavit *auctor cap. LXXVI, libri primi*: nam cœpit hic mos cum nascente principatu: suggestus autem dictum id pegma, quia instar tribunalis sublime fuit. Vocatur & cubiculum ut hic, à forma: quoniam extrui soliti hi suggestus, siue ἑρατικοί, in modum parui cubiculi: utroque modo nominat *Plinius in Panegyrico ad Traianum*. Græci interdum & κωνόπια vocant. *Nicasæ* alicubi τὸ βασιλικὸν ἐδείξαμα.

Quod appellavit NERONIA] vide *Chronicum Eusebianaenum*, numero MMLXXIX & quæ eo loco à *Iosepho Scaligero* sunt observata.

Citharam autem à iudicibus ad se delatam adoravit] Hæc lectio MS. Viterb. & multorum aliorum codd. quæ mihi visa ante proba, argumento, opinor, non omnino vano. cum enim hæc referantur à *Suetonio* inter ea quæ laudem potius mereantur quam reprehensionem, ut ipse ait *cap. XIX*, interpretabar ita hunc locum, certaminis huius præsidis, qui non ignorarent, quam libenter Nero inter citharædos, si auderet, esset certaturus; missa cithara ipsam inuitasse ut prodiret, & artis experimentum palam daret: cæterum Neronem pudorem tenuisse, & citharam quidem adorasse, non eam tamen pulsasse. Similia celeusmata & inuitamenta Neroni fuisse gratissima, narrat *auctor cap. XXI & XXII. vide omnino in Vitell. cap. IV*. Hæc ita nos ante: nunc mouemur librorum regie bibliothecæ, item Pithæi, Lislæi, Robert. Stephani atque aliorum veterum consensu, in quibus cithara scriptum, mutata distinctione hoc modo. *Orationis. g. carminisque. l. coronam. d. g. b. q. c. i. c. concessam sibi, recipit: cithara autem.* Hanc igitur scripturam magis probem: utique cum cogito, vero esse similis coronam quam citharam ad Augusti statuam fuisse delatam. accedit & *Cuiaciani libri auctoritas*: in quo fuisse scriptum cithara, docuit

me qui & re & consilio studia mea sæpe adiuvit, exactissimi vir iudicii. *Iacobus Bongarsius.*

Conditamque in auream pyxidem] Arbitr; Venerisque signum marmoreum & pyxi aurea non pusilla, in qua barbam eius conditam esse dicebant. Dio de Nerone, καὶ τὰς βίχας ἐς σφαιρίδιον π χρυσίου ἐμβάλων, ἀθήνηκε τῷ Διὶ τῷ Καπιτωλίῳ. Emendavimus in Ioui Capitolino depravatam vulgi lectionem, secuti & rem ipsam & codicem Viterbiensem: in quo sic liquido scriptum.

Quia Olympia Cereris sacerdotibus spectare conceditur] vel potius Olympia.

Cap. XIII. *Iuxta se latere dextro collocavit]* Honoris illius causa. *Eunapius in Edesio: καὶ ἐς τοῦτον γὰρ ἐξήκατο Κορίαι καὶ δωδμήως, ὅς ὁ μὲν βασιλεὺς, ἰαλώκει τὴν αὐτὴν καὶ δημοσίᾳ. Σωδῶρον εἶχεν εἰς τὸ δεξιὸν ἐδίξων τόπον. ὃ καὶ ἀνοῦσα καὶ ἰδίῳν ἄπισον. At eo devenit quorundam Ἑβραῶν ἰσομορφία, ut non erubuerint huius moris contrariam esse causam asseuerare. Sed profecto in auctorem eius sententiz, si in quenquam unquam vetus dictum competit, ἐπ' ἀείρον ἐμαθὺς, ὁ βασιλεὺς καὶ, γεμμάτα. Sed istum Ἑβραῶν ἰσομορφίᾳ minus miror: doctissimum virum idem nuper scripsisse, quasi olim Hebræi sinistram dextræ prætulissent, equidem non possum non mirari. Nam id falsissimum esse, sacra Testamenti utriusque pagina, multis locis declarat. Verius S. Basilii ἡ δεξιά χώρῃ πολλοὶ τὸ τῆς ἀξίας ὁμοίωσαν. *Locus dexter dignitatis aequalitatem indicat.* alibi dicit, demonstrari per dextrum locum, τὴν αὐτὴν τὸ ἴσον ἔχον. clarius docet hoc ipsum beatus Chrysostomus in epistolam ad Hebræos: ὅτι δὲ τὸ πρῶτον ἔγραψε δὴλον ὅτι τὸ πρῶτον τῆς καθέδεως. εἰ δὲ ἐλάττωσιν ἢ θελεῖ δαλώσει, ἐκ αὐτοῦ ἐκ δεξιῶν ἀλλ' ἐξ ἀείρων. Similia his multa apud patres alios Græcos Latinosque. Enimvero vel vnus Evangelii locus de agnis ad dextram & ad sinistram, absurditatem huius sententiz palam fecerit.*

Lauream in Capitolium lata] Quasi magnum aliquid & triumpho dignum patraisset. nam qui triumphauerant lauream in gremio Iouis Capitolini collocabant. Vide *Tranquillum in Domitiano c. VI.* & quæ ibi notamus.

Ianum geminum clausit tam nullo quam residuo bello] Ita plane distinguitur hic locus in optimi amici nostri Manesseri optimo codd. Viterb. in quo et si capitum in quæ secatur vulgo Sueton. nulla toto opere mentio, aliquot tamen locis paragraphi minio notati conspi-

spiciuntur. Ita ergo hic posita virgula ante vocem *Ianum*: post vocem vero *bello* sequitur paragraphus. Omnino autem suadere videntur Tranquilli verba, sæpius à Nerone clausum esse *Ianum*. Quamobrem scribi fortasse debet, *Ianum geminum clausit: clausit enim tam nullo quam residuo bello*.

Cap. XV. *In cognoscendo morem eum ten.*] Alii codd. *Cognoscendi eum morem tenuit*, postrema periodi huius ita exhibent nonnulli, *singularim quæque per vicos ageret*. nihil muto.

Cap. XVI. *Vt ante insulas ac domos porticus essent*] Ab hac forma est illa aulæ descriptio apud *Isidorum libro XV, cap. III. Aula domus est regia, sine spatiosum habitaculum porticibusque quatuor conclusum*.

De quarum solarium incendia arcerentur] *Isidorus* itidem: *Manius collega Crasti in foro prorexit materias, vt essent loca in quibus spectantes insisterent, qua ex nomine eius maniana appellata. Hæc & solaria, quia patens soli: post hæc alii lapide, alii materia adificauerunt super porticibus maniana, & foribus & domibus adiecerunt. Ita putamus scribendum illum locum*.

Interdictum ne quid in popinis cocti præter legumina aut olea veniret] *Dio: πάντα δὲ ὡς εἶπεν τὸν βίον ἐν κτηλικῇ διατῆ ποίμεν ὁ ἀπέπειτοῖς ἄλλοις μὴδὲν ἔσθαι ἐν κτηλείῳ, πλὴν λαχάρον καὶ ἔτρους πικρῶσιν.*

Vetis quadrigarium lusus] Non alios lusus intelligo, quam similem istorum hominum lasciuia petulantia illi Neronis, quam describit auctor *cap. XXVI & Dio* prolixè.

Cap. XVII. *Vt in testamentis prima due cera*] *Viterb. vt testamentis*. ita sæpe τὸ in omittitur eleganter. Non assentiar magnæ famæ iurisperiti, qui contendit scribendum hoc loco *ima due cere*. aliter enim omnes libri: neque in vulgata lectione quicquam incommodi, primæ duæ ceræ institutionem heredis & substitutionem continebant: quam testamenti partem non diuulgari, plurimum sæpe testatoris, & primi quoque heredis intererat.

Ac nequis alieni testamenti scriptor legatum sibi adscriberet] *Quum in Pandectis Claudianum hoc edictum auctorem habuisse dicatur Diuum Claudium, neque temere sit inuenire, Neronem diuinatione affectum, labor vt assentiar viris eruditissimis, qui errasse hic Suetonium existimant, & Neroni perperam tribuisse, quod erat*

Glaudii qua de re plura *Iacobus Cuiacius ad titulum Codicis, De his qui sibi, &c. scribunt in testamento.*

Mercedem pro subfelliis nullam omnino darent.] Iudicia præter centumviralia exercebantur in Foro à prætoribus aliisque magistratibus, sed illis maxime, neque tribunalia vero, neque subfelliis, villa firma erant: verum ad tempus extruebantur, quoties his esset opus. videtur igitur vtiliarum rerum publico præstandarum, ita tribunalium & subfelliiorum fuisse mancipis: qui ad mandatum iudicaturi, pecunia sua illa extruerent: eamque postea pecuniam à litigatoribus repeterent. Simillimum est, quod olim Athenis & Romæ etiam fieri solitum circa theatra, priusquam perpetuæ voluptatum sedes fuissent ædificatæ: erant enim *διασπώλας & διασώνας*, ut dicebamus ad *Theophrasti caput περὶ ἀναίχουσις*.

Cap. XIX. *Isthmum perfodere aggressus.]* Non primus Nero hanc infaniam insaniit. clara res ex *Herodoto, Strabone, Philostrato, Luciano & Pausania*. omnium irritus cecidit labor. vera & pia vox *Pausania* in hoc sermone, quam ascripsisse pretium sit operæ. *ἴτω χαλεπὸν ἀνθρώπων τὰ θεῖα βιάσασθαι*. vide *Paulum Æmiliū in Carolo Magno, sub finem lib. II.*

Primus rastello hūmum effodit.] Mōre magnorum ducum, quoties opus aliquod egregium à militibus perfici vellent. Sic *Germanicus* apud *Tacitum*: *primus extruendo tumulo cætorum Variana clades esse rem posuit*. vide *lib. VIII ad Vespasianum* de ædificatione *Capitoli*. De *Neronis* factō auctor *dialogi* cuius index *Nero: ἀρχαῖα ἑαυτῷ χερσὶν διέκλειεν ἔ τι τῶ Ἑλλάδα ὀπισθοπορευόντῳ, ὅτι τῶ ὀρυχίῳ ἤξει κερσίμενός τε καὶ καθιζόμενός τῆς γῆς τοῖς οἰμαῖ τοῖς τῶ ἀρχίῳ πεπισθύνετοῖς ὀδρακλάσμενός ἔμπροσθς ἀπὸ τοῦ ἔργου, ἀνήεις τῶ Κλέωντος, τὰ Ἡρακλῆος δεικῶν καὶ ἑβλήσθς πάντα*. Quod ait de *ligone Neronis* aureo, similem historiam narrat *Theodoritus lib. III, c. XX.*

Parabat & ad Caspias portas expeditionem.] *Tacitus* primo *Historiarum VI*: *Multi ad hoc numeri è Germania ac Britannia & Illyrico, quos idem Nero electos præmissosq; ad claustra Caspiarum & bellum quod in Albanis parabat, opprimendus Vindicis ceptis reuocauerat. non male referas huc verba Dionis in fragmentis, de cogitata expeditione in orientem à Nerone: et si ille aliter rem narrat, τὸν Κορβέλονα αὐτὸς καὶ αὐτῶν πολέμου περιέταξεν. ἐβλάσαστο μὲν γὰρ καὶ αὐτὸς ὑπερτάδου, ἔπειθ' ἰδὼν ἵπτεον, ἐκ ἰσθμῶν ἐξορμήσας, ἀλλὰ καὶ τῶ χώρου ἔμειναν.*

Quam

Quam Magni Alexandri Phalangem vocabat] De Phalange Macedonica res omnibus nota. Obseruo autem mortis fuisse Macedonicis regibus cohortem prætoriam habere, aut legionem, è tyronibus statutz procerioris; Neronianæ isti plane simile. Suidas de Antiochi Macedonica Phalange, quæ dicebatur è re Ἡλικας: quod essent omnes eiusdem ætatis. Ἡλικας, inquit, ἐλέγχο οἱ Ἀντιόχῳ Ἐπιφανῆς. Μακεδόνων κτλ σφ. ὕψηλοι πάντες, ὀλίγον ἄρ ἀντ' αἰδίας, ἢ Μακεδονικὸν τρέπον ὀπλισμένοι τε καὶ πεποικυμένοι ὄθεν καὶ τὴν ἐπίκλησιν ἔχον.

Cap. XX. *Quæ generis eius artifices vel conseruandæ vocis causa vel augendæ faciitarent] Phonascos intelligit: qui velut medici erant τῶν φωνασκουμένων puta citharædorum, præconum, & histrionum quæ cômicos, quæ tragicorum. Habes apud Galenum in hanc rem multa cum alibi, tum maxime libri septimi inisio De compositione medic. καὶ τῶν.*

Sed & plumbeam chartam supinus pectore sustinere] Nemo miretur cum eruditissimo viro chartam plumbeam dici Tranquillo, quæ dicitur Plinio lib. XXXIV. cap. XVIII usitatus lamina. Sic enim plurima dicuntur, præsertim in libris medicorum, ob aliquam figuræ similitudinem. quid autem similius quam plumbi lamina & chartæ expansa pagina? quin etiam in plumbi laminis interdum ita scribebant, vt in chartæ paginis: quod veteris scriptoris verba declarant apud Suidam, εἰς ἱλασμοὺς μολυβδῶν γράφεντες. Tacitus, nomen Germanici plumbei tabuli insculptum. Quare etiam pagina dicitur omnis μαζευγία. Sic panes medici vocant quamcunque materiam in morem panum formatam. vt apud Marcellum Empiricum panis ex fimo bubulo factus, & sæpe alibi: vnde arei panes apud Plinium lib. XXXIV, c. XI, & panes aphronitri apud Statium Papinium inter munera Saturnalia. vt apud Marcellum Empiricum, tortura aphronitri. Sed vt omnem admirationem adimamus hominibus eruditis, proferemus vetustissimi scriptoris Græci locum, qui χάρτας μολυβδίνους multo ante Suetonium dixit. Iysimachus: τὸν ὃ Βόχρειν τὰς χροσμοὺς λαβόντα, τὰς τε ἱερῆς καὶ ὀπωμίτας προσκαλεσάμενον, κελύσει ὀπλογυλῶ ποισασμένους τῶν ἀκαθάρτων τοῖς σερπῶντας τίτους πρὸς δῆναι κατὰξιν αὐτοὺς εἰς τὴν ἐρημον. τοὺς ὃ λεπρούς εἰς μολυβδίνους χάρτας ἐνδύσοντας, ἵνα καθῶσι εἰς τὸ πῆλα σφ. extat hic locus apud Iosephum libro priore De antiquitate Iudæorum. Galenus qui non semel facit mentionem plumbearum chartarum quibus athletæ olim uti soliti, fere λεπίδας ἐκ μολυβδὸν λεπίδας vocat. Apollonius Tyrius. Fabru

uualibus conuocatis iubet consecrari & compaginari tabulas: rimas & foramina liniri precepit, & facere loculum, & charta plumbea in rus posita oblutari iussit.

Donec blandiente profectu] Venuste, pro, hortante successu, quomodo loquitur Iustinus lib. XXV. *Virgilinus: Successu acrior ipso.*

Quamquam exigua vocis & fusca] Dio, καί τοι καὶ βραχὺ καὶ μέλαν ὡς καὶ ἡ δόξα, φωνήμα ἔχον. Etiam apud alios scriptores Græcos μέλαν φωνή καὶ λευκὸν dici scimus, notante ipso Aristotele.

Oculca musica nullum esse respectum] Ad verbum est interpretatus vericulum Græcum, Τῆς λαυθαρέως μουσικῆς ἕδεις λόγῳ. vt in Tiberio alterum, Si non dominaris filiola iniuriam te accipere existimas? Scio tamen apud Lucianum paullo aliis verbis conceptam legi hanc adagionem sic: ἕδεις ὄφελῳ ἀπερρήτε καὶ ἀφανῆς τῆς μουσικῆς. Sed quis nescit idem prouerbum varie solitum enuntiari, mutatis verbis, non mutata sententia?

Ex prodit Neapoli primum] Tacitus initio anni DCCCXVII, libro XV.

Si panthulum subbibisset, aliquid se sufferti rinnicarum Græco sermone promisit] Verba Neronis ἐὰν μικρὸν ἰσοπίω, ἰσὸπυκνὸν π τοιθορύτω. Recte enim Turnebus lectionem multorum codd. *sufferti* aut *suffertim* explicat Græca voce ἰσὸπυκνον. vide Plutarchum De musica, & Marrianum Capellam lib. IX. est possumus etiam Græcam vocem accipere, vt apud Homerum πυκινὸν ἔπῳ, & apud Pindarum πυκινὰ φρίτες. At multi veteres libri, non *sufferti* sed *sufferi* legunt. Id esset ἰσὸπυκνὸν π in quo tamen Suetonium vertentem *sufferum* non nimis probarem: maluissimam vertens dicere, aliquid subrustici.

Modulatis Alexandrinorum laudationibus] vide lib. II ad c. XCVIII.

Qui de nouo comœatu Neapolim confluerant] Quid sit comœatus, docuimus ad lib. II. c. XCVIII. Tacitus Annal. lib. XIV, 33: Suetonium Londinium perrexis, cognomen quoque colonia non infigne, sed copia negotiatorum & comœatum maxime celebre.

Quinque amplius millia e plebe robustissima iuuentus in undiq. eligit] Dio apud Xiphilinum: ἡ π καὶ ἰδίον αὐτοῦ σύμμα τε πάντα κληρίους σεπάτας παρεκδασμένον, Αὐγύσειοι τε ἀνομάζοντο, καὶ ἐξῆρχον τῶν ἐπαίων. ἡ βαυκάλογο δὲ φρίσι καὶ ἄλλοι πάντες καὶ ἀνοπτις πάλω ἔθροισι ἐκδοῦν. vide infra cap. XXV.

Plausuum genera condiscerens] Erat enim plausuum arsque-
dam. *Quidius de Arte*:

In medio plausu (plausus tunc arte crebatur)

Rex populo prada signa petenda dedit.

Bombos] Quid sit βομβῆν & βόμβη, notum omnibus Græca-
rum literarum non ἀμύητοις: hic vero *bombus* secundæ & faustæ ac-
clamationis genus est. Sic accipiunt & Græci scriptores. *Philostrotus*
in *Alexandro* Seleucensi, ἐυσταθῆς ἦ ἔτω τοῖς Ἀθωαίοις ἐδοξεν, ὡς κ' ἐβόμβον
δραλεῖν αὐτῷ ἐν Κροσσῶνι, ἐπαυνοῦντων αὐτῷ τὸ εὐχρημον. *Themistius* ille re
& cognomento *Euphrades*, in initio orationis cui titulus *Sophista*: ἀρε
οἰοῦμαι ὡς ἀδελφοὶ ἐπιδῶς ἔχουσα ἐπὶ κρότῳ τε κ' ἐκβομβῆσαν, ὧν δα φίλως μοι
αἰθάλα χορηγεῖν ἐκάσθη, ὅπως λέγῃ. *Paullo* atitit *Martianus Capella* lib. II.
Sed ecce magno tympani crepitu crosaloramq, sinu u vniuersa dissolant, ed
vsg, vt mularum cantus aliquanto bombis tympani obtusior redderetur. Vti-
tur & alibi. *Agathias scholasticus*: Αὐτῶς Μελοποιεῖν βόμβον ἀπεντάσσῃ.
Sed & *Nero* ipse eam vocem vsurpauit cum cecinit,

Torna Mimalloneis implerunt cornua bombu.

Qui versus cum cæteris qui apud *Persium* habentur, satis indicant
quantum *Nero* modulatis carminibus, & ῥυθμικῶς ἐκβοήσοι, delecta-
retur: quando etiam in versus quos componebat rythmum admisit,
vt pluribus exponimus ad *Persium*. Obseruabamus apud *Eriphanium*
vocem βομβῆσις poni pro inconcinnitate quadam orationis, vt cum
bis eadem vox ponitur in eadem periodo: cui inconcinnitati siue a-
speritati ipse opponit λειότησα, id est, leuitatem & comptum dictio-
nis. Sic ille de LXX interpretibus loquens in libello *De mensuris*. αὐτῷ
ἔειπε δύο τόπους κείνη τὸ ἰσόμεν ἔστις, ἐν τῷ φη χρησαμένους, πλεῖν δοκῶσαν ἢ βομβῆ-
σαν εἰς λειότησα μεταβαλον.

Es imbricos] Sic appellatum est plausus genus ad similitudinem
strepitantis super tegulas pluuiz. eum sonitum voce κεχλάζον ele-
gantior exptimit *Lycophron* in diluuii descriptione,

Ὅτ' ἡμάθους πᾶσαν ὀμιβρήσας χθόνια

Ζηλὸς κεχλάζον τασμὸς.

De eodem & Sophocles,

Κ' αὐτὸ ἐπὶ στήν

Πυκνὰς ἀκούειν ψαλάζον ἐνδύση φωνῆ.

Es testas vocabant] Puto ad similitudinem crepitus quem ede-
bant collis testis. *Aristophanes Ranis*,

Πύργῳ ἢ τοῖς ἐς γαίης Ἀντὴ κερτύσσει

Ἰανου-

Iuuenaliu Satyra undecima;

— — — — — *audiat ille*

Testaxum crepitus.

Similis & illa ἰξυβέφων μυσική, cuius ante fecimus mentionem! fortasse etiam imbrices talem aliquem usum habuerunt, & locum crepitaquolorum non minus quam testæ, conchæ, acetabula, & id genus alia præbuerunt. quod si est, non aliunde peti ratio debet cur plausuum certum genus imbrices appellarint.

Insignes pinguisima coma] Græci vna voce λεπαροποχοίμους.

Nec sine annulo leuii] Scriptura Viterbiensis, volu pro leuii. Cuiacii, sortii; neutrum recte.

Quadragesa millia HS. merebant] Memmii & Pithœi codd. *quadragesa millia sestertia merebant.*

Cap. XXI. *Flagitantiibusq; cunctis caelestem vocem*] Ita vulgo appellabant, & ita Nero appellari voluit. *Tacitus* de accusatione Thraseæ Pæti, *quin & illa obiectabant, nunquam pro salute principu aut caelesti voce immolauisse.* *Philostrotus lib. IV.* ἀπόπειν ἀπεωμένων, ὁμῆν ἀσεβῆς Νέρωνα καὶ αὐτῶν ἔφασκε, καὶ πολέμους τῆς θείας φωνῆς ἦ). Dio vetit τῶν ἰξυβέφων.

In hortis se copiam volentibus facturum] Intelligo hortos circa Tiberim publice populo relictos à Iulio Cæsare: is locus instar minoris theatri fuit iis qui se præpararent Pompeiano, aut quibus in illo esse locus quascumq; ob causam non potuerat. *Plin. lib. XXVII. c. 12.* idem consulari in reliquis generis eius quantum vorauerit, licet existimare ex multitudine: quæ tanta fuit vt auferente, liberis eius Nerone Domitio, theatrum, peculiare trans Tiberim hortis exposita occuparent: quod à populo impleri, canente se, dum Pompeiano præludis, etiam Neroni satis erat.

Non dubitauit etiam priuatis spectaculo operam inter scenicos dare] Recte hunc locum Torrentius interpretatur de spectaculis etiam magistratuum: nam principis respectu omnes priuati censentur. Sic *Tacitus* Agricolam variis functum magistratibus *priuatum* vocat: & *Plinius* epistola quadam ad Voconium, *consulatum* ait esse *fastigium summum priuati hominis.* Herodiano quoque magistratus *ιδιωτικῶν* nominantur, cum ait *lib. VII.* αἱράβδοι ἰδακηφόρον, ὅπερ ἐστὶ κύμβολον εἰς τὸ διαγῶναι τὰς βασιλικὰς ἀπὸ τῶν ιδιωτικῶν. Sic *priuatum* accipio etiam apud *Lampridium* in *Alagabalo.* Fertur, inquit, iunxisse camelos quater nos ad currus in Circo, *priuato spectaculo.*

Quodam

[*Quodam pratorum HS. decies offerente*] Male qui probant le-
tionem quorundam librorum veterum *pratorio*: est enim ineptissi-
ma. *Iuuenali*:

Nec dubitant Celsi pratoris vendere ludis.

[*Cap. XXII. Plurimusque illi sermo, quanquam veteretur, de Cir-
censibus erat.*] *Auctor libri De causis corrupta eloquentia*: "Iam vero pro-
pria & peculiaria huius urbis vitia, pene in vero matris concipi mihi vi-
dentur, histrionalis fauor, & gladiatorum equarumque studia. quibus occu-
patus & obsessus animus, quantum locum bonis artibus relinquit? quo-
tam quemque inueniis qui domi quidquam aliud loquatur? quos alios
adolescentulorum sermones excipimus, si quando auditoria intramus? nec
praeceptores quidem vllas crebriores cum auditoribus suis fabulas habent.
Lucianus in Nigrino: ἢ δὴ δὲ τῶν ἀποσῶς, ἢ ἄλλων ἀδῆς ἀνθρώπων ἡμέ-
μινητο, καὶ τὰς ἐν τῇ πόλει ταρχῆας διεξῆει, καὶ τὸν ὠδιοκιδὸν ἀνῆψ, καὶ τὰ δια-
ταρ καὶ τὸν ἰσοδόθρον, καὶ τὰς ἢ ἡνιχῶν εἰκόνας, καὶ τὰ ἢ ἰππέων ἀνδράματα,
καὶ τοὺς ἐν τοῖς στρατοῖς ἀπὸ τῶν διαλόγων. *Iuuenalis*: eandem *ἰππομανίαν*
sic notat;

— — — *iurat*

Solam Eponam & facies olida ad praesepia pictas.

[*Obiurgante magistro*] *Viterb. & Guiacii, obi. padagogo.*

[*Eburneus quadriga quotidie in abaco luderet*] Satis constat hoc
genus lusus expressisse in abaco Circensium simulacrum: nam ea
manifesto mens est Suetonii: huc refer quod de Alagabalo nar-
rat *Lampridius*: eum sibi in triclinio quadrigas pransitantem & co-
nitantem semper exhibuisse. Fortasse etiam ad hanc *παῖδιαν* perti-
nent illa *Lucani in Panegyrico ad Calpurnium Pisonem*;

— — — *hic ad maiora mouetur*

Vt citus & fracta prorumpat in agmina manda,

Clausaque deiecit populetur mania vallo.

[*Comme abat secessu*] *Viterb. secessu comme abat.* *Memmii & Guiacii,*
de secessu comm.

[*Eo die vrique affuturum*] Nempe in vrbe: vel lege, *afuturum.*
vt ad domesticos referatur, qui cum eo in secessu erant: quos ille
fallebat & ad omnem famam vel minimorum Circensium defe-
rebat.

[*Vniuersorum seocalis in Circo maximo prabuit*] *Plinius* longe mo-

deſtiorẽ facit: cum ipſe, ait, *aurigaturus eſſet introductus opificum turba.*
libro XXXIII.

Omnes citharædorum coronas ad ipſum mittere] Tanquam videlicet ad deum Muſices & Apollinem nouum Μυσὸν περιέτιν.

Et ſtudijs ſuis dignos] Ita Nero, ita eius adulatorẽs ſoliti loqui. Tacitus notat; XVI A. *Max flagitante vulgus omnia ſtudia ſua publicaret, hæc enim verba dixere, ingreditur theatrum.*

Cap. XXIII. *Qua diverſiſſimorum temporum ſunt cogi in vnum annum]* Exempli gratia, Olympicum agonem, qui ex veteri inſtituto priore anno celebrari debebat, iuſſit differri ad ſuum aduentum. Philoſtratus libro quinto, πατέρι μὲν γὰρ τοῖς Ολυμπίοις τῶ περιουσιῶν ἐπιπέδον ἔχει, ἐκείνου τοῦς Ηλείοις Νέρων ἀβαβαλίδαυ αὐτῶ ἐς τὴν ἐπιπέδον ἔπειτα, ὡς ἐκείνου μᾶλλον ἢ τῶ Διὶ Δύουγτες. Eſebius in Chronico: Olympiæ CCCI. non eſt acta, Nerone in ſuam præſentiam difference.

Olympia quoque præter conſuetudinem muſicum ægonæ commiſiſ] Neque enim Olympiæ ægon muſicus ſolitus celebrari. Philoſtratus, ἐκείνου τοῦς Ηλείοις Νέρων τραγῳδίαν ἀπαγγέλλαι καὶ κιδύραδιαν, οἷς μῆτε δίασπον δει, μῆτε ακηὴ πρὸς τὰ τοιαῦτα, σάδιον δὲ αὐτοφύει καὶ γυμνά πάτη. Idem de Iſthmico ægone refert Lucianus.

Cum præſentia eius vrbicæ res egere à liberto Helio adiungeretur] Argumentum iſtarum Helii epistolarum (plures enim ſcripſit,) indicat Dio, qui narrat coactum eum tandem venire in Græciam, cum fruſtra sæpe illam per literas de coniuratione vrbicæ feciſſet certiorẽ. De hoc Helio accipe verba *Æliani* apud *Suidam*. δὲ ἢν (nempẽ " ΗΛΙΟΥ) Νέρωνος ἀπελάττει, ἀπολειφθεὶς μελετῶνδὲ πρὸς τὴν Ρώμην καὶ ἰσορροπῶ, ὅτε Νέρων ἐς Αχαιῶν ἐξωρμήθη.

Quam autem trepide anxieq; certauerit] Philoſtratus, Νέων ὁ χροσὸς Νέρων τῶς Ηλείων μάστρα. πρὸς ἀκελευομένων γὰρ αὐτῶ πρὸς κολάκων νεκρῶ τὰ Ολύμπια, καὶ ἀνακρῦ πλεον τὴν Ρώμην, ἢ γὰρ, ἔφη, μὴ βαſκάνωσιν Ηλείοι. λέγονται γὰρ μάστρα καὶ φρονεῖν ἔφ' ἑμὶ. vide Tacitum.

Iudices autem, priuſquam inciperet; reuerentiſſime alloquebatur] Ita fuit moris. In veteri epigrammate de Pantomimo: :

Ingreſſu ſcenam populum ſaltator adoras;

Solerti pendet prodere verba manu.

Neroniſ vero in ſcenam prodeuntis illa vox fuit, Κύριοί με ἐμπαῖος με ἀκούετε. auctor Dio.

Cap. XXIV. *Nunquam ex create auſus]* Hæc theatro reuerentia

cia præstatur ab histrionibus, tanquam templo: in templis enim excreare, aut mungere nefas. *Arrianus in Epicteto lib. IV cap. XI.* ἔχῃ ξεις χαδαρός, ἵνα σοι χαίρωσι οἱ συνόντες, ἀλλὰ καὶ εἰς τὰ ἱερὰ ἡμῶν συνέσχη τοῦτ' ὅπου στυγεῖται ἡ νόμιμα οὐδὲ ἀπομύξασθαι ὄλ' ὡς πλύσμα καὶ μύξα;

In quodam tragico actu cum elapsum baculum cito resumpsisset] Constat ex lectione veterum Græcorum, histriones in scenam prodeuntes, semper in manu baculum habuisse: erat enim ornatus histrionici pars illa necessaria. quot autem erant diuersæ ornamentorum species, tot genera diuersa baculorum differebant enim & forma & materia pro argumento fabulæ quæ docebatur: in tragædiis qui regem saltabant, pro baculo sceptrum gerebant. de eo accipiendus hic locus, ut declarant illa verba, *in tragico actu.* nam in tragædiis reges semper inducebantur: quam personam sustinere quis dignior Nerone? Iuuat hanc interpretationem *Philostratus* scribens de Nerone libro quinto, καὶ τὸ μὲν Κρέον' ὅ καὶ Οἰδίποδ' ἔπαιξε ἀκροβυτῶν, ὡς δὲ δὶναι μὴ πηλάδοι ἐμαρτων δύρασι, ἢ σολῆς, ἢ σκίπτου. αὐτὸ δὲ ἔπαιξε ἐκπίπτον, ὡς ἀπὸ τῶ νομοκωτῶν, νόμος ἄδων. videtur allusisse ad hanc cōfusionem Neronis post elapsum baculū: ac possumus suspicari ex hoc *Philostrati* loco, quando id accidit, saltasse Neronem, vel Oedipum, vel Creontem. De baculis histrionum habes apud *Eustachium, Pollucem, Plutarchum, Laërtium*, aliosque plurimos.

Victorem autem seipse pronuntiabat] Contradicit expresse *Dio*: qui usum narrat præconio *Cluuii Rufi* viri consularis. Præconii formulam apponit idem, τὸ δὲ δὴ κήρυγμα ἦν, ΝΕΡΩΝ ΚΑΙΣΑΡ ΝΙΚΑΤΟΝ ΔΕ ΤΟΝ ΑΓΩΝΑ ΚΑΙ ΣΤΕΦΑΝΟΙ ΤΟΝ ΤΕ ΤΩΝ ΡΩΜΑΙΩΝ ΔΗΜΟΝ ΚΑΙ ΤΗΝ ΙΔΙΑΝ ΟΙΚΟΤΜΕΝΗΝ.

Et præconio vbique contendit] Erant enim Olympiæ & æneatorum & præconum agones. *Pausanias Eliacorum libro priore.* ἐστὶ δὲ θυμὸς ἐν τῇ Ἀλλεῖ πῆς εἰσόδου πηλείου τῆς ἀγούσης εἰς τὸ γάδιον. ἐπὶ τούτῳ θῶν μὲν ἕδου δούσαν Ἡλείου. σαρπηχταῖς δὲ ἀφαικίον αὐτῷ καὶ τοῖς κήρυξιν ἀγωνίζεσθαι κατέσκη. Erant & aliis in locis, vbicunque Græca certamina edebantur. *Seneca, epistola LXXVI: Theatrum Neapolitanorum factum est: & hoc ingenti studio, quis sit pitbaules bono iudicatur. Habet tibi bicen quoque bonus & præco concursus.*

Ac ne cuius alterius hieronicarum memoria aut vestigium exstaret vquam] Omnes veteres istorum stas tuas ex omnibus fere Græciæ partibus,

tibus, Rhodo excepta, fuisse à Nerone sublatas narrat. *Dio: Chryso-*
stomus in Rhodiaca. eum vide.

Cap XXV. *Distinctaq; stellis aureis chlamyde*] Olympionicæ olim:
amicti veste ἀδινῆ vt Græci vocant. *Lucianus Demonacte*, aliiq; Cæ-
terum ad hunc Neronis triumphum pertinet vetus *Diodori Sardi-*
æ epigramma, quod de reditu eius in urbem ex Græcia fecit.

Αἰγυβίτη Σκύεσια λεπὸν πέδιλον Ἴλιον ἔπαυ.

Τῆος ἀχιλλείδης παρὰ Νεοπύλλου μῦθον.

Τοῖσ' ἐν αἰετῶσιν Νέρων ἀγὼς ἄστυ Ρώμῳ.

Νεῖται, ἐπ' ὠκυβόην δῦμ βειν ἀμειψάμεν μῦθον.

Ἐπ' ἀργυρέιον ἔχων χιτῶν' ἀλλ' ὁ μὲν ἔρχεται.

Θυεῖ δ' ἀμφοτέρωσιν καὶ δεῖξ' ἕσπεριν.

Incedenti passim victima case] Vide quæ notamus ad *libri quarti cap.*
XIII. quibus si lubet. adde *Ouidij* hos locos: *in epistola Paridis. He-*
lena ::

Ibū Dardaniæ ingens regina per urbēs:

Teque novam erdet vulgus adesse deam.

Quaque feres gressus adolebunt cinnama flamma:

Casæque sanguineam victima planget humum.

Metamorphoseon lib. XV. de naue. quæ serpentem Epidaurium fe-
rebat.

Quaque per aduersas nauis cita ducitur undas,

Thura super ripas, aris ex ordine factis,

Parte ab utraq; somant, & odorant: æra fumis:

Itæque coniectos incalfacit hostia cultros.

Ingestaq; aues ac lemnisci & bellaria] Vetusissimus mos fuit victores:
in ludis, harum similibumque rerum iniectioe honorare. *Clemens*
Alexandrinus Pædagogii lib. II cap. VIII in huius consuetudinis men-
tione grauter corruptus est: ita enim hunc illius locum ediderunt
docti viri: ἐν δὲ τοῖς ἀγῶσι, πρώτων ἢ ἑρ' ἀθλητῆρ' ὁδοῖς ἦν. δεύτερον δὲ ἔτε-
ρα μὲν. Τεῖτον ἢ φυλλαβολία. τελευτῶν ὁ σέφαν' ἐπίδοσιν λαβύσης εἰς πυ-
ρὴν τῆς Ἐλλάδος μετὰ τὰ Μνηστῆα. Illustris sane locus: quem eo liben-
tius emendabimus, quia scimus frustra id ante nos tentatum à do-
ctissimis viris *Mercuriali* & *Fabro*. Sed dubium non est legendum esse
πρώτων ἢ ἑρ' ἀθλων ὁδοῖς ἦν. δεύτερον δὲ ὁ ἔπαγε μὲν. quid enim est ἀθλη-
τῶν ὁδοῖς; vox vero ἔπαγε μὲν nihil hic plane quod ad rem faciat, si-
gnificare potest. Sensus horum verborum est: antiquissimis tem-
poribus

poribus solita proponi ἄλλα certatoribus. cuius rei apud *Homerum* & *Virgilium* & antiquissimos quoque scriptores testimonia multa sunt. Desisse deinde dari ἄλλα, inque eorum locum successisse ἰπαρχμόν, id est, morem eum, quo athletæ, munuscula à singulis spectatoribus colligerent: verum deficiente ea consuetudine, institutam φολλοβολίαν, hoc est, *florum asperginem*, ut *Tertullianus* vertit in libro *De resurrectione carnis* (*Apuleius* more suo ἑλληνίζων, *iacula florum ferri & soluti*, ut sæpe Græci βολὰς αὐτίων καὶ τεφάων), nouissime coronas esse inuentas, quæ loco iam dictorum athleticis donentur. Hæc *Elementis* mens est: qui non hoc voluit, coronis inuentis cætera desisse esse in vsu: sed minus vsurpari tantum: alioquin *Clémentem* refellant omnes vno ore Græci. Latini que scriptores. Porro scribendum esse ἄλλον ὄσις non ἀλλήῃς arguunt manifesto quæ *Suidas* notat in voce πικραγείρειν, locum *Platonis* explicans. Recte etiam ἰπαρχμὸς emendare nos, & qualis fuerit is mos, quid item φολλοβολία, declarat eximie verustissimi scriptoris *Eratosthenis* locus, quem ex *Euripidis scholiaste* descriptum, lubet attexere: sic igitur ille: πάλαι χροῖς ἄλλον ἀγωνιζομένων ἀνθρώπων, πρὸ νικησάντι κατὰ ἀρρεῖαν εἰς φέροντες, ἔριπτον ἢ διαπῶν ὅπως ἔχας. ἑυπύροι: διὰ δὲ σύνθεσις ἐγένετο, κύκλω περιπορεύμενον ἰπαρχεῖν καὶ λαμβάνειν τὸ δίδεμα. οἱ μὲν ἔν ἑμπορευμένοι, διάφορα δὲ (addendum verbum εἰς ἴδουσαν) ἢ λοιπῶν, οἱ μὲν ἔγγυς καδήμοιοι, τεφάους ἐπέπιδουσι. οἱ δὲ αἰωτέρω, τὸτο ὅσῃ ἦν λοιπὸν ἔβαλλον τοῖς ἀνδρῶσι καὶ φύλλοις. καὶ οὖν μὲν ἐπὶ τοὺς ἑσθραῶς ἀγωνιζομένους περιβάλλουσι ζώνας, πέταλα, χρωτῆσσοις, πετάσσοις, κρηπίδας. διὰ σύνθεσις κύκλω περιπορεύμενος ἀγείρειν τὰ δίδεμα. ἵως μὲν ἔν ἑν ἀγωνισμῶ (sic scribendum non ἐταγωνισμῶ) καὶ τῶν Ὀλυμπίαν ἦν, διαφιλῆς ἐγένετο ἢ ἢ δωρεῶν ὄσις, πολυπλάσια ζώματι δὲ τύτου (ita emendamus vulgatam lectionem) ταῦτα ἑμεινέτο εἰς πολλὰ καταρριζόμενα. καὶ τίλ. ἢ φολλοβολία κατελείφθη. . . Hæcenus *Eratosthenes* ex cuius verbis intelligimus, non flores tantum sed alia omnis generis munuscula quæ ad manum aderant solita contici, ut zonas, πέταλα (ea vox vel pileum vel fasciam hoc loco significare videtur, vel laminas iis similes de quibus *Plinius* lib XXI cap II) tunicas, petasos, crepidas, & similia his. Idem factum aduersus omnes quos honore auctos volebant. *Suidas*, de *Dracone* legislatore scribit, ἦτο εἰς Αἴγνακ ἐπὶ νομοθεσίας ἐνεσημένον. ἐν τῷ θεῷ τῶ ὄσις ἑμφάντων αὐτῷ τῶ κεφαλῶν πετάσσοις πλεῖοναι καὶ χιτῶνας καὶ ἱμάτια, ἀπεπνίγη. apud *Arrianum* in sexta *historia* qui *Alexandro*

xandro gratulantur post sanata vulnere οἱ μὲν τῶν ἰατρῶν αὐτῶν βάλαντον, οἱ
 δὲ αὐτῶν. *Lamblicus De amatoribus Sinonidis & Rhodani*: ἱρήμη-
 ρέναν δὲ ἰατρῶν τῶν ὀδόντων Ἰπποκράτους καὶ τῆς Σιμωνίδου, ὁ σερῆς παρεχό-
 μενον ὡς ἐπὶ νυκτὸς, καὶ τὸ πάτερον ἴδιον οἱ μὲν χιτωνίους ἐπιβύττες ἐκά-
 λυπτον. ἄλλοι δὲ ἀλλόθεν ἴδιον ἔφερον. καὶ κερῶν δὲ μέση καὶ ἄρτυ ἐπιβύ-
 πτον. Ex hoc igitur more Neroni ingerantur inter alia, lemni-
 sci & bellaria: Sic apud *Pausaniam in Messenica*, Aristomeni ex præ-
 lio reduci & Andaniam ingredienti, mulieres τεινίας καὶ παύραϊα ἐπι-
 βάλλουσι. *Liuii libro XXXII* de Flaminio Græciam liberante: *Iudæi di-
 missu, cursu prope omnes tendere ad Imperatorem Romanum: ut ruente tur-
 ba in unum adire, contingere dextram cupientium coronas lemnicosque id-
 scientium, haud procul periculo fuerit.* *Dionysius Hal. libro XI* De funere Vir-
 ginie: ἐξ ἑπὶ δὲ ἐν ἐπιθροῶν ἰουδαίους τε καὶ παρθέτους, τὸ πᾶν ἀποδύ-
 ρόμενα. οἱ μὲν αὐτῶν καὶ σερῆς βάλλουσι καὶ τῆς κλίτης. οἱ δὲ πλάμῶνας
 ἢ ἰμῆτες. οἱ δὲ ἀδύρματα κόμης (suspecta vox, & ut puto, tollenda)
 παρθέτους, καὶ πυνθὸς καὶ προκείμεν ἀκνηροῦσαι βουρῆχους. De lemni-
 scis *Plinius*, *Hesychius*, & *Festus*, cuius verba ascribam: quomodo ea
 scripta reperi in ora codicis. *Viterbiensis ad hunc locum. Festus*:
Lemnisci sunt fasciæ purpureæ dependentes ex coronis. Solebant enim
 veteres coronas fasciis lanceis ex purpura alligatas donare. *Theocritus* descri-
 bit eleganter, *Κρατὶ δ' ἔχον λάκκον Ἡρακλῆος ἰεὸς ἔργον Πάντοτε παρ-
 φρένησι δαΐζων σπονδιέλιε τῶν.*

Sacræ coronas in cubili circum lectos posuit] Hæ ne illæ sunt de
 quibus *Dio*? qui auctor est octingentas & octo super mille coronas
 quas Nero aurigando meruerat, fuisse ab illo in Circo appensas Æ-
 gyptiaco obelisco.

Parceret arterijs, ac sudarium ad os applicaret] Latini scriptores
arterias numero multitudinis dicitant pro aspera arteria. *Auctor ad
 Herennium*: *vulnerantur arteria acuta atq; attenuata nimis acclamatione.* Sic apud *Catonem* *lienes surgens & pulmones dolent.* *Sudarium* ad
 os applicitum, illud est *σινδόνιον* de quo *Dio*: τὸὺς βουλευτὰς χιτωνίων ἢ
 ἐοδονκῶς ἀδινόν, καὶ σινδόνιον οὐ τὸν αὐχένα ἔχον.

Cap. XXVI. *Petulantiam, libidinem, luxuriam, auaritiam, crudeli-
 tatem*] Solenne illud suum seruat, ut multa simul proponat, quæ
 postea eodem ordine persequitur. nam hæc est *καρδίας* eorum quæ
 narratur omnium ad finem *capituli XXXVIII.*

Post crepusculum statim] Incipit de petulantia Neronis dicere,
 quam

quam pluribus describit ex *Dione Xiphilino*. *Iuuenali* vero quam frequens in id vrbe malum fuerit, etiam post *Neronem*, cuius mores iuuentus nobilis retinuit, indicat *satira tertia*, vbi pericula noctis recensens.

*Ebrius, ait, ac petulans, qui nullum forte cecidit:
Dat pœnas, noctem patitur lugentis amicum
Peleida, cubat in faciem, mox deinde supinus:
Ergo non aliter poteris dormire? quibusdam
Somnum rixa facit.*

Vide eiusdem poetæ *satiram octauam*. Meminit obiter huius lasciuia *Tertullianus* in *Apologetico*. *A conuiuio disceditur non in catervas castorum, neque in classes discursationum, nec in eruptiones lasciniarum.*

Arrepto pileo vel galero. *Dio*, καὶ ἐδάμα μὲν πρὸς καρδάνειν, καὶ γὰρ ἐδάησι πομίλαις καὶ κόμαις ἀειδίτοις ἄλλοτε ἄλλως ἔχρητο. ἡλέγχεται δὲ ἐν τῇ τῆς ἀπολουσίας καὶ ἐν ἡβῇ ἔργων.

A quodam laticlauio cuius uxorem arretraveras. *Dio*, βουλευτῶν νοσῶν. ἰελαίος πρὸς Μουστανὸς βουλευτῆς, ἀγαπητῶς καὶ τῆς γυναίκος ἀποσίπει σὶ τε αὐτῷ καὶ πληρῶς πολλὰς ἐρεθίσθαι. melius *Tacitus*, *senatorij ordinis, sed qui nondum honorem capessisset*. de his iuuenibus laticlauis notamus *libro secundo capite XXXVIII*.

Tribunus procul & occulte subsequentiū. *Hæc est ἀπολογία quam ait Dio* in proximo loco. *Iuuenali satira III*:-

sed quamuis improbus amicus

*Atq; mero feruens, cauet hunc, quem coccina lana
Vitari iubet, & comitum longissimus ordo.*

Cap. XXVII. Inter scortorum totius vrbi ambubaiarumque ministrarum. *Ambubaia* sunt Syrae mulieres, quæ in *Cicero* aliisque locis ædilem metuentibus habitantes, duplici quaestu se sustentabant. nam & corporis sui vulgo copiam faciebant, & organa quædam pulsare norant, quæ vna secum è patria cum *Romam* peterent attulerant est enim vox Syriaca pura puta, *ambubaia* אַבּוּבַיַּא *abbubaia* vel etiam אַבּוּבַיַּא *ambubaia*. quod cum pridè doctissimus *Angelus Caninius*, & iudicii iuxta atque eruditionis incomparabilis *Iosephus Scaliger* docuerint, mirum non potuisse extorqueri ne doctis quidem hominibus ineptam illam priorum criticorum opinionem, *ambubaias dictas quod circa Baias versarentur*. nam etiam *Torrensis* commentum illud ita placuit, vt suas ad hunc scriptorem notas, hoc quasi

quasi emblemate voluerit esse vermiculatas. Quid? adeo mirum illis est visum, aut Syras crotalistras, & fidicines Romæ fuisse, aut Barbarum instrumentum nomen in vrbe retinuisse? meminissent horum versuum *Iuuenalis*, & mirari vtrumque desinerent.

*Iam pridem Syrus in Tiberim deflexit Orontes,
Et linguam, & mores, & cum tibicine chordas
Obliquas, nec non gentilia tympana secum
Vexit, & ad circum iussas prostare puellas.*

Quod autem lupæ istæ Romam è Syria patria, sua detulerint organa, non mirabitur, qui meminerit eius farinæ mulieres organorum peritiam familiarem habuisse. Itaque imperitas, *πεῖρας* per contentum vocabant: *Hesychius*, *πεῖρας ἐπιπέρας ἔλεγον τὰς μισθαρνοῦσας γυναῖκας ὀργάνου*. *Procopius* in *Απεικδοῖς*. *ἐπιπέρας ἐκδύς ἐργάζονται, οἵα τὰς οἱ πάλαι ἄδραποι ἐκάλεον πεζήν. ἡ γὰρ ἀυληθία, ἢ τε ψάλεια ἦν, οὐ μὴν ἐδὲ τὰ εἰς ὀργάνου αὐτῆς ἠοικίτο. ἀλλὰ τὴν ὄραν τοῖς ἀεὶ περὶ πλοῦσιν ἀποδιδδομένον, ἐκ πάντος ἐργαζομένη ἔσθματῶ.*

Insignes ganea & matronarum insistorio copas imitantiam, atque hinc inde hortantium ut appelleret] *Vitæbiensis & Pithœi* codices similiter deprauati sic legunt hunc locum, *matronarum insistor loco pasimit*. vnde certum mihi veram lectionem esse quam *Turnebus* allegerit, *insistorio copas im*. vel certe, *insistoria*, atque hoc melius. *Tacitus* *lupanaria* vocat in simili sententia *libro XV*: *Crepidinibus stagni lupanaria assabant, illustribus faminis completæ*. Et contra scorta viscebantur nudis corporibus. Quod ait *Suetonius* de coparum imitatione, declarant *Dionis* verba in *paris vesaniæ Abiti* imperatoris, narratione: *ἐν τῇ παλατιῶ οἰκημαῖ πῖ ποδείξας, ἐν ταῦτα ἠστέλ γαινε, γυμνὸς τε ἀεὶ ἐπὶ τῆς θυρᾶς ἀπὲ ἐσῶς, ὡσπερ αἱ πόρνας, καὶ τὸ σινδόνιον χρυσοῖς κείκας ἐξηρημίον διασείων, τοὺς τε παειόντας ἀβρᾶ τε καὶ κικλασμένη τῇ φωνῇ περὶ σπταίειζόμενῶ* nec refert quod *Dio* scorta nominat non copas: nam vt alibi notamus, apud veteres Hebræos, Græcos & Romanos, inter copam & meretricem nihil, aut parum intererat. Idem *Dio lib. XLVI* τὸν ἀπὸ περὶ σπόντας σάνων καὶ γαλῶν ὡσπερ αἱ πανδοκίυτεσαι. Inde apud *Apuleium* *blandisia tabernaria*. *Theophrastus* in *Characteribus* *ἀεὶ ἐκκαλοῦσας*, (quod caput, cum aliquot aliis descriptum in regia illa principis Palatini bibliotheca, misit ad me *Germaniz decus Marquardus Freherus*, & iuris & omnis eruditionis peritissimus, eidem illustrissimo principi à consiliis) *de istiusmodi copis ac prostibulis, αὐτῶ αἱ γυναῖ-*

αὐτὸν τὸν ὀδὴ τοῦ πατρὸς ἀπ' ἀζουρ. Notabis quod Dīo ait in eodē loco quem modo protulimus ex Abiti vita, de velo oppanso coparans inſitorio & orbiculos quosdam habente, vt adduci & reducti facilius poſſet: nam de eodem accipiendum apud Iuuenalem, *Satyra octaua*:

— — — *Lateranus ad illos*

Thermarum calices, inſcripti aq. lintea vadis,

Maturus bello Armenia.

Quorum vni mitellita quadrages HS. conſiſit, alteri pluri aliquanto abſortio roſaria] Eſti mendii manifeſta hæc lectio eſt, quia tamen conſtanter eam optimi tuentur codd. Viterb. Pithœi & Liſtæ, non dubitauimus vulgatam & commentitiam extrudere: præſertim cum etiam in veteri Rom. editione *conſiſit* habeatur, non vt poſtea emendatum eſt, *conſiſerunt*: damnat idem liber Romanus & vocem *mellitita*, quæ in vulgatis editionibus reſoſita: eſt pro *mirrellita*: *myrelica* enim in eo ſcriptum. in regiis item conſtanter, *mirrellita*; & *conſiſit*. Mihi vero hoc loco mera tenebræ ſunt, lux nulla. Nam quid vox *mitellita* ſignificat? *Turnebi* valde alias probabilem explanationem deſtruit vox *conſiſit*: ſic enim habent, vt iam diximus, veteres omnes codd. *Quadrages* etiam an vere ſcriptum? ſuperat fidem ea ſumma, & locus in *Vitellio* ſimillimus *capite XIII*; falſi inſimulare eam *veſplu* videtur. At contra ſcripturam librorum hic firmat non mediocriter locus *Senecæ* hic ex *epiſtola XCV*: *Quid eſt cœna ſumtuosa ſtagitiſius, & equeſtrem cenſum conſumente? Quid tam dignum cenſoria nota, ſi quis, vt iſti ganeones loquuntur, ſibi hæc & genio ſuo præſtet? tricies tamen ſeſtertium adiſciales cœna frugaliffimis viris conſiſerunt.* Veri autem Imperatoris conuiuium ab auctoribus vitæ eius deſcribitur, æſtimatum ſexages centenis millibus HS. Poſtremo, quid eſt *abſortio roſaria*, aut vt alii codd. habent, *ab Syrtiô*? Si coniecturis vti licet non verebor ſomnium meum reſerre. Viſum enim aliquando ſic eſſe reſcribendum; ſeruatis ex parte antiquæ Romanæ editionis veſtigiis, *quorum vni myrti tricibus, CCC HS. conſiſit: alteri pluri aliquanto ab Egypto roſaria. Tricibus* Latini vocant vmbras quæ nobis adhuc vernaculo idiomate *treille* dicuntur. Similes apud *Firmicum*, *porticus virides in circulum flexu vitibus*. in iis parandis magnas feciſſe impenſas qui nepotinis ſumptibus delectabantur, teſtimonio fuerit ſimilis nonnihil locus in *vita*

Caligula, capite XXXVIII. Vopiscus de Carino homine omnium contaminatissimo, *Rofis Mediolanensibus & cubicula stravit.* Multa *Iulius Capitolinus in Vero Imperatore:* Rosas aliosque multos flores inde vsque ab Ægypto aut Africa peti solitos à coronariis (quos *Philostatus* epistola quadam ἀνδοφύεος vocat) abunde testatur, (vt *Athenæum* aliosque taceam) *Martialis epigram. LXXX libri sexti.* Possis & à *Paslo rosaria* scribere. notissima sunt ex poetis *Pasli rosaria.* In *Memmi* & *Lislæi* cod. & antiquis editionibus nonnullis desideratur verbum *absortio*, vel vt alii libri habent *absirtio*: neque vero nobis displiceat loco illorum scribere, *aspersio rosaria.* Ita referemus ad artificium rigandi triclinia per siluanos aut fistulas, quæ si ex auro vel argento (vt quibusdam mos fuit) erant factæ, facile feram in præcedentibus verbis *quadrages* scribi. Adiuuat hanc sententiam historia quam *Plutarchus* refert de *Othone*, qui cum *Neronem* exciperet conuiuio, λέγεται πολλαχόθεν ὑψηρῆς καὶ χρυσοῦς οὐβάλειν ἄφρα σπλήνας, ὡσπερ ὕδαρ τὸ μύεον ἐκχέοντας καὶ κατακλύζοντας, id est, *argenteos aureosque subos multis locis repente emisisse vnguentum instar aquæ effundentes omniaque rigantes.* Regia exemplaria partim ita scribunt, alteri pluris aliquanto *rosaria.* partim ista verba non agnoscunt.

Cap. XXVIII. *Super ingenuorum pedagogia*] *Iuuenalis* libro quarto;

Nec prætexitatum rapuit Néro loripedem. nec

Strumosum, atq; vtero pariter gibbos, tumensum.

Puerum Sporam] Quem mutato nomine *Sabinam* dixit, ob similitudinem formæ: *Dio, Zonaras, Suid. is.* vel *Poppæam*, altero *Sabinæ* vxoris defunctæ nomine. ita *Plutarchus in Galba.* apud quem male scriptum Ποππῆων οὐσπηγύρευσσι. nam Ποππῆων debuit. præter historicos multa de hoc inaudito monstri istius facti *Dio Chrysostomus in ea.* De pulchritudine.

Cum dote & flameo] *Martialis lib. XII epigrammate de Callistrato & Afro.*

Cap. XXIX. *Quatenus fera*] *Viterbiensis: quo fera*, vt in editis à *Rob. Steph.*

Inuaderet] *Clarius Dio:* atque vtinam netter tam aperte: mallem enim consuluissent ambo pudori, quam οὐβερῆα legentium.

Et cum affatim defauisset, conficeretur à Doryphoro liberto] *Confici* accipe hic, vt περιάειν & περιάειναι apud Græcos. *Lærtius libro secundo.*

do, in Menedemo, μερικῶν κατὰ θεσυνομένῃ, ἔπει μὲν ἕδει. λαβὼν δὲ χρῆ-
 φθ, διέγραψεν εἰς τὸ δαφθ περιαιόμενῃ ἡμῶν. ἔως ὁρόντων πάντων, οὐρὲν τὸ
 μετῴκιον τῷ ὕβειν, ἀπηνάχθη. idem in Arcesilao & sæpe alii. Non
 igitur audiamus doctissimum virum, qui in nouis *Semestribus*, vel
conficerentur scribi voluit, vel *conclideretur*. quarum emendationum
 altera manifesto falsa: altera non necessaria & vana. nam verum est
conficere esse περιαιεῖν. *Capitolinus, potes tricies mulierem perficere.*

Cap. XXX. *Ostingena nummum millia diurna erogauit*] codices
 Groslotianus & Viterbiensis: in hoc vero amplius hæc verba anno-
 tata, ante τὸ *osting*, in margine quidem, sed quasi inseri contextui
 debuerint, reperi, in *vna elorione*. forte pro, *vna donatione*, vt libri II
 cap. XXX.

Quadringens in punctum HS, aleam lusit] Expofuimus ad li-
 brum II cap. LXXI.

Nunquam carrucis minus mille fecisse iter traditur] Perfarum fuit
 hæc luxuria, & regum Syriæ, de quibus multa *Athenam* commemo-
 rat variis locis. *Plutarchus* de Surena qui Crassum debellauit, ἐξήλου-
 σεν, αἰτ, καὶ ἑαυτὸν αἰ γλίαις σκυφορέμενθ καμήλους, καὶ διακοίας ἀπὴ-
 νας ἐπήγατο παλλακίδων.

Soleis mularum argenteis] Græci similiter ἑσποδήματα ἰσπων νο-
 cant, vt *Arrianus* in *Dissertationibus* lib. III cap. vltimo. sic apud *Aristote-
 lem* καμήλους εἰς πόλεμον ἰσως ἑσποδεῖν κερβατίναις. *Histor. animalium*
 lib. II. vt *calceare mulas* noster in *Vespasiano* cap. XXXIII. *Xiphilinus* σαρ-
 πία in simili sententia nominat. ἡ σαβίνη, inquit, αὐτὴ ἔπος ἑσπερδύ-
 φησι, ὡσεὶ τὰς ἡμίονους τὰς ἀγέσας αὐτῶν ἐπίχρυσα σαρπία ἑσποδεῖται. Pro-
 prie σαρπία dicuntur funiculi quibus calcei consuntur aut colli-
 gantur: vnde apud *Athenæum* ἑσποδήματα ἐνημεῖνα σαρπίαις σαπερῆς:
 sed & integra calciamina Hispanis consuebant ἐ sparto, in pasto-
 rum ὄρειβατῶν vsu: quorum meminit *Plinius* capite secundo libri XIX.
 similia istis erant & mularum σαρπία. Apud *Columellam* libro sexto, cap.
 XII. solea sparteæ ægri bouis pes induitur. *Leo Africanus* libro III in
 Fessæ vrbis descriptione: quosdam, αἰτ, reperi. α, qui Sport. α, certosque fu-
 niculos parant, quos Africani equorum pedibus addere solent.

Cum Mazacum turba & cursorum] Ita editum in antiquissima
 editione Lugdunensi aliisque melioris notæ, non *hamaxicorum* vt
 in cæteris. Confirmant lectionem quam secuti sumus omnes vet-
 Mss. & prima quoque editio: etsi in omnibus perperam syllaba

in Kopf.
Tacit. 45.

sed
cum sequenti dictioni inhæret. Quare merito Turnebus eam lectio-
nem est amplexus & interpretatus in *Aderfarijs*. Memmianus hoc
lôco varie corruptus.

Cap. XXXI. *Auream nominavit*] Præter historicos & Latinos
scriptores, meminit huius *Dio Chrysoſtomus, oratione XLVII.*

*Stagnum maris instar, circumseptum adificijs ad urbium speciem. Ru-
ra insuper*] *Martialis libro primo* :

Hic vbi conspicui venerabilis amphitheatri

Erigitur moles stagna Neronis erant:

Hic vbi miramur velocia munera thermas:

Abstulerat miseris tecta superbus ager.

Fistulis, vnguenta desuper spargerentur] Ita scriptum in Viterbien-
si nec displicet. verum in Memmii, Pithœi & Groslotii *fistulata*,
quam lectionem leuiter castigatam maxime probo. . Legamus igitur,
*cœnationes laqueata tabulis eburneis, versatilibus, vt flores: fistulata, vt
vng. des. sp.* De istis cœnationibus versatilibus notamus: ad *Athenæi li-
brum quartum* initio.

Eiusmodi domum cum absolutam dedicaret.] Dedicare non solum
est ἀνατίθειν τῆς θεῶν: sed etiam auspicari vsum alicuius rei, quod
fiebat cum solenni festiuitate: sic *dedicatio patina, in Vitellio cap. XIII.*
& apud alios Latinos scriptores. Idem mos olim apud Hebræos, vt
apparet *Deuteron. cap. XX.* & Græcos. *Plinius ad Traianum: Qui viri-
lem togam sumunt vel nuptias faciunt, vel incunt magistratum, vel opus pu-
blicum dedicant, solent totam bulen, atq; etiam e plebe non exiguum nume-
rum vocare, binosq; denarios vel singulos dare.*

Conuerteretur] Vulgo *committeretur*. eleganter. sed in ea le-
ctione quam reposuimus consentiunt omnes manuscripti nostri,
etiam Cuiacii.

Fossam ab Auerno Ostiam vsq;] De hac. sentit *Statius in carmine
de via Domitiana*:

Nec frangit vada, montibusq; cæcis

Induit Nero sordidas paludes.

Quod vbiq; esset custodia] Seruant hanc lectionem Viterb. Memmii,
Pithœi & Lisæi membranæ: *custodia* sunt vincti, quod vbiq; esset *cu-
stodia*. Græcum est, τὰν ὄσπ' ἢν ἀπὸν ταχῶν δεδεμένον. Tacitus quinto *Histor.*
attamen suos Germanos, quod robore fuerit. Græci dicunt, ὁ, π' ὄσπ' ἢν
ὄσπ' αὐθ. In Cuiacii tamen libro, *quot vbiq; essent custodia*. . Possis et-
iam

iam legere, quod ubiq; esset custodiarum. ut capite XLIII. quicquid ubique exulum.

Cap. XXXII. Pro semisse dodrans cogere] Scrib. dextans ei cogere] ex Viterb. Pith. & Lisl. & Memmii.

Eo nomine essent quo fuissent] Scribe vocibus transpositis, si qu. sine probabili causa eo nomine fuissent, quo essent familia quas ipse contingeret. ita quidem libri: perspicue recte: nam τὸ fuissent, libertis competit, qui obierant suum diem: at familiae manebant.

Studiofis iuris qui scripissent vel dictassent ea] errant qui aliter hunc locum legunt: magis qui putant delenda verba illa; studiofis iuris quis nescit Romanos in faciendis omnibus paullo maioris rei contractibus, itemque in scribendis testamentis, ad iurisperitos adisse. Mitto Ciceroni multos locos. Arrianus in Epicteto capite XIII libri II. ἀλλ' οὐδὲ νομικὸν πνα παρέλαβε πώποτε τὸν ἐξ ὄντα αὐτῷ καὶ ἐξηγησόμενον τὰ νόμια: ἀλλὰ διαθήκην μὲν ἔγραφε; μὴ εἰδὼς πὼς δεῖ γράφειν, ἢ ἀσφαλῶν τὸν εἰδῶτα. ἔδ' ἔγγυον ἄλλως σφραγίζετο, ἢ ἀσφάλειαν γράφει. ὀρέξαι δὲ χρεῖται διχα νομικῶ. B. Augustinus in Ioannem: Qui habent causam & volunt supplicare, querunt aliquem scholasticum iurisperitum, a quo sibi preces componantur. Sero postea has partes sibi vindicarunt tabelliones: a quibus propterea iurisperitia exigitur, Nouella LXVI. quin etiam νομικοὶ dicti tabelliones. Suidas in Ταβηλλίων.

Cap. XXXIII. Denique bustum eius conspirti nisi humili leuique materia neglexit] Principum defunctorum cineres in Mausoleum, dum fuit ibi vacuus locus, inferebant: sed busta ubi fuerant cremati, non minus pro religiosis locis habebantur. sic notat Strabo in descriptione campi Martii, τὸν τῆς καύσεως τῆς Αὐγύστου τόπον diuersum à Mausoleo. seruatum idem in cæteris principibus, quorum busta instar cæterorum monumentorum & sepulcrorum fuere. Semper autem monumenta suorum sepiebant veteres, tenuiores quidem maceria aut humili aliqua leuique materia: honestiores vero lorica è silice vel saxo aut marmore: infra cap. L: in ea monumento solium porphyretici marmoris superstante Lunensi ara circumseprum est lapide Ibasio. Statius in tumulo Priscillæ:

— — — tantas venerabile marmor

Sepit opes.

Vetus epigramma in Caninium;

Quoad vixi. vixere omnes inter meos

*Eundem mi amorem præstat puerilem senexs.
Monumentum indicioſt, ſaxo ſepum ac marmore.*

De eodem ſepimento intelligit *Virgilius in Culice*:

— — *tumulus formatum creuiſ in orbem
Quem circum, lapidum leui de marmore formas
Conferit, aſidua cura memor.*

Pauſani. τὸ ἐπιτάφιον vocat ſecundo *Eliacorum*: alibi κρηπίδα tribus ni fallor locis. *Germanicus* in epigrammate de tumulo *Themisto-* *clis*, καὶ τὸ ὑβερ κρηπίδα πει: ἔχει Περσικὸν ἄρι. Ita *Dio* quoque libro *LI* dixit τὴν κρηπίδα ἔτελειε ἡρώα: male interpretes *baſim* vertunt: cur non Græcam vocem retinuerunt, vt apud *Iuuenalem* & *Marcellinum*, *orepido ponti*? ſane κρηπίς & βάσις, δὲ δὲ παπῶν. *Macer leg. XXXVII. Dig. De religioſis*, &c. monumentum ſepulcri definiens, iſtiusmodi κρηπίδας intelligit.

Impunitatem] Peccant qui *immunitatem* cenſent ſcribendum: nam *Locuſta* ante veneficii damnata fuerat, vt ait *Tacitus*. ac licet pœnæ exactæ non fuerunt, impunitatem tamen non ante meruerat.

Cap. XXXIV. *Abductaq; militum & Germanorum ſtat.*] *Milites ἀπὸς* in *historia Romana* ſunt ciues qui erant in numeris: vel prætoriani, vt hoc loco. *Tacitus libro XIII. cognitum id Neroni, excubiæq; militares, quæ vt coniugi Imperatoris olim, ſum & ut matri ſeruabantur, & Germanos ſuper eundem honorem cuſtodes additos digredi iubet.* vel legionarii, vt alibi docemus accipiendam vocem *σεμῶτας* apud *Lucam* in *Actis* cap. XXIII. *memate XXIII.* vbi optime *Syrus* paraphraſtes pro ea voce poſuit, *Romanos. iis adiunguntur δεξιὸν ἀβῶν.* quos eodem interprete auctore cenſemus fuiſſe iaculatores, puta *Cretenſes*, aut ex alia qua gente, inter auxiliares legioni cuique adiunctos, militantes. Sed hæc melius ad *Polybium*.

Tractans lanuginem eius, vt aſſolet, iam grandis natu] *Eſt* qui malit, iam grandibus n. non diſplicet.

Nam necdum defunctæ bona inuaſit] Prædia fuerunt ad *Baias* & ad *Rauennam*: in quibus mox *Nero* ganeas inſignes, & ἡβητιέα inſtituit. Sic lego apud *Dionem* non vt eſt, editum *νικητιέα*.

Cap. XXXV. *Poppæam Sabinam*] In optimis libris, noſtro & *Memmii* ac *Pithoei*, conſtanter *Pompeia* hæc nominatur, vt apud *Plutarchum* & alios quosdam Græcos, Πομπαία.

Indice m

*Indicem subiecerit, qui dolo supratum à se fateretur] Viterb. qui sim-
geret, & dolo supratum à se fateretur.*

Per vim consuprasset] omnes nostri libri, consuprasset.

Rufinum Crispinum] Codex Pithoei, Rufinum.

Seruis ipsius demandavit] Viterb. seruis suis.

*Cap. XXXVI. Stella crinita quæ summis potestatibus exitium porten-
dere vulgoputatur] Ptolemaeus in Carpo: οἱ κομῆται ἢν φανῶσι ἐν κεντρῶ
βασιλέως πύδς, τελευτήσῃ ὁ βασιλεὺς, ἢ μεγας πύς.*

*Anxius eare vt ex-Babylō astrologo didicit] Scripti nostri, Babillo.
emendant quidem eruditi Balbillo. vt hic ille sit Balbillus cuius ex-
tat apud Senecam laudis plenum elogium: alii Babylonia. fortasse me-
lius Babyla. nam in Græcorum historiis Βαβυλᾶς vſitatum no-
men.*

*Tanquam aliter illi non possent nisi morte succurrere] Intelligit
Sulpicium Asprum de quo Tacitus libro XV. Proximum constantia ex-
emplum Sulpicium Asper, centurio praeiuit: percontanti Neroni cur in eadem
suam conspirauisset, breuiter respondens, non aliter tot flagitia eius subueni-
ri posse, quem locum corrumpunt omnino qui corrigunt obueneri.
Nam homini tantis dedecoribus operto, nihil nisi mortem puta-
bant remedium infamiae posse afferre. vide libro tertio, cap. LXVI
de Artabani literis. Dionii locus non praetermittendus, qui Asprum
hunc vocat, non Aprum vt Tacitus. ἐκεῖν ὁ, inquit, ἐρωτηθεὶς ὑπὸ αὐτοῦ
τιλὸ ἀπάντησιν ἐπιδείξας, εἶπεν, ὅτι ἄλλως οὐ βουδῆσαι οὐκ ἠδυνάμην. non er-
go aliter Tacitus scripsit quam subueniri.*

*Cap. XXXVII. Imagines restitisset] Memmii, Pithœi & Gros-
lotii, retinisset. Tacitus in eadem sententia coluisset. lib. XVI.*

*Medicos admouebat] Minus recte quidam libri admonebat. Ex-
emplo sit Vestinus, de quo Tacitus: omnia simul properantur, clauditur
cubiculo, praesto est medicus, absconduntur vena, vigens adhuc balneo infer-
tur, salida aqua mercatur.*

*Polyphago cuidam] Et istis locus inter eos quibus principes
oblectantur. Popiscus in Aureliano: Vehementissime delectatus est pha-
gone qui vsque eo multum comedit, vt vno die ante mensam eius aprum inte-
grum, centum panes, veruicem & porcellum comederet: biberet autem in-
fundibulo opposito plus orca.*

*Cap. XXXVIII. Per sex dies septemque noctes ea clade saurum est]
Tacitus aliter: Sexto demum die apud imas Equilias finis incendio factus.
& item*

& item aliter vetus lapis Romæ, in quo hæc leguntur inter cætera:
 QVANDO. VRBS. PER. NOVEN. DIAS. ARSIT. NERONIANIS.
 TEMPORIBVS.

[*Εμὴ θανάτου*] Refert Dio, hunc versum frequenter Tiberio
 in ore fuisse, *lib.* LVIII.

[*Collationibusque non receptis modo verum & efflagitatis*] Orofius
 narrat nescio vnde acceptum: *Centies centena millia sestertium annua
 ad expensas à senatu sibi conferri imperavit.*

[*Cap. XXXIX. Trīginta funerum millia in rationem Libitina vene-
 runt*] Id est, delata sunt tot mortuorum nomina ad eos qui pecu-
 niam pro quoque mortuo pendi solitam, exigebant recipiebant-
 que. Mos vetustissimus à Seruio Tullio rege institutus, vt certum
 quid penderetur *εις τὸν θναυρὸν τῆς Αφειδίτης ἐν ἄλλω χρηδουμένω, ἢ
 ἄλλοις Λιβιτίνῃ ἕσθ' ἢ ἀπογομένων*: inquit Dionysius Halicar-
 nassus. Ratio Libitina est acceptatum pecuniarum liber, quem con-
 ficiebant qui Veneris Libitinæ thesauro præficiebantur. *Eusebius &
 Hieronymus in Chronico ephemeridem* obscurius vocant, de simili peste
 sub Vespasiano: *Lues ingens, Roma facta, ita vt per multos dies in epheme-
 ridem decem millia ferme mortuorum hominum referreutur.* Vide Tacitum
 fine anni DCCCXIX. Trīginta autem legimus cum omnibus co-
 dicibus non trecenta, vt quidam hariolabantur: quasi magnum
 haberi non posset, quod non esset maximum. idem numerus apud
 Orthonem Frisingensem è Suetonio.

[*Legionibus in Armenia sub iugum missis*] Hoc falsum. Tacitus: *Ad-
 didit rumor, sub iugum missis legiones, & alia ex rebus infausis, quorum si-
 mulacrum ab Armeniis vsurpatum est.* sed hunc rumorem pro re certa
 etiam alii quidam historici habent.

[*Nihil eum patientius quam maledicta & conuitia hominum tulisse*]
 Contrarium tamen suadent Taciti verba *Annalium libro XV: Nihil in
 illa coniuuratione grauius auribus Neronis accidisse constitit, qui vt faciendis
 sceleribus promptus, ita audiendi que faceret insolens erat.*

[*Νέρωνος Ὁρέσσης, Ἀλκμαίων μπερκοτόσι*] Sors est Apollinea. *Αυ-
 θὸρ dialogi de Nerone, καὶ τοὶ Ἔ Πυθίῃ καταλήξασθαι αὐτὸν εἰς τοὺς Ὁρέσσαι
 τι καὶ Ἀλκμαίονας, ὡς τὸ μπερκοτόσι καὶ λέρωντινὰ οὐκείας ἰσχυρὰν ἐπειδὴ
 πατεὶ ἐπιμώρησαι.*

[*Νόνυμφον Νέρων ἰδῆαι μπερ' ἀπέκτειναι*] placet νόνυμφον vt in
 cod. Viterb. nam obiicit Neroni auctor versiculi incestum cum ma-
 tre. de quo *cap.* XXVIII.

Quod

Quod Nauplii mala bene cantaret sua bona male dissoneret] Alludit ad tragœdiam aliquam de Nauplio vel Palamede, quam Nero, inter cœtera fabularum argumenta de quibus in genere dictum cap. XXI, saltavit. Palamedem scripserant certatim multi Græci Latiniq; tragici. *Sophocles* in his, cuius etiã alia extabat fabula: cui index *Ναυπλιος πυγμαίος*. eius meminit *Hesychius*. Non sequor eos codd. in quibus scriptum *naublide*, pro Nauplii. sententiam horum verborum pluribus expressit *Philostrophus*: quæ ad lucem istorum, & vulgaræ lectionis confirmationem scribam. *τί φήσεις; τῶτον τὰ μὲν Κρέοντος ἢ Οἰδίποδος οὕτως ἐξεκείβην, ὡς δεδιέναι, μή πη λάθοι ἀμαρτῶν Διὸς ἢ Σοῦτος, ἢ σκήπτρου, ἑαυτὸ δὲ καὶ Ρωμαίων ἔπος ἐπίπλην, ὡς ἀνὴρ τὸ νομοδοτεῖν νόμοις ἀδυν.* *Quid de eo dicas, qui Creontis & Oedipodis mala tanta accuratone saltet, ut metus ei sit, ne per imprudentiam aut ianua aberreret, aut circa vestem quid peccet, aut sceptrum ne excidat: cum in interea ita sui & Romanorum obliuiscatur, ut pro legumlatore cantorem agat?*

Exitium C. Claudij Agrippinaeque significans] Scribe *exitium scilicet Claudij*. Propagata ista macula in priorem editionem nostram ex Antuerpiensibus. In Mss. vidi *exitum S. Claudij* ita passim in veteribus pro *scilicet* inde causa errandi.

Cap. XL. *Τὸ τεχνίον πᾶσα γὰρ τρέφει*] Non aliter Viterb. & Memmii & Lislæi, ἡμᾶς διατρέφει. *Διὸ, ἐβυλάσματο ἐς τὴν Αλεξάνδρειαν πλεῦται; καὶ πῶν, ὅτι ἀν καὶ τῆς ἀρχῆς ἐκπέσωμεν, ἀλλὰ τὸ γε τεχνίον ἡμᾶς ἐκεῖ διατρέφει.*

Ordinationem Orientis] Fugit nos hic locus, ut aliquot alii, qui ex Mss. erant emendandi. Legendum enim ex cod. Viterb. Mem. Pithœi & Lisl. *Sponderunt tamen quidam destituito Orientis dominationem.*

Septuagesimum ac tertium annum cavendum sibi audivit] Decepit Apollo, ambiguo, ut semper, responso varum consultorem: ac fortasse talis edita fors fuerat:

Ἐξήκοσθ' ἔτ' ὅ, τεισχεῖς δέχου τον τε φυλάττω.

De adventu Neronis Delphos, multa memorabilia *Themistius oratione* quinq;.

Cap. XLII. *Reliquam diei partem per organa hydr.*] Lego. *reliqua diei parte eos per organa hydraulica novi & ignoti generis circumduxit: ostendensq;.*

Cap. XLIII. *Postquam hinc etiam Galbam*] *Plutarchus, ὁ Νέρων ἀμα*

ἀμα πῶς ποῦθ' ἔδει τὰ πρὸς Γάλβαν (ἔτυχε δὲ λελευμένῳ καὶ ἀριστῶν) ἀνέτρι-
ψέ τω τρεπίζαν.

Inaudita & incognita pari) Galba apud Tacitum, *Sit ante oculos Nero, quem longa Caesarum serie cumentem, non Vindex cum inermi pro-
uincia, aut ego cum vna legione, sed sua immanitas, sua luxuria, ceruicibus
publicis depulere. Neq; erat adhuc damnati principis exemplum.*

Qui suum imperium viuis amitteret) Darius apud Curtium libro
V. *Nec dū fuerint, vt hoc decus mei capiti, aut demere mihi quisquam aut
condonare possit. nec hoc imperium viuis amittam, idem eris regni mei qui
fuitus sum.* Nota vox illa ἔλαδ' ἐπαφίον ἢ τυραννίς.

Cap. XLIV. *Argentum postulatam aurum ad obrusam*] Ita habe-
tur hic locus in editione principe Romæ nata. quæ merito auctori-
tatem manuscRIPTI obtinet: consentiunt cum ea & veteres nostri in
quibus *postulatam* aut *pusulatum* (nam hæc tria vnum significant)
sine vlla varietate scriptum: Memmianus, *postulatam* deinde in Pi-
thoei & Lislæi *aurum ad obrusam* non vt alii libri, *aurum obryzum*: at
in Viterb. corrupte *aur. adeo obrosum, vt pl.* Cæterum qui de hoc loco
plura cupis, adi magni Turnebi *Aduersaria*, & clarissimi iuriconsultorum
Cuiacii *observationum libram VII. cap. XXXIX.*

Cap. XLV. *Ex annonæ quoque caritate Lucrantium accreuit inuidia*] *Varie*
scriptum hunc quoque locum reperimus. Mihi vero vnice
placet & sola Virebientis lectio, quam & veteres omnes confir-
mant, etsi leuiter corrupti in posterioribus syllabis huius vocis. E-
go igitur, *Lucrantium*. atque ita omnino scribi debere pertendo.
Sensus est, cum oranium iam animus à Nerone esset alienatus, ex-
tremum malorum accessisse cumulum, casum qui hic narratur. an-
nonæ erat ingens Romæ inopia, auideque naues Alexandrinæ
ab omnibus expectabantur: grassantibus interea dardanariis, qui
publicam calamitatem in occasionem quæstus vertere soliti. ita
supensis omnium animis, nuntiatur nauis Alexandrina puluerem
luctoribus aulicis aduexisse. tum vero fremere omnes & in Nero-
nem inuidiam vertere, quam ante iuste conceperant aduersus lu-
crantes ex annonæ caritate. In libris regijs, & plerisque aliis, *lucran-
tia* constantissime scriptum. quod lectori in celare nolui, quum præ-
sertim & Memmianus non aliter habeat.

*Si una eius à vertice currus appositus est cum inscriptione Græca. Nunc
deum in agone esse. & Traberet tandem*) Currum intellige, simula-
crum

trum paruum eorum curuum, quibus insistebant aurigantes in Circo ac videtur non alius currus appensus fuisse, quam quibus iudebant in abaco ad similitudinem Circensium, vt ante dictum. ita esse legendum non *cirrus* super auctoritatem Mss. nostrorum in quibus omnibus, etiam Memmiano, sic habetur, declarant sequentes inscriptiones *Δεσπορικα*. quarum prior Græca, vt ait *Sueronius*, acroteleutium fuit senarii tragici: hoc modo, Νῦν γδ ἐς' ἀγῶν. vt apud *Aristophanem in Pace*, Ὀνδρες ἢ πεισόμαθα. νῦν ἀγῶν μέγας. apparet prouerbiale dictum esse, quoties ad certamen aliquod se compararent. Sic apud elegantissimum scriptorem, *Chariclea* parans se ad periculum subeundum status & vitæ, πηρόν ὁ ἀγῶν, inquit ad *Theagenem* suum, lib. X. Simile illud in *Oreste Euripidea*, ἐχ' ἔδεας ἀγῶν. *Terentius*: Non est opus prolato. Tale & illud apud *Sophoclem* ἐχ' ἔδεας ἀκμή. *Bacchylides*, Οὐχ' ἔδεας ἔργον ἔδ' ἀμβολᾶς. *Æschylus in Agamemnone*: τὸ μὴ μένεν δ' ἀκμή. Altera inscriptio fuit, *Trabe tandem*. aut Græca fortasse, Νῦν δεῖ ἔλάνειν, vel ἔλκειν. Neque enim id *διαρρήσθην* *Tranquillus* negat. Vtrautra lingua fuerit concepta, certum est *trahere* vel ἔλκειν ad aurigationem esse referendum. *Orpheus in thymiamate Solis*,

Χρυσολύρη, κδομη τὸν ἑαριμβνιον δέμον ἔλκων.

sed videtur. verbum *trahere* aliquid *βλάσφημι* & inominatum habere vt cum dixit *cap. XXII libri huius, tractū prasinum*, & apud *Plinium libro XXVIII cap. XVII. quadrigis agendis tractos, rosæque vulneratos*. ideo scriptum potius ab istis *Trabe* quam *Age* vel *agita*: aut ἔλκει potius quam ἔλκων. etsi ea quoque vox aliquid interdum sonat ominosè, vt cum *Diogenes Laertius* ait, *epigrammate in Stilponem*, πῶ γδ ἤλασεν. id est, obiit, periit. Ita autem interpretamur hunc locum: nec moramur alias diuersas scriptiones, quas & ante nos alii annotarunt, & nos offendimus. nam *cirrus* habetur in veteri Rom. cod. pro *curru*. & in *Viterb. traderet* pro *traheret*. At *Pithæi* *Listæ* que & editionum veterum optima quæque in ea lectione quam amplectimur consentiunt. *Traderet* sane quod adeo *Turnebo* placuit, nusquam scriptum est. Scio tamen *Petrus Fabricius* τὸν περὶ μαζῆν in *Agonistico* suo illud *Turnebi traderet* acriter defendere: sed quam toto illo capite doctissimus vir fallatur, cum in explicandis *Plurarchi* & *Theocriti* locis, tum etiam in isto, alio in opere disputamus. Ac mihi quidē sic videtur: τὸ δ' εὐ νινέπω, vt *tragicus* ait *poeta*.

Alterius collo & ascopera deligata) In codice Viterb. hodie scriptam ut in cæteris fere Mss. omnibus, (etiam Memm. & iis qui in Regis bibliotheca seruantur, antiquitatis non contemnendæ) *ascopera* vel *escopa*: quæ lectiones sunt ambæ in Viterbionf. sed persuasus fere sum in iis membranis vnde noster codex olim fuit Viterbii descriptus, liquido fuisse *ascopera*, aut saltem *scopera*: manet enim adhuc litura eius virgulæ quæ cum transuersa inducitur *per*, efficit *per*. Quare non dubitemus amplius de lectione quam primus *Politianus* prodidit. *Ascopera* dictum ut hippopera: apud *Senecam*, ne quis mitetur Suetonium ea voce vsum. non enim puto eam esse causam quam afferunt quidam, quod sequens inscriptio Græca fuerit: quod neq; auctor dicit, neq; verum censeo.

Ego quid potui] Populi vox est compellantis. Neronem: aut Agrippinæ matris.

Crebro vindicem poscebant] Vox est seruorum petentium vindicem, hoc est *απειθῶν*, ut simul allusionem facerent ad Iulium Vindicem, qui conspirauerat in Neronem pro libertate publica.

Cap. XLVI. *Asimulacris gentium ad Pompeij theatrum dedicatarum circui*] Non singularum tantum personarum statuas & imagines, sed gentium quoque factas esse legimus: ut populi Romani apud Rhodios & alibi. similes hic intelliguntur imagines gentium, quæ inter ornamenta theatri Pompeiani: nam male *Beroaldus*, & post eum *Torrentius*, huc referunt locum *Plinij* ex libro VII cap. III, qui nihil pertinet ad hæc simulacra de quibus Suetonius sentit, & quorum meminit *Plinius* lib. XXXVI cap. V. *Idem Varro*, inquit ille, & a *Coponio* XIV nationes, quæ sunt circa Pompeij, factas auctor est. *Martinus Polonus* in: *Chronico*: *Erat Roma consecratio omnium statuarum, quæ statua scripta nomina gentium in pectore, cuius imaginem tenebant gerebant.* Pompeii exemplum fuerat & Augustus imitatus: si quidem ex fide scribit hæc *Seruius*: *Porticum*, ait, *Augustus fecerat, in qua simulacra omnium gentium conlocauerat: quæ porticus adpellatur Ad nationes.* Reperio etiam simulacra gentium producta in funebri pompa principum defunctorum. *Dio* libro LVI de exsequiis Augusti *τά τε ἔθνη πάντα ὅτι προσεχθέντα ὀρθοίως σφίσι ὡς ἕνα ἀπεικασμένα ἐπέμψθη.* *Idem* in funere *Pertinacis* & *παῖλλον μεταῖτο τὰ ἔθνη πάντα τὰ ἰσθίκοις ἐσκόσι χαλκῆς ὀρθοίως σφίσι ἐκλήμια.*

At bre-

Ac breui dignum exitum facturos] Male qui exitum pro exitum scribunt. Exitum facere probum & elegans dicendi genus. Seneca epistola CXV: *Expectarent viderentq; quem admirator auri exitum faceret.* Petronius Arbiter, *picūta quoque non alium exitum fecit.* Quintilianus declamatione IV: *silium pictare pereuntem ne veli exitum facere parricida.* & Declamatione V: *exitum faciam hominis ad quem non venerit pater.* & in VIII: *huncine fecit exitum illa modo ciuitate tota conspicua mater?* Marcellus Iurisconsultus lege III Dig. *De iis qua in testamento delentur.* &c. *Credi potest satis se consecaturum putasse, ut inestati exitum facerent.*

Atque in hoc decidisse versu] Aliter Dio vel potius vt puto Xiphophilinus, Dionis narrationem corrumpens, *Νερον μὲν δὴ τοιαῦτα ἐτεροφθεῖται καὶ τὸ ἐπισημαίνον συνεχῶς ἐν τῷ οἰκτρῶς.*

Θαυτὸν μὲν ἀφ' ἑσέως οὐ γαυροῦ, μή τιρ, πατὴρ.

Cap. XLVII. *Mensam subuerit*] *Plusarchus ἀπέβη δὲ τῷ τετραέζω:* sed in tempore quo id factum dissentit. Vide ad cap. XLII.

Cap. XLVIII. *Quatuor solum comitantibus*] *Iosephus* totidem ait, *Ἀλάστος* libro IV cap. XXIX. *διαδέξθαι δὲ σὺν τέττεσσι, ἧς πέντε ἄπελευθέρων ἐν τοῖς σεσασίοις ἐαυτῶν ἀείλε.* Dio *Cassius* trestantum fuisse auctor est: *Phaonem, Epaphroditum, Sporum.* De *Sporo* dissentit ab historicis *Dio Chrysostomus*: qui eum facit auctorem cædis *Neronis*, memorem illatæ sibi iniuriæ, & vlciscendi cupidum.

Et salutaris] non simpliciter, verum ita; *salue Imperator.* Dio, *καὶ αὐτοκρατορ σεσηρηδ. σεις.*

Vt interim in specum egesta harena concederet] Dio paullo aliter: *ἐς χαλαμαδίαν τόπον πνὰ ἐκρυφθῆ.* in arundineto quodam sese occultit. Subiecta vox *Neronis* fidem astruit narrationi *Dionis*: neque dissentit *Suetonius*, si recte capias. Hic videtur esse locus, quem ætas posterior appellauit cisternam *Neronis*. *Radenicus* De gestis *Friderici I* libro II cap. LXVI. *Nono die descendentes trans Tiberim, eo die & altero commorantes. XI exierunt, & peruenerunt ad Cisternam Neronis, in qua latuit Nero fugiens Romanos insequentes.* capite LXX: *Probatum est etiam quod Rolandus XII die post domini Victoris promotionem, ab vrbe egressus, apud Cisternam in qua Nero Imperator quondam ab Vrbe profugus habitauit, primo est immantatus.*

Cap XLIX. *Scrobem coram fieri imperauit, dimensis ad corporis sui modulum*] Et qui carnificis manu puniendi erant, & qui aliqua ne-

cessitate coacti se interimebant, in scrobibus præparatis sæpe soliti sedere. credo, vt evitaretur casus ἀγρίμων post vulnus acceptum. Appianus De bellis civilibus lib. IV in historia Labeonis sese vita privantis, afflictis Bruti Cassique partibus, λαβεῶν δὲ βόθρων ἐν τῇ σκηνῇ τὸ μέγιστον αὐτάρκη σάμασι ὄρουσαν, πλὴν σφαγῆν ὑπέχεσθαι πρὸ δὲ μὴ ἢ σκηνὴν τὰ φεῖν ἐγένετο. Tacitus lib XV, 67: Pœna Flaviū Vesani Nigro Tribuno mandatur. in proximo in agro scrobem effodi iussit: quam Flavius vs bimilem ὁ ἀναστὰν increpans. Ne hoc quidem, inquit, ex disciplina. Philostratus libro quinto, narrans sub ingressum Apollonii Tyanei in Alexandriam obviam illi factos carnifices ducentes ad supplicium duodecim ληψὶς πλὴν αἰτίας, id est, quorum elogium continebat latrones eos esse (αἰτία hic elogium puniendorum significat, id est, titulum, vel τίτλον, vt vocat Ioannes, Matthew similiter αἰτίας, & apud Marcum ἡ ἐπιγραφὴ τῆς αἰτίας pro inscriptione elogii) harum scrobium ita meminit, πρὸς τοὺς δαίμονας ὑφ' ὧν ἤγοντο, ὑφ' αἰνῶν ἐρηκτέων & δέμων, καὶ χαλαπέων ἵκειν ὅτι τὸ ὄρυγμα. Nescio annon talis mos aliquis fuerit Athenis servatus: nam sane is locus vbi de damnatis ultimum supplicium sumebatur ὄρυγμα Fossa dicebatur. vide Harpocrationem & Demosthenem, contra Aristocratem.

[Qualis artifex pereo] Dio ὁ Ζεῦ οἶον τεχνίτης ἀπολλύμαι] Intellige vocem artifex vt cum Græci nominant Διονύσι τεχνίτης: de quo apud Aristotelem in Problem. Græci quidem κισθαροδὸς explicatus vertunt, vt in Manasse Chronico, οἶον ὁ Ζεῦ κισθαροδὸς ἐξ ἀπόλλων ἀπόλλυται.

[Nudi hominis cervicem inferi furca] De huius supplicii modo a libi disputamus, & varios errores doctissimorum virorum, qui nuper de his scripserunt refellimus. Mirum sane tantum in literis Latinis virum adeo fuisse impeditum in explicando quid esset furca Romane loquentibus.

[Ferrum iugulo adegit] Quid igitur illud est quod Hegesippus ait libro IV cap. XX. Neronem periisse mangano, quod ipse sibi de ligno pararat. ferro enim & gladio periit non mangano. Est veto μαγγανίον instrumentum ad iacienda tela vt ballista: huius in Glossario mentio & apud Leonem in Tacitu, atque alios. Eusebius in historia libro sex. το. ὡσαύτως ἐκ μαγγανίου πρὸς εἰς τὸ μέσον ῥιφίς ἀναφαίνεται. Est & instrumentum ad torquendum, de quo sensu Hegesippus. Eusebius libro octavo, γύμναστος τῶν ποδῶν ἀποδεδυμένα, κατ' ἑκάστην καὶ διαίτημα κατὰ κατὰ μανγανίον.

vois πῶν εἰς ὑμῶν ἀδελφάρων. & in libri eiusdem supplemento, πῶν ποδῶν μαζάρων πῶν ξένους διακλάμεν. significat & alia, quæ missa nūc facio. Nescio vero vnde id *Hegefippus* habuerit: nam alii omnes nihil amplius, quam *Neronem* seipsum interfecisse narrant.

Cap. L. *Cum Acte concubina*] è XIII *Annali Taciti* hæc ancilla nota, & *Neronis* contubernium cum ipsa, neque tacetur eadem à *Dione*.

Impositam colle hortorum] *Viterbiensis colle ortulorum*. duplici archaismo. *colle*, pro collis. & *ortulorum* pro hortulorum. quo modo scripsisse multos antiquorum, ex iis constat, quæ scripserunt veteres de orthographia.

Cap. LI. *Plerumq; synthesinam indutus ligato circum collum sudario prodierit in publicum sine cinctu & discalceatus*] Hoc est, habitu hominis in triclinio discumbentis. *Satyrici* auctor: *In his eramus lautissimis cum ipse Trimalcio ad symphoniam allatus est, positusque in cervicalia minutissima, expressit imprudentibus risum. Pallio enim cocineo adrasum inoluserat caput, circaque oneratas veste ceruices laticlaviam immiserat mappam simbrijs hinc atque illinc pendentibus. Dio sudarium vertit ανδύριον totum enim hunc locum ita exprimit, πὺς βουλευτὰς χερσίων π ἐρδεδικὼς ἀδινον καὶ σπυδρίον περὶ τὸν ἀρχεὶν ἔχων, ἡσάσατο. καὶ γὰρ ἐν τέτοις ἡδὴ παρρησίαι ὡς καὶ ἀξίους χερσίων ἐσπερὶ δημοσίῃ ἐνδύσθαι.*

Cap. E. I. *A philosophia cum mater auerit, monens imperaturo contrariam esse*] *Philostratus* in vita *Apollonii Tyanei*, homini vano dictum non vanum in hanc sententiam tribuit, φιλοσοφία πῶδε βασιλεῖ ἀνδρα, ξύμμαχός μὲν καὶ ὑπανειμένη, θυμωσὴν ἐργάζεται κερσίων. ἡ δὲ ἀκείβητος καὶ ὑπερπείνησα φορηκὴ τε, ὡ βασιλεῖ, καὶ πεπρωτίεσσι τῆς ἡμετέρας ἀκνήσ φαίνεται. καὶ τύφου δὲ αὐτό π ἡδὴ ἡρῶνται βίασπον.

A cognitione veterum oratorum Seneca præceptor, quo diutius in admiratione sui detineret] *Quintilianus* de *Seneca*: *Tum aem solus hu. se. re in manibus adolescentium fuit. quem non equidem omnino conabar excutere, sed potioribus præferri non sinebam: quos ille non destiterat incesse, cum diversi sibi conscius generis, placere se in dicendo posse iis quibus illi placerent, diffideret.*

Ventre in manus meas pugillares libellique] Appellat libellos chartas viliores, quibus olim eruditi utebantur. quando primum aliquid componebant: ut opus emendatum in chartam meliorem inde transferrent. *Epiphanius* eiusmodi libellos vocat χαρτίαι; char-

tas autem quæ opus correctum excipiebant, *περὶ δα*. Sic ille in operis fine: *Ἦγάπος, ὁ τῶν μετὰ γερσὸν ἀπὸ ἡβῆ χερδαίων ἐς περὶ ἄσπασμα* 19.

Cap. LIII. *Habuit & pingendi fingendique maxime non mediocre studium*] *Dio Chrysostomus* in ea de philosopho, φασὶ δὲ καὶ γερσὸν καὶ πλάτην ἰκανὸν αὐτὸν εἶναι. de Nerone loquitur.

Maxima autem popularitate efferebatur, omnium amulus, qui quo modo animum vulgi mouerent] *Maxima popularitas*, maximum placendi vulgo studium. non displiceat *maxime autem popul.* eandem vocem (dico maxime) si quis ex præcedente sententiâ sustulerit. *Neronis popularitatem perstringit Dio Chrysostomus* cum ait in oratione de philof. καὶ τοὶ ἑβῆν ὑν βασιλέων πρὸς ἐπαδόμεναι σοφῶς ἔτι τῶν τοιαύτων σοφῶν, ὡς πλείστα ἐπὶ πᾶσι μὲν τοῖς πᾶσι αὐτὰ ἀ μὴ θαυμάζειν τῶν τοῖς ἀνθρώποις, ἀλλ' ἐφ' οἷς περὶ αὐτῶν ἔστι.

Cap. LIII. *Exiit opinio*] Fallitur *Torrentius* qui vocem *opinio* putat hinc amouendam, de qua diximus ad *lib. II cap. LI & LVI* *Casus de bello ciuili III: que opinio erat edita in vulgus*. Latine loquentibus, *opinio* idem per se ac fama.

Cap. LIV. *Vouerat se prodicurum hydraulam & choraulam & vericularium*] Harum artium peritum fuisse *Neronem* testis vnicus mihi *Dio Chrysostomus* in ea quam modo nominavi oratione. εἰπὼν, inquit, αὐτὸν ἰκανὸν ἔχειν καὶ αὐλεῖν, πρὸς τὸ σῶμα, καὶ τῶς μεγάλας ἀπὸν ἰσοβάλλουσα, ὅπως διαπερθεῖται ἢ τὸ αἶμα τὸ τῆς Ἀδωνῆς.

Cap. LV. *Erat illi æternitatis perpetuaque fama cupido (sed inconsulta)*] Plane simile est *Pausania* de *Nerone* iudicium: quod libet ascribere. postea enim quam de liberata ab eo Græcia dixit, Ἀπὸ γὰρ αὐτῶν τῶν Νέρωνος τὸ ἔργον, ὁρῶντά τε εἰρηκεῖναι Πλάτων ἑφαίνετο ὁ λέγων. ὁ πόσ' ἀδικήματα μεγάλα καὶ τολμήματά ὄντιν ἰσπερὶ κρύστα, ἢ ἡβῆ ὅτι τυχερῶν ἔτι ταῦτα ἀνθρώπων, ψυχῆς δὲ γυνάκας, ἰσο ἀτόπως παιδείας διεσθαρμύνης. Non potest negari, & cupidinem famæ, ac nominis sui æternitati consecrandi desiderium, generosi animi esse documentum.

Cap. LVI. *Incunculam puellarem cum quasi remedium insidiarum muneris accepisset*] Ita olim emendauit *Fignatius* lectionem omnium librorum: in quibus fere scriptum offendimus *acungulam*. quæ vox nec Græcam nec Latinam originem habere potest. *Imaguncula* vero longius recedit à scripta lectione. Fuit autem moris hominibus præstigiatoribus & planis remedia aduersus quosvis morbos

& ca-

& casus vendere, quæ semper circumferri facilia essent. Talis hæc icuncula puellaris: tales illi annuli *φαρμακίται* siue *φουκοί*, quorum mentio apud *Aristophanem* atque alios. Tales item laminæ illæ quarum meminit *Arnobius* libro secundo: *Aduersus istos noxios & venenatos colubrorum morsus, remedia sæpe conquirimus, & protegimus nos laminis, Psyllis, Maris siue vendentibus, alijsq; institoribus atque planis.* nam quid sibi voluit obsecro vir doctus olim cum illum locum tam insolenter suis emendationibus deprauaret? atqui laminas esse *αἰκία-πτω* genus, vt cætera quorum meminimus, etiam *Alexander Trallianus* docet, qui inter magica, vel vt ipse vocat, *φουκοί* remedia *αἰκία-λω*, siue laminarum istiusmodi sæpe meminit. Vt ad *Tranquillum* redeam, nimis vereor ne superior emendatio acutior sit quam verior. Nam *τὰ α* initio huius dictionis mordicus retinent quantum est librorum. In *Viterbiensi* vero diserte scriptum *acuncula*. Puto verum esse *acucula*, quæ & Latina & proba dictio est. Imperator *Constantinus* in cod. *Theodosiano*. *De repudijs; Si præter hæc æria crimina repudium marito miserit, oportet eam vsque ad acuculam capitis in domo mariti deponere.* De acu quæ muliebris mundi olim, vt nunc quoque pars fuit, nihil attinet dicere, notissima enim res est. Huiusmodi igitur acus non minus quam anulos aut laminas in magico instrumento locum habuisse, ex hac lectione discimus.

[Cap. LVII. *Obijt secundo & trigésimo ætatis anno*] Mirum silentio esse prætermissum tempus Imperii, quod fuisse ait *Iosephus* annorum tredecim: adiicit menses octo, demptis diebus duobus. *Xiphilinus* duos amplius dies illi tribuit tantum. *Clemens* vero, annorum vult fuisse tredecim, mensium octo, dierum xxviii. *Eusebius*, nisi fallunt nos, vt sæpe eius codd. annos xiv ait, menses septem, dies xxiv. Etiam alii minorum gentium chronologi aliter. In annis vitæ late errant *Dio* & *Zonaras* qui aiunt vixisse annos xxx, menses nouem. vide & *Epiphanium*, *Theophilum*, alios.

[*Die quo quondam Octauiam interemerat*] Perijt Nero a. d. viii. Eid. Iunii, anno & xxii diebus ante initium *Vespasiani*: auctor *Dio*.

[*Quasi viuentis & breui magno inimicorum malo reuersuri*] Quia *Neroni* sese perimenti paucissimi (tres ait *Dio*, *Suetonius* quatuor) testes adfuerunt: propterea eo extincto & ignoratum plerisque mortis genus, quo verum illud monstrum perierat: & multis etiam

perfuasum. non esse illum occisum, sed viuere, ac breui reuerfurum. Præclare hoc Dio Chrysoſtomus insignis orator æque ac philoſophus, temporum illorum propæqualis. οἱ δὲ αὐτὸν, inquit, ἀπίσπου ἀπ' αὐτῶ, καὶ ἠνάγκασαν ὅτε ποτὲ τὸ ἔργον ἀπὸ λείδει αὐτὸν. ἐδὲ πᾶσι καὶ νῦν ἔτι γε δὴ λόγον ἔσται. καὶ νῦν αὐτὸν ἐπὶ πάντας ἐπισημαῖσι ζῆν. οἱ δὲ πλείους καὶ οἶονται. Tacitus Historiarum libro II: pluribus viuere Neronem fingentibus, credentibusque. Fuit & illa constans plerorumque in veteri Ecclesia opinio, venturum Neronem ante seculi finem; & vel ipsum fore Antichristum (Iohannes Chrysoſtomus serio affirmat Neronem Antichristi fuisse typum) vel temporibus iisdem per Occidentem seuiturum, quibus ille per Orientem: qua de re suauiter fabulatur ille vere θαυμασιος Martinus, apud Seuerum Sulpicium dialogo secundo. Auctor veruum qui Sibyllis tribuuntur, de Nerone,

Ἄλλ' ἴσαι καὶ αἴς ὁ λόγος. ἔτι ἀνακάμψαι
 Ἰσάζων δὲ αὐτὸν.

& plura in hanc sententiam variis locis eius operis. E. Augustinus De ciuitate Dei lib. XX. dictum Pauli apostoli explicans, iam enim mysterium iniquitatis operatur, inter cætera scribit: Quidam putant hoc de imperio dictum fuisse Romano: & propterea Paulum Apostolum non id aperte scribere voluisse, ne calumniam videlicet incurreret, quod Romano imperio male operauerit, cum speraretur æternum. vt hoc quod dixit, iam enim mysterium iniquitatis operatur, Neronem voluerit intelligi: cuius facta velut Antichristi videbantur. Vnde nonnulli ipsum resurrecturum, & futurum Antichristum suspiciunt. Alij vero nec eum occisum putant: sed subtractum potius, vt putaretur occisus: & viuum occultari in vigore ipsius ætatis, in qua fuit cum crederetur extinctus, donec suo tempore reuocetur, & restituatur in regnum.

Denique cum post viginti annos, adolescente me, extitisset conditio incerta qui se Neronem fingeret: Pseudonetones fuere plures. Tacitus olare ostendit. etsi parum vulgo ad eius verba attendunt. At ille in rebus Othonis secundo Historiarum: Sub idem tempus Achæia atque Asia falso exterrita, velut Nero aduentaret: vario super exitu eius rumore, eoque pluribus viuere eum fingentibus, credentibusq;. Cæterorum casus conatusq;, in contextu operis dicemus. Tum seruus è Ponto siue, vt alij tradidere, libertinus ex Italia, cithara & cantus peritus (vnde illi super similitudinem oris propior ad fallendum fides) adiunctis defensoribus quos inopia vages ingentibus promissa corrumpat, mare ingreditur. Illa verba pluribus viuere,

re cum fingentibus, subobscurè indicant falsos Neronès fuisse plures: quod arguunt manifestè sequentia. nam de pluribus se dicturum pollicetur. & historia confirmat, quæ plures commemorat. primus hic est quem *Tacitus* inserit rebus Othonis & Vitellii: nam interpreti non assentior, componenti illum locum cum isto Suetonii. aperte repugnant tempora. & *Tacito* consentit *Xiphilinus* ex *Dione*, narrans in Othone captum fuisse tum quendam qui Neronem se fingeret: cuius, inquit, *Dio* nomen se ignorare ait. similem ignorantiam profitetur & *Tacitus* in fine narrationis illius; *Asprenati*, inquit, *cuncta ex fide nuntiata: cuius cohortatione expugnata nauis, & interfectus qui quis ille erat.* Alius ab hoc est *Terentius* ille *Maximus* quem ex *Dione*, ut arbitror, tradit *Zonaras* in vita *Titi*. οὗ τῆς τέως inquit, καὶ ὁ ψευδόνερων ἐξ αὐτῆς, ὃς Ἀσιανὸς ἦν, καλεῖτο δὲ Τερέντιος Μάξιμος. ἀεροποικῶς δὲ πρὸς Νέρωνι καὶ τὸ εἶδεν καὶ πῶς φωνήν. καὶ γὰρ καὶ ἐκιδυρῶδες. ἐκτε τῆς Ἀσίας πρὸς ἀεροποιοῦσατο, καὶ ὅτι τὸν Εὐφράτην ἀεροποιοῦσατο, πολλῶ πλείους ἀηθήσατο. καὶ τέλει. ἀεροποιοῦσατο τὸν Ἰππὸ Παύρων κατέφυγεν ἀφ' αὐτῆς, ὃς καὶ δι' ὄργης τὸν Τίτον ποιεῖσαν, ἐδέξατο τὸν, καὶ καταγαγεῖν ἐς Ρώμην παρεκινεῖσατο. Tertius est de quo Suetonius hoc loco. Eum narrat *Tranquillus* extitisse post viginti annos à Neronis morte: incidit igitur in *Domitiani* tempora, & imperii eius annum septimum. quare non potest cum alterutro superiorum idem esse. *Pseudoneronis* cuiusdam meminit *Lucianus* in *commentariolo* Περὶ ἀπαίδευτος.

ISAACI CASAVBONI
IN SVETONII TRANQVILLI
DE XII CAESARIBVS
Librum VII.

Animaduersiones.

Cap. I.



ROGENIES *Casarum* in *Nerone* defecit] Est certum, & omnes historici notant. *Appianum* excipio qui libro quarto *Εμμουλίων* scribit reliquisse *Octavianum* καὶ γένεσθαι καὶ ὄνομα τὸ ἐν ἀρχῇ. vixit au-

tem ille sub Hadriano & Antonino Pio tam igitur falsum domum Augustam quæ tum fuit, genus traxisse ab Augusto, quam verum de nomine nam omnes Cæsares dicti: Errat & *vetus Scholiastes Iunialis*, qui ad illum poetæ versum:

Cum iam semianimum laceraret Flavian orbem?
Vltimus.

notat *vltimum* dici Domitianum; quia in illo Cæsarum origo defecit.

Liuiæ olim post Augusti statim nuptias] Non sane statim, si satis ex fide *Dionis* narratio; qui in anno DCCCXVII hæc commemorat: at Liuiæ in Augusti domum deducta sub anni DCCXV finem. meminit & in extremo Nerone.

Gallinam albam] Et ista alba fuit, & omnes quæ ex ipsa provenire: auctor *Dio*, qui vocat τὸ γένος τῆς λευκῶν ὀρνίθων.

Pangique ramulum placuisset] Ramulum vocat κλάωα. nam laurus earum arborum vna est, quæ generant si κλάω pangatur, id est furculus: non generant neque proveniunt, si ἀκρίμων hoc est furus, siue crassior ramus. causam habes apud *Theophrastum* Αἰώνων βιβλίου πρώτου, cap. tertio.

Talē vero lauretum, ut triumphaturi Cæsares inde lauream decerperent] *Seruius* in istum versum è libro VI: *Spargens rore leuis, & ramo felicis oliuæ*. sic notat: *Morū fuerat ut de lauro fieret: Sano dicit Donatus, quod hoc propter Augustum mutauit. Nam nata erat laurus in palatio eo die quo natus est Augustus, vnde triumphantes coronari consueverant: propter quæ rem noluit laurum dicere ad officium lugubre pertinere.* Hæc ille seu vetus seu falsus *Seruius*. Porro in optimo *Memmii* libro, post vocem *decerperent*, erat lacuna satis magna; quasi periodus integra desideraretur.

Silua omnium exaruit radicitus] Habes similem historiam apud *Ioannem Tzetzem*, *Historici chiliade* III, de ficu logothetæ cuidam vniue dilecta (sic ut nemini alii esse fructum ex ea liceret) quæ magna omnium admiratione, die mortis eius exaruit, ac postridie à summo ad imum fudit se quam historiam sanctè iurat auctor esse veram.

Cap. II. *Nullo gradu contingens Cæsarum domum*] *Liuiam* tamen aliquo modo contingebat auctore *Plutarcho*. ἢν δὲ τῆς Λιβίας τῆς Καίου-
ϑου γυναικὸς τῆς γένος τῆς οὐκ ἰσθῆτων ὀ Γάλλων.

PRONEPOTEM Q. CATVLI CAPITOLINI semper adscribitur]
Sci.

Scribe PRONEPÖTEM SE Q. C. casu enim omiſſa vocula *ſe* quam omnes codd. habent.

Maternam ad Paſiphaen] Memm. *Paſiphaam*; vt Torrentii: cui eruditiffimo viro de voce *maternam* hoc loco delenda, fere aſſentior.

Cap. III. *Illicũ galbano facibus*] *Gloſſarium* Γαλβάνη ἢ χαλβάνη, *Galba* ſed Græci per χ hanc vocem enunciant; non vt latini per g: quam analogiam in aliis deprehendes. & Latini hunc herbæ ferulaceæ ſuccum appellant galbanum, non *galbam*.

Galbeo, id eſt remedijs lana inuoluta aſſidue vteretur] Remedia ſiue quæ medici ex artis ſuæ præceptis imperabant; ſiue quæ ſuperſtitio aliqua ſuadebat, vel ars magica, per læpe lanæ inuoluta affectæ parti admouebant. Sic libro VIII in *Domitiano* commemoratur *brachium velut agrum lanæ faſciæ obuolutum*. vide ad illum locum. *Plinius libro XXX cap. XV* refert ex quorundam ſententia, *ſtellionũ cinerem lineamento inuolutum in ſiniſtra manu Venerem ſtimulare*. Aliquando ſuccum remedio futurum adhibebant; *collectum ſiccò*, vt ibidem *Plinius* loquitur aliquando lanæ haſto vtebantur. vt cum *ſeptimo libro Celfi, inducitur haſtus lanæ mollis, tepido oleo repletus*. Fere autem cum de amuletiſ & iis quæ *ἀεὶ ἄνα* Græci dicebant, loquuntur veteres, verbo *ἀεὶ ἄνα* in eam rem vtuntur; vt paſſim *Plinius* illo libro. itaque non facile credam remedium cuius hic mentio fit, magicum fuiſſe. Non etiã aſſentimur viris eruditiffimis, qui ex his Suetonii verbis illa cenſuerunt tollenda, *id eſt, & lana*: nam Memmii codex. Viterb. facile omnium optimi, ita plâne habent vt eſt editum & ita omnes Mſs paucis exceptis, à quibus abſunt illa, *id eſt*. perperam, vt diximus. Porro hæc remedia lanæ inuoluta cum affectæ parti applicabantur, *galbei* vulgo fuerunt dictitati: cuius appellationis rationem pluribus quaerere non eſt huius loci.

Animalia quæ in eſculis naſcuntur] Sunt multa animalcula & vermiculi, qui in arboribus aut ſiccis etiã lignis naſcuntur: qui quum appellatione communi Græcis dicantur *Τερονόρες*, Latinis *seredines*, varia nomina ex arborum generibus aut aliis cauſis, ſunt ſortiti in vtraque lingua. eiufmodi nomina *κίς, σός, ἴξ, ἴν, κοίλα* &c. item, *coſſi*, bytarus, apud *Plinium* è M. Tullio, & galbæ, vt docemur iſto loco. Memmii liber, *in eſculis*. quomodo eius arboris nomen in pleriq; libris ſcriptum inuenitur.

Temporum suorum eloquentissimus.] Adde & ditissimus. *Appianus* πλεονάτατ' ἢ ὅσα ἢ Ρωμαίων. eum lege de hac Galbæ perfidia, in *Ibericis*.

XXX Lusitanorum milibus.] Nihil vbiq; numerorum notis corruptius. non abest quin & hic menda sit, aut apud *Valerium Max.* qui *septem milia* habet. *Memmii* liber expresse *triginta* qui potius numero fauet narratio *Appiani*. Eam fuisse belli *Viriaticini* causam *Appianus* idem perspicue ostendit.

Quam breui corpore.] Placet iure altera lectio, *quanquam brevis*. Sic *Memmianus* & plures.

Vitium corporis secreto posita veste, detexit.] Similem historiam de *Ctate* *Thebano*, cuius coniugium *Hipparchia* nobilis puella appetebat, habes apud *Diogenem Laërtium libro VI.*

Caium & Sergium procreavit.] *Micum* in plerisque membranis etiam *Memmianis* scribi. mendose proflus; etsi non omnes animaduertere videas. atqui *Seruius* pronomen est Romanorum, vt *Caius*. *Sergius* vero per g est nomen gentis, non autem prænomen.

Maior Caius, attritus facultatibus vrbe cesserit.] *Tacitus Annalium libro VI, 40: Caius Galba Consularis, & duo Blesi voluntario exitu occidere. Galba trisibus Caesaris literis sortiri provinciam prohibitus.* hæc ille in anno qui *Q. Plautium Sex. Papinium Coss.* habuit.

Cap. IV. Natus est IX. Kal. Ian.] *Viterb. Kal. VIII. melius Memmianus est VIII. Kal. Ian.*

In villa colli supposita.] Omnino scribendum, *superposita*, nam ita scriptum in omnibus notæ melioris libris.

Liuji nomen & Ocella cognomen assumpsit.] Satis notum est, *Ocella* cognomen fuisse gentis Romanæ. non dubito casum aliquem peperisse hanc appellationem; siue ab ocellis propter paruitatem oculorum: siue ab οὐλάω, quod Græcis nauem appellere significat, prima eius fuerit origo. fuit & apud Græcos etiam vetustissimos visitatum *Ocelli* nomen. Hæc quomodo ita sint, miror in optimis membranis scribi, & *Ocellare cognomen.* In *Domitiani cap. VIII* legimus *Ocellarum sorores*. an igitur etiam hic propter adoptionem *Ocellæ* cognomen aliter est formatum?

Ἦς ἀρχῆς ἡμῶν ἀρχαῖος.] Confirmant hanc lectionem *Mss.* nostri, in quibus vel ita discrete descriptum vt in regis, *Memmii*, *Pichæi*

thori & Lislai: vel ita corrupte, vt certissima tamen sint huius scripturæ vestigia, vt in Viterbiensi. Sic loquitur *Philoftratus* in Ptolemaeo Naucraticæ δικῶν τε καὶ διασθηῶν παρέτρων. At Dio vocem minus vsitatam mutauit vsitatiore πῶδρα γύμη. non tamen ex illo recte Suetonium emendes:

Nihil aque postea Galbam] Quidam veteres, propterea quidem, nihil aque. Dio meminit ostenti & prioris & posterioris: ἡμῶν τὸ πῦρ ἔτεκεν, ὅπρ' αὐτῷ σύμβολον τῆς κρατῆς ἐσεῖναι ἐτεδέσσειν. vult autem editum hoc potentum sub aduentum Galbæ in Hispaniam. de quo capite VIII.

Mano saluere vesperi valere] *Lucianus in apologia* κατ' Ἐν τῇ θεωρηματικῇ πρὸς Ἰσχυρῶν. cuius libelli argumentum intelliges ex his *Artemidori libro primo capite vltimo*: Ἐρωστο δὲ καὶ ὕλιαν, ἕτε λέγειν, οὐτὲ ἀκείνῃ ἀγαθόν: ἐγὼ θεωροῦντες ἀλλήλοισ, ἕτε μᾶλλον τὲρ πρὸς ἑλπίαν ταῦτα λέγουσιν ἄνδρατοι; ἀλλὰ ἀπάλλα ἴδμενοι ἀλλήλων καὶ πρὸς ὑπνον τρεπόμενοι.

Cap. V. Atque etiam manu pulsata fit à matre Lepida] Pars librorum *Lepida*: alii, *Lepida*. sensus manet idem. nam quiri de matre Lepidæ uxoris Galbæ fit accipiendum, non potest dubitari.

Cuius & viua gratia plurimum valuit] *Plutarchus* scribit ope *Liuiæ* impetrasse eum consulatum ab *Augusto*. Διβίαι πῶδρα γύμης ὑπάρτῃ ἐκ παλαιῶν περὶ ἡδ.

HS. namque quingentes cum præcipuum inter legatarios habuisset] Id est, habere eum *Liuiæ* voluisset. sic enim dictum vt libro primo, *peripigit eam aduersarij*. Quare interpretes aliique docti viri quicquam censeant, in hæc periodo esse mutandum, caussa, meo iudicio, idonea nulla est: vnum est quod non queam concoquere, legati modus. omninoque scribendum suspicor *quingages*; non autem *quingentes*. Scio enim eam summam legati, esse vltra civilem modum: quem cum *Augustus* in testamento suo diligenter seruauerit, testis *Tacitus*; ineptum est putare, non esse habitam eius rationem à *Liuiæ*. Nonne vero absurdum fuerit, cum *Augustus* & *Tiberius* quadringentes non multo amplius populo Rom. legauerint, *Liuiam* vni Galbæ quingentes reliquisse: nunquam factum meo iudicio. Ita ergo statuamus potius. Legauerat *Liuiæ* Galbæ quingages, hoc est, auroorum coronatorum centum viginti quinque millia. *Tiberius* reuocauit ad quadringenta, siue coronatorum duodecim millia & quingentos.

Cap.

Cap. VI. *Neque testimonium, ne premia ampliora vlli perciperent*] Miles sub Imperatoribus, leuiora præmia ab eo duce petebat & accipiebat, cuius ductu bellum gerebat: quæ maioris momenti erant, vt plura genera coronarum, ea ab ipso imperatore erant petenda: qui solitus in ea re iudicium sequi plerumque ducum, vel legatorum. de hoc testimonio loquitur *Suetonius*: Vide supra, quæ de beneficiis militum obseruamus.

Consularum per sex menses] Viterb. *per tres menses.*

Solenni forse spectaculo] Nam & in castris Spectacula edi solita: quorum *Plutarchus* in *Galba* meminit.

Data tessera vt manus pœnulis conciperent] Tesseram vocat ducis præceptum, quod ab iis qui proximi erant primo exceptum, per successione ad omnes peruenit: nec refert, siue id voce datum est, siue in pittacio scriptum. vtroque enim modo fieri solitum. At tesseram hic accipere notione vulgari, vt arripitur à *Torrentio*, pro signo ad excubias, omnino est ἀπεσθόρουσιν. Quid apud *Linium* magis obuium, quam vt ad mandata perferenda tessera adhibeantur?

Per castra iactatum est] *Tacitus*: *Laudata olim & militari fama celebrata seueritas eius.*

Ad effedum Imperatoris per viginti passuum millia cucurrit] Mos multorum Imperatorum: de quo dictum nobis ad *librum quartum cap. XXVI.*

Cap. VII. *Africam proconsule biennio obtinuit*] Videtur *Galba* monumentum sui reliquisse urbem in eo loco positam, vbi ipse castra habuerat, *Castra Galba* dictam eius mentio apud *B. Cyprianum* in *Conuilio Carthaginiensi*: vbi tamen dicitur *Castrum galbæ*.

Cum de proprietate iumenti quaeretur] Viterb. *cum proprietatum. q.*

Ne ad gestandum quidem iter ingressus quam] *Deest aliter ante quam.* Sic & apud Græcos; *Polybium quinta historia*: τοῖς ὅλοις ἐσθάλουσιν, καὶ ἔδ' ἐν ἡ τῶν ἀεγερμένων ἀρτίων. pro καὶ ἔδ' ἐν ἄλλο. constanter autem sic legitur in omnibus antiquis codicibus & editionibus. tamen *Rob. Steph.* adiecit eam vocem; ediditque *ne ad gest quidem aliter vnquam iter ingre.* cui iam fere assentior suspicorque iter hic partem esse vocis aliter. nam & illa locutio, *ingredi iter ad gestandam*, aliquanto videtur insolentior.

Cap. VIII. *Vt secum vehiculo proximo decies HS in auro efferret*] Nihil mutemus : nam è proximo quod quidam restituumt, non potest locum habere, si ad auctoris mentem diligenter attendimus : qui hoc vult, cauisse Galbam, ne si casus aliquis subito nuntiaretur, qui fugæ necessitatem ei afferret, à pecunia imparatus reperiretur. propterea proximum sibi habuisse semper in omni itinere vehiculum istud auro onustum. De more circumferendi pecuniam. notauimus nuper ad *Apuleij apologiam*.

Successurumq; iuueni senem] Dio similiter, καὶ οἱ μάρτυρες πλὴν τῶν νεότερον ἀρχὴν ὄντων, τὸ γῆρας αὐτῷ μεταπέπτεται ἐφ' ὅσων.

Repertaque sunt duodecim securæ) Viterb. *Repertæ, statim d.*

In Cantabria lacum fulmen decidit) sic *Memmianus*, non *lucum*.

Cap. IX. *Per octo annos v.*) Totidem ait *Plutarchus*, de anno loquens, quo Vindex in Nerone coniurauit: ἐτὸ ὀθὼν πλὴν ἀρχὴν ἔχων.

Non ex fide versanti pecuniis) Suspectum verbum *pecuniis*. forte etiam tollendum, aut scribendum in *pecuniis*.

Præter cateras altiore & dealbatam) Quasi esset solatium, quoniam pereundum sit, ἐξ ἀξίῃ γούν ἔσται, vt est Græcorum prouerbi-um. Magnum, videlicet in altiore cruce πλεονεκτημα *Lucilius* Græcorum *Martialis*:

Μακροτέρω σαυρῶ σαυρίμαρον ἄλλον εἶναι

ὁ φθορῆρος Διοσῶν ἰγγὺς ἰδῶν, ἐτάκην.

Habes similia exempla in *Nicetas* & aliis.

Ne quid materia præberet Neroni) Nempe ad odium, vel suspicionem, aut vtrumque potius. Tyranni enim, virtutes quibus ipsi carent in aliis oderunt, & perditas cupiunt. iidem, viros omnes; quos sua virtus in quocunque genere reddit insignes, & quod necesse est, in vulgus gratiosos pro hostibus habent. itaque passim in *Tacito* obseruabis rectores prouinciarum, res magnas gerere idoneos, vires sponte remittere; quum plus ab Imperatore quam ab hoste sibi timerent. Hæc sine dubio causa fuit prima, cur à prioris administrationis seueritate Galba recederet, vt indicat his verbis *Suetonius*. Sed hanc causam ipse profiteri cum non auderet, aliam solitus afferre, quæ statim sequitur. Ait enim noster; & vt dicere solebat, quod nemo otii sui rationem reddere cogeretur. hæc veroratio quam viro magno sit indigna, quam pernitiola *Reip.* & ei qui vtatur probrosa, fusc ostendimus in *nostris ad primam Polybij historiam dissertationibus*.

uuu

Nec

Nec diu cunctatus] At certe aliquantum est cunctatus & cum amicis deliberationem habuit. in eo concilio, vox fuit Titi Ouitii viri non optimi prudentissima: Deliberasse de defectione, iam defecisse est, τὸ ζῆτεῖν Νέρωνι εἰ πεισοῖ μένομεν, ἢ δὴ μὴ μόνων ὄσιν. adi *Plutarchum*.

Sacerdos Iouis Clunia] *Angeli Politiani* codex, & alii nonnulli, *sacerdos Luni Clunia*. De Luno Deo habes apud *Spartianum in Caracalla*. Sed membranæ omnes quas inspeximus, *Iouis*. Regionum vnus *Clunie* pro *Clunia* minus recte. *Κλυνίαν* enim Græci vocant. *Plutarchi* exemplaria in Galba, *καλυνίαν*. id quoque minus recte.

Oriturum quandoq. ex Hispania principem, dominumque rerum] Non fuit vana fides. nam Traianos, Hadrianos, Theodosios Orbi terrarum dedit Hispania. præter historicos adi *Pacati diuinum Panegyricum*.

Cap. X. Cum quasi manumissioni vacaturus conscendisset tribunal] *Plutarchus*, περιελάματι ἐδήλωσεν ὁ Γάλβας ἡμέραν ἐν ἧ τὰς χθ' ἡμέρας ἐλευθερώσει ἀποδῶσει τοῖς δεδόμενοις.

Legatum se senatus ac populi Rom. professus est] *Legatus*, ἐξετηγός. *Dionem* vide lib. LIII. *Plutarchus*, ἐξετηγὸς συγκλητικὸς καὶ δήμος Ρωμαίων ὄναμαζόμενος.

Super exercitum veterem legionis vnus] Sic est: quia iam Hispania bona fide præstare obsequium assueuerat, vetus ordinatio fuerat immutata. Nam quum olim tres legiones in ea parte Hispaniæ prætenderent, vt est auctor *Strabo*: Galbæ Tarraconensem administranti maior non adest exercitus, quam legionis vnus, alarum duarum & cohortium trium. Ipse ait apud *Tacitum primo Historiarum*: *Sit ante oculos Nero, quem longa Caesarum serie tumentem, non Vindex cum inermi prouincia, aut ego cum vna legione, sed sua immanitas, sua luxuria ceruicibus publicis depulere*. paullo ante scribit idem, legionem Hispanam à Galba in urbem introductam: quæ hæc ipsa est nam legio cognomine Hispana illis temporibus. nulla, opinor, fuit.

Ac è primoribus] Scrib. *at è pr.* & sublata maiore distinctione iungendum cum antecedentibus, *è plebe quidem*.

Euocati appellarentur] Puto mansisse nomen istorum, fuisseque in aulis principum qui *Euocati Augusti* appellarentur: non illa verbi notione omnibus nota, sed hac recenti. in antiquis sane inscri-

inſcriptionibus ſæpe legas, Evok. Avg. & apud ſcriptores quoque interdum.

Excubiisq; circa cubiculum ſuum] Principum cuſtodes alii ad fores palatii ſtabant: hæc eſt illa cohors quam *τὴν τῶν θυλάτῃσιν ἀπὸ πύργων* Plutarchus vocat erant alii ad ipſas cubiculi fores: quorum meminit auctor & libro ſuperiore capite XLVII.

ſculptura gemma victoriam cum tropæo exprimente] Multi codd. *ſculptura*. melius per *a* in Memmiano & aliis. Tres ſunt artes, cælatura, ſcalptura, ſculptura quarum differentias pauci capiunt. at ſculpturam à ſcalptura auctor Gloſſarum videtur diſtinguere ratione materiæ: vt hæc ſit in auro argento, argilla & ſimilibus: illa in lapidibus. Sic Gloſſa *ſculpit*, γλύφει ἰδὸν, *ſculptor*, λιδογλύφῳ.

Alexandrina nauis] Dio ait fuiſſe plures; *πλοῖα ὁπλῶν μετὰ.*

In balnea tranſeuntem pane interemerunt niſi cohortibus inuicem n.]

Non ſine cauſſa Torrentium aduertit locutionis huius concinnitas, nam *pane interemerunt, niſi* valet interemturi fuerunt, niſi: aut potius breuitatis ſtudio omiſſa verba hæc pacto ſupplenda. idque adeo factum eſſet, niſi. Sic ſæpe Latini ſcriptores. Auctor Romanus quem *Hegesippum* dicunt, lib. II cap. XIV. *tanto impetu in Romanos proſiluere, vt omnem exercitum auerterent, niſi equites ſubueniſſent. auerterent*, pro auerſuri fuerint. libro V cap. XX. *Romanos flamme circumuallauerant, niſi manu conſuluſſent.* hoc eſt circumuallaturæ fuerant cap. L. *in poteſtatem hoſtium viuis conſeſſerat, ni nodum interdiſſet.* pro conſeſſurus fuit.

Cap XI. *Mors Vindicij*] Memm. & Viterb. *mors ſui vindicij*. fortaſſe, *mors Iulij V.*

Sed ſuperuenientibus ab vrbe nauis) Icelus libertus Roma in Tarraconenſem venit ad Galbam ſeptem diebus. Tam ſtupenda diligentia merebatur à Suetonio haut prætermitti. vide *Plutarchum*.

Ac dependente à ceruicibus pugione ante pectus) De itinere Galbæ ex Hispania Romam loquitur Tranquillus. Sed videtur Galba morem ſemel ſuſceptum ſemper poſtea ſeruariſſe: nam *Xiphilinus* vitæ vrbanae illius extrema tempora deſcribens, obſeruat irriſum fuiſſe, quod ſenex quum eſſet, & valetudini neruorum obnoxius, in omni itinere gladium ſuſpenſum geſtaret. *ὅτι ξιφῶ δὲ πάσης τῆς ὁδοῦ ἐξήρτων καὶ γέρον καὶ ἀδενὸς καὶ νέου τὸν καὶ πάνυ πολὺν γέλωτα ἀφλίσκετο.*

• *Fonteio Capitone*) Viterb. *Fonteio*. vt in libris *Plutarchi* *θεσπίαι* & Memm. *Fonteio*.

Cap. XII. *Quos Nero è remigibus iustos milites fecerat*] Quam parum honesta apud Ro. fuerit olim nautica militia, ac quare, ad *Polybium*, faciente Deo, dicturi sumus *libro sexto*. At classarii isti & remiges beneficio Neronis facti iusti milites in ynam legionem fuerant coniecti, auctore *Plutarcho*: quam sane admodum amplam, supra consuetum etiam illa ætate modum, fuisse oportet, si caret mendo, quod scribit *Dio*: sæuitia ista Galbæ periisse illorum ad septem millia, præter numerum ingentem eorum, qui tunc liberati, mox sunt decimati. Fortasse scribendum apud *Xiphilinum*, *εἰς τετρακίλις* vel *τετρακίλις ἀπὲς αὐτῶν*.

Aquilam & signa pertinacius flagitantes) *Plutarchus*, *σημεῖα τῶν τάχματι καὶ χόρων αἰτῶντες*. id est *signa flagitantes legioni suæ & locum vbi tenderent*.

Immisso equite disiecit] Imo & pedite, si sequimur *Dionem*: *ἐφῆκε σφίσι τὸ στρατημα*. *Plutarchus* *Suetonium* sequitur: *ἐκέλευσε τὸν ἑταίρειν ἐμβαλεῖν αὐτοῖς*.

Iuxta cuius hortos tendebat] Ante castra in vrbe ædificata prætorix cohortes multifariam diuerseque tendebant in vrbe, & vicinis vrbi municipiis *Seianus* in vnum coëgit exstructis castris: sed in castra, vt vides non admixtæ cohortes quæ ex aliis quam Romanis ciuibus erant compositæ, vt *Germanorum*, *Hispanorum*, aliorumque.

Parapsidem leguminis] *paropsidem*: nam absurdus error est scribere per *a*, vt in multis libris inuenitur veteres omnes per *o*, alioquin inepte confundantur *ἀψίς* & *ὀψίς*.

Denarios quinque donasse] magnitudinem sordium intelliget, qui cogitabit fuisse moris, vt histrionibus placentibus præter mercedem legitimam aliquot aurei ac similia munera darentur. data sunt & coronæ ex auro. At *Galba* tanta illiberalitate fuit, vt aliquando amicis daret muneri non denarios integros, sed asses duos tresque. *Dio*: *ὡς τε μὲν ἐδραχμὰς ἔστιν οἷς ἀλλ' ὀβολὸς χαλεπὸν ἐστίν*. *Plutarchus* hæc aliter narrat.

Cap. XIII. *Canticum exorsis, venit io simus à villa*] Plerique libri etiam Memm. & Viterb. *exorsus*, sed videtur prius fuisse scriptum, *et venit io Simus*. Notum est *et* esse in comædiis indicendi silentii signum.

gnum. tale illud apud Ciceronem de Iulio Cæsare. *st manum de tabula: magister adest.* Male autem in vulgatis codicibus *simus* est scriptum: nam recta scriptura est *Simus*. id nomen est personæ comicæ, è re sic appellatæ: ita enim fingebant personam hominis rustici & triparci, qualem populus Galbam existimabat. *Pollux: πρὸ ἀρχαίων, τὸ μὲν χρῶμα μελαίνεσθαι. τὰ δὲ χεῖλη πατὰ καὶ ἡρὶς σιμῆς, καὶ σφοδρὰν τελευτᾶν.* Porro in omnibus Mss. locus hic depravate exaratus reperitur. fere enim scribunt, *venitione simus*, atque ita etiam Memm. possis facere, *venit Onesimus*. at in Viterb. pro *nē* est *n̄*, fortasse legendum *noſter Simus*.

Reliquam partem retulerunt] Aristoteles in simili sententia tertio Rhetoricorum, περιλαμβάνειν aptius dixit.

Cap. XIV. *Sed nequaquam tam grata erant] Vſitatus & planius, tam gratâ ea erant.*

Ac iam summi equestris gradus candidatus] Ita edidimus ex codicis Viterbienſis fidē neque dubitandum videtur, quin hæc sit vetera lectio, non vt habent alii, credo; omnes, *summæ equestris gradus cand* Non est autem dubium fuisse illis temporibus summum equestrem gradum, siue fastigium equestris ordinis. præfecturam prætorii: negant tamen viri docti de præfecturâ illâ sensisse Suetonium, sed de procuratione potius, quæ & ipsa equestris ordinis propria: Rationem afferunt, quia parum sit probabile sub Galba libertum iri promotum ad eam dignitatem. Ego vero Suetonii verba aliter accipienda censeo, & simpliciter ita locutum illum esse interpretor, ad indicandam Iceli potentiam: quasi diceret eo ipsum pertuenisse, vt princeps propemodum equestris ordinis haberetur. possumus & candidatum pro eo qui ambit accipere: neque absurdum in eo quicquam erit, si dicatur iste libertini generis homo, etiam ad præfecturam prætorii aspirasse. non enim propterea recte colligas, fuisse illi facultatem perueniendi quo tendebat. *Plutarchus* de potentia Iceli idem cum Suetonio dicit, sed aliis verbis: *πρὸ δὲ ἀπελευθέρου δακτυλίου τε χρυσοῦς ἔδωκε καὶ Μαρκτιανὸς ὁ Ἴκαλ. ὅ ἦν καλούμενος ἔρχεται πρῶτον ἐν τοῖς ἀπελευθέρους δύραμιν. liberto aureos annulos concessit: atq; is Marcianus Icelus iam appellatus, summam inter sui ordinis homines potentiam obtinebat.*

Quam conueniret principi electo) Et à quo contraria omnes ex-
uuu 3 pecta-

expectabant. unde factum ut grauius acciperentur quæ ita præter opinionem eueniebant: omnes enim, ut *Plutarchus* ait, ἄπερ ἡ γὰρ νίας ἡμᾶ περὶ σὲ ἔχοντο.

Atq; illius ætatis) Regii, Memmii, & Lislæi codd. atq; illud ætatis. Erat Galba annorum LXXIII.

In iudicio cõdemnauit) *Plutarchus*. de cæde Cingonii Varronis, Mithridatis Pontici, & aliorum; ἔδδξε μὴ νομίμως εἰ εἰ δικαίως, μὴ δὲ δυνάμει ἀνησπῆσαι περὶ κείσως ἀδελφῆς ἢ ἀσπίλους.

Cap. XV. *Per quinquaginta equites Rom.*) Initio negotium mandatum equitibus XXX. sed postquam difficultas maior apparuit, quam initio videretur futura, atque ut *Plutarchus* ait, τὸ πρῶτον νεωμένον καὶ περὶ ἴοντο ἐπὶ πολλοῦς, additi prioribus equites XX. Ita conciliem *Tacitum Suetonio*.

Scenici aut Xystici) οἱ περὶ σκηνὴν ἢ πάλαισεν. *Plut. Videl. lib. II cap. XLV.*

Pretio adipisci) Scripsimus cum veteri Rom. cui multi manuscripti consentiunt & *Priscianus libro VIII* verbum *adipiscor* in albo eorum deponentium refert, quæ antiqui tam actiua quam passiuua significatione protulisse inueniuntur. in Viterb est *adici* pro *ad-dici*, ut sæpe alibi. *Memmianus*, *addici*, idque fortasse verius.

Pretio addici aut donari gratia passus est vestigalia) Principum qui ad breue tempus regnarunt facta, negligentius ab historicis, etiam diligentissimis prodi memorix solent. nam quia ordinationes ab iis profectæ, cum suis auctoribus ut plurimum finiuntur; quod non mansit diu, pro eo habetur, ac si ne fuisset quidem unquam. Ne aliunde exempla arcessam, quis è scriptoribus rerum fecit mentionem quadagesimæ ab eo remissæ? Sciunt periti rerum Romanarum, nomen id esse portorii, quod publicanis pendebatur. Eam exactionem ut & plures alias eiusdem generis Neronem quondam sustulisse, auctor est *Tacitus libro XIII Annalium*. Verum eo loco addit Tacitus illa Neronis decreta, *breui serusta, dein frustra habita*. Galbam reuocasse abolitionem quadagesimæ, docemus nos inuicto argumento, nummi veteris, qui ex S. C. ad tradendam posteris eius beneficii memoriam & honorem Galbæ, fuit percussus. eum nummum infra subiecimus, communicatum nobis ab eruditissimo viro, & veteris historiae

istoriæ studiosissimo, *Jacobo Azamo, Aduocato Limofensi, dioceſeos Ele-*
ctenſis in Narbonenſi Gallia Syndico.



quod igitur ſcribit *Tacitus*, manſiſſe adhuc ætate ſua abolitionem
 quædrageſimæ per *Neronem* factam; non ita intelligendum eſt
 quaſi poſt *Neronis* conſtitutionem perpetua & conſtans eius vi-
 gniſſet obſeruatio: ſed quod fuit *Galbæ* imperium & breue & ob-
 ſcurum, hoc ignorauit *Tacitus*, aut diſſimulauit.

ſauitia populum increpuit edicto] Placet hæc omnium codd. ſcri-
 ptura. nec aſſentior doctiſſimo cuidam viro qui mallet, *ſauitiam*
populi increpuit ed. hoc uſitatus: illud magis *Suetonianum. lib. IV cap.*
XXXIX. modo auaritia ſingulos increpans. Edicti ſententiam apud *Plu-*
tarchum lege.

Cap. XVI. *Vniuerſis ordinibus offenſus*.] Errant qui hanc *Mss. le-*
ctionem $\gamma\eta\sigma\tau\omega\ \tau\alpha\ \tau\eta\upsilon$ corruptunt, & legunt *offenſis*. pōtuit fugere vi-
 ros eruditiſſimos uocis *offenſus* hæc ſignificatio? *Cicero ad Atticum*
lib. II ep. 19: Scito nihil ynquam fuiſſe tam infame, tam turpe, tam peræque
omnibus generibus, ordinibus, et atibus, offenſum, quam hunc ſtatū. Pro *Sex-*
tio: *aliusne eſt aliquis improbus peculiaris populus, cui nos offenſi inuiſique*
fuerimus, & ita ſæpe alibi. Memmianus tamen, offenſis. & ſagrabat,
non ſagrauit.

Cap. XVII. *Deſpectui eſſe non tam ſenectam ſuam quam orbicatem*
tactu] *Plutarchus* ad uerbum, $\phi\phi\beta\eta\delta\epsilon\iota\varsigma\ \alpha\varsigma\ \mu\grave{\eta}\ \mu\acute{\alpha}\lambda\omega\varsigma\ \delta\iota\varsigma\ \tau\omega\ \gamma\eta\sigma\tau\omega\ \alpha\iota\lambda\lambda\alpha\ \gamma\alpha\iota\varsigma\ \delta\iota\varsigma$

διε πῶν ἀπαιδίων κατὰ φρονίμους. Sunt vero liberi firma imperij ma-
nimenta & subsidia dominationis, ut loquitur Tacitus; subsidia aula, ut
Tranquillus. Philostratus lib. V. de Vespasiano, πῶν δὲ ἀρχὴν ὑποδείξαι μ-
ν εὐδραστὰ μὲν ὑπὸ ἡδ' αὐτῶν παίδων, σφίξειται δὲ ἐπ' αὐτῶν, καὶ ἐπ' αὐ-
τῶν οἱ παῖδες.

Testamentoque semper in bona & nomen ascriptum] Ait semper: quia
soliti olim prudentes patresfamilias supremis suis, mature prospici-
cere, ac saepe pro oblata occasione testamenti tabulas reficere. non
enim ferri potest quod proferunt quidam ac tumentur, super, pro
semper. vide in Iulio capite LXXXIII, & nota ibi verba ista, *heredem ab
eo scribi solitum.*

Intra sextum adopcionis diem) Plutarchus aliter numerat, & quar-
tum diem appellat.

Cap. XVIII. Excepit terra tremore, & asimili quidam mugitui so-
nus) Videtur scribendum, terra tremor, ob sequentia. vel, *exc. terra
tremore, & asimili quodam mugitui sono.* In Memmiano diserte tremor.
caetera minus bene.

Sacrificanti coronam de capite excidisse) Veteres caducum auspici-
cium vocabant. Silius Italicus libro XVI de rege Syphace:

Vix atq; maiorum decoramen fronte. sine vlllo

Delapsa attactu nudavit tempora regis.

Talia cœlicola casuro tristia regno

Signa dabant, sauiq; aderant graua omina fati.

Cap. XIX. Loriscam sâmen induit linteam) Linteis siue lineis lo-
ricis pro thoracibus esse vsos veteres, norunt omnes: sed quomo-
do illæ fierent, & qua ratione linum ita induresceret, ut etiam fer-
ro resisteret, hoc vero norunt non omnes. Fiebant autem linei
thoraces opera atque artificio coactiliariornm & πιλοπιῶν, qui
linum aceto vel austero vino cui sal esset adiectum, probe mace-
rabant, deinde ita cogebant, ut soliditatem ac crassitiem lintei
octies decies, aut saepius in se complicati haberet. Nicetas Acomi-
natus libro I rerum Isaaci Angeli: αὐτὸς μὲντοι ὁ Κερράδου αἰσὺ διὰ τῶν τοι-
καῦτα διηγωνίζετο, ἐκ δὲ λίνου πεποιημένον ὕφασμα οἴνω ἀσπρῶ ἰκανῶς ἠλισμέ-
νω διάβραχον πολλάκις περιπλῆξθὲν δίκην δώρακου ἐνεδύετο. ἐς τοῦτο δ' ἦν
ἀππτυπὲς ἀλοῖ καὶ οἴνω συμπληθὲν, ὡς καὶ βέλους ἦν παντὸς στρατότετα.
ἠριθμῆντο δ' εἰς δατωκίση καὶ πρὶα ὑφάσματ' συμπλήγματα. Ipse Con-
radus sine scutozunc dimicabat; sed pro lorica textum quoddam gestabat.

ὁ λίνου

à lino factum, vino austero probe salis maceratum: sepius replicatum: quod quidem sale & vino coactum adeo firmum aduersus istum erat, ut penetrari à nullo relo posset. Erant autem huius texti plagella octodecim & eo plures. Sed ad Polybium plura de his, quandoque Deus dederit & eum edamus.

Neque presentium q.) Vnum saltem excipe, cui vni Romanorum fidei & probitatis testimonium præbet *Plutarchus*.

Cap. XX. *Iugularis est ad laticum Curtij, ac reliquus ita vti erat*) Reperti in commentariis Græcorum cassam cur ita diu fuerit relictus, nempe adstitisse illi canem, quo viuo caput Galbæ amputari non potuerit. historia id sit an fabula nihil pronuntio.

Galba cupide fruarius atate tua) Ὀυαί οὐ ᾧ Γάλβα τῆς ὄρας ἢ τῆς ἡλικίας. Sed in aliis libris non cupide verum *Cupido* scriptum est, *Turnebo* teste, quod non displicet, nam ut subiicitur, sua Galbæ forma placuit, ita *Memmii* codex,

Et loco vbi iussu Galba animaduersum in p.] Ei loco nomen *Sostertio*: ibi mos erat puniri, quos *Cæsares* iusserant supplicio affici. *Plut.*

Cap. XXI. *Excruerat etiam in dexteriore latere eius caro, propendebatque*] *Quidam* libri, *in dextro latere eius gibbus vel caro, propendebatque*. *Memmianus*, quoque *propendebat* per diphthongum.

Cap. XXII. *Inter cœnam vero vsque eo abundantem*] *Viterb. & Lis. læi abundantij.*

Libidinis in mares pronior] *Scribe, pronioris* ea vera lectio, quam etiam in editione *Rob. Stephani* offendi, sic malo quam ut *Torrentius*: quia pendet oratio ab illis paullo ante *cibi plurimi traditur*.

Cap. XXIII. *Perijt tertio & septuagesimo atatu anno*] Et hic dum rotundare numerum student *Sueton.* & *Dio*, diuerso modo discedunt ab eo quod exacte verum, nam *Dio*, ait anno LXXII. ambos componit *Zonar.* qui ait annos LXXII. & dies XXIII.

Imperij mense septimo] *Clemens Alexandrinus* addit sex dies. *Epiphani* codices XXVI. mitto quæ *Theophilus* & alii super hoc. Apud *Dionem* & *Zuaram*, qui à *Dione* habet, *μῆνας ἑπτὰ* scribere malim, quam auctorem negligentia accusare.

O T H O.

Cap. I. **P** *X. Albia Terentia splendidissima femina*] Scribe *splendida fam.* nam ita codex noster, item Memm. ac Lislæi, & iuvat Tacitus II Histor. *Othonis pater consularis, avus pratorum, maternum genus imperatorum damen indecorum.*

Quam nondum nubilem] Membranzæ, *vix dum nubilem.*

Cap. II. *Ac dissenso sago impositum in salime iactare*) Præter *Marziale* lasciviaz huius meminit *Vlpiantæ* in *Collatione* iuris cum legibus *Mosis*: quam edidit pridem *Petrus Pitheaus*, vir quo nemo feliciter in omni genere eruditionis est versatus. ea proprie *sagatio* dicta veteribus Latinis, ut ex *Glossario* idem *Pitheaus* ante nos annotavit. in eo scriptum *sagatio*, *παλμυς*. Gallis dicitur *berner*. vocabulo veteris, ut videtur Græciæ; nam *Dores* *βερνερ* dicebant pro *πάλλειν*. *Ηεσθιδις*. *βερνόμεδα*, *κληρωσιόμεδα*, *Νάκωρις*. *κληρῶδα* idem est ac *πάλλειν κληρος*. ut in illo poetæ *κλήρος ἐκ κωνία χηλλήρι πάντων ἐλόντες*.

Præquam plane restitutionem ei impetrasset) Quia damnati re-
petundis amittebant ordinem. vide ad caput XLIII libri primi.

Cap. III. *Sepositus est per causam legationis in Lusitaniam*) Sic, per honorem militia urbe summovere in vita *lanonali*, cuius auctor non alius, opinor, quam *Suetonius*.

Cap. IV. *Aureos excubanti cohorti viritum dividebat*) *Tacitus*; *cohorti excubanti agenti viritum centenos nummos dividebat*. Ergo aureus v. nus, & centum nummi, idem. quod & alia veterum testimonia doctis observata declarant. Hic locus me admonet, ut *Eumenij panegyrista* orationem pro *scholis* emaculem. *Salarium me, ait, liberalissimè principes ex huius Reip. viribus in sexcentis millibus nummum accipere iusserunt*. Quis credat salarium tam amplum vlli rhetori fuisse? neque nos primos offendit ea summa. sed nos ex collatione Græci scriptoris qui testatur annua stipendia professorum sub Imperatoribus fuisse aureorum sexcentorum, putamus in ea oratione semper *sexagenis & ericena* scribendum, non autem *sexcentenis & tercena*. *Sexagena* sestertia millia, siue *sexagena sestertia* sunt aurei sexcenteni: quod

mi : quod fuisse *salarium* professorum diximus. *Tatianus* in oratione *apologetica* philosophorum increpans auaritiam, Vestri, inquit, philosophi tantum à contemptu opum absunt, ὥστε καὶ τῶν Ῥωμαίων βασιλέως ἐπιστάτους χερσὺς ἐξακροῦστας λαμβάνειν πινὰς εἰς ἰδὲν χηρίμων, ὅπως μηδὲ τὸ γένος διαρῶν κερδοκίμον αὐτῶν ἔχῃσι. & nota sis vocem *πινὰς*. nam ex ea intelligimus celeberrimis tantum doctoribus id datum *salarium*. quod facit valde ad destruendam illam immensam summam quam falsa scriptura apud *Eumenium* ingerit. Quæ aduersus hanc emendationem eruditissime doctissimi viri disputarunt, non adducunt me vt sententiam mutem. maxime cum *Eumenii* illa verba cogito, ex huius *Reip. viribus*. Quis credat rhetores qui in Vrbe docebant annua centena habuisse, ex instituto *Vespasiani*: hunc vero qui in prouincia, & quidem in Vrbe non admodum potente, vt ipse testatur, annua sexcentena? hoc est ad coronatos hodiernos decies mille & quingentos. Mihi istud mirum videtur atque ἀπίθανον.

Cap. V. *Per hos sollicitati reliqui, nec adeo multi*) etiam *Xiphilinus*, ὀλίγους ἑσπεύστας συνομομοκέναι αὐτῶν indefinite scripsit. Vtrique lucem facit *Zonaras*, qui triginta ait fuisse.

Haud dubia fiducia in ipso negotio pluribus affuturū) Deest vi aut quasi in isto loquendi genere. nam hoc Græci ita dicerent: πεποιδότις σφόδρα, ὡς ἐν αὐτῶν τῶν ἔργων παλαιῶν παρεμμένων, vel παροχρησθέντων. At in *Viterb.* aliam lectionem reperi, *plures affuturi*.

Cap. VI. *Erat animus p.*) *Memm.* & alii *Tulerat animus*. vt *In noua fert animus mutat. ut dicere formas*.

Medium quoque tempus religio & Seleucus exemit) Facio inuitus, testor, quod toties à magno illo viro dissentiam, qui haud ita pridem multa erudite in hunc auctorem à se animaduersa in *Semestribus* publicauit. Mihi vero ita æquus contingat lector, vt animus est nulla ærugine suffusus, & veritatis in omni re parua, magna, studiosus. Placet autem illi omnino legendum esse hic, *religio & ipse locus exemit*. quibus adducatur rationibus lector studiosus apud ipsum videbit. At nobis vulgata lectio præ hac noua nimis sapit. eam sic interpretamur. *Medium tempus* vocat, sex illos dies quos ait *Plutarchus* medios fuisse ab adoptione *Pisonis* ad cædem *Galbæ*. adoptio celebrata a. d. III. Ian. cædes facta XVIII. Kal. Feb. medio tempore inter hos dies interiecto, ne *Otho* *Galbam* occideret.

impeditum illum ait Suetonius, qua religione, qua *Seleuci monitu*. Religio quam intelligit est *παρεσβόλη* quædam traditio: qua verabatur feria negotia certis diebus inchoate. talis erat in eo tempore quod medium hic vocatur, dies postridie Idus: vt *libro secundo* notamus *cap. XIII.* refero eodem & diem III. Id. Ian. & qui XIX. Kal. Febr. dicitur, ambos Carmentæ sacros: quo tempore fauere linguis oportebat, non cædibus operam dare: atq; hi dies publice religiosi: potuerunt autem etiam cæteri priuata superstitione Othoni esse religiosi & atri: sicut Augusto omnes Nonæ. Iam ergo habemus quomodo medium tempus religio exemerit: vt missa faciam omina, tristia auguria & aruspicum responsa, quæ Othonis cæpta tardare potuerunt. Mos autem omnium fere Romanorum fuit per ea tempora, vt prius quam vel tantilli momenti rem aggredierentur, adirent ad mathematicos & astrologos, vt sumendo exordio horam felicem indicarent. *inuentalis*:

Ægra licet iaceat, capiendū nulla videtur

Horæ cibo, nisi quam dederit Petrosirus.

Othionem autem isti hominum generi valde fuisse addictum, non obscure Tacitus indicat: vt mirum non sit, in tantæ rei negotio sedulo ipsum omnia temporum momenta explorasse, & de illis eum consuluisse ex astrologis, quo plurimum vteretur. talis erat Seleucus vt ex hoc loco & alio *quarti cap.* apparet: siue is est qui *Tacito* & *Plutarcho* Ptolemæus dicitur, siue alius, Iudicet nunc lector eruditus, quid sit in hac aut lectione aut interpretatione, cur antiquis codicibus, qui omnes in vulgata scriptura consentiunt, fides debeat abrogari. Quam commentus est vir doctus lectio, & ipse locus, stare aliter non potest, nisi de certo aliquo & definito loco intelligatur, in quo latitans totum illud tempus medium Galba transmiserit. cedo autem mihi aliquem huius historię auctorem. cedo etiam loci eius nomen.

Abditus prope muliebri sella] Tacitus *sellam* ἀπόρ. at *Plutarchus* ἀπόρ. melius dixisset *δι' ἑσπ. κατὰ τὴν πόλιν*: nam tales sellæ mulierum, quibus in publicum deferbantur: quod vox *abditus* manifesto docet. fuerunt & aliæ sellæ mulierum non adopertæ, sed quarum domi vsus non foris. Talis erat, opinor: quæ *seliquastrum*, dicebatur, vt *Varro* & *Festus* scribunt: alii per *i. siliquastrum*. *Hyginus libro secundo Astronomici poetici, de Cassiopeia, pro quo factis inter sidera sedens in fili-*

in filiquastro constituta est. libro tertio: *Cassiopeia sedens in filiquastro collocata est.* Ne igitur mutemus eam vocem aut mendii suspectantem habeamus apud *Arnobium* libro II: *Quid arquata si sellula, acus, strigil, polubrum, filiquastrum?* Habnere mulieres olim & *Διοφύς* *λοχναίου*, in quibus sedentes enitebantur: quarum hodieque vsus est. mentio earum *Exodi capite primo*, & apud *Artemidorum* libro quinto, capite LXXIV.

Dones omiffa mora succollatus] Bene neque delenda verba, *omiffa mora*, *φειδοί τῷ χέρον*. motam intelligit expectandi lectiarios seruos, quibus deficientibus, liberi homines in armos & collum receptum eum baiularunt vicibus: quod succollare dicitur.

Cap. VII. *Positaque breuiratione*] Simplex pro composito posita, id est, exposita. Viterb: tamen *oratione*, cum veteri Rom. item Memm. & aliis multis. sed durum sit nimis *posita oratione* pro habita.

Diplomatibus primisque epistolis suis ad quosdam prouinctarum praefides Neronis cognomen adiecit] Facessunt mihi negotium *Plutarchi* super hac re verba. *Κλαύδιος δὲ Πέρθευς εἰς Ἰβηρίαν φησὶ κομισθῆναι διπλώματα, οἷς ἐκπέμπουσι τοὺς γεραιμῶν φέροντες, τὸ τῷ Νέρωνι θεῖον ὄνομα προσγεραμμένον ἔχοντα πρὸ τῷ Ὄθωνι.* quid appellat τὸ τῷ Νέρωνι θεῖον ὄνομα? aut quale istud est Neronis diuinum nomen? nam de *diui* appellatione accipere non possumus: nisi putamus tam stultum *Othonem* fuisse, vt viuus appellari voluerit diuus: quod non solum erat insolens, verum etiam ominoſum & βλάσφημον. deinde vt ea sententia efficeretur, scribendum foret *θεῖν*. tum intelligeremus in diplomatis *Othonis* scriptum fuisse, *M. Saluius Otho Nero Diuus*. hanc sententiam confirmant non nihil quae scribit *Tacitus* extremo libro XV. de adulatione *Cerialis Anicii*, qui *Neronem* adhuc inter homines agentem & coli pro deo, & *Diuum Neronem* appellari voluit. Sed vetius puto, tollendam vocem *θεῖον* è *Plutarchi* verbis.

Τὶ γὰρ μοι ἐμακροῖς ἀλλοῖς] Variè corrupti sunt in postrema voce libri veteres. alii praefertunt *δύλοις*: alii ac prope omnes, *ἀλλοῖς*. mendose prorsus. neque hoc monerem, cum è *Xiphilino* veram lectionem de qua dubitari non potest, *Turnebus* pridem indicarit: nisi viderem esse viros doctos, qui deprauatas lectiones veterum codi-

cum partim interpretari conentur, partim aliter emendare. quorum utrumque superuacuum.

Cap. VIII. *Quietem & concordiam suaderes*] Emenda *Plutarchum* in harum epistolarum mentione, & lege ὡς ἂν ἰπαιεύμενος ὄρεται Οὐτιμίῳ καὶ Ἰωνῶνι σατοῦργ. φερῶν. per quas factus elatior scripsit *Vicellius*, monens eum, ne seditiosa consilia sequeretur. perperam vulgo editum, καὶ Ἰωνῶν σατοῦργ. ὅρ. quam deprauatam lectionem mirabiliter expressit *Xylander*, vir alioquin & iudicii & eruditionis non mediocris.

Et placuerat per. et.] Dele & ac pone πλείον στυμὸν ante *placuerat*. incipit namque hic narrare, quod præcedentibus verbis proposuerat. Scripti omnes hunc pusillum errorem agnoscunt. Rem narrat *Plutarchus* accuratius: nam *Suetonius* multa omittit.

Motis necdum conditis ancilibus] Adi *Polybium* in fragmento libri ab *Vrsino* editi XXIII, & *Liuium* in eadem historia libro XXXVII. Similis superstitio seruata Athenis, cum celebrarent *Plynteria*. per eius festi dies *Mineræ* simulacrum tegebatur, ac publice priuatimque diligenter obseruabant, ne inchoato festo, nec dum peracto, quicquam aggrederentur: id enim in faustum habebatur. *Xenophon* de reditu *Alcibiadis* in patriam post exilium. κατέλευσαν εἰς Πειραιᾶ ἡμέρῃ ἢ πωυτήρῃ ὅταν ἡ πόλις. Ἐξ ὅδου κατακεχυμένῃ τῆς Ἀθηνᾶς. ὃ πρὸς οἰανίζοντο ἀνεπιτήθειον εἶναι καὶ αὐτῶ καὶ τῆ πόλει. Sed *Plynteriorum* dies vnus saltem erat infaustus: ancilia semel mota ante trigessimam diem non condebantur, vt affirmare videtur *Polybium* loco quem indicauimus.

Cap. IX. *Et ad Castoris*] Ita omnes meliores, non vt quidam alii ad *Castros*.

Apud Bebricum] Nusquam minus & auctores veteres & libri quam in loci huius scriptione consentiunt. Fere tamen Latinis scriptoribus aut *Bebricum* dicitur, aut *Bedricum*. *Plutarcho* πλείον πλείον Κραμῶνις τὸ Βητειακόν: & quidam codices apud *Eutropium*, *Betricum*. *Viterbiensis* quoque hic & *Memmii* ac *Pichæi* codices non multo aliter, *Breiacum*. eadem collocatio literæ caninæ apud *Iosephum*, qui hanc vocem ita enuntiat φρυ διακόν. vide & *Chronicon Eusebii Philostrati* libro quinto *Othonem* perisse ἀπὸ τοῦς Ἐσπερίους Γαλάτας. scribit: laxè sane & negligenter.

Cap. X. *Interfuit huic bello pater mem Suetonius Leni*] Reperi in *Mem-*

Memmiano & habent alii libri, *Suetonius Lerm.* in nullo, quod scri-
am, *Lerm.*: quæ depravata scriptura Mureto olim persuaserat, hunc
esse Suetonium illum Paulinum, de quo *Tacitus* multa. qui magnus
est doctissimi viri error.

Tribunus angustianus] Hac vera lectio *Glossarium*, τριβουνος,
angustianus.

Cap: XI. *Qui discodero & abire cupiebant*] Viterb. vt *Torrentii*
duo, *cupiebant*.

Excelsiter (isa. praeceperat) funer.] Viterb. & *Lisizi*, *celeriter*,
nam isa. praec. vnde olim vere notatum *Turnebo*, ortam esse falsam le-
ctionem, apud *Veliternam*, *isa. pr.* etius commentitiæ (quod ex *Pla-*
varcho patet: scripturæ nunquam in nostris libris extant vestigia,
neque item illius quam praeferunt editi quidam optimi, in *Rob.*
Steph. & *celeriter ac paruo cultu, nam isa. praec.* vtrum ex lectione scri-
pta? probem si ita sit: sed vereor ne sit coniecturæ correctoris e-
mendantis γερων veteris Rom. apud *Caliternam*.

XXXVIII. *et ari anno*] More suo *Tranquillus* annum in clia-
tium pro pleno numerat: nam alii XXXVII solum vixisse aiunt. In
tempore imperii puto peccatum apud *Clementem Alexandrinum*, do-
ctissimum & sanctissimum scriptorem: legitur enim ὄθων μῆνας, ἐ-
πίμηνος ἄ. ego vero scripsisse opinor. γ' non ἔ. sic *Eusebius* in *Chronico*:
Otho tertio regni sui mense apud Bebriacum propria manu occubuit. & Ce-
drenus μῆνας βεῖς, ἐπίμηνος ἦ. neque tamen nescio posse defendi vulga-
tam *Clementis* lectionem ex quorundam Græcorum traditione, nam
in *Fastis antiquis Græci* qui Siculi vulgo vocantur & magno vsui do-
ctissimis viris sæpe fuerunt, hæc legi ὄθων βασιλεύσας μῆνας ἑξιοθάζη
ἐν τῷ Παλατίῳ Ῥωμαίων. Eni quantæ nugæ in quam paucis verbis. Hac
est istorum hominum fides, quorum Chronologiis omnes veteres
bibliothecæ scatent, quare tirones cum illos legunt, meminerint,
magno iudicio opus, vt possint nigrum mendacio præfigere theta,
velut cum in hac ipsa historia de morte *Othonis* ita *Codrenus* scri-
bit, θύων δὲ πότι ἐν τῷ ἱερῷ, τὰ τῆς Λαοεδότης ἀμαρτωπῆς ἱερῆς παρμίξω
καὶ δὲ τὸ Οὐίτελι αὐτῷ ἵπνασαντο, ἔπιθῆσαν αὐτὸν διέχειλιτο, ἐπὶ ὧν
τὸ γδ με ἔδει μακρῆς ἀλλοῖς ἀδεν καὶ ἀλλῆν. Iegerat nempe semidoctus
aliquis, *Othonem* erupisse quondam in hæc verba, ἢ γδ μοι καὶ μα-
κρῆς ἀλλοῖς; inde occasionem arripuit fingendi eam fabellam, quam
narrat *Codrenus*: nisi ipse fictor illius est, non solum narrator. & ta-
men

men ista cuiusmodi sunt, ferri possunt fortasse, nisi in rebus maxi-
mi momenti, & quæ pertinent ad historiam Ecclesiæ, pari fide,
quod certum est, versati essent. verum quid ago? non enim à princi-
pio institueram.

[Cap. XII. *Male pedatus scambusq;*] Ex emendatione Turnebi est
hæc scriptura. Ille in membranis optimis repererat, quod & Pi-
thæus in suis, *scambusque*. nos in Lislæi, *scambus*, *σκამβος* Græcis dic-
tur; qui est crure aut pede varo. Suetonium voce Græca usum, vel
eam potius dictionem fuisse in usu tum Romanis, non est verissi-
mitudine abhorrens coniectura. In plerisque Mss. scriptum, *cal-
uusque*. an vera lectio *claudusque*? quod *Petro Fabro* placet. Sed verissi-
ma & iam certissima scriptura est, *scambusque*: nam & antiquissimi
duo regiz bibliothecæ codd. eam lectionem firmant: neque dissen-
tit Memmianus.

[*Galericulo propter raritatem capillorum adaptato & annexo*] Vete-
res cum capite nudo essent, & caluitiem urbanorum, dictis esse ob-
noxiam experirentur, ad eam celandam instituerunt pelles quas-
dam parare, appositis crinibus humanis, sic ut aptata capiti, cutis
vera, non coma ascititia videtur. *lis pellibus vsi & viri & feminae*.
*Tertullianus De cultu fœminarum: Affigitis præterea nescio quas enormi-
tates sutilium atque textilium capillamentorum, nunc in galeri modum,
quasi vaginam capitis & operculum verticis, nunc in cervicem retro sugge-
stum. Nec galericulum solum vocabant sed galerum. Iuvenalis:*

Sed nigrum flauo caput abscondente galero.

Auianus:

Nam mox deiecto nisuit frons nuda galero,

Discolor apposita qua fuit ante coma.

[*Ac pane madido linere*] Viterb. *linire*. Panis iste fiebat ex oryza aut
fabis, ut apud medicos in compositione psilothrorum legimus.
item ex farina filiginea. *Iuvenalis:*

Sed qua mutatis inducitur atque fouetur

Tot medicaminibus, coctaque filiginis offas

Accipit, & madida, facies diceretur an vlcus?

[*Sacra etiam Isis sepe in lintea religiosaq; veste præpalam celebrasse*] *Ap-
rianus De bellis civilibus libro IV: Ουολύσι & ἀρχαίου ὄρου, καὶ εἰ-
λον ὄρμασθιν τῆς Ἰσίδου ἔχων, ἤτις τὴν σολήνη, καὶ τὰς ἐθόντας ἐπέδυνται ποδῶν
••••• ρεις, καὶ τὴν ἑκκυνὸς κεφαλὴν ἐπέδυνται, καὶ διήλθεν ἕτως ὀργιάζων αὐτὸς χι-
ματι*

μαπις Πομπηιον. *Seius* atque alii.

Sed de habitu *Isiacorum* plura *B. Cyriacus, Arri-*

VITELLIVS.

Cap. I



Xtat Q. Eulogij ad Q. Vitellium libellus] Adiuu-

mus hac parte minimum veteres codices, & ve-
ram lectionem produximus ante latitantem.
Quintus hic Eulogius, libertus Q. Vitellii fuit,
estque à manumissione appellatus Q. Vitellius
Eulogius, aut fortasse Eclogius. Hic vt patrono gratificaretur, stem-
ma Vitelliaz gentis descriperat, & librum eidem nuncuparat. hoc
genere officij soliti liberti patronorum suorum studia demereri. sic
Iulius Marathus Augusti libertus, de rebus illius libros ediderat, vt
dixit *auctor libro II. Spartianus: Fama celebris Hadrianus tam cupidus fuit,*
vt libros vitæ suæ scriptos à se, libertis suis literarum dederit, iubens vt eos no-
minibus suis publicarent.

Cap. II. *Sectionibus & cognituris*] Sic optimi codices, itaque e-

didit primus, opinor, spectata fidei vt Rob. Stephanus plerique ta-
men codd. *consuevit*. etiam Viterb. *suevit*. quod testificari volui.

Cuiusdam furnariam exercentis] Viterbiensis, *furnariam exerct.*

hoc est, refectionis *libro II cap. II. Furnaria* absolute positum pro furna-
ria negotiatio. sic *lignaria negotiatio* apud *Capitolinum*, & id genus
alibi multa. In *Glossario* exponitur *furnarius*, ἰπνοκάυστης, κερμινοκάυστης:
sed ea interpretatio ministro potius furnarii quam furnario con-
ueniat.

Domo Nuceria] In quibusdam loquendi generibus domus pro

patria vel vrbe ponitur. vnde passim in *Dione*, οἱ οἶκος Ρωμαῖοι, vel οἱ ἐν
οἴκῳ. & apud *Sophocleum*, ἡ οἶκος πόλις. nam ita scribi debet hic illius lo-
cus in *Oedipo Calaneo*,

— — — τῷ δε τῷ πόλις φίλος

Ἐιπών. ἐπιξία γδ. ἢ δ' οἶκος παῖον

Δίκη σέβει' ἀν' ἕσα σὴ πάλαι τευρός.

ἢ οἶκος πόλις, est patria Oedipi, Thebæ. vulgo scribunt *δικη* & male
interpretantur.

Scalpro librario] Græci *σμίλιν* vt in *epigrammate Iuliani* quo

υυυ conti.

continetur scriba supellex, *σμίλην τ' ἄξιόνον κοπίδα*. Latini *scilam* vocant. *Glossarium, Sicilia, σμίλα, χαρτοποια*. sed *Arnebius* vocem *scilam* pro Latinitate donata vsurpat *libro quinso*: nisi legendum ibi *scilam*.

Lucius ex consûlatu Syria præp.] *Dio lib. EVIII. Tacitus* in anno vrbis *DCCLXXXVIII. Suet. lib. llll cap. XIV.*

Catum Cesarem adorari vt deum instituit] *Quem* morem postea retulit *Diocletianus*, mansitque ex parte etiam sub *insecutis* principibus, quorum salutatio habuit aliquid adorationis immixtum. *Memmii codex adorare.*

Socculum dextrum inter togam tunicamq; gestauit] *Minus* erit indignationis, si meminerimus, *soccis aureis* & qui etiam *lapillis fulgerent*, vsos *veteres*, qua *fœminas* qua *viros* *ἀβεστέους*. propterea non cum cæteris *calceamentis* promiscue habebantur, sed in *thecis* seruabantur, quas *συνδαλοδίκας* *Memander* appellauit. *Notetiam sandaligeruli & sandaligerula* ex *comœdiis*.

Cap. V. Quum succedenti fratri legatus substitutum fuisset] *Substituitur* dicitur ille, qui vacuum desertione alterius locum occupat: quod hic de *Vitellio* dici posse non videtur. *Legendum* est cum *libro amplissimi Memmii*, cui & alii è nostris assentiuntur, *substituit*, quum exacto tempore administrationis *anuuæ* *provincia* excedendum esset *Vitellio*, ille *substituit*, vt *fratri* sibi *succedenti* *legatum* ageret.

Cap. VIII. Per communem factionis sua fauorem] *Memmii & Lislæi codd. factionis Veneta*. vt in quibusdam editis. *confirmat mendosa lectio codicis Cuiaciani, venenata, & hic & capite XIV pro Veneta.*

Quorum publica vectigalia interuerterat] *Quare* tollendam censet vocem *vectigalia* *vir doctus*? an quia *publicum ἀπὸ*, aliquando dicitur *τὸ τελευτικόν*, ideo vera erit eius sententia? *quasi* vero non multo sæpius aliter loquantur *optimi auctores*: quos omnes item que aliquot *veteres inscriptiones* corrigamus oportet, si *locum daturum* huic emendationi. cæterum omnes *Mss.* cum editis consentiunt.

De se experimentis] *Dele* *voculas de se*, quas nec *scripta lectio* agnoscit.

Lamneiens assent] *Liber Memmii* itemque *Pithæi, iam assent.*

sic

sic quidem scribebant. vt in *Glossario*, *iantare*, *iantaculum*.

Cap. X. *De Bebriacensi victoria*] Memmii, Pithœi & Lislœi *Bebriacensi*, vt supra *Berriacum*.

Egrege prorsus] Pithœi liber *egre*. Ipsi vero placebat, *regie*. non male: nam istud quidem factum vere fuit regium: mihi tamen nihil videtur mutandum.

Perque flumina delicatissimis nauigiis] cuiusmodi erant Ptolemæorum regum *θαλαμνη ποιοι*. de quibus *Appianus* & scriptores alii multi. vel illa Cilicum piratarum nauigia, de quibus *Plutarchus* in *Pompeis*.

Cap. XI. *Sequo perpetuum consulem*] Vetus inscriptio,

A. VITELLIUS L. E.
IMPERATOR
COS. PERP.

Vt & aliquid de Domitio diceret] Id est caneret aliquod *ᾠσμα*, promptum ex libro canticorum Neronis. sed quare potius *de Domitio* quam *de Nerone*? an Nero volumini à se edito indicem fecerat *Domitij cantica*? at Pithœi cod. *de dominico*. vt puto non absurde: ita enim videtur appellatum ab assentatoribus viui Neronis liber canticorum eius, rerum domini. quam vocem refert nunc Vitellius, non sine allusione ad tempora Neronis, quæ reuocare studebat.

Cap. XII. *Coniecit in compedes, statimque soluit*] Ita emendauimus accedente etiam quorundam librorum auctoritate, vt Rob. Steph. mirum tamen in Viterb. Lislœi, & aliis fere omnibus *coluit* legi.

Ob nimiam consumaciam & ferocitatem) Cuiacii codex, Pithœi & Lislœi, *furacitatem*.

Cap. XIII. *In ientacula & prandia, & cœnis comissationesque*] *Dio* totidem nominat: *ἐχ' ὅλης τῆς ἡμέρας οἱ αὐτοὶ εἰσίων αὐτῶν, ἀλλ' ἄλλοι μὲν ἀκραπίδαυ παύειρον, ἄλλοι δὲ ἀριστήσαι, ἕτεροι δὲ δειπνον, ἕτεροι δὲ μεταδέρπια πρὸ πηλομονίης ἀδμύδια.*

Facile omnibus sufficiens, vomitandi consuetudine] *Dio*, καὶ τῆς ἡμέρας καὶ τῆς νυκτὸς ἐδαπάναι, ἀπλήστου τε ἐμφορέμενον, καὶ συνεχῶς πάντα ἐξέμαίνων, ὡς μόνη τῆ παρ' ἐδῶ ἡσσιῶν τρέφει δμῶ. ἀφ' ἧ καὶ ἀνταρκτικὴ δύναμις. *De vomitandi consuetudine*, quod *Cicero* vocat *extremo libro XIII epistolarum ad Asticum* ἐμετικὴν ἀγερ, *Plinius* libro XXVI capite III. *Corne-*

lius Celsus libro primo capite tertio. Jam inde ab Hippocratis temporibus mos fuit multorum, ut bis quot mensibus ἐμπελὴν agerent, quibus erat sua valetudo curæ. Apparet ex libro De salubri diæta. Philo de vita Cæsij; πολὺς ἀλεγεινὸς καὶ ὀλοφαγία, καὶ ὅτι πᾶσι τοῖς ὄγκοις ἀπλήρωτοι ἐπιθυμία, διεμολοσίουτε ἀκίρσοι καὶ ἑμῶσι, καὶ ἄδὺς πάλιν δινοφθυγία, καὶ ἐριδρῶι γαστριμαργία. propter hanc consuetudinem obiectum à Magno Pompeio ingrato cuiusdam quem ditauerat, quod fecisset eum ἐκ πεινατικῆ ἐμπελόν, de sæpe esuriente, & sæpe reſicientem.

Quadringenis millibus nummum confisterunt] Ita Viterb. & alii meliores libri non quadragenis. quam aberrat autem vir doctus qui ut firmer lectionem quadragenis, profert locum Dionis, de sumptibus eorum qui conuiuia præbebant Vitellio, ὡς ὀλίγων ἡμερῶν διελθούτων, ἐκ τῶν εἰς τὸ δειπνον μυριάδας ἀναλόγου? quomodo enim colligit inde ita hic scribendum? nam Dio loquitur de sumptibus plurimum dierum: Suetonius de singulorum conuiuiorum impensis. deinde summæ quam diuersæ? nam Dionea est non minor quadragesis sestertium. quod videtur confirmare vulgatam lectionem simili loci libro superiore capite XXVI.

A Carpathio vsque fretog, Hispania] Hoc est ab extremis Imperii finibus Orientem versus & Occidentem. Legendum enim à Parthia vsque, auctoribus libris regis, & Viterb. aliisque omnibus quos ipsi vidimus. Lautos homines & popiniones Romanos aue à Parthis solitos petere, testatur Seneca Consolatione ad Heluiam matrem. Quæ afferuntur à doctis viris firmandæ alteri lectioni leuia sunt, & ἐπιλεχτα.

Non profunda modo gula] Respicit locum superiorem capite septimo, vbi similiter profundam gulam Vitellio tribuit. Sic locutus Seneca epistola LXXXIX. Ad vos deinde transeo quorum profunda & insatiabilis gula hinc maria scrutatur, hinc terras. Sic Apuleius in Apologia: Nec quidquam ei relictum est ex largiore Fortuna præter ambitionem miseram & profundam gulam. & apud Claudianum, profunda ingluuies libro secundo in Eutropium. Plinius de Apicio, nepotum omnium altissimus gurges, non aliter apud Salust. profunda auaritia, & apud Velleium, profunda omnia confundendi cupido. Græci pari elegantia atque efficacia vocem βάδϑ vsurpant. ut in illo Pauli Apostoli, ὃ βάδϑ κέρτε καὶ σοφίας καὶ γνώσεως δει. & Plutarchus in Marcello Archimedi tribuit βάδϑ ψυχῆς καὶ διανοημάτων κέρτε. Themistius oratione decima cui-

dam

dam βαδύς & διαβολα. dicitur & βαδύτης, ut in sexta Polybii historia, βαδύτης ψυχῆς. & apud Ciceronem ad Atticum, mea βαδύτης. quæ dicitur Sallustio in Iugurthino, *altitudo ingenij*. inde apud Athenæum libro nono, ὁ βαδύς τῆ φύσεως σατυρῶς. Vopiscus in Numeriano, Denique erat altus, risit & tacuit. altus est βαδύς, vel βαδυγρόμων. ex eo dicta profundæ mentis consilia. Quintiliano, declamatione XVIII. Græci poetæ βυασοδόμενοι. Translatum dicendi genus à cultu aruorum, declarant Æschylis de Amphiarao versiculi;

Βαδέϊα ἄλοχα δὲ φρενὸς καρπέμων,

Ἐξ ἧς τὰ κίθνα βλαστάνει βυλδύματα.

Cap. XIV. *Pronus vero ad cuiusque necem*) Scrib. cuiuscunque.

Quam vernaculis & mathematicis) Veteres codices nihil, quod nobis sit cognitum, isto loco variant. merito autem vellunt viris doctis autem isti vernaculi. quos enim sic appellat Suetonius? quare visum Iosepho Scaligero doctorum nobilissimo, nobilium doctissimo, scribere veraculis aut vericulis. Oracula & sortes vocabant vera. Iulius Capitolinus: *Vates Calesiu apud Carthaginem qua Deo repleta solebat vera canere.* neque ego video quid commodius excogitari possit. nisi fortasse aut cum Turnebo *diuinaculis* legamus: aut vulgatam lectionem defendamus sic, ut vernacali sint γόντις, nam Zonaras distincte notat pulsos ab eo & ἀσεβλόγους. h. e. mathematicos, & μοχ γόντις, hoc est, præstigiatores ac circulatores. Hos videtur Suetonius vernaculos appellare, rationem nominis non facile aliquis diuinet: sed videtur vox esse sordida plebis, quæ vilissimos de circo præstigiatores, ut erant ἠροπαῖκτοι & quicunque δαυματοποιοὶ dicebantur, sic indigetabat: fortasse quia eorum mos erat; admirationem & risum hominibus ciere. Seneca De beneficii libro sexto: *Alter apud proximum circulatorem resedit, & dum vagus atq; erro vernacali congregatur & ludit transuentem Platonem, quem non quaeserat, inuenit.* Martialis

Vernaculorum dicta sordidum dentem

Et sæda lingua probra circulatricis.

Fallor? an ex his duobus locis colligi potest, vernaculos, qui cum circulatoribus & circulatricibus coniunguntur, aut eosdem, aut affines iis esse quos γόντις ex Dione Xiphiliam vocat? Non me tamen fugit quid in contrarium dici possit.

Ne Vitellius Germ.] Ita Mss. nec quicquam mutandum. Sed

quare tacet Suetonius quod vel præcipuum erat: istos nempe non vanos, sed vere fuisse *μαρτυροὺς κακῶν ἀτυχεῖς*: obiit enim Vitellius intra præfinitam diem.

Cap. XV. *Bebriacenses copius*] Vt supra Betriacum ita hic *Bebriacensis* optimi co dd.

Cap. XVI. *Vt inde in Campaniam fugeret*] Tarracinam ad cohortes fratremq; Tacitus, Dio.

Confugitque in cellulam ianitoris religato pro foribus cane] Dio ἰς οἰκίαν σκοτεινὴν ἐν ᾗ ἐπὶ τῷ ὀφθαλμῷ, de cellulis ianitorum diximus ad *libri quarti caput LVII.* ad eas canis haberi solitus catena alligatus, vt hic locus indicat, aliique veterum scriptorum non pauci, doctis hominibus pridem obseruati. Eandem fuisse Græcorum consuetudinem notabamus ad *Laërtium.* Dio non satis apte videtur describere hanc cellam: nam etsi canis vnus pluresue ibi habiti, tamen is non erat locus alendis canibus proprie destinatus. Sed quid sibi vult idem optimus scriptor, paullo mox, cum ait; Vitellium inuentum à militibus fuisse, captumque *ὄφρα καὶ αἰματὸν ἀπέπλησμένον.* quid significat vox ὄφρα? hoc loco? nihil nempe: non enim ita scripsit Dio, sed *φορυτῆς*, vel *Zonara* teste. vnde emendare suam auctorem interpretes debuerant.

Cap. XVII. *Donec religatus post terga manibus, iniecto ceruicibus laq.]* Totum hunc locum quasi *ἐπὶ τοῦ πρὸς ἐπιτοῦ Dio* expressit, καὶ τότε πῶς μὲν ἐδῆτα αὐτὸν ἀειρήξαντες, καὶ τῶν χειρῶν εἰς τὰ πῖσω δήσαντες, πῶς τε εὐχίῃ χροῖον ἀειδόντες, κατῆχρον ἐν τῷ Παλατίῳ τὸν Καίσαρα τὸν ἐν αὐτῷ ἐβουλήσασα. καὶ δεξιῆς ἰερέως ὁδὸν ἐπυραντὸν αὐτοκράτορα. τὸν ἐν τῷ βασιλικῷ διορῶ πολλὰ κίς σοβήσασα. Deinde veste ei discissa religatus post terga manibus, iniecto ceruicibus laqueo, è Palatio Casarem, qui in eo delitius luxuriaue- rat, & per Sacram viam trahunt Imperatorem; qui in sella imperatoria persepe magno cum fastu & insolentia in medios hominum caesus sese insulerat.

Reducto coma capite] Sic recte scriptum in antiquis membris, regis bibliothecæ, Viterb & Pithœi. hoc vult, milites qui pone Vitellium erant, comam ei prehensisse & coegisse caput relupinare. *Plinius* in laudatione Traiani, de suppliciis delatorum loquens: *contigit de super intueri delatorum supina ora, retorta q; seruices* Græci poëtæ similem huic capitis reductionem in cædendis victimis fieri solitam, intelligunt verbo αὐτὸν ἐρύων, pro quo & αὐτὸν τρέπων dicunt

Vir-

Virgilius, *reflexa ceruice orantis capu'o tenui abdidit ensem.* Euripides *Orestis* in caede Clytemnestrae eleganter, ὄχις ἀνακλάσας δέσιν χεῖριν. Contrarium his est apud *Senecam* De tranquill. *subducta ceruice fer- rum recipere.* Graeci interpretes *Eutropij* hunc locum non intellexerunt. Alii libri *reducta coma à capite.* quomodo & *Marianus Scotus* olim descripsit.

Ceu noxij solent] Malim, *ceu noxij solet.* intelligit autem mo- rem in illustrium personarum supplicio seruari solitum, vt capite nudo & elato, quo dignos. i omnibus possint, trahantur ad sup- plicium. Sic apud *Polybium* Danae illustri sœmina rapitur δὲ μέγε- τῆς πόλεως ἀκατακτάλυπτον. Dio in Sciani supplicio, καὶ ἀπεκάλυπτον ὀφθαλμοῦ τρέμενον.

Mento mucrone gladij subiecto] placet *Turnebi* librorum lectio, *subiecto*: nec aliter codd. Cuiacii & Pithœi. Falluntur qui *Dionis* lo- cum proferunt, vt comprobent melius esse *subiecto*. nam verba *Dio- nis* cum neutri lectioni aperte patrocinentur, potius tamen indi- cant esse alteram veram. ξιζιδίους, αἰτ, αὐτὸν ὑπὸ τὸ γένειον ἐκείνων. *Ph- gionibus* eum sub mento pungebant.

Venter obesus] Dio, γαστροπῖον ἦν.

Cap. XVIII. Anno vita VII & quinquagesimo) *Tacitus*, *Eutropius*, & eius metaphrastes *Pœanius* consentiunt. Dio & *Zonaras* tres fere an- nos detrahunt, & vixisse aiunt, ἔτη τέσσαρα καὶ πενήκοντα, καὶ ἡμέρας ἐν- νέα καὶ ὀγδοήκοντα. imperium autem tenuisse per annum, decem die- bus demptis. at *Clemens* μῆνας ἑπτὰ, ἡμέραν ἄ. aliter *Theophilus*, & item aliter *Epiphanij* codices. non enim illa putem scripsisse *Epiphani- um*. Facile compones hos scriptores & cæteros qui idem tempus notarunt, ex iis qui Fastos concinharunt. *Onusfrum* adi. sed.

in *Clemente* videtur scribendum μῆνας ὀκτώ, ἡμέραν ἄ.

ex *Eutropio*.

ISAACI

ISAACI CASAVBONI
IN C. SVETONII TRANQVILLI
DE XII CAESARIBVS

Librum VIII

Animaduersiones.

VESPASIANVS.

Cap. I



Flavius Pesro] Emendatum est ex cod. Pithœi, qui consentit cum scripto Glareani, & libro Memmii. Viterbiensis hic errat cum vulgo: sed resipit statim, & paullo post *Petronis* non *Petro-* nii scribit ex fide. In eodem mox recte *publi-*

cum, non *publicanum*.

Pompeianarum partium centurio incertum sponse an euocatus] Ita scriptum in membranis Viterbiensibus & plerisque aliis, atque editis credo omnibus. Sic loquitur & alibi libro II cap. XIX: *deprehensus est cultero venatorio cinctus: imposne mentis an simulata dementia, incertum*. Probo tamen quod præferunt libri meliores, Memmianus, Pithœi & Cuiacii; qui omnes illa *incertum sponse* non agnoscunt. igitur scribe, *Pompeianarum partium centurio an euocatus*. Familiare Tacito, Plinio, aliisque loquendi genus: quo vsus & noster est, in *Claudio*, cap. XIII. in *Galba*, cap. XII. & in *hac vita* iterum cap. VI. Extat & apud *Linium*, vt libro XXVIII. *ea suspicio, vitio orationis an rei, haud sane purgata est*.

Manebantque imagines] Si quid mutandum, scriberem, *manent hodieque*: sed non videtur necessum. nam potius putem, *Vespasianum* rerum potitum, curasse tollenda hæc parum gloriose originis suæ testimonia. nec moueor verbis *Suetonij* cap. XII. quæ suadere videntur contrarium. sed facilis responsio.

ΚΑΛΩΣ ΤΕΛΩΝΗΣΑΝΤΙ] In fragmento veteris lapidis Romæ descripti: ΚΑΛΩΣ ΤΕΛΩΝΗΣΑΝΤΙ ΑΝ.

Fuisse mancipem operarum, quæ ex Umbria in Sabinis ad culturam agrorum quos annis commeari solent] Mos hodie obtinet apud mul-

tos

tos populos, ut imæ plebis pars non pœnitenda, quia domi quod agat nihil habet, certo anni tempore, voluntarium sibi indicat exilium, & alias terras petat, ut in quo suam occupet industriam inueniat. Sic Epirotarum agmina patriam quotannis relinquunt, & vltiora ditionis Turcicæ adueniunt, operis simul & quæstus faciendi gratia. ipsi *ergates* patrio sermone dicuntur. Longobardis & Sabaudis qui caminos purgant, puteos mundant, & similia ob-eunt ministeria, refertæ sunt per ætatem Gallia omnes vrbes. Lutetia & in reliqua Francia qui ædificant, Lemouicibus operis magna parte anni plurimum vtuntur. operæ rusticæ apud Hispanos multis locis, viles homunculi sunt Galli, qui compendii sui gratia illuc quotannis commeant. Eundem apud veteres morem fuisse testatur hic Suetonii locus abunde. Huiusmodi igitur operarum maniceps fuit hic Vespasiani progenitor: hoc est, solitus est in Umbriam profectus operas vili pretio conducere, & præfente pecunia quas in Sabinos perductas mercede maiore elocabat.

Cap. II. *Insensus Senatui Caium ne quo non genere demereretur*] Sane potuit Vespasianus senatui fortasse insensus esse, propter repulsam in petitione ædilitatis & parum honestum locum, qui postea ipsi inter ædiles fuit attributus. Sed offensam omnem videtur sustulisse delata prætura prima petitione, & quidem inter primos. an igitur cum doctis viris legendum? *insensum Senatui Caium*. de odio Caii erga senatum. satis libro quarto, & Seneca aliique historici.

Egit & gratias ei apud amplissimum ordinem] More eorum qui magistratum aliquem consecuti erant, mandante principe, aut adiuuante, de quo diximus supra ex *Dionis libro LVIII*.

Cap. III. *Ex Africa delegatam olim*] Secotifumus vulgatos codices, à quibus stant Viterb. & Lislæ: at Pithœi *deligatam*. quod ipse pridem suis Aduersariis prodidit. Illa vide, & *Turnebi*.

Cap. IV. *Tricies cum hoste confixit*] An legendum ex Eutropio *tricies & bis*? non enim dubitari potest quin ex Suetonio totum illum locum desumeret. neque aliter *Paulus Diaconus in historia Miscella*. At ò *χενός* *Paanius*, quam ineptit in huius periodi metaphrasia? mitto quod *tricies & bis* vertit *δύο καὶ τριῶν μάχαις*. nam fortasse aliter scripserat. illud plane ridiculum, quod gentes illas duas quæ tum mox fit mentio, interpretatur de Germanis & Britannis. quos

ait ope Vespasiani accessisse ad imperium populi Rom. sexcenta his similia in eo scriptore.:

Rapa in eum iacta sunt] Consuetudine *συλλοβολίας* in contrarium versa, per quam flores & omne genus fructus mitrebantur. vidē ad *librum sextum*. at odii & contumeliæ causa, rapa iacta, fimus, lapides, aut lutum; cuius moris mentio etiam apud *Iuriconsultos*, *lege prima, Dig. De extraordinariis criminibus*. Observant etiam veteres Critici morem Athenis fuisse, ut facinorosi extra fines exportandi luto faciem illinerentur. *Auctor Etymologici*. οἱ Ἀπικοὶ τὸν ὀπίπετόν αὐτῶν ἄλλοντα, πηλῶ χειρότερον ἰδημοσίεον. Idem *αὐτῶν* alibi, etiam in aliis quam in damnatis sententia iudicis, hunc morem fuisse v. scriptum scribit. Οἱ ἀρχαῖοι, inquit, ὄτε ἤθελον ὑβείσασθαι πρὸς τὴν ἰμπερίαν, πηλῶ ἔχειον τὸ πρόσωπον αὐτῶν.

Propter quod vulgo Mulio vocabatur] Credo propter mangonicos quæstus è mulis Reatinis, qui tum maxime in usu & precio. Vespasiani autem prædiæ in agro Reatino.:

Peregrinatione Achaica inter comites N.] Simile periculum subiit idē ex simili vel eadem causa & in Vrbe. *Tacitus libro XVI Annalium*; *Ferebant Vespasianum tanquam somno conuieret, à Phæbo liberis increpitum, atque meliorum precibus obrectum: mox imminente perniciem maiore facto effugisse.*

Iudæa profecti rerum potirentur] Videtur & *Tacitus* & *Suetonius*, qui verbis iidem hoc oraculum referunt, ipsa verba expressisse quibus id conceptum in quibus apparent vestigia veritatis & eius vaticinii vnde istud manavit. Scriptum enim in sacris literis *ἐν ὀξείῃ δουρίῳ ὁ ἰσραήλ*. *Lege Josephum* Ἀλώσιος *libro sexto cap. XXXI. Hegesippum libro quinto cap. XLIV.*

Quantum euentu postea prædictum paruit] Scribe cum aliis libris, etiam Viterbiensi, *quantum postea euentu paruit prædictum*. è Pithæi codice est paruit pro paruit.

Cæsoque præposito, Legatum in super Syria consularē suppetias ferentem rapta aquila fugauerunt.] Romani cum de rebus Iudæorum loquuntur, quam tenuem rerum illorum noticiam haberent, nunquam non ostendunt hæc certe Suetonii verba, si commoda interpretatione non adiuuentur; à narratione *Iosephi*, hoc est, à veritate historię, auctor alioquin diligentissimus videatur aberrasse. Erat tum Iudææ procurator *Gessius Florus*, fax & auctor præcipuus illius belli.

belli. hunc si intellexit. noster & fuisse occisum voluit significare, fugit eum ratio. neque enim est occisus in illo motu. *Sed cadere verbum Latinis historicis. non semper occisionem denotat. verum detrimentum, clademque exercitus, & quod Græci dicunt, πηχας λαβῆν τὸν στρατὸν.* hoc sensu feram sane dici *Florum à Iudæis casum*, id est, clade belli affectum, multis suorum amissis. nam eo tempore multi Romani milites sunt contrucidati. Fortasse eadem illam respicit Rom. militum, quorum Metilius erat præpositus. *Iosephus ὁ Ῥωμαίων ἐπαρχὸν* nominat, historiam commemorans *lib. II. Ἀλώσεως, cap. XXXII.* nec refert, quod ipse Metilii vitæ parvum est. nam hoc potuit Suetonius ignorare: cum præsertim, vt diserte *Iosephus* docet, omnia Iudæorum delicta Flori astu & fraude grauiora atque atrociora quam essent Romam nuntiarentur. Sic & quod ait de aquila rapta, in historia Iosephi non legas, quam habes fuisse expositam *eadem libro, cap. XL.* Ita exponere hunc locum præstat, quam non necessaria viri docti emendationi assentiri: qui in utrisque libris omnibus illa verba *casoque præposito* censuit mutanda, scribendumque *Gesiumque præpositum*. Si omnia veterum historicorum *παρρησιαστικὰ* aut *κατασκευαστικὰ* ex animi nostri sententia emendare vulerimus, quis erit finis? aut quis ferendum censeat? Nam Suetonium quidem non aliter scripsisse, neque aliter heic olim esse lectum, etiam alia ratione probare possumus. *Orosius* narrationi *Tranquilli* *ἔτι πῶδῃ* insistens, hanc illius periodum ita expressit. *extinctisque Romanis præsidio, legatum quoque Syria suppeditis fessentem, rapta aquila & caesi copii, fugauerunt.* eadem verba etiam in *Historia miscella* habentur. quæ superiorem emendationem manifesto confutare & pueri videant.

[*Vi & industria expertus*] *Novè dictum expertus* pro eo qui dedit specimen, & vt Græci dicunt, ὁ πείραν δούσας. nam vulgo est ὁ πείραν λαβὼν. Imitatur hunc locum *Pseudobegepsippus*, cum ait *libro III. Vespasianum expertum virum belli, omni militia qua in Syria erat præfecit.* sic *libro IV* eidem, *expertos belli viros.* & alibi idem, *suspectus consilij.* variant autem codd. isto loco & partim *industria*, partim *industria expertus* habent. in his *Viterb.* At vulgo *industria experta.* *Iustinus lib. XLI. Arsaces vir sicut incerta virginitu, ita virtutis experta.*

[*Vt in oppugnatione castelli lapidum iectum genu scuto sagittis aliquot exceperit*] *Petrus Apollonius Collatius de excidio Hierosolymitano libro secundo, in obsidione Iotapates;*

— — *media inter talia stridens*

Incertum qua iacta manu delapsa sagitta esset

Sub Petroniada coxam, qua poplite iuncta est.

Iosephus narrat libro tertio cap. XVI. Hegesippus lib. III cap. XII.

Cap. V. *Singulos repente ramos a frutice dedit*] Mira latinitas, & vitii suspecta. Probo vero iusti Lipsii emendationem, *ramos an frutices dedit*, quod genus dicendi non raro corrumpit librariorum impetitia.

Idoque puella nata non perannauit] Siue *perannauit* scribatur, siue *perannauit*, ut constanter in Mss. non dubium eandem esse vocis utriusque originem. Fere autem id verbum accipitur pro *τὴν αἰὶν διαγίγνεσθαι*, siue *διαορίζεσθαι*. Veteres Romani mense Martio soliti sacra facere *Anna Peranne*: ut liceret sibi non solum annare, sed & perannare: hoc est *durare in multos annos*. Suetonius *καὶ νεοπέπτος* accepit pro *διετίθειν*, *durare in annum*. Non dissimilis ambiguitas in dictionibus *διετός* & *διέτις* Græcorum, prior de eo dicitur qui perannet: posterior de bimæ. quare etiam verbum *διετίθειν*, quod significat perannare ut loquitur Suetonius, de bimata quodam loco apud *Theophrastum Gaza* interpretatur.

Mox cum adilem eum C. Casar] Omittit *Xiphilinus* suo loco, sed extat apud *Dionem* libro LVIII in rebus *Caii*, *πῆλὸν πολὺν ἐπεὶ πρὸ πρὶ ἰδὸν, ἐκέλευσεν αὐτὸν εἰς τὸ Ἔ. Οὐρεπασσανὲν Ἔ. Φλαβίῳ ἱμάτιον, ἀργατέμυθος τε τότε, καὶ τῆς ἑβδόμων καὶ δευτέρου ὀκταετηρέως, ἐμμελεμένω, ἐμβλαδύτω.* & quæ sequuntur.

Canis extrarius è trivio manum humanam inculit] Puto hanc esse veram *γεγραφήν* in *Memmiano* diserte expressam: alii libri mire variant. Viterb. *extrarius è trivio*, quidam *extrarius triclinio m. b. inculit*, plerique aut *extrarius* tantum, aut *trivio* solum. *Διο, κίνου ἀνδρῶν, σίτον αὐτῶ καὶ τότε αἰρημένω χεῖρα ἀθροπίνην ἐπὶ τῶν τετρατέτων ἰσβαλε.* confer & sequentia: nam omnia fere totidem literis ibi habentur.

Tantum quod exemptum] A *Pithœi* & *Memmii* codice est, & *Torrentii* vno, ut ipse ait, nam *Viterb.* habet, *recentor exemptum*, non ut in vulgatis *recenter quidem*.

Apud Iudæam Carmeli dei oraculum consultatum] *Collatim* lib. II.

Valsa solo frondeſca, nonas indusa expressis,

Nam

Nunt habet illa fidem: Matathiademq; locutum:

Vera tibi ratem, & Corneli oracula discos:

Scribe Carmeli oracula:

Neronem diebus vltimis monitum per quietem] Aliter Dio, ἡ Νέ-
ρων ἐδοξέ ποτε ἐν τοῖς ὑπνοῖς τὸν τῷ Διδῷ ὄχθον εἶς τὴν Οὐρασιανῶν οἰκίαν
εἰσαγαγεῖν. ὄχθον, *ethusa* est Suetonio, non currus, vt vertunt Inter-
pretes. vide ad libri primi caput LXXVI.

Et in circum deduceret] Melius nostri Mss. etiam Cuiacii, & inde
in cir. d.

Statua diuisi Iulij ad Orientem sponte conuersa] In insula Tiberina
fuit haec statua. *Plutarchus in Orhono, εἶδον τὸν ἐν Μαισοποταμίᾳ νῆσφ*
Γαίης Κείσοφ & ἀδεδείκτα, μήτε σησῶν χερσὶν & μήτε πτεύματι, ἀφ' ἑσπ-
ρας μεταστρεφόντα πῶς τὰς ἀνατολάς, ὅ φασιν συμβῆναι πρὸ τῶν ἡμερῶν ἐκείνας
εἰς αἷς οἱ πρὸ Οὐρασιανῶν ἐμφανῶς ἦδη τῷ πτερυγμάτων ἀπτελαμβά-
νόντα.

Acieque Bebriacensi] Ecce librorum inconstantiam in tam ce-
lebris loci nomine: nam in Memmii, Pithæi & Lislæi est, *Berriacensi.*
videl. libro superiore.

Cap. VI. Mœsiaci exercitus bina è tribus legionibus millia missa au-
xilio Orthoni] Dissentit à Taciti narratione, quam lege in II *Histo-*
riarum.

Aquileiam vsque perseuerauerunt, quæ frumori minus crederent] Ta-
citus de his Mœsiaci legionibus: *Aquileiam iam progressa, proturba-*
ri qui de Orthoni nuntiabant, laceratisque vexillum nomen Vitellij præferen-
tibus.

Aut Germaniciano] Viterbiensis, *Germanico.* sed præcedens
vox *Hispaniensis* videtur hanc lectionem postulare. nam *Hispanien-*
sis & Germanicianus exercitus vocantur, qui in illis prouinciis
sunt collocati, nec sunt tamen ex iis prouinciis: omnes enim le-
gionarii cives Romani erant. Aliter Tacitum ac Suetonium quo-
que loqui supra notabamus: apud quos *Germanicum exercitum &*
Germanicas legiones inuenias.

Alij aliam alia de causa] Omnino tollenda vox. *alij*: quam nec
Memmii, nec Cuiacii nec Pithæi nec Lislæi agnoscunt nec aliter
editio Robert Steph.

Prætionem mandanti] Nimis arguetur *Beroaldus*, qui manda-
tam istud solum morte ex libris Iurisperitorum annotat. nam

mandare hoc loco, non simpliciter est ἐπιτάξει, sed quod proprie. Græci ἐπιπέται. sic lib. IV cap. II. *mandareq; domesticū vitionem si quid sibi accideret.* Id vero mandati genus à morte demum mandatoris vim habere incipit.

Et vt Republicæ subueniret oppranti) Libri alii, *heranti*.

Quadragesima millia sagittariorum) Tacitus ait XL *Parthorum equitum millia.* At Viterbiensis, XV *milia sag.* nam in eolibro, vt in aliis veteribus multis, *mile & milia* semper ac constantissime, non mille ac millia. Memm. *quadragesima.*

Cap. VII. *Anterim Alexandriam transiit, vt claustra Ægypti obineret*) Hæc vera causa, non quam Philostratus scriptor interdum nugacissimus, libro quinto ait; vbi clarissimis verbis affirmare audet præstigiator ille insignis Apollonius, propter se transiisse in Ægyptum Vespasianum: seque adeo imperium illi detulisse, ac donasse solum, impudentissimo animo gloriatur. Josephus prudentissime causas huius consilii explicat libro quarto cap. XXXVII. præcipua & potissima fuit, annonæ cura: norat enim Vespasianus, si suis præidiis Ægyptum semel firmasset, fore eam populo Rom. instar freni, ob famis metum. Plura in hanc rem Pseudobegeppus libro quarto, cap. XXVI.

Basilides libertus) Nullum equidem vidi librum, vbi non extet vox *libertus*. Torrentii tamen perplacet sententia, probabiliter valde disputantis tollendum, esse id verbi. accedit rationibus quas commemorat, quod error admissus videtur, cum temere aliquis librarius vocis *Basilides* duas postremas syllabas, vt sæpe accidit, geminasset. inde prouenit emendatori incauto *tilides*, quod nihil significaret, vertere in tritissimam vsu dictionem *libertus*.

E plebe quidam luminibus orbatus) Codex Viterbii descriptus, *Ephesus quidam.* sed Tacitus tuetur vulgaram, & plerumq; Mss. lectionem, *Ex plebe Alexandrina quidam, oculorum tate notus.* et si possit videri Suetonius ex Tacito emendatus olim ab aliquo sciolo.

Demonstratam à Sarapide) Vide *Aristidis ἱερὸς λόγος.*

Si inspuisset) Agnoscis pie lector falsam imitationem miraculorum CHRISTI. sic solitus illudere hominibus ἰ δαίμων. & apud Epiphanium χτ' Σαμ. αἰών inter instrumenta miraculorum est ἰ πλθ' ἡ πνομάτων.

Palam pro concione verumq; tentauit) Quid appellat concionem?

an contocatum in eam rem populum, siue in theatrum, siue in forum? an potius coronam forte adstantis multitudinis? Hoc prouto verius: & suadent Taciti verba. - *Igitur Vespasianum cuncta fortuna sua parere ratus nec quidquam ultra incredibile: erecta qua astabat multitudine, iussa exsequitur.* Notemus ergo vocis roncio hunc usum, pro multitudine *ἀμῶς*.

Cap. VII. *Talio tantaque cum fama in urbem reuersus*) Vere primo nauem conscendit; circa medium Martii. - *Apollonium Collarium;*

*Ergo ita compositis rebus, cum piscis aquosi
Linqweret hospitium Titan frontemq, moneres
Asteris insani, securis credita ventu
Salcas aquas, pelagoque volans petis Itala puppis
Littora.*

Sed *Tacitum* vide, qui Etesiarum flatum Alexandriae oppertum esse Vespasianum narrat: *Iosephus libro quarto iter illud describit capitibus XXXVII & XL, ac sequentibus, & libro VII capitibus V & X.*

Suscepit & censuram). Testes, *Plinius*, nummi, lapides. vide in *Fastis*.

Cum sibi pro impetrata praefectura gratias ageret) Interpretor de praefectura vnus alarum. *ex libri secundi capite XXXVIII.*

Classiarios vero qui ab Ostia & Puteolu Romam pedibus per vices commeant) Scripsimus per vices ex libro Pithœi, cui & Memmianus & alii quoque assentiuntur; teste *Torrentio* at *Viterbo*: per vices ut vulgo. De classiariis passim loquuntur *Tacitus* & *Suetonius*, item *Plinius in epistola* de morte auunculi; ac ceteri quoque historici meminerunt, & veteres inscriptiones: sed de hac eorum cursitatione nihil legitur apud alios, similes, at non iidem tamen, dromonarii de quibus *Cassiodorus lib. II & IV.*

Thraciam, Ciliciam & Commagenen) Tuentur hanc lectionem nostræ codices: tuetur & *Peanius* aperte; cuius hæc verba apud *Eutropium*, *Θρακίας τε ἐπὶ τέτοις καὶ Κιλικίας καὶ Κομμαγενούς, οἰκίας ἔχοντος βασιλείας, εἰς ἵπαρχῶν ἡγήμα μετέστη.* Si ea scriptura sedet, intelligemus de parte aliqua Thraciæ, vbi regnum ante fuit. & scimus quam late pateat interdum Thraciæ appellatio. Doctissimo *Turnebo* visum rescribere *Tracheam Ciliciam*: quæ lectio omni difficultate caret, vide *Strabonem lib. XIV.*

Dilic

Ditionis regiarumque ad id tempus) Non semper tamen, Commagene quidem. quam in prouinciæ formam redegit Tiberius, *transsulicque ad ius prætorii. Tacitus* in actis anni DCCLXXI. *Annalium lib. II.* sed priorem formam πολιτείας Commagenis restituerat Caius imposito Antiocho. *Dio libro quinquagesimo octauo;* Ἀπὸ χρο τοῦ Ἐ. Ἀπὸ χρο τῶ Κομμαγενῆ ἢ ὁ πατρὶς αὐτοῦ ἔχῃ, καὶ πρὸς τὴν ἑξῆς ἀλλὰ ἀστία τῆς Κιλικίας ἔδωκε. qui locus mouet me valde, ut *Tar-nebo* assentiar, & legam, *Tracheam Ciliciam & Commagenen*. nam maritima Ciliciæ non aliud quam *Trachea Cilicia*, quæ *Commagenæ* adiuncta, ac regi vni attributa ambæ.

Consularemque, rectorem imposuit pro equite Rom.] Cappadocia in formam prouinciarum redacta, eques impositus à Tiberio. *Dio lib. LVII.* in anno DCCLXX. καὶ ἡ Καππαδοκία ἔβη πρὸς Ῥωμαίων ἐγένετο, καὶ ἰππῆς ἵππευτέπει.

Rudribus purgandis manus primus admouit, ac suo collo quædam extulit] Simile illud quod vere an falso in *Actu Siluestri* de Constantino Magno legimus: *Octaua die processit, albis depositis, totum mundus & saluus: & veniens ad confessionem beati Petri Apostoli, ablatoque diademate capitis exuens se chlamyde, & accipiens bidentem, terram primus aperuit ad fundamenta basilicæ construenda. debinc, ob numerum XII Apostolorum, duodecim cophinos terra plenos suppositis humeris baiulans asportauit.* Similia his narrant alii de fummis Principibus. Sed de *Vespasiano* quod hic affirmat *Suetonius*, & *Dio* quoque confirmat, plane destruit *Tacitus*; qui absentem facit illo tempore *Vespasianum*.

Cap. IX. Fecit & noua opera, templum Pacis] arsit temporibus *Commodi*. Vide *Herodianum* & *Galenum* in libro *De theriaca*. *Nugaseorum* qui memoriæ prodiderunt hoc templum *Aeternum* fuisse dictum & nescio quæ miracula ibi facta ad *Domini aduentum*, erudite refellit *Cardinalis Baronius*.

Amplissimos ordines] Scio ἄλλα esse non semel vsurpatum optimis scriptoribus, cum duobus aut pluribus tribuitur, quod est vni proprium, sed durum mihi quidem videtur ut equitum ordo in communionem eiusdem tituli cum senatu admittatur. atqui *Mss.* non aliter habent. *Lipso* tamen assentior locum emendanti scribentique *amplissimum*: hoc modo, *Item amphibieatrum*
vrb

urbe media { *ut deslinasse compererat Augustum*) amplissimum. aut scribam, Ambos odines.

Cap. XIII. *Catholico figurat*] Vocabulum hac notione, eo seculo natum. *Quintilianus libro IX cap. secundo; iam ad id genus quod frequentissimum est, & expectari maxime credo, veniendum est: in quo per quandam suspensionem, quod non dicimus, accipimus voluimus: non utique contrarium, ut in εἰρωνία, sed aliud latens, & auditor quasi inueniendum: quod ut supra ostendi, iam fere solum schemata nostris vocatur, & unde controuersia figurata dicuntur.* Sextus Victor, vocat, ὀβlique dicta: Eutropius in Vespasiano conuicia. Suidas in eodem, οὐκ ὀμματα ἰπτόρων. Græci vdicant ἰστορίας. Herodianus, ut videtur, ἰστογραφός libro quarto, dum ait de Alexandrinis, περὶ ἡσυχίας ἢ παυδίας, figuras huiusmodi & dicta figurata sic describit Iulius Papa Romæ in epistola quam inserit *Arbanasim Apologie secunda* καὶ ἐν οὗτοι; ait ἱήματα ἐδέξατο ἡμῶς πρῶτον, ταῦτα μετὰ ἡμαρτίζομενοι μὴ εἰρωνίας πρὸς εἰρήνην. figurarum exempla sunt hæc. *Ælius Spartianus in Seneca: Damna bantur plerique, cur iocati essent, alij cur tacuissent, alij cur pleraque figurata dixissent ut quod esset imperator vere nominis sui, vere Pertinax, vere Seneca.*

Cap. XIV. *Quidam ex officio admissionu*] Firmicus lib. VIII cap. XIV. aut siens domus regia ianitores vel tale illi officium deputabitur, ut in in palatio admittendi vel salutandi officia credantur. Nota officia è Seneca, & Augustorum historia.

Ut mouentibus] Viterb. mouentibus sine vr: & mox fecit non fecerit.

Spondens quandoque beneficij memorem futurum] Politiani liber, speransque alij omnes ut est editum. Metium futurum quandoque gratum spondebat Vespasianus sibi, atque amicis, qui de Metio alia omnia ipsi persuadere conabantur.

Cap. XV. *Hunc quoque quamuis*] Melius pars libb. Tunc quoque q.

Neque eade cuiusque] Et hic locus nos fugit: nam cuiusquam scribendum; nec aliter Mss.

Cap. XVIII. *Primum in fisco Latinis Græcisque rectoribus annua cen- sena constituit*] Sive quod idem est, aureos millenos. nostræ vero pecuniæ, aureos bis millenos & quingenos. Amplissimum sane,

vt quidem nunc viuitur. honorarium: pro ratione vero illorum temporum tenue. nonne enim pudendum, Terpno Diodoroque oitharcedis pro vna productione data ducenta, istis vero annua centena tantum statui? Medicis ducena saltem quinquagena annuam mercedem apud principes fuisse. scribit *Plinius libro XXIX.* Fuere & philologis annua constituta, vt clarum ex illo *Tatiani* loco quem supra laudauimus. at non Vespasianus eius instituti auctor, sed M. Antoninus pius, de quo scribit *Capitolinus: Rhetoribus & philosophis per omnes prouincias & honores & salaria detulit.* Is videtur salarii rhetorum & philosophorum modum redēgisse ad sexagena millia, siue aureos sexies millenos, vt ante docebamus ex *Tatiano & Eumenio.* sed hoc, ni fallor, tantum in prouinciis: nam quin rhetores Græci Latinique in vrbe profitescentes amplius honorarium haberent, seruatumque Vespasiani *ὑπὸ τῆς* fuisse, non patet dubitandum.

Nec non & artifices coemittit] vetus vox coemere pro mercede conducere: sic *emptius* miles ὁ μισθὸν παρασώμενος, apud *Festum.* *emere auxilia*, apud *Iulium Capitolinam in Antonino Philosopho.* perperam scriptum in codice maximi Iurisperitorum, *artifices commentarius.* Si quid mutandum, placet *Iusti Lipsii* emendatio, *artifices scena*, item *colossi* nota causæ huius deprauationis iis qui vsum habent veterum membranarum.

Cap. XIX. *Ac sepe recte ac dapsile*] Scribe, *recta.* nempe, corna sic Mss.

Archimimus personam eius ferens, imitansq; vt est mos, facta ac diuina] Mos seruatus in diuitum & insignium virorum funeribus, vt notat *Diomysius Halicarnassens* libro septimo. ἔσθ' οὐδὲ γὰρ ἐν ἀνδρῶν ἐπισημῶν ταφαῖς, ἀμὰ τῆς ἀδίας πομπῆς τὸ ἐπισημῶν τῆς κλίμας τῆς οὐραίας χροῆς, κικλήσκουσι τὴν σκηνὴν ὄρχησιν. μάλα δὲ ἐν τοῖς ἐυδαμῶν κίβητι. Vide & in *Tiberio cap. LVII.* nam videtur is scurra de quo ibi agitur, ex ista consuetudine funeri admotus et si id *Suetonius* *diappra* *ἰν* non dicit.

Cap. XXI. *Ordinem vita fere hanc tenuit*] Similis locus apud *Xiphilinum*: ibi *κατασκευαῖς δὲ τῆς βίης τοιαύτης ἔχοντο.* vbi tamen pleraque diuersa obseruantur. multo sane similior ordo vitæ *Seueri* descriptæ eidem in eius vita, illo loco: *ἔχοντο δὲ Σελήνης κατασκευαῖς τῆς βίης σιγῆς ὅμοιοι τοιαύτης.* vide & confer. Adde *Lampridium in vi-*

ta Alexandri Severi ibi, *Vsu vivendi eidem hic fuit.* Martialem epigrammate octavo libri quarti, & XC eiusdem. Extant & Plinij aliquot epistola eiusdem argumenti, itemque simiæ eius Sidonij Apollinaris: & integro Ausonij poemate descripta Ephemeris. Ex his locis discet studiosus antiquitatis, quomodo soliti veteres diem dispo-
nere.

Ac dum salutabatur & calciabat ipse sese, & amiciebat] Eginbar-
tus: Cum calciaretur & amiciretur, non tantum amicos admittebat, ve-
rum etiam si comes palatii litom aliquam esse diceret. Vide cetera.

Cap. XXII. Super cœnam autem & semper alias comissimus] Mi-
rifice placet. Sc. riptura Viterbienfis, *Super cœnam autem & super aleas
communissimus.* Aleæ lusu inter cœnam plurimum utebantur: vi-
de ad librum secundum: de voce *communissimus* notauimus ad Claudi-
um capite XXI.

Menstrium Florum] Plutarcho in Othone Μέσσειος Φλώρος.

Admonitus ab eo plaustra potius quam plostra dicenda] Quanta fue-
rit affinitas Ioni inter *au* & *o* infinita prope sunt quæ arguant. Dio
notat Claudium aliis dictum, qui semper apud Ciceronem *Clodius*:
idem obseruat & Scholiastes Iuuenali ad sextum. Dixere & *coes* pro
cautes, *origa* pro *auriga*, notante eodem interprete. sic *facanem pal-
mes*, qui à faucibus dictus auctore Columella lib. IV. *Clostrum* & *slostell-
lum* pro *claustrum* & *claustellum*. *caudicem* pro *codicem*: *caucem* pro *co-
sem*: *sauricem* pro *foricem*. *oricularius clyster* in medicorum libris pro
auricularius. sexcenta sunt hoc genus: quare etiam Opidus dicitur
Appiano in *Αυσιβείχοις*. fluuius *Ausidus*. nec mendum puto, sed pronun-
tandi consuetudinem. etsi aliter apud alios Græcos scio esse scri-
ptum id nomen. Sic Audius ille à quo Audiani hæretici sunt de-
nominati, aliis *Αυδ*, aliis *Ωδ* scribitur. ideo Epiphanius. *Αυδια-
ροὶ ἐπὶ τῶν Ωδισαροὶ*. propheta quoque Hosea, aliis *Ωδῆς*, aliis *Αυδῆς* dictus
vt & notat Hieronymus.

Cum producta pro concubitu HS. quadringenta donasset] Ex cod.
Pithœi est hæc lectio: Memm. & Viterb. habent *perducta*, vterque
quadringenta, non *quadragesima*: quæ tamen scriptura vereor vt fa-
ctis sit ex moribus principis restrictissimi. Sed videtur mihi lon-
ge alia mens esse huius loci. nam quare tantam pecuniæ vim ho-
mo ad opprobrium vsque deparcus, huius rei causa effudisset, cum
non amore captus, istam accersisset, sed ab illa fuisset expugnatus?

quare puto non ipsum forminx, sed ipsi feminam potius donum dedisse, quasi *μὴ δὲ ὡματῆς σωσιότα*. Lēgo igitur; *cum perducta*. deinde quod de rationibus sequitur, interpretor de accepti pagina, inquam referri debuit hæc summa; sub aliquo titulo. *moru enim fuit* (Asconii Pediani verba sunt) *unumquemque domesticam rationem sibi totius vita sua per dies singulis scribere: ex quo apparet quid quisque de rebus suis, quid de arte, sanare luxuriam seposuisset quoque die*. Sed de his statuat quisque; uti volet.

Cap. XXIII. *Vtebatur & verbis Græcè tempèstine facti*] Istud est quod Græci dicunt, *ἀλάχως ἐξαπαρῶν ἐν σίχῳ*: cuius de rei usu atque utilitate agit *Plutarchus libro IX Symposiacorum cap. I.*

Procerastatura improbiusq; nato] Viterb. *irato*: sed ex correctione ipsius qui scripserat: prius enim aliter exarauerat, & ut puto, *nato*: quæ vera lectio est, consentientibus Memm. Pithæi & Lislæi codd. *improbe natum* vocat *τὸν κακῶς πεφυκότα*, hominem deformi & turpi proceritate corporis. Sic apud *Plantum*, *improba facies*. Notat autem in eiusmodi homine prauum incessum: mulceni enim eius staturæ *αὐτοῖ* incedunt, ut est apud *Aristotelem* *ἐπὶ ποσειάσ* cap. VII: *εὐχ* ergo hic dicitur de corpore producto ad instar perticæ, longiuiue. Hæc vera lectio & interpretatio horum verborum: alioqui possis scribere *male pedato*, ut in *Othone* cap. XII.

Et maxime de Cerylo] Lēge *Et de Cerylo*, ut in Viterb. *πὸ maxime* sequenti loco temere *huc* intrusum. Memmianus, & *de Cerylo*.

Ω *Λάχης Λάχης*] Videantur sumpta de *Menandro* verba. *Apollonius Alexandrinus libro L.* *δισαζῆσαι τὸ ἄλλο Μενάνδρου, ὃ Λάχης Λάχης, πῦ- τερ ἐν χίματι δὲ τὸ ἀεὶ κλημῶν, ἢ δούτως μετὰ τὸ ἄπτε καὶ τὴν πῖσιν ἐχὲ τὴν κληπῆν*. Sed non dubito aliter accipiendâ hæc esse ac distinguenda quam ut vulgo scribuntur: nam prima hæc *ἢ Λάχης Λάχης*, & vltimum vocabulum *κλήρα*, non sunt poetæ, sed *Vespasiani*. Quare ita sine dubio scribendum: *ἢ Λάχης Λάχης Ἐπὶ ἀποδάνης ἀνδρὶς ἐξ ἀρχῆς ἔσθ κλήρα*. Huic liberto nomen erat *Cerylo*: sed ille ut seruitutis quam seruietatem memoriam aboleret, *Lachetom* se dixerat. At igitur *Vespasianus*, *o Laches*, postquam diem vltimum clausisset, erit denno *Cerylus*. hoc est, iura quæ filius habet in bona libertorum post eorum obitum non subterfugies. *Vespasiani* sunt ut diximus prima verba & postrema etiam. Qui interiiicitur medius

versus,

versus, Menandri est. Extat hodieque prolixa illius quedam *ἰστορία* cuius primi versus sunt hi:

Εἶπες ἀποδιδόναι μοι δῶν λίτροι καὶ ἄλλοι.
 Ἐπὶ δ' ἀποδόνης ἀυδία ἐξ ἀρχῆς ἴσθι.

Vt inuidiam aliqua cauillatione dilueret] Reperi in Viterbiensi, notatam & *Torrentio* γράφην sane miram; *deslueret*. viderint acutiores: nam in hoc genere, saepe veritas latet sub aliqua in speciem absurda scriptura.

Quendam & charu ministris] Scriptura Viterb. & *Cesaris ministris*.

Exactaque pecunia, quantam cum suffragatore suo pepigerat] Per Vespasianum igitur licitum fuit suffragiorum commercium: quod ius in Imperio Rom. non semper obtinuit. *Julianus Imper. leg. pr. Si certum petatur de suffragiis lib. III. Cod. Theod.* leges Romanas huiusmodi contractus penitus ignorare affirmat. extant & *leges duae Imp. Constantini Codice eodem; De honorariis codicillis*, quo omnis pecuniae exactio pro suffragiis vetatur. per dictam Iuliani legem, neque soluti fuit repetitio; neque non soluti petitio. Contrarium plane ius introducit *Iustinianus lib IV Cod. titulo De suffragiis*, ea lex & stipulationem pecuniae pro suffragio facit licitam, & promissae petitionem concedit. id vero ius postea Tiberius Augustus sustulit, *Novella CLXI*.

Quod etiam vrina vestigal commensus esset] Probo valde *Beroaldi* sententiam, existimantis exactum hoc vile vestigal à fullonibus quos plurimum vrina uti solitos testantur multi veterum loci. *Athenaeus lib. XI.* τὸ δὲ ἀπ' ἡμῶν δ' ἐνδύμενον ἕρπυλι δευμύ. τὰ γὰρ ἰμάτια τῶν ἡμετέρων ἴματιά τε πάντων οἱ γυαφοῖς. Similia testimonia apud Graecos medicos; praesertim *Galenum*: qui etiam in tertio τῶν γυναικῶν Quintiano doctum dictum commemorat *tractare de vrinis non medico verum fulloni conuenire*. Potest tamen intelligi de stipe exacta ab iis qui per diem vesicam exonerare vellent in amphoris quae per angiportos erant collocatae: ut indicat Titii veteris scriptoris locus apud *Macrobius libro tertio cap. XVII.* quem *Beroaldus* laudat. *Mementi & Lucretius lib. IV* his eloquentissimis versibus:

Pusi saepe lacum propter se, ac dolia curta,

Somno deuincti credunt extollere vestem

Totius humorem saccatum ut corporis fundant:

Cum Babylonica magnifico splendore rigantur.

Videntur de his accipiendæ & quæ *gastre* nominantur in *Petronij & Syrico*. Porro simile huic vectigal fuit, quod foricarii exercebant. cuius meminit *Iunenalis sacra tertia*:

— — — *inde reuerſi*

Conducunt foricari: & cur non omnia?

Extat & foricariorum mentio apud *Paulum lege XVII §. fisco Dy. De vsurio*, quem locū explicat *Cuiacius Obseruat. lib. XXII cap. XXXIV. Beatus Chryſoſtomus* *κοπρώνας* vocat, in priorem ad *Corinth.* & eorum *ἡ τιδύμα παλάτιον καὶ ἡ σονείδιον*. Reperio etiam simile huic aliud vectigal à *Vespasiano* eodem excogitatum, & fimo equino impostum. *Tzetzes* narrat. *Cibiliade prima* shant scio qua fide, quoue auctore. Tandem verò & vrina, & fimus, & omnes sordes factæ in Imperio Romano vectigales. Lege *Cedrenum in Anastasio*, tributum *Chryſargyrum* describentem.

Pecuniam ex prima pensione admonit ad nares] Ad iudicium de metallis faciendum etiam olfactus adhibetur interdum, vt de poculis *Darii* notat *Aristoteles De miraculis auditis*; quæ solonarium iudicio cognoscebantur ænea essent an ferrea, ἐν τῷ Δαρῶνι παπέως *ἑπαπάκας ἢ πῦρι, ἀστὶ μὴ τῆ ὀσμῆ ἀν ὡς ἐκ ἢν διαγῶνας πῦρρον ἐπιχαλκῶν ἢ χρυσοῦ*. Ergo etiam trapezitæ & nummularii in æstimanda pecunia hac ratione inter alias plures vsi. *Arrianus Dissertatiuum Epicteti libro I cap. XX.* ὁ ἀρμενῶν ἀμῶν περὶ τῶν καὶ δακτυλῶν τῶν νομισμάτων τῆ ὄψις, τῆ ἀφῆ, τῆ ὀσφρασία, τὰ παλάτια τῆ ἀνοῖ. Ad hunc morem videtur *Vespasianus* respexisse.

Cauam manum ostentans] Hoc quam vim habeat, (habet autem magnam ad denotandos mores) fusc exposuimus libro II ad caput XCI.

Cap. XXIV. *Imperatorem ait stantem mori oportere*] Stoicorum est scitum: Sapientem in actu mori oportet. de quo *Seneca epistola octaua*. in XXXVII autem, Recto, inquit, tibi inuictos moriendum est. idem epistola LXXXII: Officacem concionem! quis post hanc dubitet se infestis ingerere mucronibus, & stans mori.

Kalend. Iulij] Ita nostri Mss. omnes, non vt vulgo VII Kalend. Iun.

Annus agens atati sexagesimum ac nonum, superq; mensem ac diem septimum] Intellige mensem septimum ac diem septimum. *Dio*

Ἐξήντη δὲ τὴν ἐνιαυτὸν καὶ ἑξήκοντα καὶ μῆνας ὄντας. imperasse autem scribitidem annos decem, sex diebus minus. At Clemens annos XL menses totidem, dies xxii. Causam tantæ diuersitatis discas ex iis quæ notat Xiphilinus extremo Vespasiano. Mitto Theophilum, Epiphanium, alios.

TITVS.

Cap. I.



ITVS cognomine paterno] Græci quidam ita hæc sunt interpretati, quasi post mortem demum patris, cognomen eius assumisset, ac tum dici incepisset Titus Vespasianus. *Peanium apud Eu-*

seopium, ἐμόνυμ' ἔμετ' τῶν ἑ πατρῶν τελευτῶν γένου' τὸ πατρί. sed falsam esse eam interpretationem omnes sciunt, in Latinorum libris versati. Porro quin illa verba *cognomine paterno* de *Vespasiani* cognomine sint intelligenda, non autem de sequentibus, *amor ac delicia generis humani*, vt eruditi quidam contendunt, nec dubitari quidem potest, aut debet. nam breuissime Suetonius significare voluit, discrimen inter duos filios Vespasiani ratione assumptorum ab illis cognominum: Titus cognomine paterno dictus Vespasianus: alter frater cognomine materno à Domitilla, Domitianus est appellatus. Hæc vera mens Tranquilli, non quam putarunt nonnulli. Sic & *Victor* & *Entropius* ac *Suidas* videntur illa verba *amor & delicia generis humani* ex sua potius quam Suetonii mente interpretati. Vox *delicia* vt hic accipitur, vna ex illis est, quas alibi dicebamus negotium faceffere Græcis interpretibus. Itaque ex iis alii omiserunt isto loco, vt *Peanius*, qui ita vertit, τὸ πᾶν τὸ γένον τῶν Κοινῶν ἔρωτα περιηγόρευσ. alii pro ea posuerunt *τρυφή*, cuius tamen dictionis similem usum non reperias apud eos qui vere ἑλληνίζουσ. *Suidas* ὡς ἀπαρτῶν ἔρωσι τε καὶ τρυφῇ τὸ δυνεῖ ἀποσαύρεσθ' ἴνα γένους. Mirum erratum notabamus aliquandò in hoc vocabulo, in *Græca versione libri Hieronymi. cui index Catalogus scriptorum Ecclesiasticorum.* siquidem hæc Latina verba, *Antinum autem in delicijs habuisse Caesar Adrianus scribitur*, ita vertuntur, τὸν δὲ Ἀντίνου ἐν τῷ μετὰ τὸν Ἰβ' αἰδελανίω ἑγκλίνας Ἀδριανὸν πρὸς συγγένουτω. O socordiam! sed videtur interpres deceptus, cum in deprauatum codicem incidisset.

Cap.

Cap. II. III. Kalend. Ianuar.] Meramii & Pichœi cod. III. Kal.

[Erant autem adeo familiares] Quidam libri, erat autem adeo familiaris; nempe Titus Britannico.

[Titus quoque iuxta cubans. g.] Cubans? atqui Britannicus ipse non cubabat, verum sedebat. Lege Tacitum, & Tranquillo negligentiam dicti condona.

Cap. III. [Latine Græcæque lingue] Mss. Cuiacii, Latine; Græcæ, vel in orando, vel in fingendis poematibus promptus.

[Certantem imitari chirographa quæcumque vidisset] In Græcorum commentariis legi, Διόφαντος ἦν γραμματικὸς Ἡρώδης βασιλεὺς χιρὸς ἀπέσθης γραμμάτων δυνάμενος μιμῆσαι, ὡς καὶ Τίτος βασιλεὺς ἐπιτελοῦσθαι Ῥωμαίων.

Cap. V. [Propugnatores totidem sagittarum confecit ictibus] Emendauimus ex codice Viterbiensi: nam cæteri omnes corrupti: quod apparet ex Eutropio & Paanio: qui cum nostro codice in numero isto consentiunt.

[Demore id quidem p.] Scribe vel sic, vel vt in Mss. de more quidem vulgo siquidem inepse.

[Sed non deerant qui secius interpretarentur] Et sane qui circa illa tempora vixerunt sic loquuntur, quasi alia vulgo opinio hominum fuerit. Philostratus libro VI: ἀναρρῖνδεις δὲ ΑΥΤΟΚΡΑΤΩΡ ὡς τῆ Ῥώμῃ, καὶ ἀρῖσειον ἀξίωδεις τῆρω, ἀπὸ τοῖς ἰσομοιρήσων τῆς ἀχῆς τῆ πατρί. At quod ait de salutato Romæ tunc temporis Tito Imperatore, an verum? non sane, sed prorsus nugatorium: nam id factum in castris ad Hierosolyma, vt modo dixit Suetonius, & narrat Iosephus libro VI cap. XXXII. neque aliter salutatus à suo exercitu Titus Imperator, quam vetusto sub Republica more, qui omnibus notus. Vide libro primo ad caput LXXXVI.

[Veni, inquit, pater pater] ἦλθον, non ἔρχου.

Cap. VI. [Preparata apud milites coniurationis] Scribe concionis, & ita scriptum in melioribus libris.

[Tam aduerso rumore] Nemo dubitat hanc lectionem esse optimam: mei tamen officii duxi non tacere lectionem duorum cod. Viterb. & Lislæi, aduersa re.

Cap. VII. [Regina Beronices amorem] Scribe, Beronices & mox Beronisen. sic scripti cum Græcis consentientes, Diono, Iosepho, aliis.

Is α.

In cognitionibus patrii] omnes libri hac parte corrupti, præferunt *concionibus*, quod absurdum est adeo, ut dubitari nequeat sic esse scribendum, ut & Torrentius monuit probauitque. In antiquissimo regiz bibliothecæ offendimus scriptum *emissionibus*, quod compendium male interpretati sunt, qui scripserunt primi *concionibus*. At *premiari* non autem *prædari* omnes libri.

Quosdam è gratissimis delicatorem] Refer ad illa superiora, *specta libidinis fuit, propter exolestorum & spadonum greges*. Sunt enim delicati quos Græci *παῖδες ἀπαλούς* vocant. Dio *Chryssostomus de regno κομῆν ὀπιδὸν ἀφείς, ἀσπρὸι τῶν τούτων παῖδας τοὺς ἀπαλούς*.

Thermis celeriter extructis] At Mss. omnes nostri *celebriter*. Dio *τὸ βαλαστὸν τὸ ἐπαύμιον αὐτῆ ἱερώσεως*.

Ibidem & gladiatores, atque vno die quinque millia omne genus ferarum] Dio sic refert, *ἑρῶοι τε ὃ ἀλλήλοισ ἔμαχίοντο, καὶ ἐλίφαρτις τίσαρες, ἀλλὰ τε ἐς ἐνακίχιλια καὶ βοτὰ καὶ θύεϊα ἀπεσφάγη*. Sed grues in theatrum productas ad pugnam quis veterum narrat præter *Diuem*? Scio *commissiones gallorum gallinaceorum & coturnicum fuisse inter spectacula*: sed Græcorum non Romanorum. Lego vero mutata distinctione *Γέρμανοι τε ὃ ἀλλήλοισ ἔμαχίοντο, καὶ ἐλίφαρτις τίσαρες ἀλλὰ τε ἐς ἄνα*. En *μεταμωρφωσιν*: vnus *literulæ adiectione* facimus de gruibus Germanos. Intelligit auctor *commissiones gladiatorum*, quorum & Suetonius vti vides similiter meminit. inter hos *producti & Germani captiui*. sic fuit moris, ut sciunt omnes. *Seneca epistola LXX: Nuper in ludo bestiariorum vnus è Germani cum ad matutina spectacula pararetur*. *Vopiscus in Probo: Edita præterea gladiatorum paria trecenta, Blemys plerisque pugnantibus, qui per triumphum erant ducti, plerisque Germanis & Sarmatis, nonnulli etiam latronibus Isauris*.

Cap. VIII. Primus præteritis omnibus vno confirmauit edicto] Edicti huius meminit & Dio. Habes eiuldem plane argumenti edictum diui Nertæ *libro decimo epistolarum Pliny*. Titi enim exemplum plerique deinceps principum imitati. De patre suo M. Antonino philosopho testatur Commodus apud Modestinum *Iurisconsultum*. *ὁ δεύτατος*, inquit, *πατὴρ μου παρελθὼν εὐδὸς ἐπὶ τῶν ἀγῶν, διατέγμα πῶς ἰσαρχύσεας πῶς καὶ ἀπελείαι ἰβιβαίωνον*.

Quasi plura polliceretur quam prestare posset] Græci hæc verba ita acceperunt, quasi auctor diceret, re vera plura solita promitte-

τιὰ Τίτω quam præstari. *Cærenus*, ita vertit, και την Θη' σωη' θωρ
 ἐροτήσωνι Θ', ὅτι χάσεν τὸ το ποιῆς, πολλὰκις μὴ ἐκ πληρῶν τὰς ἰσοχέσεις. non
 est Suetonicea mens, non est: neque Titus de eo hominum gene-
 re fuit. quos frontis imbecillitas facit liberales: sed benignitas &
 χρηστότης ἐμφυτῶ-

AMICI DIEM PERDIDI] Omnino legendum ut apud Græ-
 cos & Latinos, credo, omnes: *Amici hodie diem perdidit*: vide *Eu-
 sebiū in Chronico, Victorem, Eutropium, Zonaram, Paanium*, atque al-
 ios minorum gentium historicos. Adde his *Themistium oratione
 sexta*, Τίτω τὸ γενναῖον τὸ λαμπρὸν καὶ μέγα εὐκταρο ῥῆμα, ὅτι Τίμαρος ἐκ ἰθα-
 σίλευσα. ἔδωκε δ' αὖ ἐποίησα. Meminit idem *Themistius & alibi*: At-
 que hoc vere χρυσὸν ἐπ' Τίτι, Imperatores sunt imitati præfeci-
 pio constitutionis de patrimonialibus rei dom. *Prope est ut bene-
 ficium accepisse credamus, quotiens offertur nobis causa præstandi: & diem
 perisse proculdubio suspicemur, quem nostri numinus manifestentia non il-
 lustrat*. alluferunt & alii multi; ut *Leo Augustus* in constitutione
 quadam de Imperatoris officio in hæc verba disserens. τὸ ἐπ'
 τῷ βασιλεῖ τὸ εὐεργετῆρ: εἶδ' και εὐεργάτης λέγεται, καὶ τὸς παλαιὸς και τὸν
 βασιλικὸν χαρακτήρα. *Finis regi præpositus est, facere bene hominibus:
 iccirco benefactor appellatur. quod si quando benefaciendi facultas ei de-
 fuerit, videtur esse non legitimus, prout quidem regius character à vete-
 ribus est proditus*. alludit sine dubio ad hanc Titī vocem, eamque
 appellat notam siue characterem veri regis. alludit & *Radevicus, de
 gestu Friderici I. lib. I cap. XIV. nullos sibi dies otiosos transire passus est:
 eos se raras perdidisse, in quibus non aliquid de reilitatibus imperij disposuisse
 set. Guntherus Ligurini lib. VI de eodem*:

Non tamen in tanto Princeps ignava quiete

Ocia carpebat, credens hoc perdere tempus,

Quo nihil adiectum regni prouentibus esset.

Et ut qua vellent, peterent, vitro adhorreat esse] *Plinius in Panegyrico de
 Traiani liberalitate: impetratum est quod postulabatur, oblatum quod
 non postulabatur: institit vitro, & ut concupisceremus admo: vit:*

Nonnunquam in thermis suis admissa plebe, laxis] *Lampridius in
 Alexandro Seuero: Thermis & suis & veterum frequenter tum populo
 usus est, & astate maxime, balnari veste ad palatium remeirens: hoc solum
 imperatorium habens, quod lacernam coccineam accipiebat. Eginhar-
 tus de Carolo Magno: non solum filios ad balneum, verum optimates*

& amicos, aliquando etiam satellitum & custodum corporu turbam inuicauit; ita vt nonnunquam centum vel eo amplius homines lauarentur.

Ve conflagratio Vesui-montis] *Chronicon Eusebii*, in anno primo Titi: Mons Vesuuus ruptus in vertice, tantum ex se iecit incendij, vt regiones vicinas, & vrbes cum hominibus exureret. prolixè Xiphilinus.

Et incendium Roma per triduum] *Eusebius* in anno posteriore Titi: Roma plurima ades incendio concremantur. videndus Xiphilinus.

Nihil nisi sibi publice perisse testatus] Traiectio. nam publice iungi cum testatus debet. sic membranae. ἡ σούτρας, nihil nisi sibi perisse, publice est test. Titi hanc vocem imitati sunt Imperatores Theodos. & Valent. AA. in constitutione de menducantijs reliquorum: Nobis petit deterior. possessor effectus, nobis proficit non grauat.

Partim in asperissimas insularum auebi] Vide quæ scriptum libro primo. ad caput LXVI.

Cap. IX. Oblata fibornamentapugnantium] Ornamentum est οὐσὶ quam Græci vocant sic κενὴ Ἡ ἑγκλίους dicitur, quicquid prodituro in scenam assumendum vt Herculis personam agat; puta, Leonina pellis claua, pharetra, & cætera omnia id genus Latini ornamenta vocant, vt ex Festo, Seneca, & Suetonio recte animaduersum viris eruditis. Seneca in epistola XLVII: subornare pro armis instruere. nihil igitur mutandum In codice tamen Viterb. & Cuiaciano, ferramenta scriptum non ornata.

Cap. X. Dimotu plagulis] Listæi cod. pars pollibus. pars paludibus. Pithæi pallulu. Viterb. paludamentis. omnia mendosa. vide Nonium Plage.

Quidam opinantur] Alii, inquit, Dio, pœnituisse aiunt, quod fratrem Domitianum manifesto vitæ suæ insidiantem non interemisset & his assentiri se ait ille: ego aliter iudico: rapiunt enim me in alia omnia verba Suetonii: quæ potius suadent, sensisse Titum de aliquo insigni aut flagitio, aut scelere à se quondam patratum. sed Dio aliter narrat vocem Titi, ἀπολύχων ἔπειτα, ὅτι ἐν μόνον τὴν ἀμειψάησσι.

Cap. XI. Excessit in eadem qua pater, villa] *Eusebius*: Titus morbo perijt in ea villa qua pater eius, anno ætatis XLII. Extinctum veneno leporis matini sunt qui narrant. Tzetzes: Τίτῳ ἐνύσσει βιβρακῶς

καὶ λαζών ἢ ἑλληστίαν. eadem etiam Glycas. in Annalibus. aliter alii, ut notat Scaliger ad Eusebium.

Idibus Septembris] Eusebium, pridie Idus Sept.


Post biennium ac menses duos : diesque xx] Consentium Dio & Zonar as. Clemens dies omittit. aliter alii.

Non secus atque in domestico luctu morientibus publice cunctis] Et istud videntur Græci de Suetonio vertisse, quem etiam Eutropius est imitatus. Cedrenus, velis potius unde habet Cedrenus : τοῦτο δὲ εἶρηθη ἐπὶ τῇ τελευτῇ τοῦ Τίτου καὶ τῆς τῶν Ῥωμαίων οὐκ ἐχρόνου πολλῶν τῶν ἀπομνημονεύοντες, καὶ τὰς ἀρετὰς αὐτοῦ ἀναλογιζόμενοι, δημοσίᾳ καὶ κατ' οἴκους κλαίειν ὡς περ οἴκῳ πάθει ἐπεχόμενοι ἔκαστοι. quam bene affecti sint Græculi isti mentem Suetonii, qui valent iudicio satis intelligunt.

Senatus prius quam edicto conuocaretur ad Cūriam cucurrit] Simile huic est, quod de populo Romano obseruat Tacitus : audita morte Germanici vltro illum sibi indixisse iustitium. Annalium lib. II, 62: Hos vulgi sermones audita mors adeo incendit, ut ante edictum magistratum, ante Senatusconsultum summa iustitia desererentur, foras claudentur domus.

Observati que ad huc foribus] Mutata distinctione scrib. senatus prius quam edicto conuocaretur, ad curiam cucurrit, obserati ad huc foribus : deinde ap. aut etiam cum copula obserati que. ita Memm. apud Tacitum, vulgo homines, vbi et tiora de valetudine Germani erant allata, cursant per urbem, molliuntur templorum fores. Porro hæc quæ narrantur, hoc loco sub crepusculum diei videntur esse gesta. nam vespera erat quando Romæ de morte Titi palam est factum. Vide historiam Miscellam.

DOMITIANVS.

Cap. I.  *Doleſcētia tempus tanta inopia tantaque infamia gēſiſſe fertur]* Malim. egiſſe. ſimilis error in Veſpaſiano cap: vltimo, vbi annum gerens multi codices legunt, perperam, ut arguant libri omnes meliores hic tamen Memmianus quoque gēſiſſe.

Quod inſcribitur Luſcio] Viterbienſis Luſcio, Memmii & alii Luſcio.

cio. Fortasse ad istud Neronis carmen respiciebat *Perſius ſat. 3.* cuius magna pars aduerſus Neronem, in extremo ita dicens :

*Non hic, qui in crepidas Graiorum ludære geſſit
Sordidus, & luſco qui poſſit dicere luſce.*

Mitari ſe Veſpaſiano diſſidante, quod ſucceſſorem non & ſibi mitteret] Suſpicati ſumus aliquando; verba hæc Suetonii occaſionem quibusdam præbuiſſe fingendæ illius ineptæ epiſtolæ, quam ſub Veſpaſiani nomine profert Dio.

Cap. II. *Expeditionem quoque in Galliam Germani. uq.*] *Adi Iosephum*, qui plenis velis laudat Domitiani hoc inceptum *Αλώσιος lib. ſeptimus cap. XI.*

Sella in qua eius ac fratris quoties prodiret lectica ſequēbatur] Sella igitur lectica dignior? ita videtur colligi ex hoc loco poſſe. ſed ſi de curuli intelligas, non de vulgari ſella; plane ruit ὁ συλλογισμός.

Simulauit & ipſe mire modeſtiam; imprimique poetica ſtudio] *Codex Cuiacii ſim. & ipſe mire modeſtiam in primis, poeticaque ſt.* De poetica Domitiani idem *Tacitus*: at *Fabius & Plinius* mire laudant.

Aduerſus Alanos] *Iosephus Αλώσιος libro ſeptimo cap. XXX. Hegeſippus libro V. cap. L.*

Priusquam plane efflaret animam, pro mortuo deſeri iuſſit] *Zonaras* auctor vel *Dio* potius apud *Zonaram*, *Tito* adhuc ſpirante *Domitianum* celeriter *Romam* veniſſe, & ſtatim caſtra Imperatoriſque nomen & potentiam occupaffe. Scribunt vero Græci nonnulli; ſpirantem adhuc *Titum*, à fratre in arcam ligneam niuis plenam percauſſam faciendæ medicinæ, coniectum, ibique extinctum.

Nulla præterquam conſecrationis honore dignatus] Atque id non ſtatim, ſed altero poſt obitum anno; ſi legitimo loco poſita eſt hæc *Eusebii nota in Chronico*: *Decreto Senatus Titus inter Deos referetur.*

Cap. III. *Inter initia principatus quotidie ſecr.*] Vt hæc lectio eſt, videtur *Domitianus* conſuetudine captandi ſecretum iſtud horarium per initia tantum principatus eſſe uſus: poſtea mutaffe morem. Contrarium tamen ſuadet *Plinius* in *Panegyrico*, cum ait: *non adire quinquam, non alloqui audebat, tenebras ſemper ſecretumque caprantem.* Hac, credo, ratione inducti viri docti, verba illa, *inter initia principatus*, reiicienda in finem ſuperioris capitis cenſuerunt.

probabilis coniectura: maximè cum dicat *Plinius, semper.* An igitur ita emendandum? nequaquam. Repugnant enim libri omnes scripti, in vulgata distinctione consentientes. Repugnat & ratio: cum palam sit de principiis principatus Domitiani loqui Suetonium, non de vniuersa vita. Attende lector, & mecum scio, senties. Quare falluntur qui *Plinianum* locum superiorem cum isto Suetonii comparant: nam illud secretum de quo *Plinius*, diuersum est ab isto horario. ille ~~de~~ de mortibus Domitiani loquitur: hic de primis illius gestis post assumptum imperium. clarum hoc vel ex voce *deinde* quæ statim subiicitur. At clarissimus Senator *Paulus Petavius* vir doctissimus, monuerat nos videri scribendum *Inter vitia princip.* sic enim se legisse in veteri suo codice: cum postea eam lectionem in vno è libris regis, eoque perantiquo inuenimus: manemus tamen ~~is~~ *περί* neque ab edita lectione recedimus. Nam de vitis Domitiani *capisse* solum *decimo* tractare Suetonius incipit.

Secretum sibi horarium sumere solebat] Non *horarium* sed *horarum* est scriptum in regis Viterb. & Pith. codd. inde suspicio est deesse numerum notam, & hoc aut simili modo scribendum. *secretum sibi horarum III sum. sol.*

Musca captare ac stilo praecuto figere] Et animi quidem, sed & corporis fortasse vitium ad hoc insaniam genus Domitianum adigit. Nam *Hippocrates* inter alia indicia hominis quem atrabilis vexat, hoc quoque recenset, & muscas eum captare scribit. Locus est in libro de internis affectionibus.

Nemisca quidem) Vide quæ notat *Scaliger ad Chronicon Eusebii* super his verbis.

Consulauerat ut Augustam) *Eusebius* in anno altero imperii Domitiani: *Domitiani vxor Augusta appellatur.* quæ verba quomodo sint accipienda, pauci intelligent, qui *Iosephi Scaligeri Notæ* non consuluerint.

Cap IV. *Et noctibus ad lychnuchos*) Noctibus & spectacula & conuiuia sæpius exhiberi solita à Domitiano. *Xiphilinus*: *δὲ πρὸς ἑσπέρῃ αὐτῆς ἡμέρας ἕξ πᾶσιν τῆς νυκτὸς παρήγε. πάλαι δὲ καὶ τὸς ἀγῶνας νυκτὸς ἐποιε.* idem paullo antenarrauerat noctu Domitianum *Syluanos* vino manantes multis locis populo exhibuisse: *δὲν τε σφίσι, πολλὰ χῆρῶν τε νυκτὸς παρήγε.*

Ejoffo

Effosso & circumstructo iuxta Tiberium lacu) Hoc vult Dio, qui *naumachiam* scribit exhibitam in nono loco, id est, recens. cauato & circumstructo: *ἐν κενῷ πρὶ χειρὶ ναυμαχίαν ἐπέτελλεος.*

Circumstructo iuxta Tiberim lacu) Læ Viterbiensis, non vt vulgo circumducto. Tacitus loco simili *Annalium XII, 56: lacu in ipso nauale prætium adornatur, vt quondam Augustus structo cū Tiberim stagno.*

Instituit & quinquennale certamen Capitolino loui) Factum anno V.C. DCCCXXXIX Coss. Domitiano XII. & Ser. Cornelio Dolabella. vide *Censorinum*. sed nemo plura de hoc agone quam *Staius Papinius in Syluis*. quem eximium poetam certum est in eo superatum esse, aliis contra eum coronatis. testis ipse cum in carmine ad *Claudiam uxorem*, tum in epicedio patris. Non dicam meminisse huius agonis, & *Papinii victi, Iuuenalem satira sepsima*, cum canit de eo loquens :

— — — *sed cum fregit subsellia versu,*

Esurit, intactam Paridi nisi vendit Agauen.

Nam, vt ἰδὲ πέρσερον optimi poetæ locum explicem, non assentior doctissimo viro, ita illum explicanti. Eius vero interpretatio, nisi fallor, neque instituto Iuuenalis, neque verbis satis conuenit. instituto, quia poetæ ibi meus non alia, quam vt doceat optimos quosque poetæ scum maxime placeant, & in ore omnium versentur, nihil tamen ex eo commodi percipere præter inanem gloriam, adeo vt victus causa illa ipsa ob quæ tolluntur in cælum poemata, cogantur vendere turpiter. hoc velle Iuuenalem doceat satyræ totius argumentum, quam vulgo proscribunt *De sterilitate studiorum*. Cum igitur *Staius* ponatur eo loci in exemplum optimi poetæ, qui cum maxime placeat, nihilominus esuriat, absurde fecisse videtur si ἄλλας ipsius mentionem iniecit. nam quid mirum, aliquis dicat, si victus poeta iaceat? Sed nec verbis quadrare ea viri præstantissimi interpretatio videtur. nam *frangere subsellia*, poetica licentia vel *σύνων* potius dictum accipio, pro vehementissime placuisse: sicut plausu & κέρω *Euge & sophos* acclamantium quasi frangerentur subsellia. Stat à me *Sidonius Apollinarius* qui sine dubio dicend' hoc genus ita accepit: quod ex his illius. *libro quinto* apparet in *epistola ad Sapaudum*: Nam debetur ab eo percipiosus literis honor: hunc olim perorantem, & rhetorica sedilia plausibili oratione:

riore frangentem socer eloquens vltro in familiam patriam ascivit: certum est ita locutum Sidonium: intendentem oculos ad istum *Iuuenalis* locum. Quid quod *Polybius* simillime locutus in historia decima quinta? ἤδ' ἐν διασπαρμένων τὰ ἄλλα ἔ βασιλέως, κατεργήσαντο πᾶς ὁ πόλις ὑπὸ ἑ κέρτυ καὶ τῆς κλαυγῆς. Affinis huic λόγος δεινότης in sententia eadem apud *Platonem* in *Euthydemo*, ὀλίγη καὶ οἱ κίοντες οἱ ἐν τῷ Δουκίῳ ἐξορῶντων ὅτι τοῖν αὐδ' εἶναι, καὶ ἡ δ' ἴδου. *Virgilij*:

Et cantu querula rumpent arbusta cicada.

Potius ergo referamus ad recitationes quod ait *Satiricus*. neque sane alio possunt trahi si attendimus quæ paulo ante præcedunt,

— — — *lesam fecit cum Statiu vrbem*
Promissæque dicam.

Pæne omiseram, quod totiustei caput est: neque enim verum, τὸν ἐμοὶ δοκῶν, victum *Statium* fuisse cum commisisset *Thebaidem* suam in agone Capitolino: neque ea poëtæ sententia in epicedio patris: vbi hoc potius ait, ideo se esse victum, quia inuiderit eam gloriam *Ioui Capitolino* *Thebais*: quæ tunc temporis *Statium* sibi totum assererat, & eius omnia studia. Enimvero quid *Thebaidi* cum *Ioue Capitolino*? ad cuius certamen non alia asserre carmina moris videtur fuisse, quam de laudibus ipsius composita. Suadet *Quintilianus libro tertio*; *An laudes Capitolini Iouis, perpetua sacri certamina materia, vel dubia sunt, vel non oratorio genere tractantur?* Quanquam non nescimus præstantissimum vitum *Io. Scaligerum* *Quintilianiani* verba in aliam sententiam esse interpretatum. Ratio quæ illum mouit, erat quod dura, nimis lex oratoribus videtur fuisse proposita, si de vno & eodem argumento omnibus foret dicendum. Mihi vero aliter videtur: qui sciam in natalibus *Sanctorum* celebrandis eundem hodieque morem seruari.

In stadio vero cursuetiam virginum] Ad verbum *seruare Xiphilinus*, καὶ παρ' ἑνοὶ τῷ δεσμικῷ ἠγωνίσαντο.

Chorocitharista quoque & psilocitharista] Inuenimus in nonnullis & *psallicitharista*. sed optimi quique & vetustissimi, *psilocitharista*. quod eo monemus, quia hanc vocem vt à *Turnebo* excogitatam docti reiciendam censuerunt. De *psilocitharista* & arte *psilotharistica*, *Athenaus* libro XIV. sic apud Græcos ψαλλομένη, cui adiungitur vocis melodia: vt in II *Platonis*, de *Legibus*. καθαρόν τε ψαλλῶν elegantè in secunda historia *Diodori*—

ΠΥΡΗ-

Purpureaque amictus toga Germanica] Non potuimus in super
habere consensum Mss. in quibus hanc lectionem offendimus, vt &
Torrentium in suis, vt ait, omnibus. veram tamen esse scripturam
istam non censeo. nam duorum alterum puto verum; aut cum e-
ditione prima scribendum esse *toga Græcanica*, & accipiendum de
chlamyde Græcanica, quæ *καταχρηστικώτερον* quidem, sed *ἀναλόγως*
tamen dicta Suetonio toga: vel corrigendum, *Hermionica*. inter
purpuræ species est Hermionica longe excellentissima. *Plutarchus*
in Alexandra, καὶ πορφύρας Ἑρμιονικῆς εὐρεθῆναι τέλαιντα πεντακισχίλια,
συγκριμένως μὲν ἐξ ἑπτῶν δέκα δρόμων διακοσίων, πρὸς ὄρατον δὲ τὸ αὐτὸ ἐπὶ καὶ
ναεὶν φυλάττειν.

Celebrabat & in Albano quotannis Quinquatria] Dio, fere ait
quotannis, καὶ ἔσθ' ὡς εἶπεν. In Albano accipiendum, vt in *Tuscu-*
ano. non enim Albanum montem intelligit: sed arcem ad eius radi-
ces sitam. Albanum secessum *Tranquillus* nominat cap. XIX. Dio
fere, τὸν Ἀλβανόν, vel τὸ Ἀλβανὸν χωρίον. *Vlpianus* ad Sabinum: *Al-*
banus fundus principatibus visibus deseruens.

Ac poetarum certamina] Ter victor discessit ex hac certamine
Papinius. in carmine ad vxorem,

— ter me vidisti Albana ferentem

Dona comes, sanctaque indusum Caesaris auro,

Visceribus complexa tuis, fert uq; dedisti

Oscula anhela meis.

Magisterio fungerentur, redderentque eximia venationes] Aufer li-
teram *παρέλασον*, & scribe *ederentq;*.

Omne genus rerum missilia sparsitq;] Melius scripta lectio *omne*
genus missilia sparsit. leges apud *historicos* passim, *missilia, res missiles*
& *missilia variarum rerum*.

Cap. V. *Plurima & amplissima opera*] Habes apud *Eutropium* &
Eusebium in Chronico multorum operum nomina, quæ partim *Titus*
partim *Domitianus* fecerunt, neque enim satis distincte hæc ab au-
ctoribus sunt tradita.

Plurima & amplissima opera incendio absumpta restituit: in quæ
& Capitolium] Appositum ad hunc locum *Martialis epigramma*, quod
libet ascribere. est enim in genere *καλαμικῶ* singulare.

Quantum iam superis Cesar, cælog, dedisti,

Sic repetas, & si creditor esse velis:

*Grandis in aethero licet auctio fiat Olympo,
 Coganturq; dei vendere quisquid habent:
 Conturbabit Atlas, & non erit vnicia tota,
 Decidat tecum qua pater ipse deum.
 Pro Capitolinis quid enim tibi solvere templis,
 Quid pro Tarpeia frondis honore potest?
 Quid pro culminibus geminis matrona Tonantis?
 Pallada praeceores agit illa tuas.
 Quid loquar Alciden, phœbumque pioq; Laconis?
 Addita quid Latio Flavia templa polo?
 Expelles & sustineas Auguste necesse est:
 Nam tibi quod soluat, non habet arca Iouis.*

E cuius postea lapide maximus Circus est extructus] Mirari licet cur auctorem tanti operis reticuerit. Is autem est Traianus. Multa de hoc Circo Plinius in libro Panegyrico.

Cap. VI. Oppio Sabino consulari oppresso] Scrib. Appio Sab. ex antiquis, Entropio, & Fastio consularibus.

De Catts Daciq; post varia praelia duplicem triumphum egit] Ita habent & Memmianus & alii Mss. Eusebius in Chronico de Dacis & Germanis ait triumphasse. ad quem locum vide notata Scaligero:

De Sarmati lauream modo Capitolino Ioui retulit] clarum ex hoc loco errare doctissimos viros, qui triumphare & Ioui Capitolino lauream referre idem esse putant. maius enim & longe dignius triumphum quam lauream. quod etiam stante Rep. omnibus competiit qui caelis hostibus Imperatores salutati fuissent: siue illi res triumpho dignas gessissent, siue starent eorum facta intra gloriam triumphum: praeter hoc certissimum testimonium, sunt & alia non minus liquida. lib. V scribit Suetonius cap. XIII Neronem ob Teridatis in urbem aduentum, Imperatorem consalutatum, lauream in Capitolium latam. nemo tamen sanus triumphasse eum propterea dixerit. Antonium collegam Ciceronis ex bello Catilinario lauream reportasse quis nescit? atqui triumphandi neque ius neque spem ullam habuisse Antonium certissimum est. M. quoque Tullium praелиis aliquot in Cilicia feliciter gessis, & Imperatorem fuisse salutatum, & laurea fascis suos ornasse constat. triumpho res dignas eum gessisse adeo non constabat, ut Catoni & senatorum

torum plerisque aliis absurde facere visus sit, qui triumphum peteret.

Pauloque post occisum Antonium adeo vulgatum est] Papinius:

Quæque tuas laurus volucris Germanice cursu

Fama velut progressa diem, tardumq; sub astris

Acceda, & in medio linguæ Ithacæ mænsida cala.

[Castrari mares vetnis] Statius:

Qui casta Cereri, diu negata,

Reddit iugera fabriasque terras.

Qui fortem vetas interire sexum.

Postquam hoc exiit edictum, solita peti venia à principe vel præfide provinciæ, si quis vel se vel alium vellet euirare.

Iustinus Apolog. II: ἡδὴ πρὸς ἡμᾶς τῶν βιβλίδιον ἀπόδεικναι ἐν Ἀλεξάνδρῳ φήλικε ἡγεμονίῳ, ἀξίῳ ἐπιπέδῳ ἰατρῶ τὰς διδύμους αὐτῶ ἀραλῶν, αὐτοῦ γὰρ τῆς ἡγεμονίᾳ ἐπιπέδῳ τῶν ἀπὸ τῆν ἀπειρῆσαι ἀνὸ ἰατρῶ ἕλρον.

Cap. VII. *Existimans nimio vinearum studio negligatua]* Non solum in vita Apollonij lib. VII. meminit huius rei *Philostratus*: quem locum laudat *Beroaldus*: sed vberius in vita Scopeliani Sophistæ. Is est qui totius Asiæ nomine legationem obiit ad Domitianum, deprecaturus edicti, huius executionem. in quo tanta fuit illius vel dexteritas vel felicitas; vt non solum colendi vineas impunitatem suis nactus sit, sed etiam necessitatem. rediit enim, *μὴ μόνοντὸ ἐξείναι φυτεύειν ἔχων, ἀλλὰ καὶ ἐπιτόμια καὶ ἄλλ' μὴ φυτεύόντων.* Causam latæ legis quod ad Asiam provinciam attinet, aliam *Philostratus* affert: seditiones nempe sæpe ortas ex temulentia. *Ἐδάκει τὰς ἀπολλωνίᾳ καὶ τῇ Ἀσίᾳ ἀμπελάους, ἐπειδὴ ἐν οἴνῳ παύαζεν ἡδοξάν, ἀλλ' ἐξαιρέτου μὲν τὰς ἡδὴ πεφυττά μὲνας, ἀλλὰς δὲ μὴ φυτεύειν ἐπι.* Ideo servatum videtur sub Imperatoribus insequentibus, vt promiscue non esset iuris vitem instituire: sed eorum tantum qui à principe veniam impetrassent. *Vopiscus in Probo: Gallis omnibus & Hispaniæ ac Britannia hic permisit vt vites haberent vinumque conficerent. Eutropius in eodem: Vineas Gallos & Pannonios habere permisit.* quo loco ridicula est *Paanij* appendix ad verba superiora, *ἔπερ ἀπὸ τῶν τῶν εἰδῶν.* quasi ante Probum vineas colere nescierint Galli.

Geminari legionum castra prohibuit] Quid est geminari castra? & quæ legis huius causa? Puto geminari castra dici, non, vt censent interpretes, cum ex veteri more pro occasione fierent ma-

fora & minora: sed cum duæ legiones coeunt in vnum locum, & castra vna: quod semper experientia docuit esse periculofum: forte enim secuta exercitus seditio, qui plerunque contemptus frequentiam suam à disciplina desiscit, ait Velleius verissime, & Dio quoque lib. XLIX: milites, inquit, *οὐδὲν ἄλλο τῶν ἀνδρῶν ὁπῶν δεξιότερον*. ideo seditionem parantes aquilas, signa, castra iungebant; vt de legionibus Germanicis narrat Tacitus libro primo. confirmant hanc interpretationem quæ statim sequuntur, de occasione legis huius ferendæ.

Addit & quartum stipendium militi, aureos ternos] Proflus inuendosa lectio; etsi ita habetur in omnibus Mss. sed scribendum *ad aureos ternos*: vel *aureis ternis*, vt docuit pridem Iustus Lipsius, in *Epistolis suis*. vbi de stipendii militaris modo disputat docte & acute. Exitit tamen nuper vir eruditus, qui Lipsii sententiam labefactate conateretur, & quidem rationibus non sane leuibus. itaque de tota re ad *sexum Polybii*, Deo propitio, accurate famas acturi.

Cap. VIII. *Ne se persuasorijs assertionibus accommodarent*] Plerique codices hanc lectionem agnoscunt. quidam *persuasiorijs*. Legendum vero *persuforijs*, vt habet liber optimus Turonensis, & plures alii, vt testatus est vir præstantissimus Iacobus Cuiacius ὁ τῆς Νομακῆς ἔρωτης. qui huius loci sententiam aduersus interpretes explicat doctissime ad *legem XIII Dig. excusationibus*.

Cum suo quemque consilio] *Consilium* pro consiliariis & adfessoribus. qui iudicantibus soliti adesse. vt *coniugium* pro coniuge. alioquin per *c*, *concilium* esset legendum. sed membranz aliter.

Autor & Tribunus plebis fuit] Non erat causæ cur in notis illis T. P. R. C. L. hareret eruditissimus Torrentius, quas in veteri codice inuenerat. Nam & nos eadem offendimus in nonnullis. sed mendam eorum librorum Memmianus arguit, in quo ita perscriptum T. R. P. L. satis autem norunt qui aliquem membranarum vsu habent, voces ad eandem dictionem pertinentes, ita solitas interdum diuidi puncto interiecto. quare verum erat, T. R. P. L.

Lege Scatinia] vel *Scantina*, vt alibi scribitur: & Turonensis quoque n agnoscit.

Cap. IX. *Vix suspicionem vllam*] Cuiacii liber, *suspicionem*.

Ruscij

Rufij Capionis] Viterb. *Rufi*, *Lislati*, & *Memmiis*, *Ruffi*: ita non esset gentis nomen.

Apud ararium pendissent] Veteres multi, *ararium apud pendit*: intelligit diuturnos reos, quorum nomina ab accusatoribus delata, inter acta magistratum ad ararium fuerant delata. Similis locus in *vita Augusti capite XXII*: Ita potius capiam hæc verba cum *eruditissimo Iuriconsulto Gul. Rantbino*: quam vt *Torrentius*, qui ex libri quinti capite nono locum interpretabatur.

Venia in præteritum donauit] Exemplar Viterb. *in perpetuum*. non probo.

Veteribus possessoribus vt vsucapta concessit] *Aggenus Vibicus* commentariis in *Iulium Frontinum*, *Domitianus per totam Isabiam subsecuta possidentibus donauit*, editioq. hoc vniuersis notum fecit.

Cap. X. Patremfamilias] Hoc est τὸν δεῖρα cliuem Romanum vt interpretamur *ad librum III cap. XXVI*.

Impie locus parmularius] Non solum in spectaculis periculum fuit sub tyrannis fauere alicui contra studium principis: sed etiam domi in vino & conuiujs liberam vocem de his nugis misisse verti solitum in occasionem calumniæ, & impietatis crimen vt appellabant. Alludit suo more ad hanc historiam *Plinius in Panegyrico*: *tamquam libera spectantium studia, quam securus fauor? Nemini impietas vt solebat, obiecta, quod odisset gladiatorem: nemo spectator spectaculum factus, miser us voluptates vincto & ignibus expianis*. Similis scruitiæ exemplum *cap. XXXV. Martialis de suo conuiuio*:

De prasino conuiuia mem Venetoque loquatur,

Nec facient quemquam potula postea reum.

Porro parmularios, vel vt Græci scribunt hanc vocem, παρμυλαίους appellabant, qui Threcibus in arena fauebant, quorum erat propria parma. Ab eadem causa dicti Prasiani vel Prasini, Venetiani, & Secutoriani.

Complures senatores, in his aliquor consulares, incremit] Adde etiam aliquot triumphales, vel certe triumphalibus ornamentis donatos. in his *Iulium Agricola Taciti socerum*. Libet, in *παρμυλαίων* *Dionem* in hac narratione emendare, & veram illi sententiam reddere, simul & *Tacito* conciliare. Scriptum in compendio *Dionis de Agricola*, καὶ τὸ ἐσθλὸν δὲ ταῦτα ἴσθη Διμηπανῶν, καὶ ὡς τὰς ἐπιχειροῦς πρὸς τὸν Τίτου λαβὼν. Ait occisum eum à *Domitiano*,

licet à Tito ornamentis triumphalibus fuisset donatus. *Primum*, non satis video cur sic loquatur, & quam vim habeat illud *ἔτις*, deinde falsum quod ait de Tito: nam Domitianus fuit qui eo honore Agricolam auxit. quod grauissimo testi & genero amplius ac credamus necesse est. Enim vero scripsisse Dionem aio, *ἔτις τις ἐπικίους πρὸς τὰς ἀπὸ τῆς λαβῶν*. plane elegans emendatio.

Quod post abductam uxorem laudanti vocem suam, Heu taceo dixerat] Parum satisfaciunt mihi interpretes in explicatione huius Lamiae dicti: nam quod putant *Heu taceo*, suspirium esse eius, indicem doloris ob abductam uxorem magni, sed latentis: nobis non ita videtur: sed notatam potius fuisse tyrannidem principis, qui omnia in suo genere pulcra & excellentia possessoribus eriperet. vnde necessitas incumbere sua bona dissimulandi celandique. sic esse exponendum doceant illa verba, *laudanti vocem suam*. ad quæ parum attendisse interpretes videntur. Similes sententiæ multæ apud poetas. *Tibullus* postquam laudasset puellam suam subiicit:

Nil opus inuidia est: procul absit gloria vulgi,

Qui sapit in tacito gaudeat ille sinu.

Agathias epigramma quo Ariadnæ citharistrix laudes prædicat, ita claudit:

Σιγῆ ἴσ' ἡμεῖων, ἴνα μὴ Διδύμοσ' ἀκούσῃ,

Τῶν Ἀεαδυντίων ζῆλον ἔχει λείβων.

Sunt codices qui hic aliquid Græce muginentur loco illorum *Heu taceo*. Ut *Lislæi*, vbi scriptum fere *ὃ παυτῶ* forte pro *ὃ παυτῶ* supple *ἔχει*. id est, digito compesce labellum. sed vulgata per placet: licet Græcæ lectionis seruare vestigia videantur optimi codd. *Memmii*, *Viterb Pithæi*. & regii tres, in quibus est *eutacto* & *tutacto*. docti cogitent. Atque hæc cum edita essent à nobis, literas postea ab illustrissimo *Scaligero* accepimus, quibus ille nobis suam de isto loco sententiam aperit. Sic autem acutissimus vir: *Placet Eutacto ut erat in optimo Turonensi codice, vel εὐτακτῶ, ut in quibusdam. Acer & mordax iocus. ἢ κῆδος μὲν ἀπὸ τῆς ἀδούρας εὐτακτῶ. proverbium etiam inter Gallos iactitatum. Je ne chante point mais i' accorde. Nam non poriebatur uxore sua, ut Domitianus: sed stuprum dissimulando, pacem inter se & uxorem & Imperatorem nutrebat. εὐτακτῶν cum accusatio satù frequens: & ita semper Georgius Codinus. Heu taceo quod vulgo legitur*

gitur interpretum est. σφωῖσι οἱ ἄδοντες, ἐγὼ δὲ ὁ εὐτακτῶν. Est locus elegans & notabilis. Hæc Scaliger. Ego non memini legere hac notione verbum εὐτακτῶν apud vllum scriptorem. Non multo tamen aliter vocem εὐτακτως vsurpat B. Chrysostomus homilia XII in Pauli ad Philippenses epistolam. ἐν χορῶν, inquit, τὸν χορηγὸν δεῖ μιμηθῆναι τοὺς λοιποὺς, καὶ ἕτω βαδίζειν εὐτακτως. sicutiam τάξις nomen ex in re apud eundem positum alibi: vt ad Hebr. αὐτοὺς τὸν κορυφαῖον ἀπέλυσ, ἐχὶ κτ' μέλ. & καὶ τὰξιν ὁ χορὸς ἴσαι.

Apellasset quæ eos sanctissimos viros] Dio vertit, ἀδρωτ' ἰεῖος: quæ de voce ad Athenæum notamus. Iunius Rusticus de quo hic Suetonius is est de quo Plutarchus, in lib. De curiositate.

Diuortium suum cum vxore taxasset] Hæc scriptura librorum omnium veterum, at vulgo, τραχῆσσε. illa voce vsus & libro secundo capite quarto.

Flauium Sabinum alterum è patruelibus] Adice, generum Titi fratris. Philostratus libro VII: Σαβῖνον ἀπαικτονὸς ἦν ἡ Σαυτῶ ἐν γατρῶν τελευτῇ ἤγατο. ἡ δὲ Ἰουλία γνῆ μὲν ἦν Ἐπεφορνεύμαν, Δομειπανῶ δὲ ἀδελφῆς, μία ἦν Τίτου θυγατρῶν.

Latentes conscios, inuestigato nouo questionis genere, distorsit] Multis modis absurda lectio: quid appellat latentes conscios? deinde quomodo scuitiam in latentes exercuit? emenda igitur, latentes per conscios inuestigatos, nouo questionis genere distorsit.

Tribunum laticladium & centurionem] De iuuenibus laticladiis dictum est ad lib. IV cap. XXXVIII. nam fuisse istos iuuenes certum est. impudicos intellige muliebria passos.

Cap. XI. Auctorem summarum] Λισαῖ, αὐτορὸς f.

Afsidere in toro iuxta coëgit] Ita moris, intra cubiculum sedere in toris, vt sit hodie in scamnis: non solum cum ad cibum sumendum discumberent, sed in omni otio aut negotio, quod quiescere non prohiberet. Galenus in libro de pracognoscendo, loquens de matre quæ puero ægro adsidebat, ἐν τοῦ οἰκμαῆτι ἦν καὶ κλινῆ, καὶ ἦς ἡ μήτηρ ἦ παύδος ἐκαθίστο. totum illum locum vide, & si lubet, quæ notauimus lib. II cap. LXXVIII,

Cap. XII. Sed cum obnoxium se Barbaris per hoc animaduerteret] Zonaras proculdubio ex Dione, exposito incremento stipendii de quo ante dictum, μεταμειψθείς δὲ πῶ μὲν ποσότητα ἢ ἐμείωσι, τὸ δὲ πᾶν δὲ ἦν ἡ σαυτομένων συνίσει. καὶ ἐκατέρωθεν μεγάλα τὸ δημόσιον ἔβλαψε, μὴ δ'

μηδ' ἰκανούς τοὺς ἀμύνοντες αὐτῶ, καὶ τήτους μεγαλομήτους πρὸς ἡσας.

Præter cæteros Iudaicus fiscus acerbissime actus est] Quod factitatum alibi notabamus in artibus sordidis & vetitis, vt pretio depenso permitteretur illarum professio: idem factum in religione Iudæica, ac mox quoque in nostra, sicut declarat *Tertulliani locus* quem *ad lib. IV* laudauimus. is est quem vocat auctor *fiscum Iudaicum*. & à duobus hominum generibus pensitatum fuisse indicat. prius fuit eorum, qui liberam suæ sectæ professionem, in vrbe redimebant. Iudæis enim licuit soluto pretio quod erat imperatum, in vrbe manere. nam interpretes qui ad persecutionem secundam Christianorum sub Domitiano hæc verba referunt, falluntur. Tributi huius meminit *Xiphilinus in Vespasiano*, ἀπ' ἐκείνου διδραχμῶν ἑπτάθη τοὺς τὰ πάτρια αὐτῶν ἰδὲν ἀεστέλλοντας πρὸς Καπιτωλίῳ δὴν καὶ ἐπὶ ἑτοῦ ἀποφῆραι, id est, ex eo constitutum est, vt Iudæi qui patrios ritus seruare vellent, didrachmum quotannis Ioni Capitolino inferrent. Tertullianus in *Apologetico*: *Sacras literas Iudæi palam læstitant: vestigalis libertas vulgo aditur sabbatis omnibus*. Meminit & *Appianus in Syriacis* vbi φῆσιν ἵπ' ὁμιλίῳ vocat. ita interpretamur illa verba, qui velis professi Iudaicam intra urbem viuerent vitam. quæ tamen possis fortasse etiam aliter accipere: Iudæos omnes fuisse vrbe pullos: nec aliter permissam Romæ habitationem, quam si patrios ritus eiurassent. grauesque multas dictas, si qui nacti post eiurationem manendi in vrbe facultatem, vixissent vitam Iudaicam. mihi placet magis prior interpretatio: & professionem intelligo. qualis ea quæ Tertulliani temporibus ipso teste apud beneficiarios fieri solita à tabernariis, aleonibus, & Christianis. Scribendum autem, qui vel vt prof.

Vel dissimulata origine] Possunt hæc verba etiam ad Christianorum persecutionem sub Domitiano referri. Nam hi videntur esse quos pro Iudæis passim habitos, dissimulatæ originis accessabant.

Cap. XIII. *Et patriæ & fratris imperium dedisse*] Hinc illud *Matthæi*;

*Solus Iuleas cum iam retineret habenas,
Tradidit, inque suo tertius orbe fuit.*

Formalem dicitur epistolam) Græci historici vocant ἱεροκλει-
ους ἐπιστολὰς: de quibus alius nobis dicendi locus constitutus.

Statuas sibi in Capitolio nonnisi aureas & argenteas poni permisit)
Plinius panegyrico ad Traianum; paullo ante adiciunt omnes, omnes gradus,
totaq; area hinc auro, hinc argento relucebat.

Ut cuidam Græce inscriptum sit arcus Ἀρκῆ] Hæc scriptura cod.
Viterb. & regionum Mss. nisi quod vox Græca ut alibi multis
locis in omnibus desideratur, quam iudicium secuti Tarnebi, re-
stituimus, fauentibus, Memmii ac Lislæi libris & quibusdam è re-
giis, in quibus partim arti partim arcis exaratum. In eisdem libris,
vulgatæ lectionis *Aream & caluitium* nec vola exat neque pes. Qua-
re abeant, cenfeo, Morboniam.

Cap XV. Quo maxime facto maturauit sibi exitum] Philostratus
declarat libro octauo, ἰώδωυ οἱ θεοὶ Δομητιανὸν ἠδὲ τῆς αὐτοῦ ἀνδραπο-
μορφείας. ἔτυχε μὲν γὰρ Κλήμηνα ἀπεκτονῶς, ἀνδρα ὑπατον ᾧ τὴν ἀδελφὴν
τὴν αὐτοῦ ἐδέδωκε, ἀπειθαρχεῖα δὲ ἐπετόλιντο αὐτὸν τεύτην ἢ πετέτην ἡμέραν
τῷ φόνῳ, καὶ κείνῳ ἐς ἀνδρῶς ποίτην. Στίφραθ τοίνυν ἀπὸ ἀδελφῆς γυ-
νακός, ἐν ἐδήλῳ τῷ τῆς διοσημίας χῆμα, ἔπειτὸν πεθνήωτα ἐδουμνδὲρ, ἔπει-
παρτας, ἀρμυνην ἰσα τοῖς ἐλευθεροτάτοις ποτε Ἀθηνάοις, ἐῖς τὸν τυραννον. Iam
dij à gubernatione mortalium Domitianum deturbabant: qui cum Cleme-
tem consularem (ὑπατῶ dixit pro ὑπατῶν, ut nuper notatum nobis
ad Apuleium: paret ex verbis Suetonii tantum non ipso eius consularu:
non ergo consul fuit cum occideretur) cui sororem suam nuptum dede-
rat, occidisset tertio vel quarto die à cæde edixerat, ut ipsa quoque in publi-
cam prodiret: (lego enim eis ἀνδρας: vulgata lectio sonat, ut & ipsa
in manum viri conueniret) quam obrem Stephanus mulieris eius libertus,
quem diuinitus datum ostentum denotabat, siue defuncti, siue omnium
caussa, non minus quam illi omnium liberrimi Athenienses, impetum cepit
tollendi tyranni.

Minerua quam superstitiose colebat] Ita oportuit, matrem coli à
filio. præter alios testatur Philostratus libro septimo, quendam periisse
commemorans, ἔπειδὴ θύων ἐν Ἰάραρν ἢ ἡσχε, μὴ ἀποσείδηκε τῆς δημοσίως
ἐυχῆς ἐπὶ Δομητιανὸς Ἀθηνῶν ἢν τῆς.

Quam responsio casuque Asclepiarionis mathematici] Simplicissi-
mam narrationem quæ deinceps sequitur, corrumpunt Græci non
vno modo. Cedrenus quidem aliter, aliter vero Glycas, Constanti-
nus Manasses. Hæc est istorum hominum in historia fides: imo ve-

rius *ἡδονολογία* vitium in rerum conditoribus à Polybio & Tacito
meritissime exagitatum.

Inser ceteras dies fabulas referretur) Sic scribendum non *referre-*
batur, repetendum enim *euem*.

Cap. XVI. *Audijt condemnauitque*] Sed supplicio dilato, vt post
fugam periculi tanto alacriori imperatori pœnas daret, seruatus est:
moxque à Neruâ prœmium loco pœnæ retulit. Dio.

Proquinq; quam me uobis] Cœsum circa meridiem ait Philo-
stratus.

In cubiculum se recepit, atque ibi occisus est] at Cedrenus ait ἐν τῷ
P'ώμῳ.

Cap. XVII. *Sinisteriore brachio velut agrotanū fasciūque obuola-*
to] Ita moris fuit: atque hæ sunt lanæ quarum meminit *Vlpiannus*
§. ne ea quidem lege, Si cui lana, Dig. de legatis III. Apud *Hippocratem* &
alios medicos leges sæpe *ἐκείῳς ἐπιχευαδῆν*, aut *ἀελίωσεν προσηνέας ἐπι-*
χευ, id est, vt pars affecta commodius sese habeat. *Martialis*: *Quod*
dana caput alligas Charine. Meminit & *Aristides in Sacris* sæpius. *Lo-*
ontium in epistola ad Lamiam οὐκ αὐτῷ ἠνεχόμεν φθορέωντ & φιλοσο-
φῶντ & καὶ καταπεπλημένῃ εὐ μάλα πύκνῳ ἀπὸ τίλων. ex eo est istud *Ar-*
temidori libro I. ἕτα ἀπὸ τευχῶν ἔχην νόσους μακρὰς καὶ θάσιον σεναδρίων.
hinc dicti sunt *Ianoculi*, vt docet *Festus*. Cæterum *Philostratus* in
hac historia dexterum brachium non autem sinistrum fuisse inuo-
lutum tradit.

Brachio obuolato ad ipsam boram dolum iniecit] Scribe *dolo-*
nem, sic emendauit hunc locum *ἑυσεχάτατα* *Jacobus Ferrarius*, vt te-
statut clarissimus doctissimusque *Petrus Faber III Semestrium*. *Dolo-*
ficæ vel pugionis est genus. *Hesych.* δόλωνες, ξιπίδια ἐν ξύλοις ἀκου-
κρυμμένα. *Seruius*: *Dolo* est flagellum infra cuius virgam latet pugio.
Plutarchus in Gracchis interpretatur λησεῖον ξιπίδιον. Vide in *Claudio*
cap. XIII. vnice comprobatur hanc pulcherrimam coniecturam *Phi-*
lostrati locus, quem adscribam, simul vt emendem: ita enim edi-
tum, Στίβανθ τοίνω, ξίφθ ὑφῆρας τῆς τῆς ἀφιστῆρας πῆχης, καὶ τῶ χῆρα
ἐπὶ δέσμοις ἀλάβων, ὄσον καταγυῖαι ἀπὸ νητὸς διχῆσθῆναι σενοπλῆδιν. men-
dosum esse illud ὑφῆρας constat. lego ὑφαρμόσας. perspicua sen-
tentia. *Faber*, ὑφ' ἄρας. ex illis *Suetonii ad ipsam boram*. sed *Hellenis-*
mus eam emendationem non admittit.

Ἄλλοι ἀγαθὸν XLV. imperij XV.] Dio, ἐξήσθη μὲν ἔτη τρίασσε καὶ πεσσα
ἐπινοήσας

ἐπινοήματα μῆνας δέκα, καὶ ἡμέρας ἑξήκασιν. ἐμοναρχήσῃ δὲ ἐπὶ πενταετίῳ καὶ ἡμέρας αὐτῆ. imperio addit octo amplius menses *Clemens Alexandrinus*. aliter alii: quæ annotent quibus operæ est λεπτολογεῖν.

Cap. XVIII. *Vultu modesto, ruborūque pleno*] Et *vultum modestum* hic, & mox *verecundiam oris*, accipe vt loquuntur Iurifconsulti, sine effectu. quomodo sæpe Suetonium loqui ante notauimus. modestum ergo vocat, qui, ut *Tacitus* ait, imaginem modestiæ præ se ferret. nam falluntur interpretes qui aliter sensisse Suetonium quam *Tacitum* ac *Plinium* notant. modestiæ illa imago fuit rubor: qui color in vultu pudoris ingenti argumentum esse solet, ideoque non paruam commendationem affert. *Lege epistolam Senecæ vndecimam*. propterea *Hesychius* δῆμερον quod est rubrum, explicat etiam σιμόν. & vocem διμερόπις vt in *Æschyli Prometheus vincto*, ἐπληξέ με τιῷ διμερόπιν αἰῶ) interpretatur idem, δειρομία. *Domitiani vultum* ita depingit *Philostratus libro septimo*, δὲ δὲ καὶ αὖτις τὸ φθίγμα τὸ βασιλῆως παρεσκευάσθαι σε, καὶ αὖτις τὸ δύσερον ἔπερσάσθαι. φθίγεται μὲν γὰρ βαρὺ, καὶν ἀφ᾽ ὧς διαλύεται. ἢ δὲ ὄφρυς ἐπίκειται τῷ ἔσθλα μῦ ἤδει. μετὰ δὲ παρὰ χολῆς. Ταυτὶ γὰρ μάλα ἐπιφάνει. xbi vides omnia tribui illi ingrata, & plane contraria descriptioni Suetonii: cuius vnus testimonium plus ponderis apud omnes sani iudicii habebit, quam sexcentorum siue *Philostratorum* siue *Apolloniorum*.

Commendari se verecundia oris adeo sentiebat] Arguunt hunc eius sensum adulatōres poetæ *Statius* & *Martialis*, qui hoc nomine sæpe illum laudant: nempe quia sciebant gratius ei nihil accidere posse.

Sciis, nec gratius quicquam decore nec breuius] Eandem sententiam elegantissime persecutus *Arbiter in hęc capillorum elegiario*;

Quod solum forma docuit, cecidere capilli:

Vernantesque comas tristis abegit hiems.

Nunc umbra nudata sua iam tempora mœrent:

Arcaq; attritus videt adusta pilis.

Ofallax natura deum: que prima dedisti

Etati nostra gaudia, prima rapit.

Cap. XIX. *Præbentūque pro scopulo dispersam d. m. palmam*] *Mira librorum omnium constantia in voce scopulo*. tamen *Vrsinus* profert ex suis *scopo*. sanè rectius. nisi hoc *Tranquilli* κεννοφωρία putet aliquis adscribendum.

Cap. XX. *Alieno formabat ingenio*] Hæc quidem plana lectio: sed mirum in optimis membranis aliter legi: vel *Alpheno*, vt in libris Torrentii: vel *Alphabero*, vt in Viterbiensi. nihil elicio: nisi si corruptum nomen est alicuius liberti vel seruus epistolis.

Et incanum per fusam niuem mulsio dixit] Græci incanum *απαποπάλιον* dicunt: apud eosdem leges pro canitie & *χίονα* & *τὸ χιονέμαγον* ἢ *πετάματα* & apud Græcos poetas, *γῆρας δὲ πῶτα πάχυνν*. quod dictum laudat & explicat *philosophus lib. V De generatione animalium*.

Cap. XXIII. *Scalas etiam inferri clypeosq; & imagines eius coram detrabi*] Quid si potius? *Scalas etiam inferri, clyp.* nam *Scalas* dici absolute *Scalas Gemonias*, quo solita abiici aut trahi supplicio affectorum corpora, non mirum. Græci quoque *ἀναβαδμύς ἀπὸς* *λαπέ* vocant, vt *Diolibro LVII*. de hoc autem more vide *libro III cap. vltimo*. Vulgatam tamen lectionem non damno: quoniam simile est vero, scalis opus fuisse ad detrahendos clypeos & tyranni imagines, quæ in Curia. *Detrahere*, est de loco superiore deicere aut amouere. Clypei & imagines dedicabantur sublimes, vt cui-libet est compertum. quare in re simili verbum *detrabo* est vtitissimum. *Iustinus libro XXXVIII: tunc populus Alexandrinus statuas & imagines eius detrahit.* & inter Senatus acclamations extincto *Commodo*, fuit hæc: *gladiatoris statua detrabatur.* Apud *Inuentem* statuas male interpretantur isto loco *satyra VII*:

— — *rumpe miser censum iecur, vt tibi lasso*

Figantur virides scalarum gloria, palma.

Scalæ hic sunt, aditus domus, ianua, ita autem vocat *ἡρακλῆς* ad indicandam oratorum pauperiem, qui more omnium tenuium & mendicorum in cœnaculis habitabant; vt habitationes suas nisi scalis introire non possent. Erat autem moris oratorum & caussidicorum, victoriam partam in foro, testari appensa pro foribus palma. *Lucianus Πητόρων διδασκάλω* expresse notat hanc consuetudinem; ac simileius finem ostendit: quo videlicet, clientes appensa palma plures conciliaret. *καὶ ἐν ταῖς δικαῖς ἐξέταζομαι, πειθίδας τὰ πολλὰ, καὶ τὸς δικαστὰς τοῖς ἀνθρώποις καθύπερθε χυμένω. καὶ ἠπείμαι μὲν τὰ πλείστα. οἱ φοίνικας δὲ ἐπὶ τῆς θύρας χλωροὶ ἐσταθασμένοι. τέτοις γὰρ ἐπὶ τὸς δυσουχέας χυῖμαι τοῖς δαλτασι.* *Lucianus in Panegyrico ad Pisonem*:

licet

— — — *licet exercere rogata*

Munera militia: licet & sine sanguinis haustu

Mitra legitimo sub iudice bella mouere.

Hinc quoque seruari contingit gloria ciui;

Ataque victores intexunt limina palma.

Ad oratorum palmas alludit *Tertullianus De anima*, de Socrate loquens: *Nihil mirandum si & in carcere leuiscatas Anyti & Melisi palmas gestiens infringere ipsa morte coram immortalitate vindicat anima.* Nam in re veteri alludit scriptor doctissimus ad morem sui æui. Non legeram alibi expositum hunc *Inuenalis* locum.

ἔσαι πάντα ἡλῶς) Viterb. vocula vna auctior: ἔσαι ἤδη πάντα ἡλῶς.

Ἐνὶ ΘΕΩ τῆς μὲν δόξας καὶ χάριτος



PRÆFATIO CASAVBONI
OLIM EDITIONI SVETONIANÆ
PRÆMISSA.

VIRO CLARISSIMO

PHILIPPO CANAIO
FRAXINETI ET MONTICV-
LI DOMINO, SANCTIORIS CONSISTO-
rii Regii Consiliario, Germaniæ exlegato,
& in supremo Occitaniz senatu
Præsidi,

IS. CASAVBONVS S.



TRIENNIVM ferme est, Præsides clarissime, cum Suetonii Tranquilli librum secundum in hac schola publice explicui, in quo negotio vt ea fide versarer, quam & muneris mei ratio postulabat, & alacritas honestissimorum adolescentium, qui mihi assiduam operam nauabant, occasionem nactus sum inquirendi in omneis historiae Romanæ partes, paullo quam fecissem ante, diligentius. Est enim liber

ddd 3

ille,

ille, quod te minime latet, vir doctissime, ita scriptus, ut frustra sit aliquis speraturus, se eum vel explicare aliis, vel intelligere satis posse, quia omnia omnium veterum scriinia excusserit, in quibus aliquid lateat, aut ad publicum eius Reipublicæ statum, aut ad priuatam singulorum vitam & mores pertinens. Quod cum à nobis non segniter sit tentatum, eius laboris hunc fructum referre visi sumus, ut plurima, qua in Tranquillo, qua in aliis generis eiusdem scriptoribus, necdum cuiquam occupata, obseruarem. Itaque non destiterunt ex eo agere mecum amici quidam, ut ea colligerem ac publicarem. Quibus tamen ut cederem, non ante inducere in animum potui, quam extraxisti mihi etiam tu, quando in Germaniam tuo acciti veni, eorum edendi auctor & iuasor. Expugnauit propositum meum auctoritas tua, vir maxime: quæ merito suo tanta apud me est, quanta non temere alius cuiusquam. Cœpi igitur ab eo tempore, præstantissimi huius auctoris edendi consilium: quod sæpe tamen postea, destitutus antiquis exemplaribus, præsidio ad eam rem necessario, abiici. Enimuero præter omnem spem experti sumus quod ille ait, — *οὐδὲν θλιβὲν πάντα παύεται*. Nam vnde nunquam existimaram, affulsi nostro huic incepto lux: de quo cum ad clarissimum virum, Augustum Thuanum, super cætera decora nostrarum quoque literarum amore & cognitione iuxta magnum, scripsissem, impetrauit is mihi ab humanissimo doctissimoque Petro Pithæo auxilium libri manuscripti: qui nobis quanto viuifuerit, *αὐτὸ δειξείη*. Adfuerunt mox, & alia, tam expetita semper, quam insperata diu adminicula: quorum suo loco facta à nobis singularim mentio est. Omnium tamen maximum, ne quid dissimulem, fuit, quod ipsi nobis, oleo & opera nostra parauimus. dum enim singula Suetonii cum iis contendimus, quæ apud cæteros scripta leguntur, multis, nisi fallimur, locis, lucem fecimus, quam priores interpretes non fecerant. Quod non eo dico, ut doctissimorum hominum laudibus obtrectem. præstiterunt alii quantum tempora permiserunt: alii quantum per diuersa studia & occupationes licuit: omnes quantum potuerunt: quo maius aliquid velle exigere, pars iniustitiæ, non vidisse eos omnia, haud ipsorum culpa, sed fatum & lex humanæ naturæ est. Quare neque illi

Alii sua laude fraudandi, neque nobis, aut iis qui nos porro te-
 quentur, ad eandem palmam debuit esse præclusus. *Laws*
est publica, inquit ille. Atqui fuerunt, qui rem me facturum dice-
 rent. Læuino Torrentio viro clarissimo parum gratam, quod in eius
 messem, ut aiebant, falcem iniicerem. Ego vero falli eos per-
 suasum habeo: & neque genium nostrorum scriptorum, neque
 mores tanti viri nosse: quem ex iis quæ adhuc edidit nouimus
 non minus candidi pectoris quam doctum & eruditum. Equidem
 non tam huius iudicium reformido, quam aliorum quorundam:
 ieiunas expecto querelas, quod toties velut à via in diuerticulum,
 ad opem ferendam aliis scriptoribus, Græcis maxime, excesserim.
 Quos tamen scire volumus, si studio factum hoc à nobis esset, po-
 tuisset nos facite vel alterum tantum obseruationum, aut eo am-
 plius adiacere: atque adeo nihil propius factum, quam ut adderen-
 tur & illa. Nam cur oblatam bene merendi de literis occasionem
 non ambabus arriperem? tempus tantum & otium defuerunt: ple-
 raque enim horum etsi adnotata pridem in literariis meis, casu
 tamen quodam scripta raptim, breuissimo tempore, prælis urgen-
 tibus fuerunt. Sed nimirum animos tu faciebas nobis Præses claris-
 sime. Tuis auspiciis inchoatum, tuis consummatum hoc quicquid
 est, qualecunque. Ut militem animat in prælia regis magni præsen-
 tia; redditque *αὐτὸν αὐτῆ κρείττω*: ita me suauissima tui recordatio ala-
 erem, & semper recentem. Sperabam quidem tuorum in me ma-
 ximorum meritorum, & meæ summæ in te obseruantie Polybium
 potius fore apud omnes interpretem: sed cum nimis spisse variis
 de causis quæ non erant *ἢ ἐπ' ἑμοί*, procederet id operis: memor
 esse *ἀνδραπῶν οὐκ ἔστιν ὄναρ*, & bullam, non potui diutius debere tibi
 hanc grati animi mei testationem. quæ ut in plurimorum manus
 veniret, meæ intererat pietatis: id vero à scriptore Græco, in hoc
 studiorum tanto frigore & quasi senecta, expectare non poteram.
 Paucos enim habes, vir doctissime, tui similes: qui Græcum ser-
 monem ita amas, ut nemo magis: ita calles, & quoties lubet v-
 surpas, ut vix pauci. Dico audenter, neque vereor ne ludibrium
 propterea cuiquam debiturus sim. habeo enim iudicii huius mei
 oblidem, volumen epistolarum tuarum, Deus bone, qua elegantia
 scriptarum! quanta eruditionis copia refertarum! Sane qui disci-
 plinam

plinam iuris, qui mysteria philosophiæ Aristoteleæ mirabili soletia scrutetur, eum non linguæ tantum, sed literarum quoq; Græcarum omnium peritissimum esse, *πᾶσα ἀνάγκη*. tua quanta sit in utroque genere præstantia, & sciunt omnes eruditi, qui te norunt: & testantur doctissima scripta, quibus aternitati nomen tuam commendasti. Nolo verecundiam oris tui commemoratione cæterarum laudum tuarum onerare: de quibus si dicere aggrediar,

ἢ πρῶτον, τί δ' ἐπὶ πᾶσι, ἢ δ' ὑσάπῳ καταλέξω;

nam opes quidem auitas, & honores quos sub duobus maximis rebus obiisti summos, facile prætermitto. tua enim proprie illa non sunt. Tux sunt illæ eximix animi dotes quibus excellis: pietas, prudentia, fortitudo, cuius & in publicis sæpe, & in priuatis periculis nonnunquam specimen dedisti, & illa animi altitudo, quæ in utraq; fortuna te semper eundem præstitit. Ista sunt vere tua, vere bona, vere diuina: sunt enim à Deo, qui hanc, ut dicam cum Alexandrino Clemente, *ἐπέταξέ σοι ἀπὸ ῥοίας θεῶν*. His ut fruaris quam diutissime, utarisque ad publicam patriæ salutem, Musarum patrocinium, tuum tisorumque decus supplex Deum OPT. MAX. etiam & etiam veneror. Vale Præses clarissime, & me, vsu & mancipio tuum, ama,

O & presidium, & dulce decus meum.

• SYLLABVS

SYLLABVS

Auctorum, & virorum illustrium, veterum,
iuniorumque, qui in commentar.

Casauboni laudantur.

<i>Ægineta</i>	Arnobius	<i>Caselius</i>
<i>Ælianus</i>	Arrianus	Cassiodorus
<i>Æneas</i>	Artemidorus	Cedrenus
<i>Æschines</i>	Asconius	Celsus
<i>Æschylus</i>	Astrampsyclus	Censorinus
<i>Agathias</i>	Athanasius	Chrysothomus
<i>Agrætius</i>	Athenæus	Cicero
<i>Alexand. Aphrodis.</i>	Augustinus	Claudianus
<i>Ambrosius</i>	Aufonius.	Clemens Alexand.
<i>Ancyranum monu-</i> <i>mentum.</i>	<i>Baronius</i>	Codices scripti.
<i>Antiphon.</i>	Basilius	Codex Iur.
<i>Antoninus Imp.</i>	Beda	Columella
<i>Antonius Augusti-</i> <i>nus</i>	<i>Bellonius</i>	Concilia
<i>Apollonius Alexan-</i> <i>drinus.</i>	Biblia S.	Corippus
<i>Apollon. Collatius</i>	<i>Bongarsius</i>	<i>Cuiacius</i>
<i>Appianus</i>	<i>Brodans</i>	Curopolates
<i>Apulcius</i>	<i>Budens.</i>	Curtius
<i>Aristæas</i>	Cæsar	Cyprianus
<i>Aristides</i>	Calpurnius Flaccus	Cyrillus.
<i>Aristophanes</i>	Canones Apost.	Demosthenes
<i>Aristoteles</i>	<i>Canerus</i>	Dio Cass.
	Capella	Dio Chrysothom.
	Capitolinus	Diodorus
		Diomedes

eeee

Dio-

Dionys. Halicarn.	Hero	Lyfias
Donatus.	Herodianus	Macer
Eginhartus	Herodorus	Macrobius
Epigrāmata Græca	Hesiodus	Manaffes Const.
Epiphanius	Hesychius	<i>Maneffarius</i>
Etymolog. magn.	Hieronymus	Manilius
Euagrius	Hippocrates	Manutius
Eunapius	Hirtius	Marcellinus
Euripides	Historia miscella	Marcell. Empiricus
Eusebius	Hyginus	Martialis
Eustathius	Iamblichus	Martyrologium
Eutropius	Inscriptiones	Maximus Tyrius
Faber Petr.	Iosephus	<i>Memmius</i>
Fasti.	Isæus.	Memnon
Festus	Isidorus	Menander
Firmicus	Isocrates	<i>Mercurialis</i>
Florus	Iulianus	Næuius
<i>Freherus</i>	Iustinus	Nemesianus
Frontinus.	Iustinus Martyr	Nepos
Galenus	Iuuenalis.	Nicephorus Callist.
Gellius	Laberius	Nicephorus Gregor.
Glossæ	Lactantius	Nicetas
Glycas	Laërtius	Nonnus
Gregorius Nazian-	<i>Lambinus</i>	Notitia Imperii
zenus	Lampridius	Nouellæ.
Gregorius Turon.	Libanius	Obsequens
<i>Groslotius</i>	<i>Lipsius. Lislans.</i>	Olympiodorus
<i>Gruterus</i>	Liuius	Onofander
<i>Guntherus</i>	Lucanus	<i>Onuphris</i>
Harpocraton.	Lucianus	Oribasius
Hegesippus	Lucretius	Orosius
<i>Meraldus</i>	Lycophron	Orpheus

Quidius
Pacuvius
Pænius
Pandectæ
Pareus Philipp.
Paulus Diaconus
Paulus AEmilius
Pausanias
Persius
Pétavius Paul.
Petronius
Philargyrus
Philo. Philostratus
Photius
Phurnutus
Plato. Plautus.
Plinius
Plutarchus
Politianus
Polybius
Polyzæus
Porphyrius
Priscianus
Procopius
Propertius
Prosper
Prudentius
Ptolemæus.
Quintilianus.
Radeuicus
Ranchinus
Robortellus

Rufus.
Sallustius
Scaliger
Scholiastes Aristo-
phanis
Scholiastes Homeri
Scholiast. Euripidis
Scholiastes Iuuenal.
Scholiast. Sophoclis
Scholiastes Pindari
Scribonius Largus
Senecæ
Seruius
Seuerus Corn.
Seuerus Sulpit.
Sibyllin. oracul.
Sidonius Apollinar.
Simplicius
Smyrnæus Q.
Socrates
Solinus
Sophocles
Sosipater
Sozoments
Spartianus
Stephanus
Steph. Rob.
Strabo
Suetonius
Suidas
Symmachus
Synæsius.
Tacitus

Targfi Ionathanis
Terentius
Tertullianus
Theocritus
Themistius
Theodoritus
Theophilus
Theophrastus
Thucydides
Tibullus
Torrentius
Trebellius Pollio
Turnebus
Tzezes
Valerius Max.
Varro
Vegetius
Velleius
Victor
Victorinus
Virgilius
Vitruuius
Vlpianus
Vopiscus
Vrsinus
Vulcat. Gallican.
Xenophon
Xiphitinus
Xylander.
Zonaras
Zoëmus.

Bene



Beneuolo Lectori S.

Quia in animaduers. his Correctorum incuria commissa sunt, per se emendabit beneuolus Lector. Dum obiter inspexi, animaduersi in prioribus paginis sapius Lisszum pro Lislzo poni: & in vit. Tiber. & pag. 379. usque ad 395. ordinem capitum unitate adiecta augeri debere. e. g. pro cap. XLV, signari XLVI, & sic deinceps, pag. 495 pro Cicero leg. Circo. &c.


F I N I S.



IOH.
HENR. BOECLERI,
DISSERTATIONES
POLITICÆ

in

CAII SVETONII
TRANQVILLI
CÆSARES.



IN C. SVETONII TRANQVILLI CÆSARES

Prefatio.



Idcirco aliquid ad C. Suetonii Cæsares, de ipso primo Auctore pauca præmitti oportere iudicamus. A historiam quidem, & memoriam vite eius, quantum licuit, alii prodidere: nobis de argumento, & scripturæ genio quædam paulo altius repetenda sunt: vt, quæ deinceps circa Cæsarium vitas notabuntur, suo quodam instrumento ac disciplinæ regula non destituantur.

II. ARGUMENTVM operis Suetoniani non commendabimus iam communi historiarum nomine, cuius præcipua semper apud cordatos & Reipublicæ intelligentes ac diligentes fuit æstimatio: sed eatenus hic attendemus historiam, quatenus & titulo & pretio peculiari atque proprio *Augustæ* est, ac ex tanta sæculorum atque rerum amplitudine sublimi fastigio eminet.

III. Equidem quam singularibus præstantiæ notis inspicienda sit historia Imperatorum ac Cæsarium Romanorum, ita poterimus æstimare, si imperiorum ab orbe condito vices, & fatalem magnitudinis Romanæ periodum, & admirabilem fortunæ publicæ contextum, & in his omnibus diuinæ destinationis momenta atque specimina cogitauerimus.

IV. Inter imperia enim, quæ summa vocantur, & Assyriorum Monarchia suum habuit diuinitus concessum splendorem; & postea Persæ, inde Macedones, propria quadam potentia regnatricis præcellentia claruerunt: sed Romanas opes sub Cæsaribus, vt posteriores tempore, ita *imperij latitudine illustriores* voluit esse supre-

A mus

mus imperiorum moderator; cuius prouidentiam eo nomine agnouit pridem ac prædicauit *Augustinus*.

V. Neque uero amplitudo tantum imperii, sed & maiestas Romana tantam hæc est celebritatem, quantam nulla unquam gens habuit. Nemo Regum, nemo Principum unquam fuit, quin Romanis Imperatoribus collatus, magnitudine fortunæ, & maiestate regnandi impar comperiat. Atque, ut euentius se prodat diuina circa hoc negotium dispositio, intueri ipsas Romani imperii ruinas, cum immensus ille contextus rerum in partes iuit; utique mansit semper ueneratio tanti nominis, atque, ut arbitror, manebit; neque quisquam erit forte, qui in pensandis aut optandis Principatum summorumque honorum uocabulis, augustissimo *Romani Imperatoris* nomini, quidquam uel uoto cupiat uel iudicio anteferre.

VI. Hoc imperium inter initia sua uidit, quod totus orbis diu frustra quæsiuerat, frustra optauerat, sopita gentium arma, constitutam magnam illam & augustam per terras & maria pacem. Hoc imperium ipsum Pacis Principem, ipsum Deum, intra suos terminos, inter suos ciues nasci uidit; ipsum, inquam, ciuem suum habuit; eundem scilicet, cuius manus id maiestatis fastigium architectata erat. Hoc imperium Christianæ religioni hospitium, locis, subsidium, litteris; & tandem securitatem, potentia commodaui. Sub hoc imperio, sub his imperatoribus uoluit Deus, celsissime exsplendescere, quidquid in Ecclesia, quidquid in ciuili societate, & utriusque præsidii, ornamentis, adiumentis magnam, singulare, illustre intelligi potest. Quæ omnia in partem historiarum Augustæ ueniunt, & Augustorum gloriam non parum illuminant.

VII. Tulerunt sane etiam priores anni magna incrementis potentie Romanæ exempla: sed Iulii Cæsaris, & subinde Augusti ætate Deus per uera, ut sic dicam, miracula ingentium operum, imperium in populos quasi nouo exordio inchoauit, & certo fine conclusit, & celebri periodo successionis Cæsarianæ per Imperatorum seriem continuauit. Atque ab hoc tempore fortuna gentium, status religionis, fata Rerum publicarum, in utramque partem, admirabili contextu diuinæ Prouidentie rebus Romanis illigata sunt. Quæ res altioris est indaginis, quam ut in hoc transcurso explicari possit.

VIII. Lo-

VIII. Loquimur hæcenus de Imperatoribus & Imperio ea, quæ ad maiestatem regnandi, ad eminentis fastigii munus, ad rem publicam generis humani, ex destinatione Dei, & rerum contextu, referenda sunt. Quam cognitionem interpellant subinde ingentia dominationis flagitia, probra & scelera tyrannidis, afflictus nequitia imperantiû orbis, pressa & infandis supplicii sexagitata religio, pericula ob virtutes: inuitata præmiis vitia, violata temere quies populorum, moris denique iurisque humani polluta commercia. Ecce tanti imperii, & augustalis fastigii labes! sed in qua magnam proficiendi occasionem inueniant, qui ad vsus publicos ista meditantur. Hic, tanquam in speculo, contemplati licet ea, quæ potentibus populis perniciem solent consciscere: introspicere implexam & sinuosam illam malarum concatenationem caussarum, quibus humana inuoluuntur; obseruare sceleribus punita scelera: mirari excitatam aduersis virtutum constantiam, auctas ipsis cladibus innocentæ vires, surrecta è ruinis fulcimenta sæculi, & inter studia hominum perdendis ac destruendis rebus dedita, occupatam condendis summis operibus Prouidentiam. Quæ si negligentur, multum profecto deerit profectui Prudentiæ: quæ in regnorum & orbis totius gubernatione, vitia hominum à muneris sanctitate distinguere; nec minus è conspectu malorum, boni publici studium indagare; quam bonorum comparatione, mala populorum, solet anteuertere.

IX. Satis nunc intelligitur, non vnus populi, sed totius quasi orbis historiam propositam esse iis, qui historiæ Augustæ dant operam. Non omitti interim debet ea commendatio, quæ Suetonii argumento propria est quodammodo ac interior. Complexus est duodecim priores Cæsares à Iulio vsque ad Neruam; id est, periodum historiæ Augustæ vere *καθολικὴν*, & suo ambitu omnia illa momenta, omnes vices, quibus circulus ille humanarum rerum, eadem semper reuolutione, vertitur, concludentem.

X. Nam Iulii quidem & Augusti temporibus ingens illa mutatio & conuersio status Romani comprehenditur: qua vniversus orbis, concussionem maximam, omnique discriminum, motuum, bellorum genere intremuit. Atque hic concurrunt, quidquid ad vastitatem aut flagitia dominationis, moliendæ parandæque, quidquid item ad curas monarchicas & prudentiæ regnatricis confi-

consilia, inuenta artes pertinet: siue, vt clarius agam, quidquid veritatem euertit Respublicas, quidquid format aut firmat statum publicum, vberimo exemplorum pronentu, in hanc ætatem congruit. Sed & seorsim Heroica facinora & fata, imperandi auspiciis, cum similibus, hic sese congregant. Atque huius ætatis, quam vere *imperatoriam* dixeris, clausulam ita terminat Tiberii Principatus, vt simul Inchoet *Tyrannidũ* illam seriem, quam omnibus flagitiorum & dedecorum probris explent deinceps Caligula, Cladius, Nero. Quibus imperio intubantibus, ipsa totius corporis compages vitata, ac intestina labe corrupta est. hinc, finita Cæsarium domo, sub Galba, Othone, Vitellio tempus *confusionis* & perturbationis publicæ sequitur, quo imperium vt recte iudicat Suetonius, *incertum diu & quasi vagum* fuit, donec potiente rerum Flauia domo, resumptæ Principatus curæ, & per Vespasianum ac Titum firmata Respublica: cuius ne sic quidem tam solida felicitas fuit, quin tyrannidẽ Domitiani mox interiungeretur.

XI. In hæc tempora, quantum conueniat publicarum rerum, facile intellectũ est: cum, quidquid sequentium Imperatorum Principatus habent, eandem referant fabulam; nec tam alia esse, quam circa alios euenisse videantur. Quid non ex argumento humanæ *πολιτίας* continet sola domus Cæsarium? in quam videtur Prouidentia conduxisse omnem fatorum publicorum ambitum, vices, circulum, siue solennem illam, de qua aliquid inter veteres Polybius vidit potius quam introspexit, *ἀνακύκλωση*, cuius reuolutionem ac seriem non fortunæ magis consuetudo disponere, quam portentorum casumque insolentia insignire solet. Post Cæsares exorta sunt illa de Principatu certamina: quorum exempla toties in posterum iterata, modo concussere, modo peruertere imperium. Sed tum quidem, firmo adhuc quem Cæsares fundauerant statu, ipsa magnitudo opulentiz damna tantæ perturbationis tolerauit: potuitque mox sub Flauis vigorem recipere & lacertos quatere publica felicitas. Quod per insequentia tempora ægre, aut ne quidem contigit: cum depressa crebrioribus malis Respublica seriam exurgendi curam paulatim amitteret.

XII. Quæ hæctenus de nobilitate argumenti Suetoniani & amplitudine disputauimus, valde confirmabuntur per ea, quæ de *SCRIPTURÆ* proposito, forma, arte subiicienda sunt. *Dicitur ipsa*

ipsa Suetonii emendatissima venustate, ac elegantissima illa puritate præcellet, quam secuti sunt ex Historicis *Julius Cæsar*, *Cornelius Nepos*, quorum ætas in ipsum florem Latinæ eruditionis incidit; & postea incertum quo tempore; *Dionysius Cretensis*, seu Latinus ille Troiani belli Scriptor, qui eo nomine præscribitur, quem nisi male manus subinde corrupisset (nam hic potius referendum videtur quidquid id est labis, quæ ad genium sæculi quo scripsit) proximâ Cæsaræ, Nepotæ, Suetonio locû in eiusdem dictionis instituto profectuq; vindicauerat. Scio non omnibus statim apparere posse rationem comparandi Suetonii, quam sequor: cum ceteri quidem facile, Suetonius à paucioribus intelligatur: sed, nimirum in maxima stili similitudine, copia rerum in angustum contracta; aliaque causa, de quibus paulò post dicemus; suspicionem aliquam dissimilitudinis simplicioribus queunt iniicere:

XIII. Non iteauerim hic, quæ alibi de eo dictionis genere vberius commentatus sum: illud vnum sufficiat studiosos interioris litteraturæ monuisse, in civilis vitæ actû & negotio reipublicæ, non allam magis loquendi scribendique rationem sequendam esse, quam in qua illa delicata simul ac nativæ elegantia permixta vis insit, quæ Scriptorum exemplo, quos ante memorauimus, melius ostenditur, quam cuiusquam artificis manu describitur. Si quem auctoritas potius mouet, is erudiri poterit Augusti proposito: quem *genere eloquendi temperato ac eleganter sensum animi quam apertissime expressisse*, & vt idem à ceteris in aulâ freret; exegisse; *Suetonius* noster, eiusdem stili amator, annotat. Imitatus est Augustus consiliû prudentiamque eius, à quo non parandi magis imperiiviam, quam regendi artes (quibus valde affinis est: decora civilis orationis consuetudo) accepit.

XIV. Sed redimus ad Tranquillum nostrum, qui, cum vitasibi Principum Romanorum stilo signandas summisset, magno pete cum amplitudine propositi conuenire existimauit; accuratam beneque compositam ordinis seriem, & omnia non tam disposita locis, quam distincta generibus. Igitur non tantum diligenter vitam Principum publicam, & priuatam distribuit: sed vtramque partem per species actûs morisque, tam lucide, tam partite decurrit, vt nemo ex ceteris nominari possit, cuius in ea re studium cum Nostro mereatur comparari. Nec iniuria questus est doctissimus

pref. in VI
Script. histo
Aug.

Casabonur, Spartianum, Lampridium, aliosque qui vitas Principum componere deinceps aggressi sunt, congesse potius, vt non nemo ipsorum loquitur, scripsisse, quam res historico more digessisse.

XV. In Suetonio sicut accurata, ita subtilis aliquando est ea industria: & quæ facile possit minus attentos fallere, præsertim, vbi in ipsis partibus sigillatim proponendis & exponendis intimas distinguendi rationes secutus, apposite sibi inuicem subtexit, & ad se inuicem refert, quæ philosophiam loci, vt sic loquar, & matresiam capitum, ordine implent ac demonstrant. Cuius cuius non postrema pars, in ipsa verborum proprietate se explicat: quam dexteritate mira, operis genio Auctor attemperat. Fuit sedulus in hac dote animaduertenda, quem paulo ante laudauimus, *isaacum Casabonum*: cuius commentarii abunde illustrent, quod nobis attigisse satis est.

XVI. Coniungitur autem cum hac exquisitæ narrationis politie, multa grauitas & prudentia iudicandi ac interpretandi momenta Reipublicæ & ciuiliū curarum. Quanquam enim iustæ historię & annalium apparatu abstineant Scriptores vitarum, adeoque occasione plenioris ac politicæ expositionis videantur destitui: nescio tamen an desideraturus sit regulam iudicandi status, temporis, negotiorum, qui Suetonii stilum & artem potuit capere. Verbo indicantur sæpe, fateor, quæ copiosæ delarationis sunt: ideoque non obuiam cuiusuis, sed eruditam prudentis observationem merentur. Atq; sicut in Liuio, Tacito, Sallustio, aliisque id genus Scriptoribus aperto plenoque se vultu ciuilibus Prudentia promulgat: ita Suetonius in primis idoneus auctor est, quoties de ciuilibus negotiis pressius & circumscriptius, nec minori tamen luce, quam breuitate, loquendum est. Id quod, sine molestia orationis & obscuritate, aut peregrinitate quadam, sensuum (nam id vitium pauci effugiunt) difficulter alii præstiterint.

XVII. Imo in priuata vitæ consuetudine, omnes morum notas perite describere, varietates discernere, recessus excutere; quanti ingenii res sit, vel in maioris ambitu operis experiri liceat. Et habent aliquid illa in speciem minora, quod non minima eruditione postulat expediri. Imo, nec ingenio, nec eruditioni tribuerim illam facilitatem, si altius scrutari libeat: sed singulare quod-

quoddam bonum felicitatis, an dexteritatis utroque illo præsidio instructæ agnoverim. cuius nobile exemplum etiam *Cornelius Nepos*, præsertim in composuissimâ *Attici* vita dedit.

XVIII. Itaque ergo, dum nunquam frustra aut inepte gradum moltur *Suetonius*, sed per omnia facili planta & expedito vestigio decurrit: breuissimo ambitu ingentem materiam emittitur. Quod nemo melius æstimabit, quam qui *Cæsarem*, quos ille narrat, historiam pleno contextu ab alijs tractatam cognouerit. Ea enim comparatio, præterquam quod commentarii vicem fungetur, etiam recludet penetralia eius copiarum, quam in tam reciso opere pauci suspicantur, nedum animaduertunt.

XIX. Accedit incredibilis antiquitatum Romanarum, rituum, morum, monumentorum vbertas: de qua vere hoc pronuntiaripotest; ex amplissimis multorum historicorum operibus vix ea congregari posse, quæ in *Suetonii Cæsaribus*, tanquam in promptuario Romanæ antiquitatis & armario, collecta & in vnum conducta visuntur. Id nonnullos hodie deterret à lectione *Suetonii*, opinione obtentuque difficultatis (plurima enim tanguntur in talibus, est vbi & alluduntur potius quam explicantur) quod interrim magno incitamento ad capessendam tam utilem cognitionem esse debebat.

XX. Possemus in parte cõmendationis ponere, quod cõplures diuersis temporibus scripturam *Suetonii* imitandâ sibi proposuerit: sed longe alio, quam fortassis ab initio crediderit aut postea opinati sunt, euentu. Quanto maior apparet facilitas legentibus, tanto difficilior est imitatio scribentibus: quia vt in corpore candidissimo vel leuis macula notabiliter molesta est; ita in tam æquali puritate, statim se prædunt, quæ à decore exempli vel minimum abeunt. *Capitolinos*, *Vopiscos*, *Eginhardos*, merito suo, nec vno nomine æstimamus: sed nescio an etrauerit. qui eorum neminem *Suetoniani* operis propositum ac pretium, etiam tum, cum inde exemplum peterent, propius introspexisse iudicauerit. Quæ non eo dicuntur, quasi ab iis exigendum sit, quod vel sæculo ipsorum vel alijs causis facile condonari potest: sed quoniam maiorem; ni fallor, suarum virium & in imitando successus fiduciam alicubi ostendunt, quam opus erat. Verum de his sentiat quisque, vt
 libuerit: nobis ad alia progredien-
 dum est.

IN VITAM C. IVLII CÆSARIS

Dissertatio Politica.

Hic ex iis, quos Tranquillus narrat, primus est: *Plusarcho* quoque memoratus & cum *Alexandro Macedone* comparatus. De cetero *Dio Cassius* præcipue tanti viri vitam interpretatur: quam è recentioribus *Hubertus* quoque *Goltzius* conscribendam sumsit. Qui brevius, aut alio instituto *Cæsarem* laudant, eorum nomina nihil attinet huc conducere: cum nullæ ætas in huic diem fuerit, quæ in celebranda *Cæsaris* fama incuriosam se præberet.

II. Suetonius vitam eius ita partitus est, vt omnia, quæ in aliis deinceps principum facit, generis repetitione, ædum vitæ totius, & gesta, iam tum ab adolescentia ad supremum diem; summatim decurreret: subiectis postea, quæ ad formam & habitum, & cultum & mores, nec minus quæ ad ciuilia & bellica eius studia, ipsamque mortem pertinent. Id quod ex ipsis Historici verbis licet intelligere.

Cap. XLIV.

III. Vt autem recte possimus de iis, quæ ad *Cæsarem* pertinent, iudicare, ante omnia aliquid de statu rei Romanæ, habituque reipublicæ præmittendum est. Postquam, aucta imperii Romani magnitudine, vitis, quæ apud validiores populos vel felicitas vel ingenii humani prauitas parit, operam dare vacuum fuit, prima dissidiorum faciem ambitio prætulit. hæc animos hominum à iuris æquabilitate, quæ statum Reipublicæ antea sustentabat, ad cupienda nimia & legibus inconcessa vertit, quod in ea ciuitate facile erat, vbi partem iuris Senatus, partem populus vindicaret: ex quorum concordia quidquid minuebatur, id securitati & paci publicæ deperisse, pro confirmato est.

Tacit. 2. H.
38. Sallust.
Ingruith.
41.

IV. Igitur, cum prauus mos populariū partium, & senatus factionū, cum illis artibus, quæ contentione de Republica comitari solent, semel increuissent, adeo euerfa plerisque mens fuit, vt fore nemo in tanta ciuitate reperiretur, qui fortunam labantis patriæ dolens, de pernicie publica cum amore pacis transigendum duceret. Quo factum est, vt Respublica ingentem mutationem, adeoque Regnum parturiret: cuius metu, tam diu, tam studiose libertatis iura emuniuerat. Nam cum tuendi status publici cura mentibus decessit.

decessisset, opportunum ad potentiam iter res novas cupientibus occasio ea visa est aperire. Quæ res non frustra eos habuit. Gracchanas enim seditiones, mox secuta est Cinnae, Marii, Sullæ dominatio: nec vnquam postea nisi de principatu certatum.

V. In hæc tempora singulare nec priuatis rebus natum Cæsaris ingenium incidit. itaque dominationis Syllanæ vis primam eius iuuentam comprehendit, an & studio sensuque partium, in quas discesserat Respublica, imbuunt. Sed nimirum altiora erant, quæ de hoc viro, præcipuam Romæ personam gesturo, diuina constitutio decreuerat. Quippe in circummagendo orbe Reipublicæ, quæ iam libertatis & pacis suæ capax non erat, acerrima mens Iulii omnes suas vires opesque ingentibus momentis explicatura erat. Quem sicut rectis euntem sensibus haud dubie Deus immortalis adiuit: ita non paucæ fuerunt causæ, cur praua quoque eius consilia effectum pateretur habere: ita merebantur vitia Reipublicæ, vt vitiis punirentur. Et iam tanta perturbatio animorum, studiorum, actionum incesserat, vt parum liquidæ æstimationis aut certi pro Republica iudicii cuiquam relinqueretur.

Cap. 1.

VI. Inter quæ tam confusa, illud sane nullam dubitationem habet, quod Deus ter Opt. Max. Cæsaris ingenio, industria, factis, in conuertendis rebus Romanis, & humani orbis fato disponendo vsus sit; tantumque heroem formauerit ac elegerit; eiusque operibus propiorem curam adhibuerit; denique, inter humana consilia, rebus turbandis perdendisque nata, admirando opere instaurationem imperii Romani & fastigium efformauerit. Igitur quamuis Cæsari iam tum ab initio non satis prouisum atque elaboratum videatur, vt facta gesta que eius laus potius quam culpa apud posteros sequeretur: tamen in tota eius vita actuque, singularis prouidentia diuinæ permixta vis inest; quæ immensam quoque illam gloriæ & principatus cupiditatem, qua subinde à bono honestoque Cæsar elabebatur, ad magni illius consilii, quod prædiximus, confirmationem miro nexu rerū ac potenti ordinis destinatione traduxit.

Charact.
Velles.
cap. 2.

VII. Nam de instinctu quodam diuino pronuntiare, sicut nec nouum est, nec vsquequaque absurdum; ita humani captus modum non valde decet, quippe cum nec tempora definire, nec actionum momenta aut species tali nota insignire, cuiquam mortaliū in promptu sit. Satis habeamus, non ignorare diuinam in

B

con-

conuersione rerum occupationem: quæ naturas magnorum operum effectrices potenter instruit, voluntates bonas adiuuat, malas temperat, vtrâsq; ad destinatos sibi fines ordinat. Quo fit, vt, quamuis nec vult mala, nec probat, ex iis tamen bona eliciat; & siue permittit mala, siue punit, bonum vtrôbique exitum procuret. si quid post illa addendum est, reperiemus, in solennibus magnorum imperiorum vicibus, cum vel concutiuntur, vel conuertuntur, vel destruuntur, intima quidem illa in rerum contextu, sed plane singularia esse, & quorum ratio vestigari nequit, prouidentia diuinæ opera: sicut in exemplo Romani imperii, & Iulii Cæsaris, de quo loquimur, præcipue licet obseruare.

VIII. Quoniam autem ad potentiam & dominationem, cuius exempla iam prodita erant, omnia Cæsaris studia consiliaque spectabant, expediendum est, quibus moribus, quibusque artibus fretus, cupitis suis futurum satis, non frustra sperauerit. Iam primum è duabus illis factionibus, quas diximus, *populi partes* enixe amplexus est; cuius scilicet vis toties tribunicia contentione inualuerat: vt non alia certior aut vsitatior emergendi & ad opes ciuicis maiores assurgendi ratio esset, quam per populi humeros; qui studio aduersandi premendique optimates, omnia venalia & occupare volentibus prona dudum ostentauerat. Ita futurum animaduertebat, vt dum vnus ordinis viribus ceterorum opes deminuuntur, ipse aduersum omnes tandem valesceret. Jam enim sponte animo eius hæserat, quod postea amici quoque ingesserunt apud *Plurarchum*; *populo suffragante omnis eum voti primique in Republica locopotiturum.*

IX. Adeptus ergo comitiis tribunatum militum, primam beneficio populi gratiâ retulit, cum de restituenda tribunicia potestate disceptaretur. Quippe Sulla inter alia nobilitatis atrollendæ premendæque plebis consilia, præter intercessionem nihil tribunis plebis reliquerat. Sed cum populus continuis flagitationibus tribuniciæ potestatis restitutionem expostularet primus Sicinius Tribunus plebis, nec multo post Quintius, & postremo Palicanus perfecerunt, vt Cn. Pompeius Magnus & M. Licinius Crassus Coss. pristinum ius redderent. Atq; hos enixissime videtur Cæsar inuisse, non tantum vt studium suum magno argumento nobilitaret, sed partem quoque gratiæ, quam à populo auctores restitutionis inire

vide

Cap. XXX.

*Sallustius
orat. 2. de
Rep. ard.*

Cap.

*Cap. V.
Appian.
I. IUCV.
Cap. 1. bell.
ann. 7.*

*Ascon. Ped.
in Div. Verr.
C. in Pro.
adm. Verr.*

videbat, sibi vltro lucraretur. Eadem calliditate legem Manilianam, de bello Mithridatico Cn. Pompeio extra ordinem mandando, cum Cicerone suavit defenditque: non quod valde probaret, sed vt in re, quam effectum iri nondubitabat, populum ipse etiam demereretur; quippe quem patribus longe plus videbat posse: simul exemplum talis decreti sibi olim profuturum callidus futuri ratiocinator sperabat.

Dip. lib. 36.

Cap. X.

X. Post quaesturam, aedilitas idoneam praebuit conciliandae plebis materiam, ex magnificentia & oblectamentis ludorum ac munerum: quibus plurimum Romani gaudebant. Inter quae animaduersum est a prudentioribus, Caesarem per causam gladiatorii ludi, familiae numero & viribus, sibi munimentum, inimicis terrorem molitum esse. Certe comparatis tam effusa liberalitate vulgi studiis tam perite vsus est, vt, antequam flagrans illa gratia consenesceret, Sullanas partes, quarum studium in animis optimatum adhuc haerebat, ipso fauoris popularis impetu grauiter exterreret. Quippe C. Marii imaginibus, & victoriae Cimbricae monumentis splendide in Capitolium de nocte restitutis, satis declarauit, quantum aduersus inimicos audaciae & spei animo gereret, quamque infirmae essent Senatus opes aduersum nixam populi voluntate potentiam. Itaque licet Catulus in curia reclamaret, non ferendam esse hominis audaciam, a quo Respublica iam non cuniculis, sed machinis peteretur: facile tamen valuit excusatio facti, cuius vindicandi nulla facultas erat.

*Cap. XI.
Plurarch.
Caf.*

Cap. XII.

XI. Quid quod Labienum trib. pl. subornavit, qui C. Rabirium in ius vocare ob caedem Appuleii Saturnini, quem ante triginta & sex annos res nouas ceptantem Senatus publico consilio oppresserat? Apparebat, statum Reipublicae, & Senatus iura intente tentari, reuocatis ad disquisitionem, quae tanto ante tempore amplissimus ordo decreuerat. Et peruicisset tamen factio popularis suffragatore Caesare, ni Metellus Celer opportuno astu & reperto celeriter consilio negotium discussisset. Tantis periculis Senatui stetit, Caesarem, Aegypti imperium non modica spe affectantem offendisse. Videbatur interim Caesar populo dedisse, quod suae spei dederat: quam semel conceptam acrius in dies rapiebat. Vnde mox plenissime vicem merito eius populus exsoluit: cum in pontificatus maximi petitione, iuuenem adhuc necdum praetorium

Dio. 37.

Cap. XI.

*Cap. XIII.
Plurarch.*

torium, potentissimis competitoribus, præsertim Catulo & Isaurico anteferet.

C. XIV. XVI.

Dio. 37.

XII. In prætura quoque, non tantum specie ciuilioris sententiæ, socios Catilinarii sceleris quodammodo protexit; sed postea quoque trib. pl. Metellum Nepotem adiuuit: qui Senatusconsultum de conjuratis factum tribunitiis rogationibus impugnans, etiam Pompeium quasi ad constituendam Rempublicam ex Asia reuocandum contendebat. Erat iam is Pompeius, cuius vel amor vel metus omnem populum occupauerat. Itaque, cum Nepotis molitio parum prouenisset, alio genere officii tantum virum populo & sibi conciliandum Cæsar arbitratus est: vocato ad disquisitionem populi Catulo. & translato in Pompeium Capitolii reficiendi negotio, tanquam nondum absoluto, & per Catulam non satis bona fide procurato. Sed huic quidem rogationi consensu optimatum obuiam itum est: ac ne cetera, quæ ex ea prætura metuebantur, erumperent, concussa Cæsar's domus, & suspicio adulterii in vxore intercessisse videbatur.

Cap. XV.

Plutarch.

XIII. Quamquam breuis ea quies fuit: nam in consulatu abunde perfecit, quæ prætor requiuerat; ascitis præsertim in consilia potentiæ Pompeio Crassoque, quos miris artibus sibi inuicem reconciliatos, mox adiutores in adipiscendo summo magistratu, & moliendis quæ destinauerat, habuit. Hi tres viri, cum suas quisque opes sine altero non videretur tueri posse, consilia inierunt sociandæ potentiæ, *quæ vrbi orbique terrarum; nec minus diverso quoque tempore, ipsis exitiabilis fuit*, sicut recte indicat *Velleius*. Quippe non fidei ea pactio fuit, sed permutatio quædam, vt sic dicam, virium ac viuitiatum: cum sub speciosa amicitia imagine, alter in alterius perniciem, & communi consilio (nam ea sola consensio suberat) aduersus Rempublicam omnes niterentur, cui solus ferme iam Cato studebat; qui Tricipitinam illam (sic vocabat) quorsum euasura esset, satis animaduertent & prædixerat: reliquis inania sperantibus, & vltro humanitate facti gaudentibus. Tanta futuri imprudentia animos obsederat, eo ipso tempore, quo semina belli ciuiliis Respublica non obscure concipiebat.

Dio. 37.

*Flor. 4, 2.
lib. 2. c. 44.*

Dio. Plutar.

*Senec. epist.
104.*

Cap. XX.

Dio. 38. pr.

XIV. Secuta statim lex agraria de agris populo diuidendis in signe documentum dedit, quantum Cæsar audere, quantum Senatus pati posset. Inerat tamen magna æquitatis species. exonerari

rari videbatur abundantia multitudinis, & ab otio urbano ad laborem agriculturæ traduci: sed & frequentatæ cubilibus tot Italiæ solitudines, citra iniuriam cuiusquam, vltro publicis impensis modum facturæ sperabantur. Et lex ita perscripta erat, vt ne verbum quidem reprehensioni opportunum animaduertetur. Intelligebantur quidem artes, nec ignorabant Patres, quantum è Republica sibi Cæsar sumeret: sed contradicendi copiam, simulatio hominis exemerat. Eo ipso enim tempore, quo Senatus auctoritatem penitus collabefactum ibat, induerat speciem amice cupientis Patribus, neque vlla in re partes eorum voluntatesque posthabitu- ri. In quo satis deprehensa eius vanitas est: cum paullo post Catonem curia, collegam consulem foro expelleret, perterritisque qui obstitierant, Pompeio Crassoque iam ex pacto suffragantibus legem perferret. *Vnus ex eo tempore omnia in Republica & ad arbitrium ad- ministravit.* Hoc veluti gemitu libertatis deficientis momenta & Reipublicæ regem parturientis deliquia notanter Historicus designat.

XV. Accessit, præter populi studium, quo præcipue nitebatur, etiam equestris ordinis benevolentia: quem releuatis tertia mercedum parte publicanis sibi deuinxerat. Adiectæ insuper sunt munimenta potentix, affinitates cum Pisone & Pompeio: quorum suffragatione Gallias prouinciam in quinquennium adeptus eisdem domi quoque rerum suarum auctores actoresque reliquerat. Id enim huic viro præcipue cordi fuit, vt arma & fortunam apud hostes circumferret, domi & apud suos astu consiliisque destinata moliretur: & sic spoliis hostium domi ad demerendos ciues, sicut manibus ciuium foris ad profigandos hostes vteretur. Hinc assidui ex vrbe & in urbem nuntii, fautores, ministri, vltro citroque commeantes, Cæsarem ipsis ciuitatis animis affectibusque spe, pretio, illecebris inferebant: satagentibus in eo negotio præsertim tribunis plebis, & annuis magistratibus, quorum singulos Cæsar subinde sibi pignerabat.

XVI. Multa interm Crassi hebetudinem, Pompeii securitatem falebant. Quorum necessitudine tam callide vsus est, vt ipsis per suos alterum consulatum pollicitus, sibi per illos prorogationem imperii in alterum quinquennium pacisceretur. Quo beneficio vt in solidum frueretur, etiam illud nouum & contra leges

Cap. XX.
Dio. 38.

Cap. XXI.
Plutarch.

Cap. XXII.
Plutarch.

Cap. XXIII.

Cap. XXIV.
Plutarch.

Cap. XXVI.

pulo impetrat, vt, quodocunq; imperii tempus expleri cœpisset, absentis quoque oratio in comitiis ac petitione secundi consulatus haberetur. Interim nullam occasionem dimisit, quin omne hominum ordinumque genus amplissimis donis, & inusitata comitate allicefactos sibi adiungeret: & in suis opibus commune præsidium omnibus obaratis, prodigis, quibus aspera spes, aut iniquior fortuna, ostentaret. Reges quoque, prouincias, vrbes per terrarum orbem, variis meritis ad obsequia & partes suas traduxit. Et sufficiebant tolerandis tot erogationibus ac liberalitatibus quotidianæ ex hostibus victoriæ, & immensa bellorum præmia, quam & illud in artibus Cæsaris *Dio* annotat, quod plurima pollicitus sit, quorum ne partem quidem minimam præstiturus erat.

Lib. 40.

XVII. At Pompeius sero animaduertens, negligi se à populo, conuersis in Cæsarem omnium studiis, inuidere cœpit iis honoribus, quos ipse sua auctoritate & suffragatione Cæsari constituerat. Subinde tamen speranti quam metuenti propior fuit: quasi eadem facultas deprimendi Cæsaris suppeteret, qua in extollendo usus erat. Quæ res prorsum frustra eum habuit. Interim adiuncto sibi propius Crasso, vt aduersus vnum vterque eadem via niteretur, sibi magnos exercitus, nobiles prouincias, & ex successu gloriam metumque apud inimicos cœperunt moliri. Hinc iterum consules, subornatis tribunis, alter Syriam, alter Hispanias in quinquennium prouincias plebiscito accepere. Sed ista quidem *segnius* processerunt: neque felix Crassi in Syriam & aduersum Parthos expeditio fuit. Pompeius dum per legatos bella, domi per se ac emissarios suos inimicitias tractat, plus inuidiæ sibi quam potentia, si cum Cæsaris instituto comparatur, conciliabat. Et gliscebatur tamen acrioribus in dies stimulis æmulatio aduersus Cæsarem: donec morte Crassi (& iam Iulia quoque Pompeii vxor, pignus concordia inter maritum & patrem obierat) omnia societatis Triumvralis commercia direpta sunt. Erat Crasso medium ingenium; non alienum quidem ab æmulatione potentia, sed quæ sine vi ac discrimine armorum contingeret. itaque dum interpone-re se potuit, cœptum cum Iulio Pompeioque amicitia ius vtcunq; perseuerabat: absentia, & mox excessu eius omnia ad bellum civile spectare cœperunt.

*Dio 39.
Plutarch.**Dio 40.
Flor. 3, 11.
Vellei. 2, 46.**Vellei. 2, 47.
Dio 39. f.**G. XXVIII.*

XVIII. Cum enim Pompeius per suæ factionis homines

exc-

exercitum ceteraque populi beneficia Cæsari semel cuperet adimere, sibi autem vires præcipuas retinere, sublata omni æquitatis specie, despiciatui habitis qui moderatiora suadebant, tribunis plebis curia exactis, & mox vrbe cedentibus, speciosissimus Cæsari titulus præbebatur, quasi necessitate ineuitabili in arma ageretur. Ac licet hoc prætexto alia causa, & præsertim profunda imperii cupido velaretur, non melioribus tamen consiliis aduersarii eius quanquam occultius interdum, utebantur. Secutum ergo est illud plusquam ciuile bellum inter Pompeium & Cæsarem, quod præter ceteros scriptores, ipse præsertim *Cæsar* memorabili opere posteritati tradidit; è Poëtis autem *Lucanus* insigni poemate illustrauit. Nam *Petronius* ostendit viam decurrendi per hoc argumentum,

XXIX. XXX
Plusarch.

Cap. XXXI.
Etque ad
XXXVII.

in Satyr.

XIX. Euentus belli, absumto miserabili morte Pompeio, abiectis & mox excisis Pompeianis partibus, omnia in Cæsarem transtulit: in cuius sinum iam ipsa Respublica, sua libertatis vel pertæsa vel oblita, vltro concessit. Neque defuit victor præbente fortunæ: quam clementia in victos & moderatione propitiatam, etiam in cetera sua consilia non inuitam traduxit. Itaque conciliatis per præmia belli militibus, allicefacto spectaculorû & ludorum frequentia magnificentiaque populo, ad reipublicæ statum ordinandum conuersus, ita dispensauit curas regnandi, ut non minus robur & decus rei Romanæ, quam sibi potentiam & singulare imperium quæsiuisse videretur. Correcti fasti, & consilio peritissimorum mathematicorum annus in eam formam redactus, qua hodieque orbis Christianus vtitur, tanquam ciuili vsui accommodatissima, & omnibus ceterorum inuentis merito anteferenda. Senatus, in quo decus consilii publici ab antiquo residebat, supplementus: patriciatusque tanquam seminarium ordinis amplissimi, nouis familiis adiectis ampliatum: magistratuum auctus numerus, partim vt diligentius plurium opera reip. munia tractarentur, partim vt pluribus ornamenta honorum gratificari Cæsar, eosque sibi denuncire posset. Comitia in quibus præcipua libertatis popularis vis erat, non quidem plane adempta, sed partitionis specie ita populo relicta, vt non deesset ratio, qua pleraque potiora à studiis tribuum ad arbitrium principis trahi possent, quoties opus esset. Iudicia inter Senatum & equites diuisa, quod post tot priorum temporum

C. XXXVII.
XXXIX.

Cap. XL,
Vide Dionys.
Petau. do-
Brin. tem-
por. lib. X. c.
59. & lib. IV.
c. 1. § 109.

Cap. XLX.
Dio 43.

CON-

Cap. XLII. concertationes æquissimum visum est. Deductæ coloniz, instaurata Corinthus & Carthago; nec minus interim prouisa domi vrbis frequentia, allecti beneficiis eruditi: restituta concussa fides, collegia ad antiquum modum redacta, intensæ ex necessitate temporis & audacia peccantium, pœnz facinorum. Ius grauitè & seuerè dictum: leges vtiliter & prudenter latæ; aliaque ad hanc formam melius rectiusque constituta, quam optare quisquam aut suadere poterat.

Cap. XLIV. **XX.** Iam de ornanda operibus, instruendaque variis monumentis vrbe, item de tuendo ampliandoque imperio, plura ac maiora in dies destinabat. Inter quæ pulcherrima erant: Iuris ciuilibis, cuius iam mole laborabat respublica, ad certum modum reformatio: Bibliothecarum, quæ & ipsæ inter instrumenta melioris sæculi imperiique splenderent, apparatus; viarum publicarum noua & ad commodiores vsus comparata emunitio; aliaque eius generis plura. Sed hæc opera & consilia, vis repentina insidiantium abruptit; transferente iam fortuna in Octauium Augustum, de quo paulo post agendum erit, gloriam consummati tanti regiminis, quantum Iulius animo conceperat, & inusitato successu molitus erat. Interim sic quoque fidem pæne superat Iulianorum factorum magnitudo; nobisque iterum meditando causam præbet, qua ratione, quoue rerum transitu, tantæ Reipublicæ orbis ad vnius arbitrium se commouerit, circumegerit, receperit.

Angustin.
de C. D. 5, 21. **XXI.** Atque hic prima se nobis vltro aperit diuina constitutio, & fatalis circa imperiorum vices, casusque in vtramque partem prouisio: quæ hominum in talibus argumentis iudicium sapientiamque semper moderari debet. Dubitari enim non potest, Deum hanc conuersionem rerum peculiari dispositione gubernasse, ipsiq; Iulio tantum virium opumque dedisse, quantum placuit. Sed nec heroicas illas Iulii dotes artesque aliunde, quam è cælo repeti fas est. Tales viros excitat Deus, & in prouidentia suæ officina interiore ad gerendam singulari fato & auctoritate rempublicam instruit, agentes auxilio aut iudicio suo ad prouisas metas perducit: atque, si vltèrius hic eundum est, non absurde aliquis dixerit; horum humeris arcana imperiorum sacra per orbem gestanda imponi, indeque, tanquam ex vehiculis grandium mysteriorum diuinitus dispensari. Cuius rei iam ante sub exordium huius

huius dissertationis mentio, & alibi plenior expositio est à nobis propoſita.

XXII. Proxima est animaduersiono, quæ ad statum Reipublicæ Romanæ, qualis per hæc tempora erat, pertinet. Obseruare enim per memorias rerum euntibus licet, Reipublicas non facile immutari, aut in vnius potestatem transire, quamdiu legibus & ciuilibus formulæ vinculis sua vis & auctoritas constat; publicique ac ac priuati moris honestas studiose conseruatur. At vbi paulatim neglectui esse incipiunt leges, à paruis quoque momentis ad maximas mutationes aut perturbationes proceditur. Sic, vbi pro virtute, mali mores in vsu ac pretio sunt, consequens est, vt fortuna sæculi cum moribus mutetur: dum Deus, vel conuersa regiminis forma, punit pariter ac reformat Reipublicæ statum; vel euersione totius imperii magna gentibus exempla præbet, non posse regnare nisi per virtutem; quam etiam in paganis suo remuneratus est præmio.

*Aristot. po-
lit. 5. 7.*

*Sallust. Cat.
sil.*

*August. 5.
de C. D. 121
& 150.*

XXIII. Vtique, si adhuc valuisset Respublica, longe alia videntur fuisse futura Cæsaris consilia, aliæ occupationes, alia facta. Sed is iam erat status, vt eaeruata aut confusa Reipublicæ disciplina prudentes quoque & existimarent & dicerent, non posse ex interitu seruari nauem imperii, nisi vnius gubernatoris ope: non aliam concusso vndiq; ac dissipato Reipublicæ corpori medicinam ostendi, nisi ad vnius medici arbitrium omnia deferrentur. Neq; iam dubitabatur de regno, sed de rege. Pompeium enim plerique, qui rebus fessis mederetur, voto iudicioque destinabant. Effecerat is quadam popularitatis & ciuilitatis specie, vt Cæsare moderatior, iurique ciuium æquior videretur. quanquam, si dicendum quod res est, *occultior* tantum fuit, *non melior*, sicut recte obseruatum Tacito in secundo Historiarum. Vulgus sane, & imprudens futuri populus, sperabat duraturam sub Pompeio, si fortuna cœptis eius fauisset, Reipublicæ libertatem: sed prudentium alia mens fuit: qui prorsus iam imparem libertati suæ Romam satis animaduertebant; neque aliud rebus desperatis solatium, quam electionem domini dispiciebant. Frustra id quidem. nam vbi ciuium vitia rempublicam exirio fecerunt opportunam, conseruatio aut restitutio rerum solius Dei munus est: qui instrumenta sibi ad eam rem, præter ac supra opinionem curasque hominum, vel facit vel eligit.

*Annotat.
nostr. 11 ad
cap. 9. lib. 7.
A. Tac.
Plutarch.*

*Appian. 3.
ἐμφυλ.*

cap. 38.

*Collig. ex 2.
H. Tac. 50.*

XXIV. Igitur cum Politici gentiles ex euentis temporum obseruant, tam perturbatum Reipublicæ statum & discordantium certamina ciuium, non emendari nisi exitio, aut per singulare vnus imperium: cordatior & sanctior philosophia hunc locum ita supplet, vt intelligamus, Deum res vitio hominum perditas, prout ipsi sapienter ac iuste placuit, vel suis moribus vleiscendas, id est, pernicie vltima obtuendas, relinquere; vel tyranno castigandas tradere; vel heroi restituendas committere. Nam instauratio rerum publ. & noui status compositio, vt diuinum opus est: sicut diximus, ita per heroes diuinitus destinatos perfici solet. Quare nec illud prudenter de Iulio Cæsare dictitatum & à Tico Liuiio positum est, *in incerto esse, vtrum illum magis nasci Reipublicæ profuerit, an non nasci.* Quid profuisset, non nasci Cæsarem, cum tot Cæsares Romæ essent, si spectamus, quæ mala in Cæsare fuerunt? sin bona eius attendimus, talis optari debuit, qui deformatis rebus formam daret: quod secundum Deum, non est nisi ingenii Cæsarei, i. e. heroici.

XXV. Accessit ingentium magnitudo facinorum; rerumq; gestarum cumulus cælo æquatus: quibus satis declarata est singularis naturæ fatique eminentia. Tanta quippe admiratio Cæsaris, mentes hominum incessit, vt pene nefas videretur, eius dignitati resistere, cuius victoriis Romani nominis dignitas ad supremum fastigium progressa erat. Quo factum est, vt, quamuis bellis quædam ab eo nec iure nec more bono suscepta, indignationem ciuitatis mouerant, tamen ex prospero euentu temeritas quoq; in gloriam cederet, pluresq; illi & solenniores, quam cuiquam vnquam supplicationes decernerentur. Magnifici sane tituli: adiectum imperio populi Romani Galliæ, victi & in suis sedibus perculsi Germani, stipendiis & obsidibus imperatis multata Britannia, ne de aliis nunc dicam. Tantorum meritorum fiducia vel modestissimo cuique obligare Romanos poterat: quid igitur ei credimus animi fuisse, qui se ad imperium & summa omnia, natura, fato, temporibus trahi existimauit?

XXVI. Equidem militares eius laudes artesq; studiose & accurate, vt in breui scripturæ ambitu, expressit Tranquillus Noster. Certe perfectius ducis exemplar nec *Onofandri Strategicus*, nec *Leonis Tactica* stilo designant, quam Cæsar opere ipso factisque exhibuit. Vnde factum est, vt quicumq; deinceps Regum, Imperatorum

Cicer. de arust. re- spons. 25.

S. nec. qua- stio. nat. 57. 18.

H. Grot. de iur. bel. 1. 1. 5.

Cap. XXIV.

Cap. XXV.

de reb. LP. 1. ul. ad L. XXI.

torum, Principum bello maximi erant, ita gauderent exemplis, quæ emulabantur, comparari, ut incomparabile Cæsaris fastigium vltro suspicerent. Fertur cordata Alphonſi Arragonii vox, qui se ad arma & rem militarem tractandam ineptissimum, si cum Cæsare conferretur, fatebatur. Idem, qui studiose nummos & imagines Cæsaris colligebat, ut vel aspectu earum ad gloriæ virtutisq; studium excitaretur. Vtiq; si absq; figura & interpretatione agendum sit, non errauerit forte, si quis arbitretur, militarem gloriæ, quæ Romanorum imperio singularis & quodam genere propria fuit, in Cæsare suam fastigium obtinuisse. Non ignoro quidem curiosorum quorundam artem, qui minora maioribus præferendo, famam & laudem ingenii quærunt: sed nec in partibus militiæ & rerum gestarum, cum iis pugnandum iudico, qui alia aliis certas ob causas anteponunt. at vero summas rerum & fata imperiorum intuenti, facile constabit, vniuersim Cæsari competere, quæ diximus.

XXVII. Neq; taceri debuerat inter præcipua summarum rerum patrandarum instrumenta, diuina vis eloquentiæ, qua præpollebat Cæsar. Sed de hac supra aliquid præcepimus, cum Suetonij dictionem laudaremus. Fuit omnino in veterum Rebus publicis, præsertim liberis, insignis facundiæ vsus. Hac ciuilibus vitæ rudimenta famamq; auspicari, ingenium publicare, amicis seruire, Reip. tempora ornare, mos erat. Iulius autem Cæsar, exempli talis vtilitatem in ipsas rogni artes, cuius formam meditabatur, inseruit: docuitq; Principatus non speciem modo sed vim, eloquentiæ opibus iuari. Hinc imitatio successorum, inter præcepta regendi imperij conseruata, non sine omine transituræ ex familia Cæsarum fortunæ, in Nerone defecit. Nam Iulius quidem noster fauorabili laudationum funebrium officio; tum nobilissima Dolabellæ accusatione gratiam famamq; singularis eloquentiæ adeptus, nunquam deinde, nisi in summis oratoribus numeratus est. Hinc tot eximiis laudibus opera eius, tum ab aliis, tum à principe orationis Latinæ Tullio, ornata: præsertim historia, & omni paratu artis iustiq; operis venustiores commentarij. Quos egregiæ tantum mentes suo metiuntur pretio: quosq; iudicio vere regio præcipue ex omni gentium historia, suo filio Iacobus Magnæ Britanniæ Rex commendauit. Ne de Ludouici XII, Gall: Regis, aliorumq; summorum Principum studio, qui ex lectione tantopere delectati sunt, nunc dicam.

*Pandulph:
Collenus.
hist. Neap.
lib. 6.*

*Tacit. 19.
A. 3.*

*Cap. VI.
Plutarch.
Cap. IV.
Aul. de
causs. corr.
eloc. cap. 34*

Cap. LVI.

*Don. Reg. l. 2
Arnold.
Ferron. l. 3.*

XXVIII. Eloquentiam enim Cæsaris cum nominamus, non laudem eruditionis potissimum, sed specimen industriæ volumus intelligi: quæ in eo homine profusè admirabilis fuit. Complures simul epistolas dictare, inter bellorum strepitum & curas, libros scribere, quæq; eius generis alia tradunt Auctores, cælestis ingenii vigorem satis demonstrant. Sed longe maior admiratio est totius civilis actus, si quis propius mentem adigat, & maximam in tot rebus moliendis efficiendisq; velocitatem emetiatur. Alexander Macedo, non absurde quidem, gloriatus est, se orbem denicillè nihil differendo; Iulium Cæsarem haud paulo maior gloriæ manet: qui rerum potius est, nihil negligendo. in quo & celeritas, & quiddam celeritate accuratius sublimiusq; continetur. Sæpe fefellit eos sua sententia, qui magnis rebus intenti, ad minora animibus non adverterunt; aut in vnam cogitationem defixi, cetera non perzque prouiderunt. Cæsarem nihil præterit, quia tam perite cogitabat, neq; depelli consilio graduq; semel composito potuit, qui tam bene subducta ratione ad diligenter dicendum agendumque vsus est, vt confidentissimus negotiorum (si Tullianam vocem huc accommodare libet) merito haberetur.

XXIX. Nemo verius iudicabat de præsentibus; nemo futuri callidior erat. inferuire temporibus; repetere ad vsu præsentium rerum, inuenta veteris zui; animus in omnes formas vertere; consilia aliorum peruertere, sua expedire; omnia pro tempore simulare ac dissimulare; his artibus ad prodigium vsque instructus fuit. Id quod non tam ex *Dionis* aut *Plutarchi* alicuius annotatione cognoscitur, quam ex ipso actu, & operibus Cæsaris prudentiæ estimatione colligitur. Fuit sane mixtissima malis artibus prudentia eius: neque aliter solet fieri, vbi profunda imperii cupidò actiones ceteras moderatur. quin etiam ex sæculi moribus haud parum nequitiz, qui tum res gerebant, videntur contraxisse. Nimirum est hæc quoque diuini numinis iustitia, vt iisdem rebus puniantur homines, in quibus deliquere. Prudentiam meliorem cordatioremque pridem noua astutiæ prauitate mutauerant Romani: itaque ad extremum repertus est, qui sæculi moribus sæculum vicisceretur, & fallaciarum studiosam ciuitatem, ad satietatem vsque falleret. Idem statuendum est in reliquis. Legibus iam diu non obloquebatur modo, sed vi, ambitu, pecunia repugnabat procaz libertas. igitur hoc

exem-

plom secutus Cæsar, dum leges negligit aut euertit, ipsam libertatem pessum dedit. Et quid verbis opus est? Propone tibi, quæ vniquam fuere, Respublicas: dum prudentia & bonæ artes valuerunt, inconculsa stetit imperii salus; vbicunque praua calliditas omnia rerum gerendarum consilia infecit, inclinari publica incolumitas, ciuitas agitari & varie affligi cœpit. Debebant hoc animaduertere magistri fraudis, & dolosarum mangones artium, qui neruum gerendæ reipublicæ in fallendo ponunt: cum certum sit, eiusmodi commenta, quocumque colore pinguntur, nihil aliud esse, quam femina infestæ tabis, quæ occulta pernicie reipublicam exedit & vastat.

XXX. Quo fit, vt recepto semel in viscera reipublicæ hoc malo, nullus supersit meliori prudentiæ locus; sicut in Romanorum exemplo stare perpigitur. Opponebat Cæsaris molitionibus vim & auctoritatem veteris moris Cato: sed recto itinere euntem, impedita nouis anfractibus, salebris, diuerticulis viæ morabantur. eum quibus luctari supra vires, iam non virtus, sed peruiaciz erat. Igitur, dum alios honestis consiliis exitus quærit Cicero, & modo inter tam sæuas reip. tempestates obliquo cursu fluctus fallere, modo aliis artibus portum tenere conatur, frustra se fatigando nihil aliud quam odium & *perfuga* nomèn quæsiuit, quasi desultoria leuitate, nunc his nunc illis partibus accederet. Reprehensus est à nonnullis viri patriæ studiosissimus, quasi Cæsaris opprimendi occasione ab initio parum strenue vsus esset. atqui necdum forte meruerat opprimi; & tam præsentis remedii, quassatum reipubl. corpus vix patiens erat. denique quota pars opis ea fuisset, inter tot malicaussas minasque? Seræ nimirum sunt Catonis contradictiones; seræ Ciceronis artes, vbi Iulius aliquis reipublicæ moribus reipublicam oppugnat. Nam quod Bibulos Cæsari & Fauonios opposuerunt optimates, itemque Marcellos, Scipiones, aliosque eius generis, in eo fugit illos ratio, sicut alibi declarauimus.

XXXI. Cæterum, postquam suis artibus & temporum favore summam imperii Cæsar adeptus est, nihil aliud reliquum erat, quam vt Roma fortunæ se præberet, & in ea rerum commutatione, hoc potissimum nomine sibi gratularetur, quod tanti moderatoris ingenio in meliorem statum ex ea, quam ante memorauimus, confusione, reuocanda & componenda esset Respublica. Sed inuidia

Dio 39. f.

Plutarch. Cæs.

Cap. XIX.

XXIV.

XXVIII.

Sallust. orat.

lib. 2. de re-

pub. ord.

mor. Vellei.

ad 2, 44.

noui imperii & æmulatio quorundam Principum, priuatis stimulis denuo securitatem publicam in præcepit egit. Ineuntur ergo consilia, primum quidem odiis obiectandi, deinde & occidendi Cæsaris.

C. LXXXVII.

Flor. 4. 2.

Indigna senatu Romano astutia! decernuntur Cæsari honores noui & immodici; non vti ornaretur, sed vt hæc velut infule in destinatum morti victimam congererentur. hinc enim materia criminandi quaesita, ambitionem eius nec contentum mortali fastigio animum arguebant, intolerandamque tyrannidis læuitiam augurabantur. At quid faceret Cæsar? Non recipere quæ offerebantur, aspersionis aut beneuolentiæ hominum dissidentis videri poterat. Atque, vt audacius reciperet, ingentium meritorum fiducia conscium magni laboris animum permouebat. Non abuerim tamen, nimia videri potuisse homini modestiam amanti, quæ Cæsar siue admisit per incuriam animi, siue magnitudini suæ conuenire existimauit: estque affectus uterque prouectis ad summa perfamiliaris,

Plutarch.

Dio 44. pr.

XXXII. Interim populares tanti sceleris excusari nullo

2, 55.

modo possunt. Horum principes fuere Brutus & Cassius; *quorum alterum promittendo consulatum non obligauerat; contra differendo Cassium offenderat*, sicut recte notat *Velleius* causam iniquæ iracundiæ, quam mox flagitiola perfidia vlti sunt. Prætulerunt quidem suo facinori publica & speciosa nomina, ipsiusque patriæ libertatem, & pristinam regiminis formam. sed reuera suam quisque ambitionem & inuidiam in consilio habuit, cum de tanta mutatione deliberaret. accessit arrogantiæ Stoicæ sectæ, quæ per se maiora, quam capiebant, spiritantes, vltra vilitatum audaciæ modum sub falsis virtutum nominibus inflammasit. Sit nobis instar magni argumenti, sententia T. Pomponii Attici; quo nemo penitus stultitia principum per ea tempora introspectit aut animo magis purgato iudicauit. Is, quanquam Bruto familiarissime uteretur, à consiliis tamen eius, post necem Cæsaris, tanquam factiosus, diligenter se remouit.

Corn. Nep.

Sis. Attic. 8

XXXIII. Sed quid, si Patriæ liberandæ, si pristinæ rei publicæ formæ recuperandæ hunc tyranni sanguinem, vt ipsi loquebantur, effudissent, absque vlla priuatæ stimulationis illecebra? An defendi eorum facinus potest? an ex antiqua formula pronuntiandum de Cæsare, *Iure videri casum*? Ita olim pronunciauit, & sæpius in curia iactauit *Cicero*, quem eo nomine alibi reprehendimus.

not. Vellei.

ad 2, 56. 3.

mus. Sed nec Suetonius Noster, valde alienus videtur ab ea sententia, cum testatur: *Cæsarem sua insolentia effecisse, ut & abusus dominatione, & iure cæsus existimaretur.* Equidem non deesset forte commodior verborum Suetonii interpretatio: cum præsertim nec asseueranter nimis loquatur; & diuersa coniungat: quorum alterum, de abusu dominationis, extra controuersiam statui potest. Sed nimirum gentilibus, quod alibi monemus, ex placitis nonnullorum sapientum, audacius in tali quæstione agere, mos fuit. Instauit nonnullorum spiritus, Stoicus ille tumor, quem plurimi pro vera Stoæ sapientia, non citra iniuriam ciuilibus societatis, amplexi sunt. Sed & Græcorum magnifica aduersum tyrannos verba non paucos impulerunt, ut temere arriperent, quidquid in gratiam popularis libertatis intemperantius sæpe quam cautius, aut certe pro genio status non semper bene compositi, in Græcia iactitatum est. Manetque adhuc hodie, quædam in hoc argumento diuersitas ex studio status patrii, cui quisque addictus est; aut affectatione nescio cuius libertatis, quæ reges ipsos non sinat liberos esse, per quæ multi abducuntur à moderatiore illa prudentia, quam & ratio & pietas tanquam vnice necessariam tranquillitati publicæ commendat.

XXXIV. Sed nobis ad eandem Iulii reuertendum est: quam nefariam fuisse, adeoque parricidii nomine merito signandam, semper cum viris magnis & doctis existimauimus. Data erat Cæsari fides publica, de absoluta imperii potestate permittenda; de incolumitate eius tuenda, de obsequio præstando, quale iis præstatatur, qui singulari imperio citra controuersiam vtuntur. *Telia*, inquit *Dio, illi decreta sunt, quæ ipsum plane regem facerent.* omnia magistratuum, etiam plebeiorem, munia & intra Romani in ipsum transtulerunt: ipsi milites, ipsi pecunias permiserunt: ut sacrosanctus & inuiolabilis esset, exemplo tribunorum plebis; ut quotannis pro salute eius vota susciperentur; ut, quæcunque acturus esset, rata haberentur; aliaque eius generis plura publice in senatu, populo fauente & cupiente, decreuerunt. nec de dictatura perpetua adhuc dixi: quam & ipsam Cæsari detulerunt. Quæ decreta omnia, ut rursus *Dio* notat, execrabili parricidio subuersa sunt, ab iis, qui nec potestatem huius rei, nec mandatum acceperant. Acquiescebat iam populus in eo rerum statu, malebatq; Cæsari parere, quam vete-

rem.

C. LXXVII.

*Dissert. de
auspic. Reg.
IV, 7.*

*Annor. VIII
ad A. Tac.
cis. 8.*

*Phil. Me-
lauchron.
Chron. li. 2.*

*lib. 43. pag.
249. & 267*

*adde Ap-
pian. 2.*

Euquol.

p. 494.

Dio 44. p.

275.

pag. 273.

rem libertatem reposcere: vt frustra obtentui sumserint percussores, liberationem seruiantis populi. Deniq; ne dubia ad posteros esse sceleris æstimatio, clarissimis exemplis diuinæ vindictæ, in auctores animaduersum est. id quod non minus agnoscit *Suetonius*, quam

C. LXXIX

4. T. M. P. V. X.

¶; princ.

Dio 48. pr.

Appianus & Dio: quorum vterque memorabili nota prosequitur tragicos ficiariorum illorum exitus.

XXXV. Loquimur hactenus de facinoris indignitate: nam de sinistro consilio & imprudentia nihil attinet dicere; dum neque statum suæ ciuitatis, de quo supra memorauimus, neq; impendenda ex viri reipubl. tam vilis, tam necessarii, pericula ratiocinati sunt. Magno constitit rebus Romanis, vltio effusi in curia sanguinis: & si recte rationem inimus, nemo tyrannus vaquam tantum reip. nocuit, quantum Brutus & Cassius, tyrannidis, vt videri volebant, expulsores, nam id exemplum parricidas peperit, qui toties deinde fata Principatus & sæculi temerarunt. Interim, quod ad Cæsarem pertinet, non abludivit ab instituto diuinæ iustitiæ Flori sententia, quod *ille, qui terrarum orbem civili sanguini implenerat, tandem ipse sanguine suo curiam impleret.* Multa Cæsar flagitiose atque crudeliter perpetraverat, quibus vindicem Numinis iram in se concitaret: accessitque pœnæ hic cumulus, quod ab iis, quos minime decebat, properata est.

lib. 4. c. 1.
adde Ap-
pian. 2. b. c.
p. 502.
Sarsber.
Polocrat.
8. 18.

XXXVI. Est enim hoc in summis illis ingeniis & molestum & miserabile, quod magnitudine cælestis indolis, ceterisq; suis dotibus sapius tam incaute vtuntur, vt Dii potius quam diuini esse cupiant; & dum vanis cogitationibus cælum affectant, gigantum fabulam non patiantur fabulam esse. Heroës ministri diuini numinis sunt; speciosi sane, eminentes, excelsi. si dememerunt ergo Domini, cui seruiunt; virtutis qua agitantur; aspiciunt, à quo pendent: paulatim recedit id, quod heroës faciebat & ostendebat. Ita exutos heroico aut regio auspicio consequuntur ea, quæ sceleratos, & præsertim maiestatis diuinæ affectatæ vel temeratæ reos consequi solent. Quam pulcre currebat Alexander ille Macedo? quam subito inter currendum prolapsus est? Attende ruinam; considera iacentem: & si placet, cum Iulii casu confer. non iam illud tantum dices; quod etiam vulgo solis euentibus intento in ore est, *Magnorum virorum magnos plerumq; casus esse;* sed, ni fallor, de causis tantorum casuum admoneberis.

IN C.

IN SVETONII
C. OCTAVIVM CÆSAREM AV-
GVSTVM

Dissertatio Politica.

Hic est ille, cui fata tantum nomen de ordinata in singularis imperii disciplinam Republica decreuerant. cuius dotes & gesta si cum Iulio comparemus, vere illud hic vsurpabimus, quod de Philippo Macedone, & Magno Alexandro Trogus vel Iustinus dixit: Tantis ingenii animique artibus. *Orbis imperij fundamenta pater fecit, operis totius gloriam filius consummauit.* Quæ res eo illustrioris notæ est, quo certiora diuinæ cuiusdam prouisionis indicia prodit. Quis enim dubitet, altiore instinctu, & supra modum humanæ præfagationis iniectum Cæsari consilium, vt adoptaret eum, qui cœlesti quadam fortuna perfecturus esset, quicquid ipse vel cœperat, vel meditatus erat? Vnde non Alexandri magis natiuitas, quam Octauii adoptio ad diuina de condendis summis imperiis consilia statim ab initio referenda est. Lib. II, 2.

II. De cetero, haud paulo maior Alexandro Augustus existimari potest. Licet enim iisdem accensa è cœlo radiis heroica in utroque effulserit in doles, idem eos in ardua quauis operum vigor rapuerit ac impetus, eadem molientibus res summas & patrantibus fortuna præsto fuerit: longe tamen minus admirationis est in Alexandri facinoribus, si momenta rerum gerendarum potiora reputauerimus. Quantum præsidii fuit ei viro ad agendum audendumque in auspicio regio, quo statim ab initio suorum operum pollens, cuncta vi sua & imperio traxit? Iam in locis gentibusque, vbi bellauit Alexander, quanta occurrit diuersitas? Eneruatos suo luxu & ignauia Orientis populos, nec peritos bellandi, & aduentante iam excidii fato consternatos, facile vnus fortunæ impetus obtriuuit. Neque tamen eadem in constituendo retinendoque imperio vel prudentia vel felicitas animaduertitur, quæ in parando ampliandoque præsertim cum tam subito licentia regni mutatus Alexander, totum se fortunæ & illis vitis, quibus imperia euertuntur, permitteret.

III. At Octauii virtutibus & consiliis plurima obstitere,

D

prius

priusquam ad aliquam rerum gerendarum potestatem & arbitrium eniteretur. Bellorum autem discrimina, quæ subitè nihil habent Alexandri militiæ simile, nisi quis ferocissimas Eutopæ nationes, ipsamque Romanam virtutem, quæ non patum exercuit civilibus bellis Augustum, ad Porfarum & Indorum aciem velit contendere. At vero civilis habitus artes & peritia ordinandæ regendæque reipublicæ, consilia tuendi status, inventa regnatricis domus, denique tam prospera longissimi regimènis specimina, Octavii quodam genere propria sunt, nec Alexandri moribus conveniunt, etiamsi vitam produxisset. raro enim, qui semel vi dominationis conunhi sunt, in melius mutantur. Nec in æstimatione utriusque ingenii præteriri debet, quod fortuna & successus rerum vitia Alexandri auxit, Octavii minuit ac repressit. Omitto prudens æstimationem Græci & Romani imperii, & quæ coherent diuinæ destinationis circa utrumque consilia; unde aliqua comparandi ratio peti queat. nam ad res Augusti prosperandum est.

IV. Cuius vitam mira quadam diligentia & arte concexit Suetonius: quasi in vno hoc libro voluerit singulare specimen dare, in quod perfectionis fastigium posset cura scribendi vitæ eniti. Et quamvis omnes ceteræ Vitæ insigni concinnitate præcellant, in hac tamen se Suetonius ipse videtur superasse. Nimirum, quia omnis Principalium artium, negotiorum, laudum amplitudo, & quædam quasi Principatus forma & exemplum occurrit, satis certum operæ pretium facturum sibi videbatur Historicus, si materiæ obsecutus, totâ Principalis vitæ consuetudinē tūque publicè, tūque priuatim memoratu digna est, stilo signaret. Ex primo quidem, nonnulla de origine generis præfatus, summam veluti quædam visam eius proponit: deinde partes sigillatim non per tempora sed per species exquisitè, ostenditque, qualis in imperiis ac magistratibus, regendæque per terrarum orbem pace belloque Republica fueris. His expositis refert interiorem & familiarem eius vitam; quibusq; moribus atque fortuna domi & inter suos egerit; à iuventa usque ad supremam vitam diem. Ex ingenti copia, quæ in singulas partes diligenter congesta, & notabiliter ordinata est, quædam hic paulo attentius expendemus.

cap. IX.

cap. LXI.

V. Interfecto per ultimum nefas Cesare, orbis reipublicæ, qui

qui nuper conuersus vix dum subsederat, denuo agitari cœpit. Cuius rei causas *Florus* in Pompeii liberos, in Cæsaris heredem *Octavianum* in turbidum Antonii ingenium confert. Per hos stetisse existimat, quo minus reipublicæ vel libertas redderetur, vel maneret tranquillitas. Sed nimirum ad propiores rerum nexus ista pertinent: quos plerunque intuentur, quorum institutum historiæ potissimum finibus continetur. At si quis Reipublicæ fati penitus cognoscendis intendat animum, altiores comperiet causas, quæ libertatem à Republica & tranquillitatem excluderunt. sicut ex iis, quæ supra disputauimus, promptum est intelligere. De cætero, Antonius, omnino nouis rebus materiam abunde & studiose subministrat. Degustauerat sub Cæsare Iulio dominationis dulcedinem, eoque sublato, non difficulter solus obtinere sibi posse videbatur eam potestatem, cuius collega ante fuisset. Huius spei fiducia, ex populari fauore & perturbatione temporum, alte insiderat in quieto animo: cum, nequidquam decreta obliuionis lege, Cæsaris desiderium, & aduersum parricidas odium ciuitatis studia non modice commouisset. Hic enim Antonius, qui antea Iuliani casus exemplum timuerat, expulsis Bruto & Cassio, animo ac spe yltro elatus nihil pensi moderatiquæ habendum sibi censuit, dum potentiam compararet.

V. I. Sed his consiliis opposuit fortuna Octavianum, ætate minus quam iuuenem, indole & actu plusquam virum. Is à Iulio, vt supra memorauimus, in spem successionis adoptatus, & postea testamento heres relictus, audita Cæsaris necē, multum dissuadentibus amicis & necessariis, Apollonia redux adiit hereditatem & nomen Cæsaris. in quo à multis reprehensa est eius temeritas; quorum sententiam Diætiā videtur suam facere. Nos alibi posuimus ea, per quæ à communi sorte actionum, & exemplis vilitatis quodam modo abiungeretur id Cæsaris factum. præsertim quia suberant in ipso rerum, qui tunc fuit, statu argumenta spei non leuia; quæ opinionem meræ temeritatis minuunt, si attendas. Interim hæc statim turbarum causa: dum Antonius prælatum sibi testamento Cæsaris Octavianum furens, inexpiabile contra adoptionem acerrimi iuuenis odium primo, mox bellum suscepit. Quippe ætatem iniuriis opportunam facile sua dignitate oppressurus sibi videbatur. Hinc iniuriæ, contumeliæ, insidiæ in Octavianum &

Lib. XII.

Pr.

Charact.

Vellei. 16.

70.

Flor. IV.

C. 4.

licet aliquoties reconciliatio tentaretur, rescissa tamen subinde est male facta gratia: donec ad arma vtrinque procursum est. Quæ sub speciosis sane titulis Octavius induisse videbatur: dum ad optinatum se partes contulit, qui prauas Antonii spes, & turbulenta molitiones armis coërcere non iniuria decreuerant. Sed & quæ aduersum interfectores Cæsaris ausus executusque est, pietatis titulo insigniebantur. Vnde qui domui Cæsareæ studebant, apud *Tacitum*, pietate in parentem, & necessitudine reipublica, in qua nullus tunc legibus locus, ad arma ciuilia actum queruntur. Nec sane nullæ hæc causæ erant: sed non vnica; neq; præcipuæ: suberat enim profunda cupido dominandi, quæ pulcris in vulgus vocabulis sua consilia & flagitia venditabat. *Omnium bellorum*, inquit Noster, *initium & causam hinc sumis, nihil cōuenientius datens quam necē auunculi vindicæ reuerisq; acta.* Sed animaduertent Prudentes, pietatem in parentem & tempora reipublica obeuntui sumea; ceterum cupidinem dominandi tot malis artibus abunde ostensam esse:

I A. 9.

cap. X.

Tac. I A. 10.

I A. 10.

Adde diff.
ser. polit.
ad Flor. IV.

lib. 45. &
seq. in quod.
3. & seq.

VII. Ceterum quæ inter ciuiles tumultus, postquam se iis commisisset, prauè gesserit Octavius, veluti per summam habentur apud *Tacitum*, in illo Prudentium iudicio, quo vitam eius varie arguunt & examinant. Nos ea occasione historiam ipsam excusimus; & in annotatis nostris politica explanatione prosecuti sumus. Quare in tanta argumenti amplitudine compendii loco erit, nihil ex iis, quæ dicta sunt, repetuisse. Interpretari poterit breuitatem Suetonii nostri amplissima *Dionis* præsertim & *Appiani*, itemque *Plutarchi* expositio: qui nihil inexcussum in talibus reliquerunt. Malas artes Octauii per bella ciuilia vsurpatas, ne tam quidem, cum recentior eius fauor erat, aliter quam fatendo excusarunt, qui nomini Cæsariano studebant. Quisquis tum potentiam aliquam, aut eius spem habuit, ad perturbandam rempublicam nihil reliqui fecit: ceterum vulgus, tam nobilium, quam plebis, alieni sceleris ministerium vltro sibi vindicabat, nulla honesti, nulla patriæ cura. His exemplis partim prouocatus Cæsar, partim implicitus, per easdem vias ad dominationem contendit; & qua fraude non poterat, armis & vi exitum quæsiuit. Ita viginti per annos bellis intestinis Respublica vitiorum suorum, quæ superioribus malis cōmotâ verius quàm emendata erât, pœnas luit. Inmersus iam erat tantarum rerum mole Cæsar, & in summa confusione, ni-

ne, nihil consiliis, nihil virtuti hominum relictum videbatur: cum Deus, ceteris oppressis, Cæsaris arma inusitato felicitatis cursu prouecta, instaurationi reipublicæ accommodauit. Ergo ab Actiaco prælio, quo Antonius debellatus est, noua fati publici series, noua Cæsariani operis æstimatio se emergit: qua factum est, vt, qui in adipiscendo Principatu libertatis oppressor habebatur, in gerendo prorsus necessarius reipublicæ, prorsus salutaris existimaretur. Scilicet, rebus turbatis turbantur iudicia hominum: nec nisi post euentum diuina intelligitur constitutio: Quam nec tum quidem, nisi Prudentiæ oculus animaduertit.

*Aurel. Vi.
Flor. epist.
Cæs.*

VIII. Cæsar omnium victor, *vbi cuncta discordiis civilibus fessa nomine Principis sub imperium accepit, facile offendit, quantum pacis interesset, omnem potestatem ad vnum conferri.* Neque enim percussum vndique & perturbatum imperii corpus ita coire & consensire potuisset, nisi vnius præsidio nutu, quasi anima & mente regeretur. Forte tamen non satis erat, vnius imperio omnia committi, nisi ille vna tantam magnitudine animi, ingenii, cogitationum fuisset, quantum condendis imperiis, & quod difficilius reor, ex corruptione reformandis vnicè necessaria est. Quo nomine, citra figuram iam locum habebit illud Tiberii schema apud Tacitum: *solam D. Augusti mentem tanta molis capaxem fuisse.* Quæ nos omnia alibi satis copiose executi, simul illud annotauimus: duram videri eorum philosophiam, qui imperium Augusti perpetuæ tyrannidis nomine traducunt. Nam quod de annorum numero & præscriptione adferunt, in mutationibus imperiorum fatalibus non vsquequaque & semper locum habet: præsertim vbi idonea voluntatis publicæ argumenta, noui status iura vltro asseuerant. Neque diffiteri quisquam potest, eam tum fuisse Reipublicæ conditionem, vt aliter salua esse non potuerit, quam si ab vno regeretur. cuius imperium beneficii potius quam oneris nomine, tali rerum statu, interpretandum est. Iam vero, quantum est, quod Deo debetur in eiusmodi mutationibus? Ab hoc ego accessiuerim, quod Cæsar Octavius, a deo Principatu, adeoque quæsitæ regni licentiæ, quidquid habuit malarum & tyrannicarum aduersus remp. attium, deposuit, totumque se amandis, tuendis, ornandis ciuibus non dicam modo sed impendit: vt satis constaret, diuino quodam munere in melius mutatum & formatum tantum Principem, qui omnia

*Tac. I. A. 2.
B. I. H. 2.
Flor. IV, 2.*

*I. A. II.
In annota-
tione ad Ta-
cit.*

*Græc. I de
inr. b. 3, 8.*

omnia in latiore & salubriorem statum verteret. Qui accuratius ista disputant, non possunt dubitare, etiam voluntatum pro-
pensionem, & caritatem illam civium ac provinciarum, qua imperium Augusti, priori statui ipsique libertati antehabent, Dei corda hominum varie temperantis munus fuisse. Distinguenda igitur accurate sunt tempora, quibus vel oritur, vel orta iam constituitur nova imperii forma. Dum adhuc voluitur ille orbis republicæ & agitur, multa eveniunt, quæ à Deo nisi pœnæ nomine deduci non debent. ac vero, ubi ex commotione illa in certum statum omnia subsedere, voluntatisque publicæ in formando sibi *παλιῆς* genere consensus acquieuit, non obscura esse potest diuina voluntas, quatenus ad salutem reip. dissimillima hominum studia redegit. Atque hic, translata semel maiestas, fundatumque gubernante Deo, nouum imperium, statim suo iure pollet: nec tempore opus habet diuinus ille, vt sic loquat, character, siue maiestatis diuinæ pignus & radius, cum in nouo statu cœpit fulgere, donec acquirat venerationem; quæ nunquam deserit aut subsequitur sed comitatur maiestatem. In quam iniurius est, quisquis ab annis potius, quam ab ipsa origine, veræ æstimationis rationem petit. Itaque, cum interris nasciturus iam esset æternus Dei filius, ita disposuit suæ natiuitatis momenta, vt cum matre & matris sponso ipse etiam imperium Romanorum & Augusti edicta agnosceret, censerique sub eo nomine cum ciuibus & subditis non abnueret. Postea autem, ætate adulta, vltro maiestatem Cæsaris debito cultu, obsequio, tributo propitiandam demonstrauit in qua historia, si Augusti numum accipimus, res per se clara est: sin de Tiberii imagine malumus coniectere, nondum certe centum anni, quos *Bodinus* in hoc argumento requirit, effluerant ab instituto per Augustum Principatu: & tamen legitima Cæsaris potestas tum pronuntiabatur. vt taceam, satis valida à Tiberio ad Augusti Principatum argumenta peti: cum non aliud quam huius imperium ille continuauerit. Possent adferri clarissima nomina, ex Christianæ religionis doctoribus qui de Augusti imperio, vt de legitimo, exoptato, salutari Principatu loquuntur; nec in iure potestatis quidquam desiderant. Accedit, quod illi, qui voluntatem Reipublicæ, & delata vni, idoneo consensu imperii iura in dubium vocant, magnam in suis disputationibus
historiæ

Matth. 21.

Historiæ ignorantem produunt: nec aduertunt, in quas se ipsi ambages coniiciant, si totum Augusti Principatum tyrannidis nomine contendunt infamare. Scilicet in rebus tam reconditis non sufficit generatim communes quosdam sententias arripere, sed ad multa interioris notæ aduertendum est: cumque diuinæ dispositionis moderamen ipsis se visceribus huius causæ miscuerit, non minus falli necesse est, qui exteriora & humana tantum spectat, quam qui singula definiri à se aut explicari posse, quæ hic diuina sunt, existimat. Satis est ea non præterisse, quæ Deus, ut obseruarentur, non semel ipse interpretatus est. Non prodesse autem hæc illis debent, qui vel suam vel aliorum tyrannidem speciosis vocabulis, & sub altioris philosophiæ titulo satagunt venditare: cum eorum, quæ hactenus diximus, non alius finis sit, quam prouidere; ne Augusti exemplum, & hæc Reipublicæ Romanæ mutatio, quibus suis dominationibus institutis aut conuersionibus tam secure comparatur.

IX. Augustum ipsum adeo non purgamus, ut etiam illas artes, cum *militem donis, populum annona, cunctos dulcedine ory. pellexit*, cum posthæc, *insurgere paulatim, munia Senatus, magistratuum, legum in se trahere cepit*, multum ex ambitione, multum ex calliditate habuisse, vltro largiamur: id quod ex illis, quæ alibi pertractauimus, satis intelligi potest. Sed nos antea ius imperii quæsitum aliunde, rursum aliunde artes quærendi deduximus: & nunc denuo, quæ ad status publici dispositionem & firmitatem pertinent, ab iis sedulo separamus, quæ ex consilio disponentis aliquid vitii trahunt. Interim, & *conciliatio animorum, & forma Principatus, & dispositio imperij*, pulcre ad ciuilem sapientiam, pulcre ad publicam felicitatem congruebant, Deo scilicet moderante: qui tanta Prudentia ordinandæ & componendæ reipublicæ Augusti animum impleuit; qui consilij exitum, prouisionibus successum dedit; qui denique, si quid labis actionibus hæsit, si quid vitii curis Principis se immiscuit, ad meliores publiceque lætos fines omnia tamen accommodauit.

X. Operæ pretium est, illam imperij tam prospere compositi formam, quantum in hoc transcursu licet, stilo signare, & ex Suetonio nostro strictim quæ huc faciunt repetere. Qua in re, primum quidem PRINCIPATUS ipse ab Augusto institutus poterit consi-

Tac. l. 1. c. 1.

Annot. ad Tac.

considerari; quæ sit illius regiminis ratio & vis & species, quis inde in vniuersam imperii molem spiritus, quibus viis diffusatur, quodnam maiestatis tantæ decus, quibus mysteriis consecretur: deinde licebit progredi per totum CORPVS imperii, eiusque compagem, nexum, dispositionem, seriem, robur, ornatum breui quidem sed non perfunctoria animaduersione æstimare. Insignis est Octauii nostri consultatio, qua statim post oppressum Antonium de reddenda Republica, siue libertate pristina cogitauit, adhibitis duobus præclarissimis viris, quos omnis sui actus consiliique principes habuit, M. Agrippa & C. Mæcenate. Ac ille quidem, speciosa sequi solitus, & libertatis generosæ natura amator, de omittenda rerum summa & reuocanda liberæ reip. forma sententiam tulit: sed Mæcenas in altissimè recondita per totum imperii corpus fatumque, aciem mentis permittère doctus, nihil Reipublicæ utilius, nihil fore Cæsari gloriosius animaduertit, quam si summa rerum penes vnum remaneret, & singularis imperii formula, quam posset accuratissime, ordinaretur. Acquieuit Cæsar in hoc consilio, ad quod eum sua fortuna, & Romani populi felicitas, & mentis acerrimæ prudentia vltro ducébant. *dubium euentu*

c. XXVIII. *meliore, an voluntate.* inquit *Suetonius.* De euentu non opus est verba facere, utpote in re clara, omniumque non confessione modo sed prædicatione celebrata. At voluntas illa, qua *saluam & sospitem rem publicam in sua sede sistere, optimique status fundamenta iacere* destinauit, prorsus eximiam huius Principatus initiis opinionem conciliat, & tyrannidis notam vltro delet. Qui nihil aliud quam dominationem suam spectat, neque id agit, ut beata & honesta ciuitas sit, in eum haud dubie conueniunt sapientum de tyrannis probra. at, quin huius operis (de publica felicitate loquor) maximi inter homines atque optimi, perfector fuerit, & ab adepto statim Principatu esse concupierit Augustus, ambigi non potest.

XI. Quapropter etiam non placuit ipsi abrupta & *sine fine* dominatio, qualem pessimis imperatoribus conuenire, & ciuibus intolerabilem esse *Tacitus & Plato* iudicant: sed suam consulibus, suam prætoribus speciem reliquit; minorum quoque magistratuuum exercita potestas, legesque bono in usu fuere. E quibus, quanquam multa per imaginem & simulacri gratia fierent, tamen plurimum sane voluntas illa diuersa est à Tiberii alicuius simulationibus, quæ

4 H. 8.

In polisco.

quæ totæ ex insidiis constabant, totæ ad exitum ciuium tendebant. Augustus enim laudabili proposito & per se intellexit, & monenti Mæcenati credidit, egregio Principe dignius esse, rectorem & ciues, quam dominum & seruos cogitare. Hinc salutatis temperamenti quæsitæ ratio, vt præstantissimi quiq; administrationis publicæ partem caperent, nec imperio omnia & vi potestatis, sed plerumq; auctoritate & consiliis gererentur. Quod vel propterea monendum est, quia hodieque reperiuntur magistri dominationis, qui cum Ponceto illo apud *Ithianum* nullum bene institutum verumque regnum, censent, nisi quod, ad formam dominationis Turcicæ, ab omni libertatis specie & umbrâ & temperamento quam longissime recesserit. Quæ sententia nec tranquillitati regnorum, nec prudentiæ regnandi accommodata est. Nam præter auctoritatem Veterum, de qua diximus, dubium esse nequit quin tantum inuidiæ addatur imperio, quantum moderatiōis & humanitatis detrahitur. Tum autem, quam à ratione alienum est, diuersissimæ indolis populōs, vno regiminis genere, tanquam iugo concludere? Melius Galba, qui Pisoni suo inter prima imperandi consilia & præcepta commendat, vt imperii formam ingenio ciuium attemperet. *Imperaturus es*, inquit, *hominibus, qui nec totam seruis uicem pati possunt, nec totam libertatem.* Et *Panegyrista* Domitianum acerbè ridet, quod libera ciuitati ne simulationem quidem seruaret. *Hac persuasio*, inquit, *superbissimus dominus erat, vt sibi viderentur Principes esse desinere, si quid facerent tanquam Senatores.* Nimirum in libera quoque vnus potestate, & regno vere sic nominato, est modus exercendæ potestatis, & administrandi temperata ciuilitate ratio: quam Augustus non modo ex conditione temporum, vt in nouo imperio, sed etiam ex ingenio ciuilis societatis, & quasi ex ipsa stabilioris firmiorisque regiminis indole, rebus Romanis non feliciter minus quam prudenter adhibuit. Huius exemplum qui secuti sunt ex Imperatoribus Romanis, republica bene gesta famam sui nominis quam prosperrimam reliquerunt: qui duriora omnia prætulērunt, plerumq; fortunæ vertenti & suum & imperij latus nudauerunt.

XII. Interim vim ipsam imperii, & solidam regnandi auctoritatem magno studio sibi comparauit Augustus: ratus id quod res erat, diuiso regni iure, parum processura maioris momenti con-

filia, neq; melius respublicas firmari aut attolli, quam pleno vnus arbitrio, qui optima sapere, & maxima perficere natus est. Pertinebat simul ad perennitatem Romani nominis, præcidi litibus de republica aduersus rempublicam toties agitata materiam: eratque hoc illud momentum, vnde exemplum regiminis ad posteros diuinare debuit. Nam qui monarchiam instituit, nisi vim ipsam imperii complectatur, successoribus suis plus inuidiæ quam potentia relinquit, proiectoque in mediam rempublicam Eridos pomet, fundamenta status, quem molitur, debilitat. Igitur Augustus occasione strenue obsecutus, partim venientibus vltro factis sinum pandere nil cunctatus est, partim morantem adicubi aut hærentem fortunam inuitabundus expediuit. Quo factum est, vt plenissimum rerum arbitrium non consensu tantum tacito, sed publico subinde studio legeque Senatus Populusque in eum transferret, neque legis regie certior character in posteram inuentus est, quam exemplum Augusti, sub quo in solennem formulam iret summa Cæsarum maiestas. Ponemus quædam, in specimen ceterorum, Senatus ab antiquo consilii publici dominus erat: non extinxit hanc auctoritatem Augustus, sed diligenti lectione splendorem eius ordinis vltro amplificauit. id accessit discriminis, vt ab Augusto tanquam sole suos radios in posterum curia mutaretur, quæ antea suam luce præfulgebat. Sæpe non discerneres ab more pristino grauitatem libertatemque senatoriam: verum, quotiens maiestatis intererat, rediit ad verum auctorem quidquid in senatu auctoritatis fuit. Huc spectabat, quod Princeps sibi insinuit consilia

Cap. XXXV *sortiri semestria, cum quibus de negotiis ad frequentem senatum referenda ante tractaret.* Quod ad paucos translatum est, vniuersis decessit; sed ita, vt salva auctoritate, sola minueretur potestas ordinis, cui non minus, quam populo, pro lege futura subinde erat vnus potestas. Quare & comitia, præcipuam iuris popularis partem, ita moderatus est, vt conuentus, qui ante, agitantur; vt suffragia sine factione & ambitu ferrentur: sed potissima tamen, arbitrio Principis fierent. Eadem arte circa magistratus res gesta: quorum munia regnanti sapius obstitura erant, nisi ab eius mente & nutu suam rationem formamque acciperent. Leges quoque, quibus in gens in republica libera vis erat, iam legi regie non grauatim seruebant: postquam Augustus assidua iurisdictione se legum patro-

num

*Fragm. Leg.
Reg. apud
Onuphr.
Cap. XXXV.*

Cap. XXXV

*Cap. XL.
Dio 53.*

Dio 53.

rum, fautorem, auctorem ostenderat. ita sibi conualescere videbantur, si viam legem sibi propius accommodarent.

XIII. Atque ita Augustus immensi operis perfecti gloriam simul & gratiam tulit, instituta & stabilita *lege regia*: quam multo sanguine alii, multis laboribus, per cædes virorum illustrium, per oppressiones innocentium, &, quotiens iuris titulus deficeret, per indignationem & lænitiam neuidquam tueri & vrgere passim concupiuerant. Flectuntur quædam facilius, quam franguntur: refugitque quodammodo imperii maiestas, si manu minus civili aut amica contrectetur. Augusto, qui summa ratione omnia gessit, ne sic quidem euentus respondisset, nisi plura consilio quam vi, plura virtute quam fraudulentis artibus consequi destinasset. Miscuit accuratissimus Princeps, quæ raro misceri solent, potentia & civilis animi adeoque sinceræ virtutis studium: nec aliter magnus haberi cepit, quam vt dignus sua magnitudine haberetur. Cuius voti reddidit se abunde compotem, illa civilitate & clementia, quam tot selectis documentis commendat *Suetonius*. Quamquam & cetera firmandæ dominationis consilia artesque semper cum Reipublicæ studio & amore coniungebantur. Hinc firmitas operi; non duraturo, si omne à vi anspicium arcefferet. Pauci capiunt, quod dicimus: nam qui ex genio sæculi sapiunt, illis inter vana & irrita nomina habetur virtus, quotiens de dominatione & potentia quæritur. Quo fit, vt exemplum Augusti ea parte tantum spectetur, qua exterius est: omni ratione interiori ad politicam Platonis relegata.

Cap. 2. Inf.
que ad L. XL

XIV. Facilius est, quod de armis & custodia Augusti sequitur. Consilium vere regium omiserat Julius Cæsar, dum debitam honestati vtilitatis mixturam securius tractat, & speciem potentia subterfugit, cuius vim sibi totam pollicebatur. Huius casus admonuit Augustum de præsidio imperii comparando, quod audaciæ hominum, & insidiis valide & cito & semper opponeretur. Igitur ex militaribus copiis idoneum *numerum partim in urbe, partim in sui custodiam allegit*; ornamentum in pace, in periculo munimentum. plus quidem se amore civium, lenitate, indulgentia, iustitia, liberalitate erga omnes ordines, munierat: sed nunquam dominantibus inimici & insidiatores desunt, & quoties vitia non quouit incusari, ipsa virtus odio habetur. Diximus alibi, quid

Cap. XLIX.
Tac. 4. 4. 5

Ann. 12.
ad. cap. 7.
lib. 4. Tac.

consilii subsidique in pratoriano Augusti milite fuit: nunc ordinis persequendi gratia non debuit plane præteriri, dum statum & formam Principatus repetimus. Certe adeo rationibus regis expedire hoc institutum deinde visum est, ut nemini alteri coram rege militaris præsidii usum (tanquam debitum maiestati regnantium pignus) concedi debere, pro lege politica inualuerit.

In luxuriis.
102

Cap. LXVII.

XV. Verum non exercitus neque thesauri tanta regni præsidia sunt, quanta amici, inquit Rex illè apud Sallustium. Vnde inter præcipuas Augusti curas fuit, amicos diligenter legere, utiliter adhibere, constantè fouere. Arduum opus; præsertim si de præcipuis illis adiutoribus & aulicis sermo est; quibus magni Principes nunquam carere possunt. Ità se habet regni ratio, ut summa rerum vnius alicuius fidei plerumque sit committenda; sub quo ceteri secundas personas agant: perit arcanorum vis, si in plures dispergitur; obitat sibi in rebus magnis ipsa parium æmulatio; neque contextus dispositionum Principalium ordinatus se explicare potest, quam si sub vno sacro capite, per vnã manum, in ceterorum manus pensa cuique sua diuidantur: ita facile reuocantur per suas quodque vias, vnde exiuerant, ad auspiciũ vnus originem. Tali consilio M. Agrippa in apicem rerum ab Augusto euectus: itemq; Mæcenas consiliis intimis & aulæ secretis admotus est. Agrippam excepit Tiberius, in partem curarum ascitus: Mæcenati in eodem genere ministerii suppar fuit Sallustius Crispus. Sic enim prouiderat Augustus, ut vnum haberet præcipuum actorem rerum qui visu, præsentia, opere summa quæuis administraret: vnum item consultorem, penes quem arcana imperii residerent. Exempli imitatio crebra hodie magnis aulis; quanquam euentu vt plurimum dispare. Quoties degenerauit in licentiam & tyrannidem illa vnus potestas, quæ certissima Principatum pestis est, cum ministerii limites egreditur? Hinc tot aduersus aulicos dominantes querelæ; & remedia sæpe calidius quam prudentius quæsitã. Hinc Sciani fato deiecti ingentes illi colossi, sub quorum pondere regna gemebant: festinatæ cædes in deuota publicis odiis capita: versitque in contrarium ingenti motu affectus regnantium; cum discussio veluti sopore implacitus horror metum in præsens excutores, futuri sollicitudinem incutere, pari vehementia & festinatione conuiterent. Augusto expeditior in hoc genere fortuna fuit: quia

nunquam se permisit plane ejusmodi ministris, multo minus abundandum dedit. Ipse primum mobile ut ita cum mathematicis nunc loquamur, a se omne motus principium dispenfavit: ipse suo spiritu proximum quemque inspiravit; suo vigore animavit, suo arbitrio moderatus est. Ita fide & obsequio in Principem, potentia aulicorum stetit: unde non tantillum quidem discedere quisquam potuit; quin oculum illum vigilem & in specula imperii positum in se converteret. Talis sane vitia quardam & delicta tantorum virorum, sed ut ostenderet, apud memorem & gnartim maiestatis Principem, nec laturum, si ultra iretur, peccatum esse. Quæ res Principem imperio, amicos Principi vindicavit: neque poenis oppis fuit, ubi auctoritas disciplinam regni continebat. Floruerunt ad vitæ finem potentia & opibus Agrippa, Mæcenas, aliique: quantum Mæceus ad extremum, *speciem magis quam vim, in amicitia Principis tenuit*, fato aularum & aulicorum, cuius causæ sæpius implicitæ & obscuræ. Grande tamen & rarum in Principe moderationis argumentum, quod remissus amor, extra terminos odii, eo stetit spatio; quod ignorant aut contemnunt, qui in summa fortuna nil medium agnoscunt.

Tac. 3. A. 30

XVI. Pertinet ad eandem disciplinam, quod *virtutes ac merita cuiusq; digne profecurus est ac munifice*. Præterquam enim, quod verè regia liberalitas est, quæ præcipuis in Rempublicam meritis destinatur, etiam affectus ligantur auro; decusque imperii, quod non raro summorum ministrorum magnificentia sustinendum est, illustratur. Et quidni præuenias studium quærendarum opum, ad quod eminentes viros vel occasio inuitat, vel dignitatis cura stimulat? Nescio tamen, an bene suis rebus consulant, qui tam animose largiuntur amicis; ut eorum opibus postmodum indigere incipiant, quos ipsi ditarunt. Perit græcia liberalitatis, cum reposcitur quocumq; titulo, quod donatum est: hinc animorum alienatio, aut consilia recuperandæ opulentia, parum regi, parum regno profutura. Non ignota hodieq; est ars Muciani illius, qui in Vespasiani usus large effudit suas pecunias: *privatim scilicet largitus, quod auidius de Republica sumeres*. Cauendum insuper, ne præmia aulicorum, sint tormenta civium. Periculosum est, tributis & oneribus exhaurire populos, eorumq; opibus hiantes amicorum cupiditates explere: Indecorum, diripiendas aulicis tradere prouincias: quibus

Tac. 2. H. 24

nulla onera videntur duriora, quam quæ sub publicis nominibus in priuatos potentis aulici sinus congeruntur. Quidquid enim in aulicis magnum est, harmoniæ isti debet congruere, quæ est inter Principis maiestatem & vtilitatem Reipublicæ. Hæc atque talia in mentem nobis veniunt, dum exemplum Augusti meditamur; qui amicis ita vsus est, vt Reipublicæ subsidia essent & ornamenta, non onera: præsertim autem (nam id nunc maxime spectamus) vt status regii columnas haberet & fulcra, quos suo fastigio propius admouisset. Agnoscas salutaris temperamenti disciplinam è dicto Agrippæ, quem *Velleius* non vano elogio *parendi scientissimum* vocat. Is ex consuetudine Augusti, genium aulæ & regni edoctus, duo in aulicis requirebat: vt *gravissima quæque laborum haud grauatim in se susciperent, gloriam autem rei confectæ non sibi, sed Principi tribuerent.* Qui hoc capiunt, eos ad iuuanda magnorum Principum munia natos, & fastigii aulici capaces vere dixeris. At, quotusquisque talis manet nisi sub Principe sui Principatus studio, perito & memore?

Dio 49.

XVII. Diximus, quantum sit regno adiumentum in *Regio ministro, & Regio consultore*: quos eo nomine signamus, quatenus ad tale munus veluti à natura geniti, prudentia Principis delecti, & disciplina eiusdem ingenioque formati intelliguntur. Nunc aliud munimentum status ab Augusto instituti occurrit, *Lex successioni.* Vidit prudentissimus Princeps, si absque certis successoribus, via ad imperium liberæ electioni permitteretur, neque *se satis tutum fore*, ab iis, qui dominationi tali rerum statu inhiare solent, neque imperio mansuram pacem, vbi toties in quæstionem & certamen creatio Principis vocaretur. Summo igitur studio id egit, vt successionis beneficium esset Principatus, non electionis. Hoc consilio, cum ipse destitueretur liberis, adoptione sibi imperioque prospexit, inductis in familiam Cæsarum Caio & Lucio Agrippæ filiis, postea Tiberio, cui & ipsi Germanicum adoptandum dedit. Sed & antea Marcellum sororis filium, Agrippam generum, & priuignos Tiberium Drusumque in partem & subsidium huius spei admouerat, scilicet *quo pluribus munimentis insisteret*, sicut breui & vero iudicio *Tacitus* illa destinata *dominationi subsidia* prosequitur. Hæc consilia ad securitatem status, à securitate Principis pendentem, omnino referri possunt. Accessit & famæ studium, quod quia in Principe publicæ vtilitatis partem haud raro constituit,

Cap. LXIII.
& LXIV.

Tac. 1. 4. 3.

vix à priuatis curis recte distingui potest. *Mesuebat enim Augustus, Tac. 6. A. fixtra domum successor quæreretur, ne memoria sui, ne nomen Caesarum in ludibria & contumeliis verteret.* id quod postea etiam, inter arcanas Tiberii curas fuit. Quibus gradibus & articulis, illa subsidia antè paulatim produxerit ad spem successionis Augustus, nihil attinet hic repetere. Progrediendum est enim ad cetera muniendi ornandiq; status regii consilia.

*Suer. Claud
4. Annor.
4. C. 5. ad
cap. 3. lib. 1.
A. Tac.*

XVIII. Quibus *totam aulam & actus principalis disciplinam spectantem* mito artificio accommodauit Augustus. In regno enim omnia ad splendorem quendam maiestati consentaneum, omnia ad decus sublimioris fortunæ exigi debent: insito hominibus studio, vt nihil non singulare expectent ab eo, qui omnibus præest. Hinc omnia in actu & aula Augusti, aliquid eximium, nec vulgare, habent. iam primum ipse Princeps, quam accuratus in sermone, in scriptura? *Nam neque in senatu, neque apud populum, neque apud milites locus est vnquam, nisi meditata & composita oratione. Sermones quoque cum singulis, atque etiam cum Liuia sua grauiores, non nisi in scriptis & è libello habebat: ne plus minusue loqueretur ex tempore. Sermones Principis tanquam ex oraculo audiri debent. igitur accurati sint necesse est & perfecti, vt venerationem, quæ hic spectatur, consequantur. Qui talia pro minimis habent, non obsestant, quanti sint ad maxima omnia momenti. Non autem per se modo diligentissimus sermonis & scripturæ fuit Augustus, sed admirabili disciplina filiam quoque & nepres ita instituit, vt vetaret loqui aut agere quidquam, nisi propalam, & quod in diurnos commentarios referretur: etiam formam orationis talem exigens, qualem probabat ipse, ne quid moleste scriberent aut loquerentur.*

C.LXXXIV.

Cap. LXIX.

C.LXXXVI.

C.LXXXIX.

XIX. Quod si superessent epistolæ tanti Principis ad magistratus & præfectos exercitibus atq; prouinciis, edicta ad populum, orationes ad senatum, fallor an haberemus instrumentum singulare imperii Principalis, ex quo intelligi posset, quantum ad decus & maiestatem Principatus adiumenti haberet illa orationis publicæ grauitas, quæ non modo cum rerum grauitate, sed cum auctoritate imperii paria facit. Ex fragmentis quibusdam possumus aliquo modo coniecturam facere de iis, quæ desideramus. Nam Suetonii nostri institutum ad multa talia egredi non debuit. Inter ea tamen, quæ obiter sparsit, indicia non præteriri debet, quod

quod de orationibus principalibus & allocutionibus itemque edictis ad milites annotat. *Post bella civilia* (inquit) *nec in concione aut per edictum, vltos militum commilitones appellabat, sed milites; ac ne a filiis quidem, aut priuignis suis, imperio pradtis, aliter appellari passus est: ambitiosius id existimans, quam aut, raso militaris, aut temporum quies, aut sua domusque sua maiestas postularer.* Scilicet magnis imperiis non factorum modo, sed verborum quoque ratio, pro modo fortuna & temporum, constare debet. qua de realibi egimus.

XX. Interim, ne quid maiestati Principis ac Principatus deesset, symbola quoque & nomina principalia talibus mysteriis consecrata sunt. Vt consecrati in posterum Principes haberentur Romani, primo Iulium Cæsarem consecrat Augustus: hinc nomen eius, haud paulo iam venerabilius & sanctius, Principatui suo solenne facit: accedit *Cæsari* nomini, *AVGVSTI* titulus, pleno summi imperii augurio in æternitatem temporum iturus. in quo & placuit sibi plurimum tantus Princeps, & præcipuam suæ potestatis partem fundauit. Itaq; cum, referente *Serui*, quodam tempore tres populi partes consentiente Senatu obtulissent ei tria nomina; *Quirini, Augusti, Cæsari*: ille ne vnum eligendo, alias offenderet partes; primo *Quirium* est dictus; inde *Cæsar*; post in nomine permansit *Augusti*. Hæc *Seruius*, laudans *Suetonium* suæ sententiæ auctorem. Sed in hoc opere *Suetonius* ista quidem paulo aliter, nomen vero *Augusti* singulari prudentia & profunda inuenti ratione, *Munatii Planci* sententiæ delatum refert. Excussimus ista in *dissertatione de auspicio regio*: nunc nihil aliud quam fatalem huius nominis perpetuitatem etiam inde annotamus, quod frustra ferox ille & immania spirans *Athaulphus*, *Augustorum* nomen abolere, & *Athaulphos* in summam rerum substituere meditatus est. Sane puduit ipsum quodammodo auctorem infani consilii; cuius effectû, primum desperatione, mox insecta morte, excidit.

XXI. Attigimus hætenus aliqua, per quæ ostenderetur, quomodo Augustus necessariam rebus Romanis regni formam, sub civili quidem *Principis* nomine, sed vi imperii validam, regiis artibus instructam, munimentis firmatam, maiestate gloriosam instituerit: nunc ipsum imperii corpus, non minus prospere ordinatum, pari breuitate, & veluti per designatos locos; in quos cetera tribuantur, complectemur. Æstimandum est autem totum Imperii corpus

corpus, tribus quasi partibus: quarum prima urbem & Italiam, altera prouincias, tertia exercitus sibi vindicat. Sequemur enim hic *Tranquillum* nostrum, qui agnoscit hanc diuisionem; *Dioni* quoque signatam, *principio Tiberiani Principatus*. Urbs imperii sedes, unde in omnia regimen, fatale nominis Romani domicilium, arx & penetrale maiestatis, cum neque pro dignitate imperii ornata & inundationibus incendiisq; obnoxia esset, adeo excoluit eam magnifico publicorum operum ornatu Augustus, ut populum terrarum Principem, ipsumque populi talis praesidem rectoremque diffusoper orbem, splendore ostentaret; *sutam vero, quantum prouideri humana ratione potuit, etiam in posterum praestitit*. Hæc tam augusta species uenerationem amicis, terrorem hostibus incutere poterat. Unde & cetero magnificentia genere, spectaculiq; & pompis omnia præfulgebant, quod in Augusti consilio sic accipiendum est, ut inania illa, solidioribus imperii curis artibusque minime inania existimentur. Hinc est, quod ceteris urbibus noluit talia concedi, regius ille consiliator *Mæcenas* apud *Dionem* ne uilosceret, quidquid communicari aut comparari potest. Quin & firmitas urbis aduersum casus fortuitos, abstulit tumultuandi uirbandique occasiones; quæ in magnis urbibus auide arripiuntur, aut facile accidunt. ne de omnibus dicam, quæ ex regnatricis urbis qualicumque casu, trahit hominum curiositas. Sed præcipuum urbis decus ipsa Principis sedes, & Palatium erat. hic prisca Romani regia, hic Augusti prætorium, inter pignora imperii communibus uotis, ex tacita aula destinatione, colébatur. Hæc domus erat futura, in cuius adyto sacra Maiestatis custodirentur; in cuius arcano *τεχνουργια* artes & commenta regnandi nascerentur; è cuius penetralibus uirtus tota imperii in orbem humanum sese dispenseret.

XXII. Ceterum ad urbis decus pertinebat, etiam honestas ciuium. *Magni existimauit Augustus, inquit Noster, sincerum atque ab omni colluuiione peregrini ac seruiis sanguinis incorruptum seruare populum.* hinc ciuitas Romana parce data, & manumittendi terminatus modus. *Etiam habitum uesticumq; pristinum reducere studuit, ut terrarum princeps populus, ciuili honore togæ in publico enitesceret.* Ac ne quid confusi solutiq; moris usquam superesset, ordinem spectaculorum ac disciplinam diligentissime curauit, *sancisque ne quis puluatorum media cauea sederet: ceteris quoq; pro conditione cuiq; sua,*

Cap. XLVII.
XLVIII.
XLIX.
Lib. 57.

C. XXVII.
Sed. annot.
10. ad c. 9.
lib. 1. A. Tac.

Dio 53.

Cap. XL.

Cap. XLV.

sua, propriis assignatis ordinibus. cum primis ignauiam & otium à plebe prohibuit: reuocato agriculturæ studio, à quo plerique, fiducia publicarum frumentationum, desciuerant, manusque in circo potius, quam in agris mouere consueuerant. Inuexerant eam labem atque confirmauerant bella ciuilia, & tam diuturnæ ambitionum de dominatione concertationes. Quò factum, vt nihil uilius, nihil abiectius Romana plebe usquam uideretur. unde *Sallustius* iam pridem victori Julio Cæsari suaserat, vt repurgaretur promiscua illa fex populi, tanquam sentina in nauis, quæ nisi exhauriatur, dedecus & pestis nauigantium esse solet. Opus arduum, & quod hodieque facilius optari quam sperari posse, exemplo urbis urbium monstrat historiæ Gallicæ Scriptor.

XXIII. Proxima ab urbe dignitas Italiæ debebatur: quam & ipsam sibi ὁρμηθῆσαν ἀεὶς τῆν ἀμύκασαν τῆν ἠγεμονίαν, quasi arcem totius imperii constituerat iam diu Romani, sicut *Strabo* notat. Igitur eam & plurimis coloniis frequentauit Augustus, & operibus ornauit, & uestigalibus instruxit, & regionibus magistratibusque, sicut Mæcenas suaserat, distribuit: etiam iure ac dignatione urbi quodam modo adæquauit. Quæ res scilicet hominum industriam & pro re Romana studium accendit: cum præsertim iuuentutem honestiorem ex quocumque oppido in militiam & dignitatem equestrem adscisci, sobolemque multitudinis uniuersam præmiis honorari cernerent. Ita iuuat parentes, liberos tollere; ita spes Romani nominis, cura Principis sustentauit: ampliatumque est benignitate, iuuentutis seminarium, cui uix seueris legum sanctionibus prospectum satis uidebatur. Frustra enim firmitatem imperii cogitat, qui de posteritate ciuium parum est sollicitus: cuius augendæ duplex ab omni æuo ratio uiget, honor & præmium. *Magnum est educandi incitamentum, tollere liberos in spem libertatis publicæ*, inquit *Panegyrista*. Eius libertatis pars est, honesti sanguinis dignitas, & pronus ad honores aditus; itemque iuris æqualitas, quæ omnium utilitatem communi & amico vinculo complectitur.

XXIV. Procedimus ex Italia in prouincias, & regna sociæ, ditionesque liberas, quanquam sub Romana mansuetudine acquiescentes. Tangit hoc discrimen *Noster*: quod latius *Dio* explicat. Prouincias, quæ nimirum certum & plenum imperii iugum deciperant, ademptisque pristinis legibus magistratui Romano parebant,

Orat. de
rep. ord.

Barthol.
Gramond.

Lib. 6. Geog.
graph.

Cap. XLVI.
ap. Dion. 52.
Plin. hist.
nat. 3. 5.

Lib. 53.

bant, ita ordinavit Augustus, ut validiores, apud quas exercitus
 haberi opus esset, ipse regendas susciperet; ceteras senatus popu-
 loque permetteret. Quo factum est, ut provinciarum Cæsaris bello-
 rum oneribus & periculis difficiles & arduæ; quæ S. Populoque
 erant relictæ, pacis tranquillitate optabiles viderentur: sed re vera
 id agebatur, ut vis armorum omnis & robur imperii ad Cæsarem
 transferretur, sicut diserte Dio notat: idem qui magistratus pro-
 vinciarum impositos, & discrimen administrandi singulas, diligenter
 exequitur. Et quia regna multis reddiderat, quibus adempta erant;
 civitatesque nonnullas post victoriam suis legibus reliquerat: non
 aliter tamen uniuersos quam membra partesque imperij cura habuit. Hoc
 consilio, reges socios etiam inter semetipsos mutuis necessitudinibus iunxit,
 promissimus affinitati cuiusque atque amicitia conciliator & fautor ratus
 certum dominantis præsidium esse, in concordia locutorum; præfer-
 tim qui comiter maiestatem eius conseruare tenentur. Igitur Alex-
 ander Macedo apud Curtium, discordes & vetera odia retractantes Po-
 rum & Taxilem India reges, firmata per affinitatem gratia reliquit in suis
 regnis, ut contentus amborum in opera victori præstanda validius
 se explicaret. Neque indecora Regibus ars est, vinculis amorum
 colligare discordia capita, & Reipublicæ consensio priuatas
 coniunctiones innectere. Sicut & altera sollertia, plurimum re-
 giæ dignitatis habet, quando Augustus plurimorum Principum libe-
 ros & educavit simul cum suis & instituit. Quid hoc est aliud, quam
 inscribere venerationem domus Augustæ in ipsas hominum men-
 tes, quibus è propinquo se genius maiestatis familiaris infi-
 nuauit? Atque hæc omnia, cum ceteris quæ hac spectant, ad se-
 curitatem imperii & decus, vnica regnorum munimenta, ten-
 debant.

XXV. Id quod etiam in æstimandis militaribus copiis, de qui-
 bus subiiciendum aliquid est, loco regulæ potest obtinere. Non
 poterat tam vastum imperii corpus stare & librari, nisi ferreis
 vinculis teneretur: at hoc ferrum auro emendum, auro poliendum
 erat. ita se inuicem consequitur series catenæ, quam Tacitus ne-
 ctit: ut neque quies gentium sine armis, neque arma sine stipendiis, neque
 stipendia, sine tributu haberi queant. Igitur Augustus, exercitum sibi
 & idoneam militum manum comparauit, quæ semper in armis,
 propugnaret imperii fines, & ad subita casum excubaret. nam Dio 52.

quæ ex tempore coguntur subsidia è ciuibus & prouinciis iuuentute, nec experientiam bellandi habent, neque in articulo necessitatis apud remota imperii, præsto esse possunt. At enim bello exerceri poterant, inquis, assidue, quidquid est Romanis subiecta iuuentutis? Id vero in noua pace, & imperio armis propagato, non cariturum periculo, vidit & monuit Mæcenus ille: quo non alius præsidia regnorum speculari sollicitior. Ceterum, ut stipendia procederent exercitibus absqueurbatione ætarii publici ac ordinarii, nouum *ætarium militare* cum nouis vestigalibus institutum est: totaque stipendiorum ratio, itemque præmiorum, in certam iuit formulam, quæ disciplinam militarem & deceret & firmaret. Nam multitudo militum sine constanti & probe congruenti dispositione disciplinæ similis est inhabili clypeo, qui gerentem interim onerat, est ubi & oppsimi.

XXVI. Porro quidquid hætenus de imperii dispositione diximus, ipso partium inter se contextu & mutuo connexionis habitu metiri debemus. Ea laudis summa, quod corporis totius membra in robur & decus ordinata, nihil hiulcum, nihil interruptum, inuadidum, neglectum in corpore reliquerunt. *Legiones, prouincias, classes, cuncta inter se connexa*, memorant non vano elogio Prudentes apud Tacitum: & accedit in partem tam accurati contextus præcipuam, *septum mari Oceanæ aut longinquis amnibus imperium*. Quæ prouidentia in definiendis tanto imperio terminis, nunquam satis laudari potest: nec immerito Augustus apud *in Casarib.* Iulianum gloriatur, se ambitioni modum posuisse, *Euphratemque inter & Rhenum, munimentis à natura monstratis, conclusisse imperium*. Conscius quia etiam sibi altioris in ea re & quali fatalis consilii, inter præcepta imperatoria successoribus suis commendauit, *propositum coercendi intra terminos imperij. Terminos* intelligit, quos diximus: apud quos locati exercitus, disposita castella, erectæ turres, aliaque præsidia constituta: cum præsertim insecutis temporibus nulla esset ætas, quæ huius curæ utilitatem animaduerneret, & ad se pertinere iudicaret: quanquam dissoluto semel contextu, nunquam postea resarciri corporis integritas potuit.

XXVII. Longum esset, memorare singula connexionis *momenta*, adiumenta, inuenta: quibus de parte in partem, quæ

Cap. XLIX.
E. l. Caf. Buleng. de Imp. R. lib. III, cap. 23.

r. A. 9. Gbi
S. de anno-
nar. nostr.

in Casarib.

Tac. r. A. in

Ord. Buleng.
de Imp. R.
lib. 8 & 9.

quaversus, se dispensavit ordinis totius virtus & congruentia. Tranquillus noster, inter alia cursum publicum & cursores nominat, per quos celeriter cognosci poterat, quid ubique gereretur, & renunciari, quid gerendum esset. Quo sine etiam *auscultatores & emissarios*, Mæcenas Augusto commendauerat: quia plurimum interest Principis, *omnia scire*, licet non omnia exequatur. Jam vero, quanti ad dispositiones imperatorias momenti fuerit, illud *breuiarium totius imperii*, in quo sua manu descriperat Augustus, quantum *militum sub signis ubique esset, quantum pecunie in arario & fisco, & vectigaliorum residuis. Adtecir & libertorum seruatorumq; nomina, à quibus ratio exigi posset.* Proterus ut in curanda re familiari, nisi Paterfamilias, rationum domesticarum minima maxima, prouisu, scientia, examine ad se trañat, & deseruis expediat, nequaquam domum bene ordinatam dixeris: ita, quidquid in imperio administrant ceteri, durable non est, nisi administrationis ratio imperatori etiam tum redditur, cum non redditur.

Cap. XLIX.

Ap. Dion. Sic.

Cap. CII.
Tac. l. I. A. 18
Sibi annot.

XXVII. Superest, ut ingens illud Romani status momentum, quod in consilio de terminis imperii obiter insinuauimus, expresse subiungamus. *Pacem Augustam* dico: illam consilio profundissimam, amplitudine diffusissimam, miraculis sanctissimam, felicitate vberriam. Nam sub Augusto *vbique, ierxa atque continuatorius generis humani aur pax fuit, aur pactio*, inquit Florus. Quod suum opus & amavit plurimum, & conseruare studuit instructissimus pacis artibus Princeps. Agitaro tam continuatis motibus imperio, quiete opus erat, quæ reficeretur. Sed & dispositio illa Reipublicæ, quam paulo ante laudauimus, pace debuit coalescere. Quid quod armis parantur regna, pace firmantur? Neque vilius status disciplina casibus bellorum tuto committitur? Parum utique tempestiue, meditantem sacra regni & maiestatem suæ domus Augustus, assidui bellorum strepitus interpellassent. Denique post cumularas triumphales laureas, gloriosissimum ad laudem iter, in disciplina pacis supererat: inde nouam factorum Romanorum seriem, & alteram, ut sic loquat, magnam periodum auspiciari placuit. Huius pacis suboles est, prouentus omnis generis artium, sapientiæ item ac eloquentiæ incrementum, imo *fastigium*: cui hæcenus nihil vidit simile vlla ætas, nihil secundum.

4, 2, 64.

Cap. XXI.
& XXII.

CLXXXIX

Næ de diuinæ consilii Prouidentia dicam: quæ non obscura esse

*Philolegus.
ad Cas.*

finit, admiranda natiuitas eius, qui vnus & verus Pacis Princeps, & huius ipsius quietis auctor, suæ doctrinæ vel stadium vel hospitium pacatum late per orbem emuniuit. Certe Tiberius Augusti successor, siue metu, siue consilii, Augustei obseruantia, non sine factorum tamen industria, sollicitissime hanc pacem custodiuit: donec Cæsarea domo ad finem vergente, sese totus orbis commouit & compagem tam elaborati operis velut horore fatali concussit.

XXIV. Vfus est Augustus in his omnibus ordinandis, ingenio plane singulari, & ad imperandum quasi facto natoque, neque facile reperias Principem, cuius curæ tam intentæ, iudicium tam expeditum, prouisio tam diffusa, Majestatis ita peritus erat, vt ne minima quidem eius præsidia negligeret, quamuis maxima tantum sectari videretur. Prudentiam & artem imperandi tum alias semper, tum in legibus ferendis eximie ostendit: quas suo statui & imperio sollerter accommodabat. Vbi que enim regulam, cui se ipse adstrinxerat, mirifice custodiens, voluit incomparabile exemplum dare absoluti quidem sed ciuilibus Principatus, quem paribus inter uallis à precario iure, & tyrannidis suspitione disiunxit. Iustitiam clementiæ nouo coniunctionis & necessitudinis genere copulauit: profunde ratiocinatus, quid rei, quid temporibus, quid humanitati in utramque partem deberetur: semper præsentia futuris destinans, & administrationem imperii vsu posteritatis, & firmitate reipublicæ metiens, Arcana simulationum animo valde prompto, sine anxietate perplexaque mœstitia, & sustinuit, & expeditiuit. Emisarios inter instrumenta prudentiæ potius, quam dominationis habuit: videns ipsorum oculis, sed vt sua acie corrigeret, quidquid hebetudinis inerat; neque auribus alienis vtens aliter, quam vt iudicium sibi in omnia liberum reseruaret. Sacra regni, & regis utilitatis mysteria suo vnus arbitrio moderanda ratus, neminem eius disciplinæ magistrum agnouit, ministrum autem ne tum quidem semper admisit, cum admittere videretur. ipse etiam non auide nec insatiabiliter tam secreto pignori incubauit, sed comiter & amice se applicuit. Animi altitudinem summa fortuna dignam, sine arrogancia, atque ideo sine inuidia, splendide simul & ciuilitate exercuit: longe dissimilis eorum, qui partem auctoritatis credunt alienis bonis obtrektare, aut suspitionum irarumque semina quasi temere sparsa è triuiu colligere.

Felici.

Felicitatem, divinitus sibi adiunctam, reuerenter habuit: & quam sensu eius, vel ad prouidenda vel ad suscipienda rerum magnarum consilia quodam modo incitabatur, semper tamen cauti rationibus quam actioribus Euentui litandum duxit. Vim Romanam maluit è longinquo ostentare, consiliis externa moliens; quæ armis sæpe mouentur magis, quam emendantur. Famæ magnitudinem, quam inter præcipua imperii instrumenta, noua quadam arte hic Princeps disposuit, nunquam rectius augeti iudicauit, quam si prospectum esset, ne quid ex ea minueretur. Non subtraxit tamen præsentiam suam necessitatibus Reipublicæ: adiit prouincias, ordinauit res incompositas; contumaciter parentibus maiestatem imperatoriam opposuit: visu audituque iuxta uenerabilis. Ingenua suorum in numero habuit; quæ unicuique procerum consilia, proposita, spes forent, uelut ex abdito speculatus, quin etiam fata cuiusque præsentiscere, certe coniectandi felicitate plerumque assequi, & diuinare credebatur. Per hæc atque talia factum est, ut exemplum uirtutis imperatoris, & specimen politici actus non aliunde, quam ab Augusto in posterum peteretur. dum prudentissimus quisque Principum non sine grati ratione iudicaret, eam fato successoribus regulam, id specimen datum; cuius imitatio inter pignora imperii & felicitatis publicæ omnia haberi deberet. Nec errauit opinio, licet altiori iudicio non satis erudita. quippe Deus artem imperandi in Augusto, quem tanti conditorem imperii destinauerat, supra modum uisitatum uoluit eminere.

XXX. In cetera uitæ consuetudine, naturali quodam bono sensus communis præcelluit. hinc illa ciuiliū studiorum affectuumque notitia, & humanitas, ac morum in seria & remissionis æquabilitas. Qui minus capiunt hanc naturæ bonitatem, infra priuatos tantum læres concludendum esse, quidquid est id ciuilibus officii existimant: Principum conditionem diuersam esse, nec melius sustineri, quam si à communi humani moris formula estimatur. Et profecto, fortuna regni plerumque extinguit hunc affectum etiam in animis bene præparatis: paucosque reperias, qui ex auctoritate sui loci, & humanitate ciuilibus moris eam personam sustineant. Augustum hic quoque natura & industria melioribus consiliis, nec parum imperio profuturis, imbuuit: ut misceret ci-

uem^a

uem Principi, patrem rectori, amicum domino. Familiam magna disciplinæ industria rexit: quippe qui ad decus Principalis fortunæ pertinere arbitrareretur, ne quid negligenter, aut indecore in Palatio ageretur. sed non effugit tamen domesticarum calamitatum ludibria. Nam *vt valida*, inquit Tacitus, *dino Augusto in Rempublicam fortuna; ita domi improspera fuit, ob impudicitiam filia, ac nepris, quæ vrbe depulit, adulterosque earum fuga aut morte puniuit.* mansit tamen hic quoque inconcussus, quidquid cum fortuna publica cohererebat. Matrimonia enim illa curis imperii alte innexerat, generosque non tam sibi quam imperio quæsiuerat, fuerunt tractata consilia, quanquam fœda illa tempestas, quæ ex domo eius eruperat, contextui tanti operis minari videretur. De cetero, nescio an errauerit, qui dixerit: Augusto publicarum virtutum præmium, in publica fortuna; priuatarum libidinum (nam hæc ei perpetua labes hæsit) pœnam in domestica infamia fuisse. Inuenti sane sunt, qui specie obsequii aulici excusando in præsens obtegerent, posteritatis autem censure amplius prostituerent, eam morum fœditatem, sed dum alienæ famæ consulere cupiunt, suam macularunt. Quid de Liuiadicemus? Initium ei matrimonio flagitiis dominationis quæsitum; cetera satis speciosa videntur. probauit mores fœminæ, æstimauit sollertiam, non aspernatus est consilia. Et certe, quam supra sexus sui modum virilibus & ciuilibus curis præstitit Liuiam, non citra honorem singularis exempli proditum ab historicis reperimus. sed tanti Principis auctoritas maior videbatur, quam quæ muliebri præsidio ad regendam Remp. indigeret. itaque sermonibus materiem præbuit indulgentia mariti, qui vxoris ambitionem publicis intentam intra obsequii limites parum coerceret, & personarum eius assertionibus facilem nimis aurem accommodaret. hinc, ipsius Principis domum & genpinum Cæsarum sanguinem nouercalibus artibus peti, Remp. publicam fœminæ ambitu premi, non obscure homines querebantur. Accesserunt suspensiones aliarum, circa ipsam Augusti mortem, de quibus ad Tacitum aliquid diximus. Hic sufficere, ista, exceptentium rito, deliballe.

* * *

IN C. SVETONII TRANQVILLI TIBERIVM CÆSAREM

Dissertatio Politica.

I.

Non recedemus à nostro instituto etiam in hoc Imperatore enarrando: quippe potissima actus vitæque publicæ momenta persequentibus, multa, quæ sunt alterius annotationis, prætereunda sunt. In aditu tamen ipso nonnihil cum Suetonio subsistemus, & memorabilem quam de patricia Claudiorum gente posuit, notam delibabimus.

II. Certum est nobilissimam hanc gentem fuisse, siue spectemus familiarum amplitudinem, siue affinitatum nexus, siue factorum in Rep. titulos. Scilicet magnis Rebus publicis Imperiisque, nobiles familiæ divinitus destinantur, vel ad ornatum, vel ad præsidium. Quapropter inter publici splendoris elogia, nunquam non fulserunt illustrium familiarum nomina; quibus quin plurimum debeatur, nulla est Reip. forma, quæ diffiteri audeat. Quippe in Regno præcipuum regnantis decus & præsidium censentur generosæ & illustres domus: adeo ut nunquam à Tyranni vel nota vel suspitione se liberaturus sit, qui hæc Regni sui sidera extincta cupit. Iam in optimatum Regimine, primum quasi fulcrum, imo vnicum quodammodo munimentum nobilitati debetur: à qua nimirum totus ille status suam vim ac indolem ipsamque nomen mutuatur. In populari quidem Imperio plerumque iniquior æstimatio illustriores familias excipit; è prava multitudinis opinione, quasi libertati plebis nihil æque aduersetur aut obtrectet, quam generis prærogatiua, & honor sanguinis. At si reputemus gesta temporum, memorialque veteres excutiamus, satis constabit, libertatem populi nobilium familiarum humeris per sæpe suauiter innixam viguisse: cum vix à contemptu se vindicare possit, eâ Respubl., quæ aliqua nobilitatis luce plebeiam multitudinem, non temperat aut illustrat.

III. Verum ut in tota aliqua Republica, diuersi hominum mores sunt, nec omnia ex præscripto ciuili virtutis geruntur: ita illustrium familiarum, vt magna & publice decora nomina præfulgent; ita insignes quoque labe, obsecrantur. Claudiam gentem de qua loquimur, *Suetonium* exempli loco proponit. repetitis ex utroque meritorum genere insignioribus documentis. Solet enim ipsa nobilitas nonnullis incitamento esse ad licentiam & ea vitia, quæ etiam si ingenium suggereret, humilior tamen fortuna fortasse coërceret.

Cap. II.

IV. Habent hæc familiæ suas periodos & vicissitudines: nascuntur, crescunt, efflorescunt, vigent, valent; rursus subsistunt incrementa, obscuratur splendor, infirmantur opes, aut etiam subuertuntur. Neque certius vicini interitus indicium est, quam vbi gens aliqua diu nobilis, tandem velut effœta & decrepita desinit suas vires exercere, suos fructus parere, sua merita propagare. Et sunt tamen, quamuis pauciora exempla, vbi collapsæ gentis virtus honosque longo post tempore, tanquam ex alia origine denuo emergit ac instauratur. Claudia familia omnis fastigii & honoris apicem in Tiberio consecuta est: quanquam is iam in familiam Cæsarium transferat. Sed hæc ipsa in familiam Cæsaream insertio, ad gentis Claudiæ felicitatem haud dubie referenda est. Sicut in aliis etiam orbis terrarum Regnis, videmus ex illustribus familiis, tanquam ex seminario omnis dignitatis, Reges & Principes prodire.

V. Illud singulare est huic familiæ Claudiæ, quod *Suetonius* noster annotat; *Claudios omnes optimates assertoresque vnicos dignitatis ac potentia patriciorum semper fuisse, atque aduersum plebem violentos ac contumaces.* Ita aliis quoque familiis certas quædam ingenii morumque notas quodammodo proprias fuisse, abunde docet historia. Cum præsertim in omni hominum genere quædam voluntatum & studiorum circa Imperii formas dissimilitudo animaduerta ur: Vt alii quidem vnus Imperio sponte faueant; aliorum natura optimatum potestati accommodatior sit; nonnullos popularis libertas vnice afficiat. Sed redimus ad Claudiolorum aristocraticam indolem. Quæ si sincera est, eximiam laudem meretur in ea ciuitate; vbi Imperium optimatibus cum populo commune est; Remque, vbi iura populi salutari optimatum autoritate temperantur.

tantur. Sed & Regibus utile est illud generosæ mentis studium, quod dignitatem sui ordinis omni cura & arte tuetur. Verum raro tam temperanter habetur hæc ingenii altitudo, ut status publici dignitatem ante priuatum decus ponat. Hinc tot obices *legi Regie* positos elatione nobilium, passim legimus. Quo factum est, ut, cum periculum sibi inde existere viderent Reges, vnde præsidium sperauerant, tandem pro lege politica Regni esse cœperit, exuberantem nobilitatis potentiam & ferociam ad modum redigere. Illi ipsi Claudii, si paucos excipimus, non tam patrum maiestatem, cura Reipublicæ; quam suas opes, studio factionum contentionumque & odio plebis tuebantur. Dum auctoritati studebant, superbe: dum grauitatem affectabant, pertinaciter pleraque agebant. Ex utroque vitio nascitur hypothesis tyrannica, & oligarchica, pro diuersitate temporum & negotiorum. Quid ea de re amplius, & publico respectu sentiendum sit, alibi notauimus.

VI. Certe in Tiberij nostri ingenio (de quo ante omnia hic agendum est) etiam ante principatum suspecta fuit illa *infirma* *Claudia familiae superbia*; quæ in Principatu magis magisque se exeruit, & cum læuitia in tyrannidem conspirauit. Atque si quis descriptionem ingenij Tiberiani à *Dione* singulari diligentia adornatam consideret, reperiet omnia illa calliditatis, arrogantia, tristitia, obscuritatis, suspicionis indicia, quæ concinnatam ex omni genere tyrannidis diritatem asseuerant, sicut alibi fusius à nobis declaratum est. *Sauam ac lentam naturam* vocat Suetonius, explicans illud Theodori Gadarei dictum, quo Tiberium subinde appellauit *πυλὸν ἄμαθι πρὸς οὐρανόν*, siue *lutum sanguine maceratum*. Augustus *acerbitatem & intolerantiam diritatemque morum*, itidem notabili dicto expresserat, cum Populum Romanum *subtam lentis maxillis* incubantis *Ἰνμολόβου* tyranni periturum miseraretur. Notatur in his omnibus lenta quædam læuitia & animus irarum semina alte recondens ac subinde reuoluens, qui que non tam uti vindicta, quam frui & pasci desiderat: quem affectum partim excitant, partim iuuant inciuilibus elatio animi, pertinacia, morositas, & cetera quæ prædiximus.

VII. Nos, ut distinctius cognoscatur, quomodo personam suam in vita publica egerit Tiberius, sequemur partitionem à Tacito suppeditatam. *Annali sexti sine. Morum*, inquit, *tempora illi di-*

Annor. 3.
ad cap. 4.
lib. 1. A. T. 1.
ois.

Tac. l. 1. A. 4.

lib. 57. pr.

Cap. 11. lib.
1. Ann. Tac.
Cap. LVII.

Cap. 2. I.
Cap. XXXI.

uerfa: egregium vita famaue, quoad priuatum vel in imperiū sub Augusto fuit: occultum ac subdolum fingendū virtutibus, donec Germanicum ac Drusus superfuere. Idem inter bona malaue mixtus, insolumi matre: instabilis: auaritia, sed obrectū libidinibus, dum. Seianum dilexit timuitue: postremo in scelera simul ac dedecora prorupit, postquam remoto pudore ac metu, sua tantum ingenio utebatur.

VIII. Egregius vita famaue dicitur, quoad priuatum, vel in imperiū sub Augusto fuit. Causa sequitur, quia nondum suo ingenio utebatur. Nam ingenia hominum multis inuoluuntur simulacris, prout fortuna aut tempus viuendi legem laxat vel adstringit. Hinc de Caligula quoque non vere minus quam eleganter iactatum est: *nec seruum meliorem ullum, nec deteriozem dominum fuisse.* Nam, dum seruebatur, alienum ingenium impetiumque sequebatur: ubi dominari cepit, in suum immigrauit ingenium. Accessit, quod Tiberio non leuis stimulus fuit ad occultandam animi diritatem ipsa ambitio & cupido dominandi. Nam qui eo affectu tenetur, ille summo plerumque studio anmicitur, quo dignus videatur magnis honoribus & dignitatibus. Nèque tamen ita potuit celare suum ingenium, quin subinde multa iudicia auaritia, quanquam premebantur, erumperent: Quippe prudentibus mos est, non externa specie actuque, sed altiore ingenii coniectura, homines discernere. At vulgus simulata & ficta à veris parum distinguit, famæque alimentum ex opinione sua incuriose dispensat. Hinc simulatoribus & dissimulatoribus spes ex vanitate vulgi: quam dispar euentus consequitur, prout placet fortunæ in rebus humanis ludere.

IX. Tiberio inter præcipuas curas fuit militia enitescere. Quippe satis gnarus erat, in tanto imperio fastigium aulicam neque parari, neque teneri splendidius posse, quam celebritate facinorum bellicorum, in quibus Principes præcipuam securitatis publicæ partem reponunt. Nec se fellit eum opinio. Nam Augustus militatæ eius virtutem tantopere æstimauit, vt non modo magnifice eam prædicaret, sed etiam imperio dignam ad extremum iudicaret: Res bello gestas, labores expeditionum, disciplinam castrorum, singularemque in regenda militia industriam, Suetonius breuiter, ut solet, sed notanter exequitur. Nam magnifica Vellej prædicatio, suspecta poterat videri, studio obsequij erga Tiberium, sub quo vixit: nisi communi scriptorum calculo approbaretur.

X. Ar-

Suet. Calig.
cap. 10.

Tit. 1. 4.

Cap. XXI:

Cap. 16. 17.
18. 19.

X. Ardua tamen quaestio est, an propterea Augustus re-
 &e iudicauerit, si *perpensis Tiberij vitia virtutibusque, potiores duxit vir-* Cap. XXI.
utes, atque adeo eum Germanico praetulit? Quae fuerint homi-
 num suspiciones, quae iudicia, non tacuit Tranquillus noster,
 & aliquoties monuit *Tacitum*: Augustum, cum deliberaret, de
 Germanico rei Romanae imponendo, precibus vxoris evictum,
 Tiberium praetulisse: Suetonius tamen alienior est ab hac opi-
 nione, & Augusti consilium ab altioribus & publicis rationi-
 bus repetit. Quarum sententiarum quae sit conciliatio, alibi
 fusius à nobis declaratum est: Pro Suetonio valde pugnat ea ipsa
 auctoritas & gloria rei militaris, qua Tiberius praecellebat: Quip-
 pe Augustus metuebat, ne successor suus, à tot gentibus passim
 in rebellionem pronis sperneretur: & quoniam imperij, quod ipse
 fundauit, praecipuum robur in armis erat, quaerendus videbatur
 Princeps, qui & Romanis exercitibus experientia belli esset vene-
 rabilis (nam miles non facile aestimat, nisi militarem virum) &
 hostibus eodem nomine formidabilis. Forte & firmitatem impe-
 rio maiorem ominabatur, si vtriusque virtutes, Tiberij quidem
 ut Principis, Germanici autem ut idonei principalium curarum
 adiutoris ad gerendam Rempublicam adiuuarentur. Nam si
 Germanicum successorem nominasset, futurum erat, ut is Tiberio
 non adiutore, sed aemulo & aduersario vteretur. Unde Germanici
 securitas; Tiberij principatu quasi paciscenda fuit: Talia ferme
 sunt; quae Augusto in mentem venisse, cum de hac re deliberaret,
 verisimile est. Sed nimirum consilia hominum etiam prudentissi-
 morum, non possunt semper vel prouidere vel praecauere ea, qui-
 bus prouidendis praecauendisque destinantur: Sic quoque non
 potuit satiari animus Tiberij, quin Germanicum ab omni spe com-
 mercioque imperij, parricidiali scelere deiceret, munimentumq;
 sui Principatus vnicum crederet, si istud munimentum, quod Au-
 gustus ei commendauerat, destrueret: Finge, & hoc in cogitatio-
 nibus Augusti fuisse. at ex diuerso obstabant alia quae diximus.
 Quis est ille, qui aliquid expeditae rationis, in negotio inexplicabili
 demonstrare potest? Scilicet hic ad fatum deducimur, vbi
 consilia humana deficiunt: quae saepe prosperiora essent, si matu-
 rius de fato cogitarent.

XI. Progrediendum est ad ipsum Tiberij principatum: cuius

G. 3,

qua-

1 A. 3. C. 10.
item 4. 57.

Enarras. c.
10. lib. 1. An-
nal. sub fin.

quatuor intervalla constituit supra Tacitus. Primo enim *occultum ac subdolum fingendū virtutibus fuisse* illud tempus notat, quo Germanicus & Drusus superfuere: deinde *inter bonis malaque mixtum* agnoscit Principem, incolumi matre Livia: tertio *exuisse quidem larvam* ait, post matris mortem, sed non proflus: *latuisse enim adhuc libidines*, licet luxuria grassaretur, superstite Seiano: deniq; *cuncta senectia simul ac libidinum dedecora prorupisse*, i. e. totum Tiberij ingenium, tam studiose antea, tam diu obtectum, patuisse. *Suetonius & ipse primum simulationem fingendis virtutibus studiosam* indicat; deinde mixtas bonis malisque Principatus actiones insinuat: *tandem* quomodo cuncta simul vitia male diu dissimulata profuderit, declarat. Ex quo intelligitur totum Tiberij Principatum ferme perpetuis simulationibus plenum esse. *Nullam enim aquē Tiberius, ut rebatur, ex virtutibus suis quam dissimulationem diligebat*, inquit Tacitus. Qui Auctor nobis hic sapius nominandus erit, quia diligentissime illas ambages Tiberianas & arcana simulationum detexit & explicavit.

XII. In primo statim ad Principatum aditu, quanquam successio ipsi constituta ab Augusto & munita erat; quanquam *vim C. XXIV. & speciem domus rationis*, i. e. stationem militum adsumerat, quanquam literas ad exercitus tanquam Princeps miserat, omniaq; auxilij symbola & præsidia strenue complexus erat: tamen apparatus immo Accisimi genere, multis precibus infimisque obtestationibus cogi voluit scil. à senatu ad capeffendam Rempublicam. In cuius ludi ambages alibi introspeximus: possuntque compendii loco hic esse, quæ Suetonius noster ea de re commemorat. De cetero quoniam simulationum politicarum, totiusque artificij illius quod in scena aulica tanto histrionalis studij ambitu adornatur, architectus & magister vnicus habetur Tiberius; operæ pretium forte fuerit, illorum sophismatum fontes, velut in transcurso, delibare; ut de hoc Principe & Principatu aliquid certi plenique iudicij tandem possimus formare.

XIII. Ante omnia autem præcipuum Tiberij consilium siue ceterorum consiliorum finis & ratio ultima notari debet. Ea nihil est aliud quam *vis & licentia Principatus*. Spectabat, inquam, infinitam & liberam potestatem, siue *dominationem sine fine*, quam alibi vocat Tacitus: qua adepta securum sponte erat, ut vi dominationis

tionis

Annot. ad
cap. 1. & 11.
ib. 1. A. Tac.
Cap. XXIV.
& XXV.

4. Histor. c. 8.

stationis conuelleretur, siue licentia regni corrumperetur. Si modo is dici potest corrumpi, cuius ingenium in omnia mala primum, supremam illam potestatem tanquam instrumentum suarum libidinum optat & usurpat. Adhanc ergo consiliorum mentem ut perueniret Tiberius, per gradus quosdam sibi emittendum existimauit: quos variis artibus struxit sibi ipse, ut mox videbimus, & composuit. Inter primas tamen curas & consilia, *primarij consilij dissimulatio* fuit. Ut ex Principatu dominationem Tyrannicam facere, & in ipsa tyrannide in omnia præcipitia Rempublicam perducere posset, dissimillimi propositi species publice adornanda fuit. Ad ergo summa ope egit, ut libertatem ciuium amare; & virtutibus bonisque artibus studere videretur: quorum illud effecturum erat, ut nihil minus quam prærupta dominatio timeretur; hoc, ut omnia bona in spe haberent ciues sub Principe virtutis studio. Ita nec infanda ambitio eius, nec intestabilis scruicitia: ac libido in suspicionem veniebat.

XIV. Maximus ab initio *civilitatis iactator*, paulo minus quam priuatum egit: suo arbitrio nihil aut pauca agebat, minima quæque ad cognitionem senatus vocabat: Senatorum libertatem non ferebat modo sed provocabat; in appellandis venerandisque singulis & vniuersis prope vltra modum humanitatis demissus *dominos* appellauit, quos apud animum suum tanquam *homines ad seruitutem paratos* natoque detestabatur. Denique plurima exstant & facta eius & dicta perciuilia & ad dissimulandam imperij potestatem speciose adornata. Adeo ut si quis velit compendio discere, quænam sint simulacra Imperij Aristocratici, & Democratici, Tiberius vnus pro exemplo esse queat Principis, qui & optimatibus & populo omnia tribuere, eosque non modo in partem imperij, sed in summam vocare videretur. Sed hæc *speciosa verba, re inania aut subdola erant: quantoque maiore libertatis imagine tegebantur, tanto erupitura ad insensum seruitium.*

XV. Neque plus veritatis ac fidei in ceteris actionibus fuit, quibus virtutum variarum imaginem adumbrabat. Recusauit sane honores; illustria nomina, statuas; templa: sed nimirum suberat conscientia quæ facile homini tam profunde cogitanti suggerere potuit; quo plus honorum in immerentem congereretur, eo maiorem infamiam apud posteros fore ex memoria & detestatio-

ne fa-

C. XXVI.
Dio l. 57.C. XXIX.
Tac. 3. A. 65.

Tac. 1. A. 81.

C. XXVI.

- Tac. 4. A.* ne facinorum. Nam quæ saxo struuntur & opere, si iudicium posterorum in odium vertit, pro sepulchris spernuntur: Neque titulis propagatur fama, sed meritis. Ita institutum cordi habuit Tiberius: sed ut jurisdictione sua libertatē magis magisque euerteret. Morum quoque disciplinam magno studio visus est complecti: sed ut specie gravissimas ac morum corrigendorum nature sua posset obtemperare, multaque sæpe & atrociter fallitare. Ostentavit & magnitudinem animi, foris domique. Hinc, cum Adgandestrius Cattorum Princeps, mortem Arminij seque petcussorem offerret, respondit Tiberius: non fraude neque occultis: sed palam & armatum populum Romanum hostes suos vicisci. Magnifica oratio, sed ad famam composita. Quis enim est ille, qui hostem non sustinet veneno aggredi? Scilicet Tiberius, qui Germanicum filium adoptivum veneno sustulit; qui nutum Agrippinam omni acerbis genere diuexatam ad mortē compulit; qui nepotes fame necavit. Nunc in hoste tam religiose seruat iura belli. Domi etiam contemptor sermonum & rumorum haberi voluit, adeo ut nec famosa de se ac suis carmina, neque convitia hominum curaret, iactans subinde; in civitate libera, linguam mentemque liberam esse debere. Sed ubi fuit hæc animi altitudo, cum minima quoque verba pro ingenti crimine acciperet, suppliciiisque ultimis puniret? Dabo tibi liberalitatis exemplum, sed ut memineras de Tiberio nos loqui, in quo nihil sinceræ solidæque virtutis, sed omnia infida, omnia simulata. Dicemus verbis Plinij qualis fuerit plerumque Tiberiana liberalitas: Scilicet flagitiorum sibi conscius ab insectatione eorum auerteret famam, atque ut tristes hominum maestosque sermones lætiore materia detineret. Ita culpas suas, ita crudelitatem solebat tedimere, nec aliam benefaciendi habebat causam, quam ut quæ male fecerat, impune fecisset. Non decipiet ergo te, comis illa & ad indulgentissimi Principis specimen formata vox, qua præsidibus suis onerandas tributo provincias suadentibus rescripsit: Boni pastoris esse, tondere pecus non deglubere. Hæc enim ille dicit qui paulo post conuerso ad rapinas animo nemini quicquam securum aut immune sinet. Sic ceterarum quoque rerum, quibus virtutum aliqua species inesse videbatur, æstimatio facienda est. Nobis enim ad singula egredi, pro ratione instituti non est necesse.

XVI. Deceptis ad hunc modum plurimorum animis, vici-
nus

nus impedimenti fuit ad consiliorum prauorum finem, de quo supra diximus, grassanti. Interim occulta quasi falce carpebat reliquias libertatis publicæ, & quicquid dominationi parum congruere videbatur, labefactabat. Notauimus ad vitam Augusti, id legis regie commentum fuisse, vt vni cederet, quicquid in ceteris emine- ret. Sed Augustus regias artes à tyrannicis discreuit, neque sidera Reip. extingui, sed à se splendorem mutuari voluit. Ita Senatam, ita viros auctoritate, gloria, meritis eminentes, sibi & sub se Reipublicæ vindicauit. Quare multa amoris & venerationis, erga illustres artes & clara domi forisque merita ostendit documenta. At Tiberius diuites, promtos, egregiis artibus aut publica fama eminentes suspectabat: Ex optimis periculum sibi metuēbat: itaq, ab honoribus & dignitatibus eos submouebat, etiam si in speciem videretur eos fouere. Vfus enim est eo colore, vt mandauerit quibusdam provincias, quos egredi vrbe non erat passurus: cum interim manente officii titulo, etiam delegaret plurima, assidueque illi per legatos & adutores, suos exequenda curarent. Neque vero satiari solet suspicione, dominantis animus: à suspicione in odia, ab odiis in cædes ibatur. & præsto erant artifices vtriusque mali & ministri, delatores.

XVII. Hoc est illud genus hominum publico exitio re- peritum, qui confectis varie criminationibus & occultis libellis sœuitiæ Principis adrepentes, clarissimo cuique periculum & perniciem creabant. Hos tanquam grassatores & latrones circum illustres domos mittebat, vt facta cuiusque ac diicta specularentur, indeque ac- cufationum occasiones & semina colligerent. Atque hæc omnia obtentu iudiciorum legumque fiebant. Cum primis autem maxi- ma sœuendi materies è crimine maiestatis qua sita est. Vt demete- ret Tiberius quicquid erat in orbe Romano eminentium capitum, vt reliquias generosi sanguinis suæ dominationi immolaret, vt ere- ctos & ingenuos parumque seruiles hominum spiritus deprimeret ac contunderet, speciosissimo maiestatis nomine omne nocendi artificium prætexuit. Neque sane indecorum acroama videatur, illud Tiberiani Principatus fatale carmen: *Suprema Imperii Princi- patuq, Romani lex sit, exercere legem maiestatis.* Venerabile ab antiquo nomen iudiciorum maiestatis: sed aliatum in cognitionem venie- bant. Hic nouo more sanctissimum nomen tyrannicæ libidinis ser- uiebat,

H

uiebat,

1. A. 13, 1.

1. A. 80, 4.

Andid.

Suet. Tib.

L. XII 1.

A. A. 30, 5.

1. A. 74, 2.

1. A. 72, 5.

S. 1. 9.

Suet. LVIII.

uebat, vt maiestatis postularentur, quicumque minimo facto dictone dignitatem Principis defuncti aut viuentis violasse viderentur. Et quanquam ab initio Tiberius ipse mira arte speciem intercedentis, & hanc seueritatem abnuentis præberet, tamen hoc calumniæ genus in immensum processit, vt leuissima quæque capitalla forent, *Omniūq; accusationum complementum* crimen maiestatis fieret. Certe non sub Domitiano demum, sed iam sub Tiberio, crimen maiestatis sæpe *singulare & vnicum crimen eorum fuit, qui crimine vocabant*, vt cum Panegyrista hoc dicamus.

Tacit. 3. A.
38, 1.

Plin. P. d.
neg. 42.

XVIII. Nec poterat deesse talia concupiscenti Principi au-

licorum & senatorum adulatio. Hi conquisitis vndecunque elogiis extollebant maiestatem imperantium; magnificisque vocabulis importune iactabant: Principes instat Deorum esse, itaq; impietatem in eos quamcunque vltimis exemplis vindicandam. Sacra Regni contumacium exitio sancienda esse. Hæc cura si omietatur, Reipublicæ mysteria prodi, profanari pignora securitatis publicæ. Priuatas iniurias ignoscendo sæpe sanari: in Principem commissa non nisi exemplis pœnarum expiari. Quippe non vnius hominis, sed Reipublicæ negotium agi: cuius omnis incolumitas securitate Principis contineatur. Et quod amplius Patriæ in eo subsidium, quam spem relinqui, qui semel vltimi sceleris furore imbutus, inutilem ad quasunque virtutes animum fecerit? Minimis hic restendum esse, ne maxima in præceps eant. Primum impietatis gradum esse, negligentiam obsequii: hinc ad obliquas cogitationes; ab his ad temeritatem verborum: à verbis ad gladios perueniri. Itaque omnem hic circa principia medicinam consistere: quam frustra requiras, vbi malum cunctando inualuit. Hæc & talia venenandis Principum auribus nata ingerebantur: & erat ipse Princeps sponte audius dominandi læuendique, & qui magistris dominationis non egeret.

Dio 57.

XIX. Gnarus utique erat melioris prudentiæ, & vel Augu-

sti exemplo didicerat, maiestatem non augeri terrore, & malis artibus, sed amplificari benignitate & virtute: poterantque ei loco consilii esse, quæ mater eius Liuia Augusto in re simili persuaserat. non enim firma sunt imperii vincula, quæ seruitutem ciuibus consciscunt: sed quæ sub libertatis vmbra & ciuilibus æquabilitate iuris, subditorum animos ligant. Qui si generosi sint, hoc ipsum in

Ap. Dion. 55
& Sen. 1. 68
Clem. 9.

decus

decus imperii subsidiumque valebit, ut quam optimis utamur cibibus. Bello similis est status, non imperio, ubi cum virtute civium, cum præclaris virorum illustrium artibus invidia Principis committitur. Quæ cum similibus quo minus attenderet Tiberius aut admitteret, horrenda ingenii prauitas, & licentiæ dulcedo quam penitus hauserat animo, effecerunt.

XX. De ultimis eius temporibus, ne opus quidem est ut dicamus. nisi quod generatim ita iubemus æstimare faciem tam immanis Principatus, ut quicquid fœditissimarum libidinum, quicquid sæuissimarum acerbissimarum animo concipi potest, illa hic omnia semel confluisse existimentur. Qualia per species quodammodo partitur Suetonius: & multa cum detestatione commemorat Tacitus. Ac monstrosas quidem libidines eius æterno silentio damnare satius est. Sæuitia etiam hinc existimari potest, quod nullus à pœna hominum cessauit dies, ne religiosus quidem & sacer; quod non ætas non sexus miserationem attulit; quod ne propinquus quidem aut amicus assistere, illacrymare aut visere saltem occisos dabatur; quod *sortu humana commercium* inaudito tyrannidis exemplo interceptum est. à Cap. LXI. Tac. 6. A. 19

XXI. Inter tot tamque immania facinora, duo tamen ipsi erant instrumenta nequitiae, quibus deterrima quæque aliquo colore & specie non absurda indueret. Primum fuit *sermonis artificium; partim magnifici, partim ambigui*. *Calabas enim Tiberius artem, qua verba expendere; tam validus sensibus, aut consulto ambiguus*. Hinc siue in Senatu loqueretur, siue per epistolas & edicta ageret, ubi que *specimina fauorabilis orationis, sententia in speciem verbis adornata, consilia speciosa verbis, orationes meditato temperamento & arte habitæ, obseruantur*. Ita turpissimarum rerum mysteria honestissimæ præscriptionis inuolucro tegebantur. *Securitas imperii, & decus; libertas populi, Senatus auctoritas, publicæ honestas, publicæ opes, publicæ felicitas, cum similibus audiebantur: his tam auspiciatis vocabulis prætexi mala dominationis, ne queri quidem poterant, quibus vna in eorum cura, ne aliter intelligere viderentur illa è Principe oracula, quam ut dicebantur*. Alterum subsidium fuit, *inani quidam color iurii; quem rectius artificiosum genus calumniæ dixeris*. En tibi exemplum è Suetonio & Tacito. Virgines more tradito nefas erat strangulari. at Tiberius volebat filiam Seiani triumphali supplicio afficere. Itaque vitari Tac. 2. A. 37. 1. A. 43. 2. A. 81. c. 3. A. 12. 47. Cap. LXI. 5. A. 9.

vitiari prius iussit à carnifico, deinde strangulari: scilicet vt crudelitas horrenda etiam ludibrio cumularetur. Et iam ante hoc tempus simile dederat specimen Tyrannus, in causa Libonis: cuius seruus per tormenta aduersus dominum interrogare voluit: at obstabat vetus Senatusconsultum, quo quæstio in caput domini prohibebatur. Ergo callidus & noui iurii repertor Tiberius mancipari singulos actori publico iubet: scilicet, vt in Libonem ex seruo saluo Senatusconsulto quæreretur. Hoc est nouum illud ius, cuius machinator non alius potuit esse quam Tyrannus, cui inter primas regnandi leges est omnis iuris euersio.

Tac. 2. A. 30

4 A. 19.

4 A. 37. 4.

Suer. Ca-
lig 25.Herodian.
4, 5. adde
not. p. 429.
Spartian.
in Carac-
all. 8.

XXII. Adferemus aliam partem tam horribilis iuris in exemplorum fraude, qua Tiberius ita utebatur vt scelera nuper reperta prisca verbis exemplisq; obtegeret. Hinc etiam Augusti præsertim nomen quasi solenne operum consiliorumque Tiberianorum & quæ-
ma fuit. Dum enim omnia Augusti dicta factaque vice legis se obseruare diceret, sæpe optimis eius factis, ad tegenda suorum facinorum pessima abusus est. Quamquam eo impudentiæ processum est in hoc genere, vt exempla palam deformia, sceleribus defendendis solo facti titulo aut similitudine accommodarentur. Scilicet huius Politicæ genio Caligula stimulatus, rapta aliena vxore, publice edixit; matrimonium sibi repertum exemplo Romuli & Augusti: & postea Caracallus, interfecto per vltimum scelus fratre Geta, Romuli patricidio, tanquam præcipuo causæ præsidio, vsus est. Vt iam frustra Papinianus aliquis difficultatem talis defensionis causaretur, quasi non tam facile excusaretur parricidium, quam patrorum. Nam quicquid vitis iura scientibus & amantibus arduum aut impossibile in talibus videtur, id noui illius iuris magistri facile expediunt: quibus pro mysterio & compendio ciuilibus scientiæ est, omnia Principum facta & consilia, neglecta iuris honestique regula, solis exemplorum & euentuum nominibus vel instruere, vel excusare. Res hodiequæ vsitatissima, etiam in exemplis paganorum iudicio & historicorum detestatione damnatis.

XXIII. Talibus vitiis Tiberius, primum quidem lento crudelitatis genere, ad postremum quasi vno & subito ictu rem Romanam afflixit. Princeps singularis ingenii fatique, vt prædiximus: cuius tota vita, non communibus exemplorum locis comprehendi, sed proprio quodam obseruationis genere signari debet.

Pro-

Profunda viro solertia, & abditorum ac latentium mira quædam diuinatio; sed anxia, & inconsultando perplexa, quæque ipsa sibi nunquam satisfaceret. Hinc morosi tristitia iudicii, & suspicionum labyrinthus, in mille se ambages sinuans. Poterant ista durum & intolerandum reddere talis viri conuictum, etiam si priuatus, etiam si bonæ voluntatis fuisset. at licentia infinitæ potestatis, elicit & armarit immanitatem naturæ in omnia præcipitia, quanquam suspensio subinde gradu, ituram. Mixtus enim audaciæ timor, indolis malignitatem mæstis curis asperabat simul & implicabat, igitur dum luctantur secum affectus dissimiles, crescit propositi diritas, vel reuoluendis vel recondendis, imo & fingendis offensis: donec aucta denique etumpat ac tempestatis ritu defœuat. Nam hunc habebant exitum iræ atroces, & insanabiles, sed obscuræ, & in abdito pectoris repositæ. Morum actionumque non aliam habebat regulam, quam infinitam dominationem. Hoc vnum sibi insatiabiliter parandum vindicandumque censebat. Quare sub Principe regnandi tam auido; vt inuisa libertas; ita periculosa erat adulatio: illa enim, detrectari maiestatem; hac exprobari sæuitiam, interpretabatur. Idem circa honores labor, siue gestos siue omisos. Pone supremam gerendis honoribus legem; decus & vtilitatem Principis. hanc ita cupiet obrinere vir bonus, si de Republica, mandatum gerat dignitatem. At ea non discreta modo; sed diuisa nomina sunt; vbi vnus libido; præsertim tot inuolucris celata, neque cum Republica neque cum suo ipsa voto concordat. Ergo abstinendum sibi honoribus, & ab inertia præsidium mutuandum multo illustres viri iudicabant. Quæ res eos frustra habuit: nam ita prodebant metum ex Principe; qui quanquam omnia faciebat, vt, metueretur; metuendus tamen videri nolebat: Paucissimis solertia sua, & fortuna iter medium patefecit, quo inter deforme obsequium, & tenacem dignitatis actum, ad publici decoris metam incolumes peruenere.

XXIV. Dissimulationes huius Principis, id est, præcipuum regnandi, vt rebatur, instrumentum, eo spectabant, vt velut in tenebris positus ipse, alios intectos & in luce collocatos, occultus arbiter obseruaret. Cuius instituti adeo tenax fuit, vt non securitatem modo suo Principatui, sed decus inde cuperet conciliare. Et apud externos quidem fama potius tueri magnitudinem, quam vi;

non tam inter artes, quam in parte necessitatis deniq; erat. Quamuis enim felix bello haberetur, tamen ætatē ingrauescentem armis implicare non audebat. possis quoq; id factum credere, conscientia alieni auspicii, sub quo priora militiæ decora adeptus erat; siue etiam reuerentia fortunæ, cuius munera tueri, quam amplificare, nonnunquam satius est. sed interior causa continetur arcano dominationis; quæ periclitabatur domi, si bellum foris vel detineret Imperatorem, vel casibus aut rumoribus exponeret. Euocabatur sæpius periculo imperii, consilio prudentum, sermonibus vulgatis immotum illi erat, ex arce dominationis, vt sic loquar, pedem non effert. accurata tamen simulatione omnia itineris subsidia & instrumenta conquisiuit, vt iam iam iturum non vulgus modo, sed sapientes quos crederent. Ita tum Callipidis personam gessit, mox Proteus futurus, vbi tempus moneret. Induit certè hunc vultum, cum Maroboduum velut serpentem abstrusam terræ suorum consiliorum medicamentis coëgit egredi. Amicitiam ei & præsidium in opibus Romanis ostentabat: *Si luberet in Italia subsistere, honoratam sedem, & omnia pro habitu prioris fortune dari; sin alio eum animo & noua vrilitas vocaret, liberum manere abeundi arbitrium.* in hæc data fides & accepta est. Frustra. nam Tiberius, cuius magnitudinem & arma formidabat, eum simulatione fidei destruxit, sicut ipse apud Tacitum fatetur, imo gloriatur; quippe cui pro iure regni esset, flagitiorum scelerumque laruis sacras fidei vestes obducere.

XXV. In his ipsis tamen simulationibus, quarum vnicus artifex sibi videbatur, animaduerti nonnulla queunt instituto tali parum conuenientia: quibus & sibi & aliis molestus fuit. Quoties enim, quæ expedita planaue via melius processura erant, studio omnia dissimulandi inuoluit, & per miras ambages circumduxit? Rursus, quæ natura & indole negotii, non poterant non manifesta esse, vanis coloribus obtegentem riferunt aliqui, aliqui auersati sunt. Simulatio cessat esse simulatio, vbi apparet simulandi propositum. In quo sæpe deprehensus est Tiberius, dum inter assiduas sui occultationes, speciem hominis se occultantis non satis vitauit. Neq; ignorauit sane, vim præcipuam suæ artis in eo versari, si non intelligeretur; sed vitio ingenii morose negotia tractantis factum est, vt minus animose aut promte suas artes expediret. Quem nature næuum dum nescio qua minuta industria & pusillis adminiculis

emca-

Tac. 1 A. 47
Sueton.
XXXVIII.

Vellei. 2, 129
Tac. 2 A. 63.

emendare nititur, vltro auget, & operis ipse sui rationes confundit. Fallor an & suspitionibus minus timide deditus fuisset, si maiorem sui ingenii fiduciam habuisset. Extant Principum valde suspicacium exempla: sed qui à se suisque artibus animose præsidia petentes, neminem ita metuebant, quin cessuram suæ prudentiæ fortunæque alienam astutiam confiderent. Qui hac fiducia carent, eorum consilia & actiones, quamcunque induant profundæ subtilitatis speciem, dignitatem tamen Principatus vix sustinent aut attingunt: Quod in Tiberio satis clare perstringit Tranquillus: vt

Cap. L XV.

& cetera, quibus tam curiosus famæ Princeps, omnem penitus auctoritatem prostituit: & domi, vulgando sua prœbra; & foris,

Cap. LXVI.

dum magno dedecore imperii ac discrimine, rapi occuparique prouincias neglexit. adeo vt monstri simile videretur, eum, qui antea tam insatiabili studio incubuerat imperio, Reipublicæ curam profusus abiicisse.

Cap. XLI.

XXVI. Potueramus inter ea, quæ posuimus, etiam illud cum Tacito mirari in tam callido Principe, quod *obscurus aduersum alios, vni Seiano incautum se in tectumq;* præbuit: à quo pæne imperio est deiectus. Quæ res, quia historiæ Tiberianæ non exiguam partem facit, animaduersionem nostram non debet præterire. Hic est ille Seianus, qui à modicis initiis ad summam in aula Tiberii potentiam euectus, & militi prætorio impositus, cum obnoxium sibi in omnia Principem deuinxisset, ipsius dominationis rapiendæ consilia cepit: quæ prope ab exitu aberant, cum in caput auctoris funestam sceleris mercedem fortuna regressit. Hic, inquam, est ille SEIANVS, cuius vocabulo, tanquam sollenni in hunc diem exemplo vtantur, quicumq; *minorum dominantium flagitia, & præpotentium aulicorum casu* iudicio volunt aut stilo signare. De hoc Tacitus grauissime sentit, quod malum fatale fuerit rei Romanæ, cuius pari exitio viginti ceciditq;. Scilicet vt tempestas, sterilitas & cetera naturæ mala puniendis hominibus diuinitus destinantur: sic ingenta & facinora eorum, qui indubitam sibi Reipublicæ arbitriū indicant, inter calamitates sæculi & aduersa imperiorum numerare fas est. In Seiano hoc eo fuit apertus, quod non vitâ modo eius Rempublicam afflixit, sed ipsa mors ex qua tot malis remedium sperari debuerat, noua strage priores misérias cumulauit: ducto hinc nouo scruendi principio & præcepto, sicut postea breuiter attingemus.

Vide Euent.
cel. Bar. &
Per. Mart.
Seianum.

XXVII.

XXVII. Ingenium viro pari arrogantia & audacia: in nimias spes, & propterea in quævis facinora promptum: sed compositi in modestiam mores, profundam animi cupidinem celabant. Obsequii aulici artes, siue labore opus esset, siue adulatione, iuxta *Vellet. 1. 127* expeditæ. Actû otiosis simillimus, vultu tranquillus, sermone cautus, magis tamen ministri fidelis, quam viri boni exprimebat imaginem; quem in omnia paratum, sine honesti discrimine, conficiendis rebus idoneum, ex confectis nihil sibi vindicatum dixisses. Sollertiam in decipiendis hominibus, quatenus natura non dederat nimiam, ambitio acuebat: neque sic tamen Tiberii artibus par fuisset, si maturius animum in hanc curam Princeps intendisset. Dignitatem eius, ab Augusto inchoatam, Tiberius in immensum prouexit; vel ob similitudinem morum, quod *Dio* tradit; vel ut esset, cuius ministerio ac fraudibus liberos Germanici circumueniret, nepotemque ad successionem imperii confirmaret; quæ *Cap. LV.* *Tranquilli* nostri sententia est. Et certe, si rationem bene subducimus, tali Principi talis congruebat adiutor & *Liborum socius*. nam hoc titulo eum solebat ornare. Sed causa honoris & largienti & accipienti improspera fuit. nam in scelerum ministeria adsumti, si occasio & potentia adsit, in se obsequii fructum transferunt, quem alii promiserant: paulo post obsequii male collocati, male mutati merces præsto est. hæc series factorum inter tyrannos & ministros tyrannidis: cuius nimio amore, vtrique in vicem pereunt aut periclitantur.

XXVIII. Fascinauit Seianus, ut cœpimus dicere, Tiberii animum, duabus potissimum rebus, simulata caritate in Principem, & inusitata obsequendi peritia. Arcessas exemplum licet, *Tac. 4. 2.* *ex villa Spelunca*. Cœnante ibi natiuo in specu Principe, complura & ingentia saxa fortuito superne delapsa sunt: elisisque ministrorum & consuiatarum quibusdam, cum ceteri fuga sibi confugerent, Seianus genu, vultuque & manibus super Cæsarem suspensus, obiectu corporis sui periculum tuinx sustinuit, talique habitu repertus est à militibus, qui subsidio venerant. Magnam ea res opinionem fidei & constantiæ de Seiano excitauit: tanquam hic solus tanto Principe dignus minister, solus aulici obsequii peritus, & periculorum pro Republica impavidus foret. Securus certe in cetera Princeps, etiam ea benigne interpretatus est, quæ manifestum

stam prauæ voluntatis significationem habebant. Quid enim ex
 eo timeri poterat, qui suam tam prompte iactaret vitam, quocumq;
 desideraret Principis salutem? Et congruebant ad hanc formam reli-
 quæ propitiandi Principes artes: quibus nihil magis quæsitum,
 quam ut voto domini, ministri sollertia, coniectura, sedulitas spon-
 te, & quasi quodam naturæ ductu videretur respondere. Norat
 cum primis ingenium Principis in præcipitia tyrannidis prouum:
 itaque causas dominandi, occasiones sæuendi, vndecumque con-
 quisitas in promptu habebat, obiecturus Principi talium auido, *Cap. LXL*
 quoties liberet. Norat Tiberii consuetudinem, & mirabiles cru-
 delitatis vias, per quas occultus solebat incedere; ita ut persuaderi
 & concitari cuperet in ea, quæ vel cupiebat flagrantissime, vel fir-
 mo proposito destinabat. ergo Seianus repertor facinorum modo
 inuisos Principi homines in liberiores sermones illiciebat, modo
 struebat crimina in infontes, aut forte oblata cupide arripiebat:
 magnaque asseueratione & graui supercilio apud Principis aures,
 causas & necessitatem vltionis dissertabat. Quin & semina fu-
 turi exitii in longum iecit, atque Tiberii animo inter fortuitos *Tac. 4. A.*
 sermones odia insinuauit, quæ recondere, & reuoluendo aucta *17. Cc.*
 promeret *1. A. 69. 6.*
4. A. 60. 6.

XXIX. Per hæc atq; talia intime Principi insinuatus, noua-
 rum rerum consilia & spes mature conceptas, atq; in dies auctas,
 omnis sui obsequii actusque legem fecit. Et quoniam de Principe
 sibi tantopere dedito minus sollicitus erat, ceterorum quoque ani-
 mos instituit fallere. Hinc est, quod initia satis modesta, & ad vti-
 litates publica, ut videbatur, prouiora legimus: dum *incipiente adhuc*
potentia, bonis consiliis noscere, atque adeo à sensu eius prauitatis,
 quam hauserat animo, hominum suspiciones auertere, volebat.
 Suberat & metus ex Druso: qui æmulatione & ira anxius, Seiani
 scelera primus suspectabat. sed hic metus non diu pro obice fuit.
 Ab hoc enim capite ordiendam sibi facinorum seriem ratus, vxo-
 rem Drusi adulterio primum pellicit, mox in necem viri veneno
 patrândam impellit. Testantur annales *Dionis,* cum plerisque illu-
 stribus feminis adulterii consuetudinem Seiano fuisse; ut per eas
 maritorum secreta exquireret, eorumque consilia vel impediret
 vel suis rebus accommodaret. Sublato Druso, proxima sceleris
 I moli-

Tac. 4. A.
71.

In excerptis.
Coniunctis.
porphyrog.

Tac. 4. A. 11. molitio in Germanici, liberos, ferebatur, quorum non dubia post Drusum successio erat. His per granissimas acerbitates diuexatis & cum matre extinctis, omnes infelicis domus, amicos quasi vna strage peruertit: votique compos factus, cum nemo superesset eorum, quorum iura reuereri, aut conscientiam metuere cogeret, pleno gradu ad indebitum sibi fastigium contendit. Obseruauit Tacitus, ut est sollers in talibus animaduertendis, ipsa furoris interualla, per quæ homo intolerandus publicam & suam fortunam in præceps raptauit. Quia enim prima in tollendo Druso consilia prouenerant, *ferox scelerum*, nihil deinde illicitum, nihil suæ fortunæ imperium ratus, magna & multa quasi simul completi statuit: ne iis quidem abstinens, per quæ suum ipse scelus proditurus esset.

4. A. 12, 3. *nimia enim fortuna socors*, viz amplius rationem in consilium adhibendam duxit, postquam in audaciam & confidentiam omne arbitriū suæ spei transtulisset. Nulla iam nisi ex Seiano spes aut formidolius ianitoribus supplicari à viribus illustribus; huius congestus, quo durior erat, eo magis anxie ambiri: huius voluntas digne ope, omni arte, sed plerunque sceleribus quæri. vnus non iam adiutor, sed arbiter imperii, Tiberium, quod Historicus annotat, pro rectore insulæ, id est, pro larua Principis, non pro Principe habebat. Tam insanæ ambitioni si quid accedere potuit, accessit morte Liuiæ: quæ extrema flagitiorum interdum sufflaminabat.

4. A. 39, 1.

4. A. 68. C.

74.

Dio.

Tac. 5. A.

30. 20.

XXX. Tiberium interim multa poterant de imminente periculo admonere: sed dum pro se interpretatur hominis per tot obsequia æstimati auctoritatem, præcipua dominationis mysteria, quasi supina negligentia transmittit. Prætorianas cohortes magno consilio Augustus per urbem disperferat, ut præfectura militaris hac quoque ratione, minus ad res nouas valeret. At Tiberius, cui Augusti exempla pro lege & arte imperandi alias erant, non animaduertit, quid ageret Seianus, cum vna in castra conduxit milites, ut in ea sede, primum quodammodo gradum ad dominationem firmaret. Periculose augetur potestas magnarum dignitatum: præsertim autem magistratus militares, nisi modus iuris & imperii imponatur, facile contra suum auctorem intumescunt. Quod sicut in prouinciis satis prouide cauit, ita domi & à latere suo, non attendit Tiberius: prorsus ut videatur ei accidisse, quod nonnullorum

lorum oculis, qui longius sita acute cernentes, ad proxima he-
 bescunt. Plus vidit in altera molitione Seiani; qua is, petito
 Liviz matrimonio, arcana imperii impudentissime tentavit. Ita-
 que, quod meditato temperamento & speciosa oratione vota tam
 immodice optantis elusit Tiberius, recte & pro sapientia Principis
 factum agnoscimus: quod autem, in posterum acquieturâ hominis
 ambitionem, non speravit modo, sed secure credidit, in eo passus
 est iterum melioris consilii deliquium, neque constanter persecu-
 tus est quod bene cœperat. Acres habet stimulos, repulsam ma-
 gnæ rei passa ambitio; neque vnquam magis metuendus est, qui ni-
 mia cupit, nisi postquam frustra cupidinem suam detexit. Quam
 igitur suspectum debuit esse Tiberio, quod mox Seianus protulit
 commentum, de quiete & solitudine, procul vrbs strepitu, am-
 plectenda? Scilicet sub hoc titulo sternebatur Principi puluinar,
 vt in vtriusvis aurem quiesceret, munia imperii transmitteret, Se-
 ianum rempublicam relinqueret. Si enim exiret de imperio Cæsâr
 (ita proprie interpretati debemus illum secessum) in manu Seia-
 ni erant omnes ad Principem aditus, omne litterarum arbitrium,
 omnis negotiorum forma. non consulendi, non præcipiendi in-
 tegrali Principi facultas. Sed iam sua Tiberium prauitas confuderat;
 vt, dum variis rationibus se ac principatum sustentare cupit, de
 tuendis regni iucibus, quæ summa imperanti ratio esse debet, pa-
 rum cogitaret.

XXXI. Expergiscitur tamen velut è graui sopore tandem
 aliquando: omnemque vim consilii, tanquam extremo conatu, in
 caput Seiani, à quo tam diu delusus erat, experitur. Neque hic re-
 cessit à sua consuetudine, quin miris ambagibus omnia inuolueret:
 adeo, vt *Tranquillo* nostro pæne ludibrium debeat. *Seianum*, inquit,
res nouas molientem, quamuis manifestè criminis, *vix tandem, & astu*
magis ac dolo, quam Principali auctoritate subuertis. Desiderat Histo-
 ricus maturationem negotii, cui nihil tam inimicum solet esse,
 quam mora: itemque grauitatem in agendo. Quanquam enim in
 opprimendis conspiratis & insidiatoribus non frequenter modo,
 sed vtiliter adhibeantur fraudes, & occultæ ambages, nimiam ta-
 men Tiberii formidinem satis arguunt, quæ sequuntur in narratio-
 ne Suetoniana. Miscenda enim erat prouidæ sollicitudini, auctori-

Dio. 58:

tas quædam præsertim in litteris ad Senatum. Sed repetamus breuiter seriem euerfionis, qua Seianus concidit. Conuerterat se iam tota Respublica in unum hunc hominem; eaque apud bonos necessitas, apud malos adulatio vocabatur: cum Tiberius in ipso amittendi imperii præcipitio positus repentino pauore cohorrui, planeque præcipitandum se vidit, nisi præcipitaret eum, quem in sui fastigii apicem admouerat. Nec de consilio dubitatum; sed effectus consilii in arduo: corruptis & in Seianum versis aulicorum & ministrorum circa Tiberium animis. hinc pridem arcana Principis Seiano enuntiata; Seiani scelera Principi dissimulata: nec alia interior periculi Principalis causa. Consideratis omnibus, denique huc flexit Tiberius, ut ornamenta honorum; tanquam in destinatam morti victimam, cumlarentur: publiceque primum monstraretur magnitudo indebita, deinde subuerteretur. Ita sub diuerso vultu, multis potentia & gratia imaginibus adornata, placido tutoque gradu ad latus eius se applicuit Vindicta, quem exitio destinauerat. Scribuntur litteræ ad Senatum, ad populum, laudes Seiani liberalissima prædicatione complexæ: nihil magis in optatis Principi esse, quam ut adiutorem onerum Principalium, socium curarum, Seianum suum, honoribus & præmiis ex merito coleret. inuisitatis virtutibus nouam quæri mercedem oportere interesse Reipublicæ, ne tanti viri præstantiam minus quam par est videatur æstimasse. His cognitis, certatim Seiano decernuntur ea, per quæ Principi æquaretur. Statuas Tiberio Seianoque posuerunt: litteras Tiberio Seianoque inscripserunt: thesas Tiberio Seianoque duxerunt: Coss. Tiberium Seianumque in quinquennium creauerunt: sacra ut Tiberio, ita Seiano (ne qua prærogatiua Principi superesset) instituerunt.

XXXII. Cum ergo iam ut participem imperii, ut collegam Principatus, Seianum non inuitum homines vario quidem affectu, sed pari cultu venerarentur: Tiberius noua arte tentandos animos ratus, spem Seiano & metum, ceteris dubiam futuri expectationem iniicit, & consilia utrorumque confundit. Modo suam valetudinem, & propinquum vitæ finem; modo instauratas vires, & reditum in urbem per litteras Senatui ostendit: & Seiano: nunc laudes in Seianum, nunc probra conscribens. Ex

amicis.

amicis eius alii honoribus atollebantur iudicio Principis, alii multabantur. His ambagibus in errorem ductus Seianus, ne quid moueret, primum spe, mox infirmitate retentus est: dum fortunam, de qua delibere, amisit. Quippe voluntatis publicæ magna iam facta erat commutatio: cunctis à flagranti adulatione in euentum intentis, quem fortuna, sicut litteræ Principis portendebant, moliretur. Nèc diu pependit in ambiguo hominum expectatio: cœpit paulatim remoueri velum, dum Tiberius Caium Caligulam sacerdotio, non sine honore verborum ornat, vltroque spem successionis, quam Seianus pridem animo deuorauerat, iuueni ostentat. Accesserunt alia: quod inimicus quidam Seiani, in ius vocatus, à Principe absoluitur: quod Seiani nomen, absque solita titularum commendatione, in epistola ad Senatum ponitur: quod edicto præcipitur ne cui hominum sacra fierent; ne quid in Senatu de honoribus Principis referretur. Intellexerunt omnes, Seiani ambitionem peti, qui deorum honoribus, nouisque quotidie & amplissimis decretis coleretur. Detracto enim Principis nomine, in cuius communionem Seianum ascuerat adulatio publica, facile patuit, hominem priuatum supra Principis nomen attolli nefas esse. Concitassent hæc Seianum ad aliquid audendum, nisi versis in Caligulam totius populi studiis, exitum rei desperasset. Et occupauerat mentem stupor, ex quo difficulter se colligunt; quos fortuna sibi vni credere coëgit. Itaque ruinam suam non nisi lapsus sensit.

XXXIII. Interim Tiberius cognita voluntatum studio-rumque permutatione, non differendam Seiani necem arbitratu, ministrum cædis deligit Macronem quendam, innutritum aulae ambagibus hominem, & in omne facinus promptum. Quem cum præfecturâ prætorii demandata sibi obligasset, instructum litteris consiliisque arcanis Romam dimittit. Noctu illuc peruenit Macro, adscitaque in conscientiam rei altero è Consulibus Memmio Regulo, vt Senatus postidie in ædem Apollinis vocaretur, vt vigilans nocturni (quorum præfectus Laco, & ipse secreto adhibitus est) præsidii causa curiam circumstarent, inter se constituant. Orta luce palatium ingressus Macro cum in Seianum incidisset, nescio quid mali ominantem ex non datis ad se à Tiberio

litteris, extemporali dolo, remotis arbitris, *Bonum animum habet*, inquit, *Seiane: ego tribunitiâ tibi potestatem fero*. Id summi fastigii complementum auide amplexus Seianus (nam disperferat paulo ante de hac re rumorem Princeps, quo incautum magis percelleret) cum tripudio in curiam insiluit. At Macro militibus Prætorianis, qui tum circa Seianum & curiam præsto erant, spera præmiorum, à Principe, seque præfectum ostentans, ut in castra abirent, litteras Principis pro concione mox audituri, compulit. Quibus digressis, vigiles nocturni cum præfecto Lacone curiæ circumfusi, ne quid turbarum existeret, cauere iubentur. Macro ingressus, Senatui litteras Principis tradit, & antequam exlegerentur, in castra prætorianorum abit, ibique militares animos sibi & Principi firmat, omniaque ex sententia componit.

XXXIV. Leguntur interea in Senata litteræ Principis: in quibus longo perplexoque ambitu, continebantur primum diuersa quædam, deinde obliqua Seiani insectatio, tum sigillatim aliud, ac rursum aliud crimen; postremo ut duo ex amicis Seiani supplicio afficerentur, ipse in custodia haberetur. Tum vero subita rerum commutatio facta est: Seianum sedentem vna proximi deseruerunt; prætores & tribuni plebis circumsteterunt; Senatores conuictiis prosciderunt; magistratus cum Lacone præfecto in carcerem duxerunt. Incessit inter magna rerum verborumque ludibria, homo non sine inuidia paulo ante conspectus: quemque vnum omnes coluerant aut timuerant, ei tam amici iuxta atque inimici insultabant: illi, ne probare flagitia eius viderentur; hi, ut iniurias persequerentur, odiumque vindicta explerent. Interfecti corpus triduo habitum ludibrio, in Tiberim denique proiectum est. Hunc habuit exitum vitæ immoderati animi morisque, qui ingenio & fortuna non nisi ad ambitionem & scelera usus, documentum dedit aulicis, potentiam male quæsitam, male exercitam, non esse cuiquam diuturnam. Si enim dominantium flagitia, publice odium consequitur, quanta inuidiæ acerbitas manebit eos, qui se ita imperii alieni arbitros ingerunt, ut absque pudore & metu in omne maleficio vel audendo, vel suadendo auctores fiant? *Caveant multos, qui singulos non timent.* Multitudinis ira, ubi diu se querelis, lacrymis, patientia exercuit, tandem ritu torrentis pro-

prorumpit. Neque apud ipsum Principem manet gratia in publice inuisos: cum hæc natura scelerum sit, ut memoria eorum etiam eos molestia afficiat, qui iussere aut probauerunt. Primum sibi ad ruinam gradum struit, qui non reueretur conscientiam Principis: quam, si paulisper ministri calliditas prave monendo sefellit; Dei pro imperio vigilantis suggestio in meliora excitat. Quod si Princeps ipse in prava & aspera animum obfirmavit, nondum tamen securum se putabit, quisquis magister talium aut minister esse gaudet. Ecce Tiberius, ad quæ sponte ferebatur, maluit tanquam à consutore Seiano accipere: seduloque id egit, ut omnem suæ dominationis inuidiam in ministrum verteret. Eam rem Seianus primo impauide, ut instrumentum gratiæ apud Principem tenendæ, amplexus est: donec sub tanto publici odii onere labare, & tandem ruere cœpit. Nam, qui infamiam sibi talis ministerii semel consciuere, etiam ceterorum malorum, quibus alia origo, inuidiam excipiunt. Quale exemplum Tacitus in morte Drusi memorans, notabiliter adicit: quia *Seianus facinorum omnium repertor habebatur, ex nimia caritate in eum Casaris, & ceterorum in utrumque odio, quamuis fabulosa & immania credebantur.* Quæ alibi diximus de sacra Principum maiestate, quam nemo, priuatis cogitationibus impune attrectat, & cuius aduersum ministros dominantes certus vindex esse Deus solet; nolumus hic repetere,

XXXV. Seiani interitum, plerique ut malorum finem, ac cepere; Tiberius ut nouam occasionem scruit, amplexus est. Cui-cunq; cum Seiano amicitia aut notitia, cui-cunq; cum amicis Seiani aliquid necessitudinis erat, nullo discrimine, ut suspecti & facinoris socii in prædam & supplicia corripiebantur. Ac primum singuli peruertebantur: mox, tanquam efferata sanguine gustato bellua, sic irritatus supplicii Tiberius, tota agmina necari iussit. Quam stragem facunda miseratione Tacitus prosequitur. Securitati Principis consultum in eo, iactabant adulescentes. sed quæ securitas tyranno potest contingere? In quem publice tanta odii acerbitas coorta est, ut nemo iam esset, quin carnes Tiberii dentibus suis conceptas cuperet: domi autem, tam atroces conscientiæ cruciatus incubuerunt, ut neque otio neque negotio sedari

*Tac. 6 A. 6.
Suet. LXVII*

*Tac. 6 A. 50
Suet. Calig.
12.
Dio 55.*

dari posset, quin sui impositæ ne publice quidem dissimularet, quomodo facinora & flagitia sua ipsi tandem auctori in supplicium vertissent. Sic inter assidua scelera, & scelerum pœnas ad mortem processit; quæ & ipsa merces infestæ dominationis fuit: cum vix dubitetur, ereptum denique seni spiritum scelere Caligulæ & Macronis. Adeo in ipso limine fati positus, non effugit carnificem suum, carnifex Senatus Populique Romani. Hic tragediæ finis fuit: magno hominum applausu, acclamationibus, studiis celebratus. Neque enim tyrannos alia excipit laudatio funebri, quam detestationes, conuitia, probra: quibus iracunda & tum primum ex alto mœrore se erumpens populi lætitia, suas vires vicesque experitur. Sed parcite iam gaudio Romani: cuius breuem fructum in novos luctus mutabit, qui è disciplina Tiberii in Rempublicam immissus, exempla sui magistri, omni ope studebit superare.

IN C. CA-

IN SVETONII TRANQVILLI C. CÆSAREM CALIGVLAM

Dissertatio Politica.

I.



Aium Cæsarem Caligulam, vbi post Tiberium, in concilium deorum introducitur, in *Iuliani* satyra, omnes a uerso vultu abominati, iratæ Nemesi relinquunt: quæ Diris traditam immanem & inauspicatam belluam, ad inferos ablegauit. Equidem quod ille diis tribuit in fabula, vereri quodammodo subit in historia, quoties apud cordatos homines Caligulæ, Nerones, ceteteraque orbis terrarum propudia memoranda sunt. Vnde *Aurelius Victor*, *De Caligula*, inquit, *nescio an docuerit memoria prodi; nisi forte quia inuas de Principibus nosse omnia, vt improbi saltē fama metuta talia declinent.* Neque tamen hæc sola causa est tradendi tam probrosas narrationes, ne historię integritati, aut merito famæ (cuius in vtramque partem magna vis est) aliquid decedat: sed sunt aliæ grauiore civis scientiæ rationes, ac ipsius, quæ primam in iudicando de rebus normam subministrat, diuinæ prouidentię æstimationes, quibus admoneri possumus de ingenio humanæ militiæ, de vitiorum irritamentis in summa fortuna, de miseria seruitutis, de exitu tyrannidis, de horum omnium causis, quæque ad hanc formam plurima notatu memoratuque digna ex tam deformis, vt videtur, argumenti meditatione se offerunt. Igitur non debent nos abstertere infamia Caligulæ, Claudii, Neronis nomina, quo minus Suetonii nostri historiam ordine persequentes, disciplinæ ciuilibus occasionem sicut in Iulio, in Augusto, in Vespasiano aut Tito, ita in dissimillimis Principibus reperiamus. Magnum & multiplex est tyrannidis ingenium, variæ tyrannorum artes moresque: longeque aliter Tiberius aliquis Rempublicam premit, quam Caligula; longe alias nocendi vias Claudius quam Nero ingreditur: denique, etiam qui hos imitantur, pares sæpius, quam similes deprehenduntur. Hæc atque alia nunquam abfuerunt à consuetudine eruditæ obseruationis:

In Cæsaris.

Epitomæ.

K

cuius

cuius vsus in studio interioris prudentiæ valde præclarus animaduertitur.

I. Caligulam in Anualibus suis Tacitus quoque narrauerat: sed ea pars operis deperit, vt aliz plures. Memorabilis tamen accessio- nis & supplementi loco ad Dionem & Suetonium nostrum, referri possunt, quæ Iosephus & Philo, Iudæorum disertissimi, de hoc Principe tradiderunt. è quibus aliqua subinde mutuabimur. Sed ab initio est ordiendum. quod in Tranquillo nostro valde occurrit: magnificum; de Germanici virtutibus, & fati, multa ciuium, sociorum, hostium admiratione affectuque celebratis. Hic, si vitam produxisset, alter Augustus erat futurus: sed id quoque in fati heroici parte numeratur, quod in medio ætatis flore præmature exitu abreptus, vitam gloriose actam misere finierit. Quod & Alexandro Magno contigerat: cuius fati ad æquari eum videas apud Tacitum. Tanti viri filius fuit Caligula; optimi scilicet parentis pessima suboles; & generis vtrinq; nobilissimi perenne probum. Sic postea Vespasiani nomen Domitianus obscurauit. Sic sanctissimi Principis, Marci Antonini gloriam degener filius Commodus omni flagitiorum turpitudine fœdauit. Sic Septimum Seuerum dissimilima proles, ac parricidiale monstrum Bassianus excepit. vt non dubitet annotare Historicus, dum ea in oculis exempla habet; nomenem prope magnorum virorum, optimum & vtilem filium reliquisse: denique aut sine liberis eos interisse, aut sales habuisse, vt melius fuerit, de rebus humanis sine posteritate discedere.

III. Ingenium Caligulæ, vt ad hunc redæamus, seuum & probrosum Suetonius notat: id est, in omnia siue immanitatis siue turpitudinis flagitia pronum; adeoque poltuen- dæ perdendæque Reipublicæ natum, cuius notas paulo interius & sigillatim persequemur. Summa in homine audacia, sed par timiditas fuit: quod pessimum mixturæ genus est in moribus, præsertim vbi motu tam violento vterque affectus permutat, aut alternat, sæpe & confundit vices. Hic est ille suspectus ingenii character, è quo Mauritius Imperator, parricidam Phocam intellexit prius quam sensit. cum enim de Phocæ moribus, somnio monitus, inquireret, & Philippicus partim audacem, partim simidum iuuenem describeret, statim animaduertit Imperator, hanc latronis & homicidæ indolem significari. E qua & Tiberius aliquid hauserat sicut suo loco demonstra-

tum.

tum est. sed Caligulam vehementior impetus in præcipitia rapuit, ac ultra humani actus fidē efferavit. Tiberium hæsitando & cespitando; Caligulam ruendo lapsandoque in destinata contendere dixisses. Illius audaciam sæpius moderabatur metus, aut, effuso semel imperu, reuocabat: huius audacia metum pro stimulo habuit, quo propelleret scelera, & confunderet; non pro limite, quo interualla scelerum interiungeret. Nam hæc sola homini in omnia momenta mobili, duravit constantia, vt nihil quidem diu, sed omnia & semper male vellet, male ageret. De cetero in omnia fuit ei pro ratione impetus: siue ad capiendū aliquid ingens & incredibile se incitasset, siue ad patranda immania exarsisset. Denique tam confuse & præcipitanter suo ingenio utebatur, vt valetudini turbatae mentis pleraque adscriberent, qui actionis inordinatae præposteritatem, vt antiquis vocibus vtar, & sinisteritatem considerabant. Nec temere Prudentes statuunt, ipsis sceleribus inesse amentiam, tyrannosque facinorum consuetudine, & truci memoria male consultorum, ad furorem redigi & insaniam. Cui omnis Caligulae mos, omne studium, vel affectu, vel mobilitate, vel diuersitate mirifice congruebat. Quibus fauebat, ad insaniam vsque fauebat: quibus inuidebat, ad insaniam vsque inuidebat. Insana libido, insana avaritia, insana profusio, insana ambitio, & præsertim insana scuitia, in quam omnes ceterae labe desinebant: quamque omnis sui actus legem & complementum fecerat. Insana, inquam, in hoc monstro omnia, non solum ob corrupte in insaniam mentis vitium, sed etiam ob atrocitatem & inhumanam feritatem scelerum. Desunt enim vocabula, in notandis exemplis, supra modum & morem humanæ prauitatis euectis: nisi quis cum Philosophorum principe belluinam immanitatem & turpitudinem velit appellare, quidquid vilitatis flagitiorum elogiis comprehendi nequit.

IV. Et latuit tamen aliquantisper sub larua hæc humani generis perniciēs. Itaque Suetonius noster hunc librum ita partitus est, vt quædam quasi de Principe, reliqua vt de monstro tradentur. Sub Tiberio enim, metus naturam Caligulae, non minus trepidam quam audacem continuit, & ad seruilē vsque demissionem coërcuit. Ita, quo magis premebatur seruitute atrocitas, eo magis meditandæ tyrannidi incumbēbat. Maiore vi erumpunt in apertum, quæcunque inter angustias diutius sunt coërcita. Sed

C. LI.

Tac. 13. 4.

36.

Cap. 17.

C. XXXIV.

C. XXIV. C.

XXXVI.

C. XXXVIII.

C. XXXVII.

C. XXII.

C. XXVI.

Cap. XXII

nec principia imperii formidine plane vacabant. Quippe qui malis artibus summam rerum potiuntur, sollicitudinem non facile exuunt animo. hinc assimilata virtutum species in subsidium securitatis adhibetur: donec vi dominationis stabilita, ruptisque pudoris & metus vinculis, certius iam præsidium ex audacia petitur. quæ quidem non tam placare solet anxietatem animi diis hominibusque infesti, quam per gradus & præcipitia propellere, & conatu nunquam habituro exitum oppugnare. Verum, ut diritatem

Cap. XI. Tiberii Augustus, ita Caligulæ ferum ingenium Tiberius mature perspexerat, & dictis notabilibus denuntiauerat: *Serpentis* quoque imagine, & *Phaëtonis* comparatione imminentem humano orbi pestem designans. Extat quin etiam vox sagacissimi senis, qua forte orto de Sulla sermone, *omnia Sulla vitia & nullam eiusdem virtutem habiturum* prædixit Caligulam.

V. Nos, omissis ambagibus, quomodo cursum Solis conscenderit hic Phaëton, regimenque terrarum occupauerit, ante omnia expediemus. Licebit enim statim circa hæc primordia, diuinare de exitu & præmio imperii male suscepti, male administrati. Ad spem successionis paulatim admotus est necessitate magis, quam iudicio, deserta desolataque reliquis subsidiis aula; Seiano vero tunc suspecto, mox & oppresso, sicut prædiximus. Neque tamen aliter quam ut in spei partem admitteretur. Nam Tiberius testamento alteri è nepotibus Tiberio adhuc prætextato imperium reliquit; sicut clare *Dio* tradit. *Suetonius* coheredem Caio Tiberium illum datum memorat, communicato scilicet inter duos imperio. *Iosephus* diligentius rem in hunc modum exponit: Tiberium de successore constituendo sollicitum, captatis omnibus, futurorum fidem explorasse, cumque auspiciam, quod ipse delegerat, Caio successionem portenderet, Principem, inuitum quidem (quippe qui alteri nepoti Tiberio imperium destinasset) acquiescisse tamen in deorum, ut rebatur, voluntate: vocatumque Caium graui & benigna oratione monuisse: præstaret se memorem accepti beneficii, nepotemque eius Principis, cuius munus haberet imperium, fraterna caritate complecteretur, nec Principatum præcipuo subsidio spoliaret, aut patricidio diuinam Nemesein in suum caput vnquam prouocaret. Deliberationem Tiberii ambiguam, & hæsitationem etiam *Tacitus* exequitur: sed addit, fatigum Principem,

pem, cum incertus animi esset, *consilium cui imparē se videbat fato permisisse*: ita tamen ut ad Caium reip. arbitrium peruenturum factis prouideret. Possunt animaduertere qui volunt, egregium Iustitiae vindicis & vigilis exemplum. Ut Augusto in successore constituendo omnia essent perplexa, omnia periculosa, & praesertim, ut cogere tantus Princeps suum sanguinem posthabere, Tiberius potissimum effecerat. Nunc easdem artes, quibus ipse Augusti animum diuerse traxerat, à Caio sibi obiectas non magis eluctatur, quam Augustus eluctari poterat: eo insuper infelicioꝝ, quod priuatam domus necessitatem non eadem rationum publicarum honestas vel tegit vel excusat, & in sapientiam vertit.

VI. Ceterum Caligulae praecipuus salutis atque imperii auctor Macro fuit, quem deiecto Seiano praetoriis cohortibus praefectum memorauimus. Is cum ad summum in aula gradum aspiraret, Imperatorem nouum nulla re magis sibi deuincire potuit, quam si ipsum imperium, sui beneficii faceret. An vxor Macronis Ennia ad stuprum à Caio sollicitata, maritum huc impulerit, quod *Suetonius* videtur existimare; an vero Macro per se huius consilii certus, vltro immiserit iuueni pelliciendo, quod *Tacitus* annotat, parum ad rem facit, inter flagitiosos coniuges & sectorem imperii, Illud non ambigitur, matrimonium Caii Enniae promissum, addito iureiurando & chirographo: dum nihil pati aut facere turpiter abnuunt, Caius quidem ut dominationem adipisceretur, Macro ut dominantis gratia & fastigio aulae potiretur. Talibus ergo vinculis in mutuas spes innexi, Tiberii consilia interuertunt primo, mox vitam aggrediuntur, denique testamentum abrogant. Quippe Tiberius senex, cum nepoti suo valde metueret à Caio, aliquoties tollendi è medio Caii impetum cepit. sed retinuit eum ab incepto, assidua Macronis asseueratio: qui modestiam Caii & simplicitatem, & beneuolum in patrualem animum dilaudabat: confirmans fore, ut per Caium sane vel totum Principatum vel praecipuam imperii partem secure Tiberii nepos obtineret. Quomodo postea Macronis ope Tiberio maturatus sit exitus, dissertatione praecedente attigimus. Mortuo Tiberio, Caius testamentum eius per Macronem, idoneum scilicet interpretem, in Senatum misit. Et quoniam sicut antea cepimus dicere, testamento successio aliter destinaretur, Macronis tamen studio, qui consul

Cap. XII.

6. A. 45.

Philo in
Flaccum.

Dio 59.

les & senatorum plurimos Caio & sibi conciliauerat, irrita sit *Suprema* Principis voluntas, quasi iam imminuta per morbum mente in tabulas relata, Caioque ius arbitriumque omnium rerum permittitur. Notat *Dio* hoc loco exemplum fatalis iustitiæ in Tiberium: qui, abolito matris suæ testamento meruerat, vt nec ipse *Suprema* valerent.

Cap. XIV.
 VII. Quod si porrigere in sequentia eam obseruationem placet, easdem rerum vices parricidia Caii retulerint. Nam sicut Tiberius Germanicum à se ex commendatione Augusti adoptatum, successione pariter & vita expulerat: ita Caligula commendatum sibi Tiberii nepotem miserabiliter interemit. Denique sicut domum Augusti Tiberius, ita familiam Claudiam Caligula persecutus est. Sed redeamus ad Tiberium puerum: cui etiam in senatu multa magnifice in principio imperii Caius pollicebatur. interim animo prorsus constituerat, submouere eum, qui posset sermonibus hominum ac iudiciis, suoque iure æmulus destinari. Scilicet hæc perpetua tyrannorum cautio est, vt secutam sibi dominationis possessionem non credant, quamdiu aliquis superest ex iis, ad quos imperii societas, aut ius successionis, quocunque pacto pertinet. Igitur ne tenella quidem ætas miserationem attulit. mittitur tribunus, & milites, qui mori iuberent puerum: addito, ne quis conatum se interimentis adiuuaret. prorsus quasi nefas esset, Cæsarium sanguinem priuati cuiusquam manu violari. Nam id ludibrium, ex moribus & disciplina Tiberii, Caius suo sceleri prætulit. Denuntiantibus vltimam necessitatem ministris ceruicem præbuisse fertur puer; illisque abnuentibus eadem, sicamq; porrigentibus, interrogasse, ab imperitia ætatis, quoniam loco vulnus lethale adigendum esset? Ita, quod nunquam viderat, primum vltimumque crudelis disciplinæ specimen, in se exercuit. Hæc ideo statim præcepimus, vt de toto Principatu, rerumque, quæ insecutæ sunt, contextu facilius coniectura & iudicium, ex primordio rerum caperetur. Quid enim boni sperari potest de eo, qui hac via, his consiliis, atque propositis ad Rem publicam accedit?

Cap. XVII.
 VIII. Equidem quanta lætitia, quanta felicitatis publicæ spe & augurio, non Romæ modo, sed per prouincias fama nomi Principatus celebrata sit, vix exprimi verbis potest. Tantum scilicet

Nec poterat memoria optimi parentis; cuius virtutes & fata in si-
 lio renouatum iri omnes sperabant. Accessit pax & summa rerum *Philolegus*
 affluentia per terrarum orbem, quæ animos dulci omine boni *ad Cai.*
 Principatus implebat. *Incendebat. & ipse studia hominum omni genero* *Cap. XV. §*
popularitatis. Ostentabat erga necessitudines pietatem; circa iudi- *seq.*
cia grauitatem cum lenitate; in comitiis, studium libertatis; in or-
dinanda ciuitatis disciplina, honestatis publicæ intelligentiam; in
operibus & spectaculis, magnificentiam. Extant & eximia eius quæ-
dam, nec tali auctore digna. Quale est quod Histrix libertatem *Cap. XVI.*
restituit; magno schemate boni Principatus. Ea certe Principa-
lium curarum pars non postrema esse debet, vt rerum gestarum
memoria, pari libertate & industria ad posteros transmittatur.
Næque enim vlla Respublica, debitum vnice posteritati manus,
decore omiserit: sed nimirum altior est tam generosi consilii ratio,
quam vt expediri vbique, aut in animos demitti, denique ex ani-
mis publica tractantium facile dispensari possit. Instituit etiam
certamen Græcæ Latinæque facundix apud Lugdunum Gallix: *Cap. XX.*
non impromptus ipse ad perorandum, nec indilertus, si iactantia *Cap. LII B.*
& liuor abesset. Nec minus ad arioris propositi laudem accom- *Tac. 13. A.*
modatum est; quod virtutem & præclara aut memorabilia facta *3. 3.*
ex quauis occasione præmio dignatus, nullius non boni exem- *Cap. XVI.*
pli fautor videri voluit. Quæ res ad famam singularis indolis &
imperatorix virtutis artisque vel maxime insignis esset solet.

IX. Verum hæc inani colore in præsens adornata; pau-
 lo post in diuersissima omnia eruperunt. Notabant iam tum Pru- *Side Dionis*
 dentiores, popularitati Caligulæ; quæ Principatus sui exordia *59.*
 præstruxit; non rationem subesse, non curam Reipublicæ; in-
 escato in licentiam populo, & debilitatis ætarii viribus. Mox
 patuit immanitas indolis, cum ex populari Principe *μοναρχικῶ-*
τατος, vt *Diō* loquitur, factus, ne in eo quidem staret gradu, sed
 supra omne tyrannidis ingenium in monstrum & belluam de-
 scisceret. Magno consilio Augustus imperium singulare; no-
 mine & specie Principatus instituerat: ratus, id quod res erat,
 non solum tutius coalituram noui regiminis molem, si transmis-
 sis inanibus, vis imperii firmaretur; sed etiam futurum olim, vt
 supra regios titulos, & formam regni, Cæsarum potestās, tan-
 quam augustius aliquid æstimaretur; dum fortunam facile sequun-
 tur.

tur hominum iudicia, nec aliunde magis, quam ex amplitudine imperii, intelligitur maiestas imperantium. Suberant & alia rationes, quæ perite cogitantibus, & in Augusti tempora consiliaque introsipientibus possunt occurrere. At Caligula nihil pensi moderatique habens, dummodo superbiz suæ obsequeretur, diadema sumere tentavit. & quoniam id non processerat, diuinam sibi maiestatem asseruit, tanto fastu, tantaque crudelitate, ut nescias plus stultitiæ, an acerbitatis, ludus iste habuerit.

Cap. XXII.

X. Ita in ceteris, qui antea pius in suos videri voluit, patriicidiis contumeliisque in coniunctissimos grassatus est: qui liberalitatem ostentavit, exactioibus & rapinis deformibus pariter & infestis exhaustis Rempubicam: qui fautor omnium ordinum haberi concupiuit, ordines omnes hostili odio & vexatione persecutus est; qui historiæ & litterarum instauratorem se ferebat, eruditorum scripta & iuris scientiæ vsum abolere destinavit. Nam de sæuitia quid dicam? quæ inusitata, insatiabilis, multiplex, nec describi titulis, nec imaginibus concipi potest. Inter cuius instrumenta horribiles illi libelli, quorum alteri *Gladius*, alteri *Pugio* index, memorantur. vterque nomina inuisorum, suspectorum, denique neci destinatorum continebat: ne quis scilicet innocentium aut clarorum virorum sæuitiam tyranni effugeret. Itemq; ingens illa *arcas venenorum plena*; quæ post mortem eius reperta est. protus, quasi in exitium generis humani omnia mortium genera & ingenia voluisset conquirere. Eo enim furoris excessisse ad extremum compertus est, ut non populo Romano tantum, sed humano orbi vnâ ceruicem, vno quasi icu amputandam, optaret.

Cap. XLIX.

Infanda sunt, quæ attigimus: nam immorari talibus quid attinet? Illud sane non omiserim in transitu deplorare, quid exempla Caligulæ nondum ita sepulta sunt, ut nusquam inter secreta aularum *Pugiones* & *Gladij*, & *Venena* in vsum dominationis seposita reperiantur. Irreperit adulatio, adfunt malatum artium magistri: quibus omne in eo consilium, ut regias utilitates sui ingenii potius prauitate, & deterrinis exemplis, quam dignitate regni metiantur.

Cap. XXX.

XI. Inter immani Caii consilia, quæ mors abruptit, etiam translatio imperii fuit. *Siquidem proposueras, Antium, deinde Alexandriam commigrare, interempto primò vtriusque ordinis* (& senatorii & equestris) *electissimo quoque*. Atque eo spectabant farales libelli, & vene-

Cap. XLIX.

vene-

venena, de quibus dictum est. Fuit hoc propositum omnino tale, quod non dicam Principi, sed ne sano quidem homini poterat in mentem venire: præsertim rebus tam prosperis, & fortuna imperii tam benigne aspirante: cum ne minima quidem causa excogitari posset, cur sedis imperii quenquam pœniteret. Monet ea res, ut paulo altius repetentes memoriam antiquitatis, videamus, quid de talibus consiliis sentiendum sit. Anno V. C. trecentesimo quinquagesimo nono mota est prima actio, Veios transmigrandi. placuit multitudini captæ urbis opportunitas, cumque semel impetum eius consilii cepissent, varie rem destinabant urgebantque. Aduersus quæ ita tendebant optimates, ut morituros se citius dicerent in conspectu populi Romani, quam quicquam earum rerum rogaretur. Subinde post captam à Gallis Romam, Tribuni-
Lin. P. 24.
iam prætextum è vastata patria nacti, plebem prioris actionis nondum oblitam, in eadem vota incendunt, ut relictis ruinis in paratam urbem Veios transmigrarent. Ibi tum generosa mens Camilli, seruatæ iterum patriæ decus meruit. Is graui oratione ostendit, non deferendos esse Deos patrios, & sacra publica priuataque; non transferri posse pignora imperii & fortunam loci, non faciendam vim naturæ, quæ caritatem patriæ optimo cuique ingenerasset. Deorum hominumque iudicio electam esse urbi Dominæ sedem, qua nulla commodior; certum ex mutatione dedecus, & labem nunquam eluendam imminere. His tum ferme rationibus incussa plebi religio, stetitque domicilium imperij, quo loco fortuna primum constituit. Duobus exinde sæculis elapsis, post cladem Cannensem, nobiles quidam iuuenes duce Metello Romam
Lin. P. 49.
Esq.
Italiamque deferere destinauerant. Quod initium deferendæ patriæ si processisset, dubium non erat, quin vetera plebis consilia resuscitarentur. Igitur Scipio iuuenis, ex tempore capto consilio, stricto gladio Metellum ceterosque ex animi sententia in idem, quod suo exemplo præibat, iuramentum adegit, ne quis Reipubl. populi Romani desereret, neque alium ciuem Romanum deferere pateretur. Ex quibus omnibus patet, nobilissimos illos viros, qui mutari sedem imperii non sunt passi, tales mutationes flagitiosas, noxias, & ominosas iudicasse. Subesse aliquid in istis sententiis è superstitione auspiorum & cærimoniarum gentilium, non diffi-
Lin. XXI,
53.

tendum est. Sed tentabimus paulo post, an clarius & verius ista proponi queant. Nunc in historia pergemus.

XII. De Iulio Cæsare, iam rerum potito, peterebuerat fama, migraturum Alexandriam vel Ilium, translatis simul opibus imperii exhaustaque Italia delectibus, & procuratione urbis amicis permessa. Quod, si aliquid ex verò habuit, videtur Iulius Cæsar, Ilium quidem, vt Romanæ originis parentem; Alexandriam autem, ob celebritatem loci, & conditoris gloriam, nouo Principatui non parum opportunam, prætulisse. Conciuit autem is rumor tantum inuidiz in Cæsarem, vt inter causas cædis, id vulgo iactatum sit. Augustus postea, vt omnem huius propositi occasionem semel præcideret, Romam, vt sedem imperii, omni genere magnificentiz, celebritatis, religionis quodam modo consecrauit. Sed consilium tanti momenti, facile spreuit Caligula furore scelerum in præcipitia omnia pronus. Antoninus Caracallus & Geta, ob infidam regni societatem, partiri imperium conati sunt: vt alter quidem Romæ subsisteret, alter Antiochiam vel Alexandriam imperii sedem caperet. Facile intellectum est Prudentibus, quantum ista mutatio periculum, quantum dedecus haberet. itaque ceteris inuæstitiam defixis, ausa est Iulia mater, cum lacrymis & fletu, dissuadere indecoras Romano nomini molitiones. An & Alexandriæ Mammææ exemplum hac trahimus, cuius interfecti hunc titulum milites & Maximinus prætulerunt, quod de consilio matris deserto bello Germanico Orientem petere destinasset? Quasi uoluissent illi parricidæ idem dicere, quod de Alexandro Magno, cum ad Asiæ imperium potius iam animum adiicere, quam ad pristina Europæ regiam respicere uideretur, Hermolaus apud Curtium ausus est criminari: *Perfarum non Macedonum regem occidere uoluimus, & transfugam belli iure persequimur.*

Herodian.
1/3.

Lamprid. in
Alex. 63.
Capitolin.
in Maxim.
7.

Curt. VIII,
7. 12.

Notiæ ad
Herodian.
N. 3. p. 427.

XIII. De diuisione imperii à Constantino Magno facta & sede Imperii Constantinopoli constituta, iam alibi diximus. Qui modestissime de ea re & prudentissime loqui uolent, aliquid fatalis & occultioris dispositionis, quam vt plane explicari à nobis queat, hic cognoscent. Illud notari debet, Constantinum ita transfulisse imperium, vt vnum manere, & de iure populi Romani nihil imminui uideretur. Hinc prærogatiua veteri Romæ

see

seruata in multis, vt quasi è fonte imperii vero & antiquo-omnia manare viderentur. Sed hæc speciem magis, quam vim imperii referebant: satisque constat, paulatim, etiam Imperatorum studio votoque, Romanæ vrbs decus euiluisse, matreque posthabita, auctoritatis præcipuum in filiam transiuisse. Secuta est diuisio manifestior sub Honorio & Arcadio: quorum culpa demum bicipitem esse factam illam Romani imperii aquilam, veteque, vt nominibus, sic re ipsa diuisum in orientale & occidentale, imperium, sunt viri magni, qui idoneis rationibus ducti existimant. Eunt plerumque in diuersum Græcorum & Latinorum scriptorum iudicia: eaque eruditis hodieque disceptandi & dissentiendi causa: sed si euentu & ipso rerum cursu volumus interprete vti, quod in talibus fieri necesse est; nihil forte erit causæ, cur pro iure & decore veteris Romæ, nimium ac ultra rerum fidem & humani iudicii captum pugnemus, quoties de summa imperii & sede sermo est: nam de aliis, quæ cohærent quæstionibus, nunc non agimus. Ceperat impetum Constans Imperator Heraclii nepos, restituendi Vrbi dominæ antiquum decus, sedemque imperii Byzantio Romam referendi, quod diceret, *plus deberi honoris matribus, quam filiabus*: sed facile in vanum lapsa est molitio, nullo altiore consilio suscepta, neque prudenter administrata. Neque sane id iam tempuserat, vt coalita translata maiestatis sedes denouo moueretur.

G. I. Poff.
Th. genr.
111, 76.

Zonar.
tom. 3.

XIV, His ita in Prudentiorum arbitrio relictis, de re tota ita videmur posse cogitare: Sua imperiis domicilia, & regiminis sedes non forte destinari, nec absque numine; inde Prudentibus viris prouidendum, ne facile mutetur aut transferatur vel etiam diuidatur regia vnus imperii. Locis quoque venerationem acquiri, quæ prima nascenti imperio incunabula, quæ faustam crescenti stationem præbuere: firmiora esse dignitatis præsidia, quæ antiquitati superstruuntur; noua, iudiciis & rumoribus exposita facilius in sequiorem partem interpretando trahi. Cauto & moderato homini magis probari consilia, quorum auctoritas sua se visustentat, quam quibus auctore nouo opus est: cum præsertim auctoritatem rebus arduis præstare nemo possit. Tentari fortunam, quoties ad alta & noua eam trahimus potius, quam sequimur. Ne-

que semper eam rerum dominis potestatem esse, vt, cum imperium populi à populo accepere, modum & causam habendi imperit, quoties volunt, mutare queant. Interim incidere tempora, quibus plus fortuna, quam humanum consilium valet in ordinandis imperiorum rebus; multa bello mutari: denique transferri regnorum domicilia, vt nec sentias transferri, nisi cum translata sunt; nec audeas aspernari translationem, cum in nouas vires, & vultus, & titulos conualuit, igitur frustra profecto antiqua vocabula, & iura locorum iactari; quæ quin conuellantur tempore, intercidant casibus, negari nequit. Etiam quæ iniuste mutata sunt, iuste restitui non semper posse. Summam prudentiæ in eo versari, vt fortunam regnorum, quantum humana ope, & bonis rationibus fieri potest, retineamus in primæ sedē; postquam autem transiit, & de loco in locum ius suum transiit, non inquiremus nimium arcana Providentiæ, neque morose de umbra rei, amisso corpore, contendamus. Talia ferme sunt, quæ mihi super hac re in mentem venerunt. Eorum, qui plus vident, esto iudicium, an ad quæstiones controversas in hoc argumento accommodari queant, nec ne. Quippe copiosam rei tam arduæ explanationem, non capit hic scripturæ modus.

XV. Redeundum est ad Caligulam Suetoniū: in cuius aula quædam notatu non indigna obiter attingemus. Facta est enim mortis aulici sub hoc Principe non parua mutatio. Quippe veneratio domus Augustæ, iam sub ipso Augusto, inter artes & obsequia aulæ recepta, aulicorum studio & æmulatione celebrabatur. nec in colendo Tiberio quidquam omisit sollertium ingeniorum industria. Sed quoniam Augustus quidem, non minus ciuitatis quam grauitatis amator fuit; Tiberius autem, superbiam inuitam non vno artificio plerumque obtegere studuit: factum est, vt obsequii aulici formula ratione potius quam adulatione censeferi cuperet. At sub Caio in abrupta omnia itum est: securiorque iam adulatio nouitatis gratiam cupide caprauit. Hinc adorandi mos, ex Orientalibus institutis à L. Vitellio Romam traditus, de quo Tranquillus Nolter, *L. Vitellus*, inquit, *miri in adorando ingenii, primus C. Cæsarem adorari vt Deum instituit: cum venturus ex Syria non aliter adire ausus esset, quam capite velato, circumuertensque se,*
deinde

*Philo legat.
ad Cai.*

Vitell. 2.

deinde procumbens. Hæc adulandi sollicitia vitam homini Cæsaris itam merito conseruauit; mox fauorem etiam conciliauit, cum rogatus à Caio, an uidisset Lunam in complexu Cæsaris? (nam id gloriari solebat stultissime arrogans homo), respondit: *Atqui solus, Domine, vobis diis licet inuicem videre.* Poterat necessitas videri ab initio hæc adulatio; sed mox in exemplum iuit: prouectusque est eo insolentiæ Caius, vt manum tantum modo aut pedem adorandum, etiam senatoribus porrigeret, eoq; nomine sibi gratias agi in curia sineret. Repudiata insequentis tempore est adoratio à plerisque sanioribus Principibus (nam Domitianos & id genus monstra, quibus magna cum Caio similitudo est, nihil attinet referre) donec receptus plane ille mos venerandi Principis in aulam, à Diocletiano in successores transmissus est. Monuimus enim alibi, multa ex malis initiis orta, pro tempore & pro re in consilium transiuisse. id quod in moris aulici formula perpetuis exemplis animaduertitur. Translato sane in Orientem imperio, eo minus inuisa fuit ea *προσκύνησις*, quia antiquus Orientis mos eam vsurpabat. Nimirum tamen & seruile obsequii genus fuit, cum clarissimi quique viri ad oscula pedum denique detracti, non Imperatori modo, sed Augustæ etiam eum honorem cogerebantur habere.

*Procop. Ar-
can. histor.
lib. 7.*

XVI. Caligula igitur (nam de hoc cœpimus dicere) inescatus adulantium blanditiis, non potuit iam nisi adultores amare: & quidem scelestissimos atque contaminatissimos. Sicut enim arrogantia, adulatione; ita prauitas reliqua, ministriis scelerum, & peritiæ rerum turpium propitiabatur. Libet specimen eius rei adferre, vt intelligatur, Rempublicam non vnus ingenio, sed plurimum scelera æmulantium infamia vastatam esse. Vt enim quisque pessimus ac nefarius erat, ita in aula Caii plurimum potentia gratiaque florebat. Quo factum est, vt vilissima mancipia, & infimæ sortis homines, vt amici, vt adiutores Principis, soli honoribus ornarentur, soli gerendæ Reipublicæ adhiberentur. Ita Helicon ex scurra, Apelles ex tragædo & scorto consutores & amici Principis facti, scædissimarum rerum se auctores, ministros, æmulos præbuere. His accedebant aurigæ, gladiatores, aliaque id genus aulæ dehonestamenta, quibus se abutendum regendumque ita permisit Caius ac tradidit, vt non minus libidinibus ipsorum ser-

*Philo legat.
ad Cas.*

Die 59.

uire, quam suis flagitiis obsequia eorum accommodare videretur. *Andid.* Erat inter ceteros districtæ malitiæ homo, omnium Caio atrocium rerum minister, Protogenes: hic fatalibus illis libellis, quos supra *Pugionis & Gladii* nomen habuisse diximus, instructus, nobilissimum quemque ex amplissimo ordine, ipso aspectu, et sic dicam, venenabat, nutu exterrebat, voce occidebat. cuius rei horrendum exemplum *Dio* memorat.

XVII. Quid interim Macro præfectus Prætorii, præcipuum amicitia gradum in aula Caii iis rebus meritis, quas antea memorauimus? Quomodo is personam aulici sustinet? Non absurde profecto inter initia displicent ei, quibus Princeps suam ipse auctoritatem, & Principatus Romani maiestatem polluit: monet, rogat, docet, quæ indecora Cæsari, quæ aliena forent aut noxia. sperat libertatem suis consiliis, præfert fiduciam sermonibus, ex conscientia meriti, quo imperii auctor Caio extiterat. Sed quæ memoria esse beneficiorum potest in animo cunctis probris contaminato? Solenne est Principibus (ædum tyrannis) *odisse*, aut certe non amare eos, quibus obligati putantur. *Caium ergo* partim sua prauitas, partim animus licentia regni præceptis stimulauit, ut non monita, non consilia Macronis pati amplius, denique quamprimum exuere magistrum & pædagogum (nam ita interpretabatur libertatem Macronis) concupisceret. Nec mora, iubetur mori & ipse & vxor Ennia, structo insuper diuulgatoque lenocinii crimine. Hanc mercedem tulere coniuges, inter aulae ambages ad flagitia dominationis imbuti: quibus pro Caio quidem, magna fidei opinione, vti sunt, sed euentu parum prospero. Beneficiorum enim, etiam cum bene & apud bonos collocantur, incerta sæpe & fluxa gratia est: at qui malis artibus bene de hominibus malis mereri student, hoc assequuntur, ut meritorum gratiam stulte ambiuisse, & iuste perdidisse videantur. Notent Aulici maiores hæc exempla. Nimis frequens etiam hodie via, per obsequia & officia mali moris ac subtilium nequitiarum, ad gratiam & opes in aula sternitur: sed ubi progressus fueris ultra, vestigium non nisi in lubrico figes; & impellent te in casum, qui ministeriis tuis plurimum debere videbantur.

*Philo in
Flacc. Cle-
gat. ad Cai.*

Dio 59.

Cap. LVI.

XVIII. Grassantem denique Caium omni scelerum genere,

re; consecutus est exitus, qualis imperio funesto congruebat, cruentus & deformis: ceciditque multis confossa vulneribus publici odii victima; auctore facti Cassio Chærea, qui & suo priuatim nomine offensus Caio, etiam liberatæ decus patriæ ambiebat. Seriem rei nemo fufius exponit *Iosepho*: vnde repeti potest historia. Probatum est facinus conspiratorum & cædes Caii à senatu; & plerisque omnibus, qui bonorum ac prudentium visorum titulo à collaui plebis & militum distinguebantur. Sed de cæde quidem Principis pronunciare, tam est res nobis difficilis, quam illis videbatur facilis. Infederat animis opinio, quemuis tyrannum iure occidi posse: audiebantur Græcorum exempla; sonabant in auribus hominum, declamationes Rhetorum in tyrannos: iactabantur speciosa nomina publicæ libertatis, & generosæ seruitutisque inassuetæ mentis elogia: fingebantur denique iura, ut cuiusque animis consiliisque aptum erat. At verò prudentiæ genius cautiore se rationibus applicat, quæ fidem semel Principi datam, obtentu quocumque violare nefas ducunt; cum transmissa in vnum omnis potestas, nihil præter obsequendi necessitatem ciuibus relinquat. Mali præterea exempli semper visum, qualiscumque Principis, Principis tamen cæde, manus subditorum cruentari. Cassium & participes consilii obstringebat insuper Caio sacramentum militare, quo nihil astrictius aut sanctius: Ne dicam de priuatis odii caussis: absque quibus fuisset, nunquam forte publicæ utilitatis cura facinus tale susceptum esset. Quid, quod ipsa ratio agendi, etiamsi de proposito omnia in expedito forent, excusari nequit? Si populo, si senatui datum id est beneficii, senatu populoque auctore debuit res tanta suscepi. Frustra hic obiteres vota publica, & desideria liberationis, de quibus nemo dubitare potuerit. nam hæc ratiocinatio vaga & à tutiore ciuili actus formula plurimum aliena est. Quid si exceptione vltimæ publicique discriminis defenderetur factum? Tum forte pro populo, pro senatu aliquid diceres (si eorum mandato & voluntate res esset peracta; nondum pro Chærea & coniuratis: in quorum personas ius senatus populique nisi ab ipso S. P. Q. transferri non potuit. Quanquam etiam in tali casu, personæ tyranni parcendum, neque nisi de tyrannide coercenda cogitandum. At enim:

EXUITO.

exuto Principe & homine, Caligula pro monstro, certe pro hoste totius populi Romani se gessit, inquis? Sed de hoc iudicare, non erat Cassii & sociorum: multo minus statuere, quid faciendum tali Principe. Absque iure vlllo, nec absque pernicioso exemplo, interpretationem voluntatis ac iudicii publici, priuatus quisquam occupauerit. Hæc atque talia Christianis eo magis in hoc iudicandi genere obseruanda sunt, quo magis sacrae litteræ, auctoritatem Principum pro inuolabili extollunt, & obsequii fidem indissolubilem confirmant. Valde in animo meo est vox Dauidis: *Quis extendet manum suam aduersus vinctum Domini, & innocens erit? Obsequii autem vincula, quæ vel natura, vel mos & lex gentium sanxit, non laxat Euangelii doctrina in nouo federe, sed astringit, & suos discipulos imperii non moderati modo sed asperi quoque & duram quam patientissimos esse iubet, ut recte monet Theophylactum.* Omnia ergo diuersa sunt, si quæras; an Romani potuissent se ab imperio Cæsarum libertatem vindicare? &: an Cassius & percussores ceteri iuste Cæsum occiderint? Manebit eos vltio, de qua suo loco dicitur. Interim Caligula, tanquam fatale portentum prodigiumque Reipublicæ, dignum suo furore exitum consecutus, documentum infausi consilii esse potest iis, quibus persuasum est, *Nisi crudelitate imperium non teneri.* Sane cum prima ei ratio imperandi esset, in illo tragico, quod sæpe vsurpabat, *oderint dum mutant*: ipse sibi quodammodo vaticinatus est finem, qualem habuit. Audit ista & videt Iustitia vindex: quæ, sicut res humanas premit, sinit interdum tam acerba seruitute, ita spiramenta calamitatum aut leuamenta, extinctis oppres-

soribus, interponit.

* * *

IN

2. Sam. 26. 9

In epist. Roman. 13.

Capitolin. Maxim. 8.

Cap. XXX.

IN C. SVETONII TRANQVILLI CLAVDIVM CÆSAREM

Dissertatio Politica.

L

DEpulso ceruicibus publicis Cæio, varii quidem animo-
rum habitus, in communem tamen quendam liberta-
tis sensum congruere videbantur: dum aliqui finem
metuendi, quidam initium resumendæ libertatis, pes-
simus quisque, nouæ spei occasionem aduenisse existi-
mant. Cum primis autem Senatus, morte Principis summæ rei ar-
bitrium ad se deuolutum ratus, quanquam nonnulli pro vnius regi-
mine niterentur, & iam nouum Principem variè destinarent cir-
cumspicerentque, in assenda libertate consensus & aliquamdiu
perstitit: extimulatoribus & laudatoribus huius consilii percus-
soribus Cæii: qui & antea libertatis publicæ titulum suo facino-
ri prætuleraut, nec in posterum aliunde impunitatem sibi securi-
tatemque poterant sperare. Interim militibus, apud quos suspen-
sum senatus imperium erat, diuersa agitantibus, factum est mira-
bili casu, vt Claudius è latebris protractus, cum vltima metueret,
Imperator salutaretur & in castra Prætorianorum deferretur. Mo-
nuit quidem senatus per tribunos pl. in castra missos, vt in curiam
veniret, & iudiciam patrū in constituenda Republica sequeretur,
vel saltem integrum iis relinqueret eligendi Principis arbitrium.
Ad quæ Claudius, vt nonnulli tradunt, hæsitans & anxius, *vi se &*
necessitate teneri, quo minus in curiam veniret, respondit. *Iosephus*
autem, qui latissime hanc historiam exequitur, fauorem militum &
consiliis Agrippæ regis, qui tum Romæ erat, firmatum Claudium
respondisse legis senatus refert: *Non mirandum, si senatus ad no-*
men Principatus, memoriæ prioris tyrannidæ, expauesceret; ceterum sibi cu-
ra fore, ne quem sua conditionis sub moderato Principe puniteret. Per hæc
iam segnior in exsequendis desuperatis senatus, militibus & populo,
itidem iam nominatim hunc Principem poscenti cessit, omniaque
decerni Principibus solita, Claudio decreuit.

Diø 60.

*Sutr. Ca-
lig. 60.*

Claud. X.

*Lib. XI. X.
antiq. Ind.
cap. 1. & 3.*

Diø 60.

M

II. Ma-

II. Magnus fuit in eare, & Reipublicæ valde noxius error Patrum, quod Rempublicam vel restitui in libertatem, vel in libertate seruari posse arbitrati sunt. Quod si enim iam Cæsaris Iulii & Octavii Augusti tempore,

Non erat in populus, quem pax tranquilla iuuares:

Quem sua libertas immotus pasceret armis;

si illo iam tempore, inquam, non capax fuit libertatis populus: quid de præsentis rerum statu iudicandum censemus, quo exhaustæ generosi moris indolisque reliquæ; auctoritatem è senatu, civilem æquitatem è republica penitus sustulerant? comparari debuerant hæc tempora, cum temporibus improspere repetitæ per eadem Iulii libertatis: multum, ni fallor, infra facultatem superioris conatus, præsentis molitionis præsidia fuerint reponenda. Ne dicam, de dissolutione imperii: quæ à quouis prudenter cogitante, prouideri potuit, si mutaretur forma regiminis, sub qua tanti imperii moles in nouæ dispositionis contextum iuit. Quibus omnibus neglectis, dum de occupanda imperii summa & intempestiuè, & segniter consultant Patres, militibus occasio aperitur, ut imperium sui beneficii facerent. Dicitur non potest, quantum hoc exemplo mali imperio Romano sit illatum: nam postquam miles vsurpare cœpit potestatem faciendi Imperatoris, atque in ipsa vrbe nullas senatui, nullas populo in tali negotio reliquit partes, in posterum summa sedis augustæ majestas militari libidine agitata, & tumultuario potius strepitu armatorum, quam consilio Reipublicæ, varie translata aut adempta est, nulla publici cura, sed prout priuatæ spes monebant. Donique, si rem altius æstimemus, hic primus ad tot patricidia, tot ciuiles concertationes gradus fuit. De cetero;

Suet. Tit. 9.

quod ad Claudium attinet, fatendum est sane, quod Titus solebat vsurpare, *Principatum suo dari.* Quippe quem inter aulæ ludibria spreuerant & fastidiuerant etiam proximi, quem Tiberius ad spem

Tac. 6. A. 46

Suet. Calig.

23.

successionis ad mouere, ob imminutæ mentis labem, non est ausus: quem Caligula non nisi in ludibrium referauit: nis summæ rei Romanæ eo ipso rerum articulo imponitur, quo propius ab exitio quam à spe incolumitatis videretur abesse. Miratur hæc rerum vices

Cap. 9. Tacitus Annali tertio in hanc sententiam: fama, spe, veneratione periturus omnes destinabatur imperio, quam quem futurum Principem fortuna in oculo tenebat.

III. Adeptus imperium Claudius, nihil antiquius dedit, quam
*id biduum, quo demutando Reipublice statu hesitatum erat; memoria ex-
 mēre. omnium itaque factorum distorumque in eo veniam & obliuionem in* *Cap. XI.*
 perpetuum sanxit, ac prestis. Magni ea res consilii fuit ad comparan-
 dum inter initia imperii fauorem insigni aliqua clementia: sed &
 auctoritati Principis consultum, quod salubri *diuinitas* tempera-
 mento declaratum est, voluntatem potius vindicandi ius imperii
 & auctoritatem Principatus, quam facultatem defuisse. Affectaue-
 rat & Caius popularitatem talem, cum principio imperii com-
 mentarios, & monumenta ad matris fratrumque causas pertinenti-
 a in forum conuexit, & quasi nunquam legisset, cremata videri
 voluit: ne quis ultionem in posterum, ex opera Tiberio sauenti
 nauata, timeret. Sed non prestis, quam ostentauerat, veniam:
 prolatis postea criminibus & pœnis in immensum exaggeratis.
 Claudii promisso fides extitit: atque ideo Principatus exordio
 multum honoris, obliuio tam sincera conciliauit. Habet enim
 ompino magni animi & summa fortuna digni specimen, si quis no-
 uæ fortis dignitatem nouis virtutibus tueti, neque ex priori con-
 ditione ac priuatis rebus quidquam, præter benefaciendi volunta-
 tem, retinere studet. Prudentioribus certe loco infausi ominis est,
 quotiens iniuriæ priuati, vi Principis vindicantur: adeoque pri-
 stinæ fortunæ humilitas, cum Principatus auctoritate confunditur.

*Suet. Calig.
15.*

IV. Alterum consilium, quod Claudio peritiores suggeste-
 runt, non minus grauitatis habet, ad stabiliendum imperium: dum
 Chzream & nonnullos è percussoribus Cæii interemit. Causam
 demonstrat Suetonius Noster duplicem. nam & ad exemplum *Cap. XI.*
 pertinebat, ne quisquam impune iactaret, Romanum Principem à
 se interfectum: & erat in promptu causa ultionis ex eo, quod Clau-
 dium ipsum cum Caligula occidere destinauerant. Mansitq; etiam
 in posterum inter arcana legis politicæ, ne quod exemplum inultæ
 in Principem coniurationis extaret. Ita Vitellius omnes, qui ali-
 quam in cæde Galbæ ediderant operam, conquiri & interfici iussit: *Suet. Tit. 10
Tac. 1 H. 44*
 non honore Galbæ (quamquam ea species sæpius præferatur) sed
 tradito Principibus more, vt sceleris & parricidii in Principem vl-
 tor sit, quisquis successit. Apud Orientis Imperatores, Theophili
 exemplum insigne est. qui Leonis interfectores, quamuis Patri suo
 Michaëli Balbo nauassent eam operam, spe referendæ gratiæ, præ- *Zonar. 40. 5.*

miq; recipiendi, allicefactos supplicio affici iussit; audaciam eorum verbis prius execratus, quod vincto Domini, nefarias ausi essent manus inferre: Et certe; prætercausas, quas diximus, diuina Nemesis parricidas & percussibres Principum vltro inexpiabili odio prosequitur; sicut alibi vberius demonstratum est.

V. Extant & in ipsa imperii Claudiani administratione, quadam Principis non mali documenta. Non dicam, de pietate in necessitudines, & ciuilitate, alliciendis hominum voluntatibus vsurpata; iuris vtique dicendi industria; annonæ item atque mercaturæ procuracione, constructo insuper commodissimo portu, & emissio Fucino lacu, tranquillitate denique imperii; non parum celebrantur eius tempora. Neq; tam prauus ingenio fuit, aut indole profusus degener; nisi quod debilitatus in pueritiâ statim variis & tenacibus morbis, animo simul & corpore hebetior factus est. Hinc non cogitatio expedita, non sensus sibi constans; non oratio congruens, non gestus, non habitus aut cetera ad vllam publici priuatiq; muneris rationem congruebant. Præterita, instantia & imminencia pari obliuione transmittibat: in omni actu & sermone suas ipse rationes per summam inconsiderantiam euertebat: adeo, vt nec quis, nec inter quos, quoue tempore ac loco verba faceret, scire ac cogitare existimaretur. Etiam, vbi aduertere animum instituisset, præcipuum eius acumen, *his ἀετλίαι τὴν αὐτῶν ἀρχινοίας*, in superuacua quandam & præposteram sollertiam, ad exemplum Synesiani Typhonis, desinebat: Gulæ & ventris insana libido; mobilitas animi & inconstantia perpetua: par credulitas & suspirandi facilitas; sæpius iracundia; & metus; atq; ex his sæuendi inconsulta temeritas. Accessit exterior deformitas, quæ visu audituque contemtibilem reddebat hominem vacillante gressu, risu indecente; impedita lingua; voce rauca & confusa, spumante per iram rictu, humentibus naribus, tremulo capite. Quæ omnia Satyrico sale perstringit in eruditissimo ludo, quem de morte Claudii fecit, *Annaus. Sententia:*

VI. Sub tali Principe, mira quædam & varia; vt sic dicam, tyrannidis forma fuit. Quia enim, vt Tranquillus noster annotat, *totum ex parte magna Principatum, non solum suo, quam vxorum libertorumq; arbitrio administravit, & talis plerumque fuit, qualem eum aut expeditores illi aut liberes: ideo factum est, vt muliebris pariter ac seruilis impu-*

impotentia rem publicam diuersis vitiis, pari vecordia & mobilitate vexaret. Nihil tam absurdum, tam ab honestate publica, & imperantis dignitate remotum excogitari poterat, quod arduum esset in animo Principi, cui non iudicium, non odium erat, nisi iudicium & iussa: Tac. 12 A. 32. CXXVIII. C seq.

Hinc Narcissi & Pallantis rapinae opes publicas exhauserunt: Messallinae adulteria & inaudita libidines domus Augustae maiestatem polluerunt: Agrippinae flagitia, omni genere superbæ acerbæque dominationis, seruitutem Romanam onerarunt. Vere huc illud Plinianum conuenit: *precipuum esse iudicium, non magni Principis, magis libertos.* Nec minus turpe, quam verum est illud Seneca de Claudio, cum *libertorum suorum libertum* vocat. Jam vero imperia feminarum, indebitum sibi rerum arbitrium vsurpantium, non molesto modo ex solitis sexus vitiis, sed etiam ignominiosa sunt: Hæc nimirum fuerunt illa *Claudiani Principatus Saturnalia*, ad quæ describendæ non tam historia, quam satyra requiri videbatur.

Tac. 12 A. 7.

Paneg. 88.

In Ludo de mort. Cl.

VII. Enimvero in iis etiam, quibus industriam accommodaret; abnormis, non gratiam actionis, non auctoritatem tenuit. Cognoscas id præsertim ex iurisdictione eius, & litterarum studiis. Cum enim magna diligentia ius diceret, tanta varietate animi fuit in cognoscendo & discernendo, ut modo inconsultus & præceptor, nonnunquam friuolus amentque similis, omnem officii tam nobilis dignitatem corrumpere: causidicorum præsertim impudentiæ & fraudibus nimis obnoxius. Bonarum autem artium à prima ætate cupiens, nec ineruditus erat: sed instrumentum Principatus, si quod, eximium & honestissimum, non vno ineptiarum genere fœdauit. Non ostentanda Principi eruditio ad pompam, sed adhibenda est in usum & subsidium curarum: quæ cum instructissimæ sint, nihil minus, quam instrumenta sua iactant. Desinit esse Principis, quod extra fortunæ Principalis pignora, velut in astitis aut ascitis ornamentis, diuersi generis speciem & colorem refert. Sunt etiam in studiis aliqua, quæ ut satis honesta, ita suo tantum loco vel inter laxamenta laborum, vel in operis certi proposito laudanda aut permittenda existimantur. Sed Claudius, multum ille quidem à melioris consilii ratione lapsus, dum historiis suis vbique locum quærit: dum Homericis versibus ad nauseam vsque, non temporis, non loci habita ratione; obtundit homines: dum comminiscitur litteras, vsuique publico obtrudit inuentum paulo

Cap. XV.

Cap. XLI.

C seq.

Senec. in اپتوکل.

paulo post obliuiscendum: res non indecore magnis Principibus usurpatae contemptui omnium atque conuiciis exponit. Historiam sane scribere, maximum non eloquentiae modo sed praesertim prudentiae humanae opus, adeo non dedecet Principem, ut vix vllum aliud scriptioni genus magis ex auctoritate summæ fortunæ aggressurus videatur. sicuti vel Iulii Cæsaris, & Augusti exempla probant. Et quis vel ex Suetonio nostro non meminit, *historiam iam olim Romæ non nisi ab honestissimo quoque scribi solitam?* Verum Claudio defuit, partim in deligendo argumento solertia, partim in tractando iudicium: denique plus eo nomine gloriæ & famæ captauit, quam Principi conueniret. Id quod etiam ad Homeri carmina, quæ tam frequenter in ore habuit, pertinere intelligendum est. Cœperat ille mos Romanorum præstantissimo cuique cordi esse, ex quo præsertim Græcæ litteraturæ honos in Vrbe adoleuit: ut grauibus quoque sermonibus eius Poëtarum carmina, quem multiplicis sapientiae nomine omnes mirabantur, tempestiuam quandam gratiam subiinde aspergerent, aut pondus etiam sententiis accommodarent. fuitque Augusto familiaris ista consuetudo, ne de aliis summis viris nunc dicam. At Claudius multa sermonis negligentia, Græculus cupiebat videri, non ut sententias Græcorum negotiis suis opportune & cum iudicio aptaret; sed ut rerum species caullasque in suorum studiorum formulam, prout libido tulerat aut impetus, cogeret. ne tum quidem memor patrii moris, ubi ex auctoritate & officio agentis prima Romani sermonis cura esse debuit. quale est, cum legatis sæpe in senatu perpetua oratione responderet Græce: non tam, quia res postularet, quam ut sermonis eius se peritum ex omni occasione ostenderet. Videtur & litterarum nouarum inuentum studio Græcæ litteraturæ amplexus esse: ut Latini sermonis facultatem è Græco suppleret amplificaretque. sed iudicium eius spreuit posteritas, neque necessaria credidit elementa, quæ pro necessariis obtulerat. eratq; tam minuta industria eo despectioris notæ, quod de litteratoris potius quam Principis officio semper cogitasse videretur. Nam alias non desunt exempla magnorum Principum, qui res Grammaticas stilo persecuti sunt. Sed nimirum hæc illorum laus esto, qui ingenio in omnia expediti, otium suum ut tempestiue ita libere curis maioribus interposuerunt.

*In Clar.
Rhetor. 3.*

Cap. XLII.

*Ger. lo. Voss.
Grammat.
l. 24.*

VIII. Quæ à Claudio circa morem ciuilem, & singulorum ordinum statum, itemque circa rerum actum vel mutata vel instituta sunt aut restituta, huius scripruræ modus non recipit declaranda. habebunt suum isthæc talia locum, si Deus voluerit nos perficere, quæ destinauimus. Inter ea, quæ summam hic repetimus, potest notari exemplum Principis, per omnia contemptibilis. A nullo quidem periculo fortunæ Principum longius abest, quam à contemptu: multumque valet in retinendis venerantium officiis ipse fortunæ splendor, & ingenita mentibus imperii reuerentiæ; denique, tegendis quæ minus speciosa sunt, non instrumenta non subsidia deesse possunt. Sed cum Claudium aliquem partim natura, partim omnis moris actusque deformitas, visu audituque, per rumores & fastidia, tanto muneri prodit imparem: eximitur animis hominum externæ scenæ admiratio; quæ vt facile concipitur, ita cito deponitur. Exinde iam incipit populus in sui Principis munia censorios oculos adijcere: sumitque sibi partes examinandi ea, quæ venerari tantum sueuerat. Quæ animaduersio vulgi ex eo certum habet periculum, quod nec rationis moderamine ducitur, & semper, de quibus semel dubitare cœpit, deterius interpretatur: Et quis præclare sentiret de Principe, qui se Principem esse, non grauitate; non actu meminit; qui alienis neruis ad instar simulacri lignei ducitur; qui seruos pro magistris; scurras pro amicis, ciues pro mancipiis habet? Hinc bonorum quoque virorum questus, & imperii pessimorum hominum libidini subiecta miseratio; nec constitura sibi diu, quin fatigetur, patientia. Quis aduersus hæc opponere potuit Claudius, quem mirum est sane, imminet ex tali contemptu perniciem eustasse? Arma equidem & gladii prætorianorum militum loco subsidii fuerunt: sed horum quoque fidem nil nisi pecunia tenuit, qua primus omnium Claudius Principatum quodammodo emit; deditque exemplum, quod secuti alii Principes, custodiam militatæ imperii securitati destinatam, instrumentum & propugnaculum vnicum tyrannidis effecerunt. Verum, quam & hoc fragile auxilium fiterit, multi tyrannorum sunt experti: dum scelestos sentiunt, quos scelestos fecerunt.


IX. Claudio denique exitiales fuere incestæ cum Agrippina nuptiæ: quibus & se & rempublicam scædum in morem macula-

Tac. 12. Ag.
& seq.

culauit. Hinc commota Principis profani domus, nouercalibus artibus petiti liberi, debitaque Britannico spes successionis in Neronem translata: interque eas molitiones ipsius Claudii mors ueneno patrata. Mox Agrippina dissimulato Principis sine, dum res firmando Neronis imperio componuntur, eunctos aditus custodiis sepsit, dolique muliebris iam sapius Romæ usurpati exemplum æmulata est. Funus magnifice curatum, decretique Claudio cælestes honores. Tam factus scilicet fuit, ut non modo imperaret, sed etiam deus fieri posset. Ludos in memoriam eius postea instaurauit *L. Annæus Seneca*; ille ipse, inquam, qui olim uiuum consecrauerat, & plusquam oratoriis laudum figuris exornauerat. Sed nimirum & iste ludus erat: quo ostendit seueritatis Stoicæ magister, ne Zenones quidem omnibus horis sapere.

X. Neque tamen sibi modo acciuit exitum Claudius, sed filio quoque Britannico, cui nouercam superinduxerat, & primignum anteposuerat, fatali errore, sicut memorauimus, hunc exitum habuit. mobilissimus Claudiorum sanguis, & familia, Tiberii adoptione summum ad fastigium euecta. Quod si quis peritodum fatalem gentis & historiam animo repetiuerit, deprehendet haud pauca obseruatu cumprimis digna. Nam & omne meritum in rempublicam genus, & rursus nullum, non flagitium, quibus ad interitum uia sit, reperias. Venit postea tempus, quo summæ fortunæ decus & ambitus bonis artibus potuit, & teneri uirtute debuit. Verumenimvero dum Tiberius illud fastigium vulpino astu conscendit, & belluina feritate obtinet, nihil aliud agit, quam ut familiam per eos gradus, quibus ascenderat, præcipitet.

Sic itur ad astra: sic reditur ad inferos.



IN C. SVETONII TRANQVILLI NERONEM CÆSAREM

.Dissertatio Politica.

II

Neronis initia, si demas parricidium Claudii, cuius etſi non auctor, conſcius tamen fuit, itemque Britannici ſus interverſum, de cetero valde ſpecioſa fuerunt: abditis adhuc vitiis, & prævalentibus bonarum rerum auctoribus. Solitus eſt certe poſtea Traianus Imperator ſæpius teſtari: *procul differre ſunt hos Principes primo Neronis quinquennio.* Sed quo magis tegebatur indoles & ſupprimebatur, eo violentius, ad extremum erupit. Fuerunt in Domitorum gente quaſi propria vitia, vt ſic dicam, in ciuili elatio, trux aſperitas, impudens audacia, ſed cum magna mobilitate coniuncta. Hinc in conſultando temerarii, in exequendo ſæpius in conſtantes, nouandis denique quam gerendis rebus aptiores, à virtute politica plurimum aberant; & quotiens metu & pudore quodam non retinerentur, in flagitia & dedecora præcipites ibant; ſicut in patre Neronis cognitum eſt: qui velut tradita ſibi & ingenua cuiusque ex maioribus vitia, in ſilium tranſtulit, cuius rei nec vanus augur fuit, cum amicis faulta ominantibus de Nerone, reſpondit: *nihil ex ſe & Agrippina niſi deteſtabile & malo publico naſci potuiſſe.*

II. Ceterum ingreſſus imperium, cum milites repetito paterna largitionis exemplo ſibi conciliaſſet; patres quoque bona ſpe impleuit: futuri Principatus forma valde ciuili designata, ex Auguſti præſcripto imperaturum ſe profeſſus. Qualia, veluti perpetua in poſterum arte, iactata ſunt à nouis Principibus: dum inter initia imperii blandiuntur ſpei publicæ, famamque ſibi & fauorem vel vt instrumentum gubernandi, vel diſſimulandis ad tempus vitiis, colligunt. Etenim, cum dictis fides non deeſſet (nam *neque liberalitatis, neque clementia, nec comitatus quidem exhibenda: vllam occaſionem: omiſit Nero,* tam ſecundis populi affectibus iudiciisq; vſus eſt, vt etiam primis eius ſceleribus ignoſcerent, eaque benigniori interpretatione quodammodo, excuſarent, id quod circa necem Britannici accidiſſe

Suet. Ner. XXXIII.

Annel. Vid. Cap. 5.

Cap. II. § 19.

Cap. I.

Cap. VI.

Tac. II A. 69.

II A. 4. Suet. X.

Suet. X.

N

Taci-

13 A. 17. *Tacitus* refert; plerisque existimantibus non mirum esse, si non maneret concordia inter fratres; quam per se vtiq; raram, in sociabilis regni natura vltro peruerteret.

III. Quoniam autem, quidquid boni habuit Principatus Neronis, potissimum Burrho & Senecæ debetur, non alienum fuerit, hos in ipso aulae Neronianæ vestibulo requirere, ac pernoscere. Erant illi veluti rectores imperatoris iuuentæ; Seneca quidem ob claritudinem studiorum iam ante Principatum, spei Neronis ab Agrippina admotus, ut eius pueritia tali magistro adolesceret; Burrhus autem egregia militari fama monstratus, & prætoris cohortibus impositus, dum facile à Claudio impetrat Agrippina, quibus suum fastigium extolleret, spemque dominationis à Claudio sanguine in Neronem suam transferret. Neque enim dubitari potest, verumque ascitum in aulam, ut consilio eorum præsidioq; ad spem, de qua dixi, Agrippina vteretur. Sed quia meruerant, reipublicæ datum videri potuit, quidquid in ipsos honoris collatum est. *Mox* potente rerum Nerone, præcipui, quorum prudentia fideque respublica administraretur, magno studio contenderunt, ut bene de imperio Romano mererentur, & iuuentam Principis à licentia dominationis retinerent. Id quod eo facilius effici ab his potuit, quo magis in pari societate potentæ concordēs, amicitiam publice vtilem, non nisi per certamina ex honesto, exercebant: raro prorsus exemplo inter aulicos, præsertim diuersa arte ex æquo pollentes. sicut enim æqualitas præstantiæ & dignitatis, accendit plerumque æmulationem: ita diuersitas studiorum, ipsius æqualitatis inuidiosam reddit ac discordem comparisonem. Quos illi scopulos cum magna dexteritate morum euitarent, egregium Principatus temperamentum constituebant: dum alter *militariibus curis & severitate morum*: alter *præceptis eloquentiæ, & comitate benefica*, Principis animum formant, fortunam ornant, imperium moderantur. Quo nomine, *severiores Principis amici*, itemque, *viri gravitatem asseuerantes*, omniaque ad boni Principatus dignitatem accommodantes, etiam inimicorum iudicio celebrari meruerunt.

IV. Non enim potuerunt tantis viris deesse inimici & obtrahatores. quin etiam ipsa aulicorum potentia variis rumoribus opportuna, & malignitatis cuiusque capax est. Mutantur & fauores in aula; præsertim ubi simultas inter necessitudines Principis,

cipis, & diuersa dominantium studia, ministrorum affectus diuerse trahunt. Et quis abnuat, in tanto metu imminentis tyrannidis, inter tot aulæ dissidia, etiam grauitati deditos & honestati viros, in obliqua nonnunquam consilia & receptas magis quam probatas artes deerrasse? De quibus singulis, in hoc transcurso, aliquid attingemus. Summa laboris, & fortunæ, vtrique, ex perpetuo aduersus Agrippinæ impotentiam, & Neronis vitia certamine. Quippe mulierem cunctis malæ dominationis cupidinibus flagrantem, atque vtolim mariti vecordia, ita nunc filii ætate abuti nitentem, Tac. 13 A. 2. coërcere, à Republica videbatur. Sed fuit ea res magni, nec expediti operis: vel quod ab initio deuinctus maternis illecebris animus Neronis erat; vel quod Agrippina, non dimittere aliquid ex nimia spe, non vrgenti fortunæ submittere feroces spiritus didicerat, quin vltro imminentis fati casum prouocaret & exasperaret. Ac primo quidem occultius obuiam itum est impotentia matris, inhibitis virorum illustrium cædibus, à quibus auspicari imperium filii destinauerat. cumq; superbia eius Pallante liberto inniteretur, importunus regni arbiter in suspicionem Neroni est adductus, neq; Tac. 13 A. 2. § 14. multo post rerum cura demotus. Inter quæ egregium & celeriter re-sepertum Senecæ consilium celebratur, qui Agrippinam parantem Principis suggestum conscendere, atq; cum filio legatos Armeniorum audire, ita præuenit, vt Neronem per speciem pietatis & officii in occursum matris properare iuberet. Quo factum est, vt dilato negotio, salua maneret apud externos Romani nominis dignitas. In iis quoque, quæ senatus, aduersum studia Agrippinæ, sæpius obtinuit, non dubitauerim, præcipuam Burrhi & Senecæ operam extitisse. Hinc mulieris ira in vtramque excita, non sine conuitiis minisque, quæ aduersus ipsum quoque Neronem iaciebantur, Tac. 13 A. 12. ex quo ille delapsus in amorem libertæ Actes, blanditias matris parum curabat.

V. Sic infracta paulatim potentia, non destitit tamen subinde veluti alternis artibus, modo per incesta blandimenta iuuenem aggredi, modo per tentamenta rerum nouarum tertere. Igitur proximi amicorum, quos nunc describimus, aduersum illecebras quidem incesti amoris, precibus consilioque muniebant Principem: *caueret infidias mulierum semper atrocis, sum etiam falsa.* ad Tac. 14 A. 2. extremum iniiciunt metum amittendi imperii, ob suspicionem incesti

incesti cum matre; de quo famam exisse fingebant, *neq; milites toleraturos esse imperium profani Principis* testabantur. Ferociam eius & erectum in res novas animum; non parum contudit submota militaris custodia, ademptumque molienti nimia præsidium. Nudato semel latere, statim reperti sunt; qui criminibus & delationibus peterent Agrippinam, Neronemque ad eo exterrerent, ut interficiendæ matris consilium auidè agitare. Obstitit Burrhus, qui defensionem matri, & exinde salutem impetrauit. Utinam huic æquitati constantius diligentiusque uterque consiliorum Principium magister instruissent! Sed, dum opes Agrippinæ & cupidinem dominandi omni modo nituntur deminuerè, ad ea conuiuent, per quæ infame patricidium sequeretur. Concepta enim semel Neroni nefarii scelesis voluntas non tam exempta, quam dilata est. Igitur mox Poppææ adulteræ amor, & in Agrippinam criminatio pro occasione & stimulo fuit maturandæ cædis. Tulerant ista, & dissimulauerant nostri Aulici: quia *non credebant vsque ad eadem matris, duratura filii odia*. non præterit Tacitum hunc errorem: paulo post amplius nobis excutiendum.

VI. Subest & grauior suspicio; quasi & conscii fuerint Neroni primæ machinationis aduersus matrem, & postquam ea non provenisset; auctores noni consilii: siue non ausi sunt contradicere consulti Principi: *ne irriti dissuaderent; an eo desensum credebant; ut nisi praueneretur Agrippina, Neroni pereandum esset*. Cuius rei narratio apud Tacitum talis est, ut de animo Burrhi & Senecæ in utramque partem opinandi relinquat libertatè, sicut in ambiguis fieri solet. Nam qui

14. A. 7. 1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

secundiora de tantis viris malunt credere, silentium & cunctationem utriusque ex metu periculose irritæque contradictionis æstimant: Principem enim prætrepidam & velut instante periculo consternatum, vnicum incolumitatis præsidium ab ipsis expositum Iasse; quasi diceret: *nunc ferocia matris & indomitus animus contineri amplius non poterit; quin in manifestum filii exitum tendat; atque fructus sibi infidias; praueniendum infidiatorem statuat: omni reconcilianda gratia spes vel abrupta vel absumpta est: perit vobis Princeps, cuius salutem bene uenit: tuemini: nisi denuo expergiscatur vestrum pro me studium; ostensio presentis aduersum vltima remedio. Agite; o amici; quid contra vim sine vi queat fieri; consulite: hic dies docebit; quid præsidii sit Neroni in amicitia: Burrhi & Senecæ. Quid hic facerent; qui non propositum modo*

Prin-

Principis immobile respiciebant, sed tentari simul suum obsequium & fidem magno in argumento, & tanquam sub conditione vnici & prope documenti, animaduertebant? Vera dicere videbatur Nero: eratque in oculis imago periculi ab iracundia & audacia muliebri imminentis. iam distracta in partes Respublica, diuisaque populi inter filium & matrem studia obuersabantur animo: scilicet eo processisse certamen de regno, ut nec retrahi ex precipitio, in quo se ipsi collocaverant, nec simul stare possent. palam vero meliorem esse causam filii, cui debetur imperium, aduersus matrem, indebitam maiestatis decus sibi temere arrogantem. primam Reipublice rationem esse: cui nec proximam necessitudinis caritas decore intercesserit. non ut de filio tantum, sed etiam ut de domino Agrippinae querendum: legem naturae seruire legibus regni, quatenus & ipsa docet natura, nihil ex priuatis rationibus aduersus publicam maiestatis sacroponi aut componi oportere: habere quidem Neronem imperium beneficio matris: sed eius beneficii hanc esse naturam, ut incipiat esse contra dantem, quam primum repositur gratia: itaque in aliis quidem beneficiis generosum esse obtinisci quae dederis, in hoc necessarium. Haec atque talia mouere poterant etiam animos recti amantes, ut crederent, fortioribus remediis agendum, & periculum quoquo modo propulsandum. Stetit tamen in eo cura illorum & fides pro Nerone, ut à caede matris adhuc abhorreret, & se ab eiusmodi consiliis plane remouere cuperent. Hinc Seneca Burrhum respiciebat, nec voce, sed vultu scitabatur, an militis praetoriano imperanda caedes esset? qualia ministeria militum, arcanis aulae ad id tempus adhibita erant. videtur autem Seneca nec voluisse caedem, nec probasse, nec à Burrho exegisse: sed nihil aliud egisse, quam ut simulatione consilii, eluderetur Nero, & à caepto dislineretur, si qua pote. Scilicet non dubitabat Seneca, Burrhum quoque suam operam subtrahurum, sicut accidit. nam is in uictam militum pro domo Caesarum fidem causatus, cum frustra ad solitas parricidiorum artes decurri aduersus progeniem Germanici, ostendisset, in Anicetum rem transtulit, non sine tacita forsitan exprobatone. quasi voluisset innuere, sui neque ingenii neque operis esse, parricidia suadere aut machinari aut iurare: si talibus Neroni ministris opus foret, Anicetum praesto esse,

num facinoris machinatorem, cui non minus audaciæ ad patrandum scelus, quam in suscipiendo fuerat, inesset,

VII. Ex diuerso, argui Burrhus & Seneca in hunc modum possunt: His magistris primum didicisse Neronem matris reuerentiam exuere, eiusq; votis obistere. frustra obtendi, quasi non crederint duratura filii odia in necem matris. non ignorasse viros tam sapientes, præcipitia ingenii consuetudinem, & proposita nullum nisi præcipitem exitum habitura. ne primum quidem sceleris consilium, & machinamentum nauale ad solum Anicetum referri oportere: cum nihil horum latere potuerit viros omnis aulæ mysteria non scrutantes modo, sed possidentes & arbitantes. Iam, cum Nero consilium eorum opemque in facinus requireret, longe indignissimum fuisse, quod vterque tacendo primum consentire, mox etiam viam parricidio demonstrare non erubuerint. Qualis illa promittitudo, dicat aliquis, qua Burrhi cunctationem abruptit Seneca, tantus recti moris magister, & grauioris disciplinæ auctor? non transferre, sed communicare voluit flagitium, cui auctoritatem ipse, operam Burrhus commodaret. Quanquam & ipsa translatio criminis, in talibus, pro crimine est. Probat enim facinus, qui ministrum facinoris demonstrat. Itaq; dum ad Aniceti præmissa rem reiciunt, promouent vltro & maturant, quod omni ope debuerant impedire. Ac, ne quis amplius dubitet de animo tantorum aulicorum, pro argumento sunt, quæ insequuntur. Perfecti sceleris magnitudinem ipse intelligit Nero & horret & detestatur. hinc egregius ille Burrhus centuriones tribunosque in adulationem format, qua Principi de vitatis pulcre insidiis, de peremta merito fraudis machinatrice gratularentur. Præcipue vero aduerso rumore (neque iniuria) Seneca fuit, quod Neronis nomine compositis ad Senatum litteris parricidium excusauit, repetitis congestisque ambitiose, quæcunque reperiri poterant, Agrippinæ criminibus. Nonne hinc dicemus, quod post ea tempora grauissimus vir, & rectoris in tali negotio consilii, dixit: *excusare parricidium, est alterum parricidium facere?*

VIII. Quidquid aduersus ista excipere coneris, negari non potest, regulam, quam sibi ex moris aulici consuetudine præscripserunt Burrhus & Seneca, nec honestati congruere satis, & valde
anci-

14 A. 10.

14 A. 11.

Spartian.
in Anton.
Carac. 8.

incipitem ac periculosam esse. Ita destinauerant flagitiis Neronis obuiam ire, vt minoribus vltro permissis aut demonstratis, ad maiora non prorumperet. Sic libidinem Principis cum liberta fouebant, ne, si illa prohiberetur, in supra illustrium feminarum excederet. Quo nomine reprehendit eorum consilium Dio, vsus ratione ab ipsa ætatis ac licentiæ indole repetita. Iuuenilis enim animus, in deteriora per se pronus non expletur eiusmodi tentamenti voluptatum, sed ad inconcessa omnia extimulatur & vltro ascenditur. cum præsertim in ipsa tam assidui adulterii consuetudine in se ille turpitudinis stimulus, qui animos vecordes agit, omnisque melioris disciplinæ sensum affectumque auferit. Ita cum ad infringendam matris potentiam, scelestis Poppæe amoribus & illecebris fauerent illi magistri Neronis, rursus sefellit ipsos destinatio & spes melioris euentus, quem animo meditabantur. Facilius excusari potest forte, quod, cum aurigandi & cithara canendi studio fœdus, quam in Principe tolerari posset, teneretur Nero, visum est illis, ne vtraque peruinceret, alterum concedere: sed neque hic de ingenio Principis callide satis cogitarunt. Nam *euulgatum pudor non satietatem, vt rebantur, sed incitamentum auzulit*, sicut diserte notat Tacitus. Debent hæc, ni fallor, admonere homines de aula, quorum in animo & ore nimis frequens est illud vulgatum, *non posse rempublicam prospere geri, aut Politici hominis artes expediri, nisi misceantur quadam malarum artium subsidia*. Si enim ne in his quidem aliquid opis, aut expeditioris præsidii relinquatur, sed pericula ex periculis, damna ex damnis seruntur, quid tandem irritamus purissimum illum iustitiæ vindicis oculum, cuius nutu omnis in actiones humanas successus aut infelicitas dispensatur? Manet manebitque, non obtineri per malas artes, quæ bonis nequeunt obtineri. Qui rident hanc philosophiam, non distinguunt temporariam vtilitatis speciem, à vetis & solidis reipublicæ commodis. quippe malarum artium in præsens aliquis nonnunquam vsus videtur esse: sed in posterum reipublicæ vitæ non alia periculosius tabe inficiuntur, fortunæque publicæ series interuertitur.

IX. Post Agrippinæ cædem Nero, efferato in omne facinus animo, non modo reliqua aulæ suæ præsidia ac ornamenta, sed ipsam virtutem, destinavit excindere. Cuius furoris impetus etiam.

etiam Burrhum & Senecam inuoluit. de quorum fatis aliquid addi-
ficiendum est, vt. absoluamus, quæ de aula huius Principis cœpi-
mus dicere. Vtrumq; tyranno inuictum reddidere, primo quidem
virtus, deinde merita. Noluit illis aliquid debere, quorum artes
totò studio damnabat auersabaturque: præsertim autem, hos si-
bi quasi obices vitiorum positos, non potuit æquis oculis aspi-
cere, cum semel iam pudoris fines transgressus se nequireret ipse
contingere. Accedebant prauorum hominum voces, quibus, vt
exueret magistros tandem, sibi que arbitrium omne vindicaret, ex-
stimulabatur. Burrhum etiam libertas linguæ, Principis inuidiæ
obtulit, sicut ex *Dione* discimus. suberat & secretior odii causa,
quod Burrhus Agrippinæ suffragatione ad dignationem, quam
obtinebat, erat productus. hinc ad primam statim criminatio-
nem, qua mater de insidiis filio structis deferebatur, suspectus,
pæne præfecturam amisisset, nisi Senecæ auctoritate protectus es-
set. Denique valetudinem eius Nero in occasionem sceleris tra-

Tac. 14 A.
52.

Xiphil.

Tac. 13 A.
20. & 28.

Suet. XXX.
Xiphil.

Tac. 14 A. 51

X. < Expertus mox est eadem præmia regis amicitia Senecæ.
qui frustra, nec sine aliqua labe nominis ex sapientiæ studio per-
ti, in omnes formas se vertit, si qua posset Neronem vel à malefi-
ciis distingere, vel in minoribus probris, ne ad maiora prorumpere-
ret, detinere. Quæ res sine obliquis artibus dominationis & au-
licæ licentiæ commentis non tractata est, sicut ante memorandi-

Seneca libri
de Clem.

mus. De cetero assiduus clementiæ magister consultorque non
sermonibus tantum & scripto Neroni eam disciplinam tradidit,
sed opere ipso occasiones moderationis lenitatisque demonstra-
uit & commendauit, quanquam inter hæc non caruit obtestato-
ribus, qui & impotentiam eius, & auaritiâ ceteraque obiectari

Tac. 13 A.
42.

14 A. 52.

magnis aulicis solita, criminarentur. quod vel *Suillii* historia *Ta-
cito* descripta ostendit. Tenuit tamen auctoritatem præcipui loci,
donec morte Burrhi cuncta verterentur. Nec enim solus iam
eo pertingere poterat, quo sociata duorum virtus, vix antea pene-
trauit, itaque patefacta criminantibus occasione, cum alienatum

14 A. 53. &
149.

à se Neronis animum intelligeret, neque aliquem meliori spei sui
bonis artibus locum videret relinquere, prudenti absentia & petito
commeatu exitium voluit declinare. Verum Cæsar inuidiam sibi
ea petitione creati ratus, non retinuit modo in aula sua hominem.

sed

sed velato multis blanditiis odio, persancte etiam iuravit, suspensum se frustra, periturumque potius quam nociturum ei, cui tot nominibus esset obstrictus.

XI. Interim, dum omnes ad eum opprimendum artes conquirat, venenum quoque paratur: ministro sceleris delecto liberto Senecæ Cleonico. Sed vitatis insidiis, quando venenum non processisset, retro grassari statuit Nero: nominatumque inter coniuratos quamvis non probato crimine, ad necem compulit. Constantia mortis, & supremis sermonibus non immemorem se sapientiz, quam tanta severitate docuisset, neque degenerem à Stoica gravitate probavit. vitam eius vitæ arguunt non inimici modo, sed ex historicis etiam Dio: idem qui coniurationis quoque crimen ei impingit, de quo ceteri, non liquere sibi pronuntiant. nisi quod Tacitus tradit famam fuisse, quasi coniurati non Neronem modo, sed Pisonem quoque coniurationis socium interficere, ac imperium Senecæ (non ignaro huius consilii) tradere, destinavissent. sed famam vocat; quam historico sufficit retulisse. nam famam nominis, hominibus distribuere ex eorum moribus famæ, histotiz modum finemque excedit. De cetero ista Senecæ obiectat Dio: quod verba, non re Philosophus, tyranni præceptor esse sustineret, qui tyrannidem tantopere reprehenderet, quod ab aula non discederet, summus aulicorum insectator: quod adulationibus, quas in aliis damnabat, non abstineret ipse, reginatum & libertorum fautor laudatorque: quod divitiis & luxu non imitaretur modo, sed superaret eos, quorum assiduus publicusque censor videri volebat. In quo satis deprehenditur, non perire vitio dari Senecæ, quod tyranno præcipere sustinerit: prætest enim ea res multis magnisque rationibus defendi. in reliquis non omnino susceperim tuendam Senecæ causam. quod forte nimis liberaliter & animose fecit *Iustus Lipsius*. sed movit virum doctissimum, acerbitas *Dionis* in Senecam, quæ ubiq; se prodit, extraque historiz limites evagatur. Quod si curiosus sit agendum, illud potius non satis convenire cum gravitate tam severi Philosophi putabitur, quod Agrippinæ operam dedisse videtur in acquirenda Neroni dominatione, id quod sine ingenti iniuria in Britannicum, vt ante declarauimus, adeoque sine pravis artibus fieri non potuit. Hoc si intellexit Dio, cum præ-

Suet. XXXX

Tac. 15 A.

45. 46. 61.

C seq.

15 A. 47.

De Vir. C

scr. Sen. c. 6.

C 1. ma-

and. 18.

ceptorem tyranni accusat, omnino ferri potest. sed verba eius præferunt laxiorem sententiam.

XII. Quidquid sit de his, certe mors Senecæ, ut Neroni justissima fuit, ita inter Reipublicæ aduersa numerari debet. grauescentibus quippe in dies malis publicis, subsidia minuebantur. Nec enim aliud aduersus ingruentem dominationis vim præsidium est, quam viri graues & boni: quorum conscientiam in ipso furore, truci quidem & contumaci affectu, sed reuerentur tamen tyranni. His demotis, non Principis modo, sed ministrorum prauitas effuse grassatur, donec vis maior, aut casus potentior, ruentes in abrupta præcipitet. Neronis aula rem, supra quoque firmatam, nouo exemplo affirmat. in qua Principis insaniam ministeria aulicorum & instigamenta plurimum auxerunt. Ut scias, qualibus amicis vsus sit Nero, nominabo tibi quosdam in exemplum ex ingenti copia. deterrimorum enim hominum non alia regia fecundior exitit. Ibi Tigellinus aliquis, Burrhi successor, quo malas artes, quibus solis pollebat, gratiores faceret, societate scelerum sibi obstringit Principem. Ibi Helius aliquis, libertus, omnibus feruolis ingenii vitis ita polluit Rempublicam affligitque, ut non minus interim pro Cæsare se gerere, quam Cæsar pro citharædo, videatur. Ibi Polycleti, Acrati, Carinates cuiusq; flagitio promittit, partim etiam doctrinæ prætextum ostentantes, rapinis & omni genere licentiæ sæuiebant iuxta lasciuiebantque. Ibi Orho aliquis ambitioso luxu, Principatus quem affectabat, specimina & exempla mulabatur. Ac ne quid deesset, quo minus erudite periret mortis aulici grauitas, inuentus est nouus *elegantiae arbiter*, qui scientia voluptatum Principis animo obsequeretur. Nolo de feminarum libidinibus dicere; quarum Poppææ intimis sæuitiæ consiliis permixta, Crispinilla in rapinarum societatem assumpta, nihil ad augendam publicæ seruitutis miseriam reliqui faciebant. Et quidni in parte Romanarum cladium numeremus illum Babilum, consultorem Astrologum, qui per summam vanitatem & impudentiam, exorto cometa, Neroni materiem sæuendi subministrans, iolere, aiebat, *reges talia ostenta cade aliqua illustri expiare, atque à semet in capita procerum depellere?* Ita nobilissimo cuique exitium creatum.

XIII. Talem aulam, non nisi publicarum cladium officinam, concipere animo possumus: in qua is qui præest, ministros, socios, magistrōs, amicos (sed quis amicitia locus in hac collu- uione?) congruentia & æmulatione scelerum deligit probatque; neque aliud cuiquam studium est, quam corrumpere & corrupti. Respublica interim veluti præda & merces facinorum in medio posita, per omnia cladium genera & ingenia scædatur, laceratur, conculcatur. Nobis non est constitutum, sigillatim enarrare Ne- ronis petulantiam, libidinem, luxuriam, auaritiam, crudelitatem, & cetera perdendæ Reipub. instrumenta artesque, quæ omnem a- *Suet. XXVI.*
 cerbissimæ & contaminatissimæ tyrannidis mensuram impleue- *15 A. 67.*
 runt. Ex multis, vnum atque alterum, obiter & quasi in transcurso, annotatione prosequemur. Non vano conuicio Subrius Flavius *Suet. XX.*
 tribunus apud Tacitum, *parricidam matris & vxoris, aurigam & hi-* *15 A. 67.*
strionem & incendiarium obiurgat. Ac de parricidio quidem ante *Suet. XX.*
 dictum est. Histrionis & aurigæ famam insano prorfus studio con- *Suet. XX.*
 cupiuit. cum enim in pueritia statim, omissis utilioribus aut leui- *Tac. 13 A.*
 ter delibatis studiis, viuudum animum in alia detorsisset, cantusq; *357.*
 & regimen equorum præcipue exercuisset, mox imperium ade- *Tac. 13 A.*
 ptus retineri non potuit, quin studia sua publicaret, suamque & *357.*
 imperii maiestatem plurimum tali spectaculo pollueret. Conqui- *Tac. 13 A.*
 siuit ergo colores & prætextum velandæ turpitudini, exempla re- *14 A. 14.*
 gum antiquorum ducumque referens, quibus deorum honores *14 A. 14.*
 cantu celebrasse non inglorium fuisse: quin etiam Apollinem *14 A. 14.*
 ipsum citharædi habitu, non in Græcia modo, sed apud Romana *14 A. 14.*
 templa spectari. Sed, præterquam quod non eadem omnibus sunt *14 A. 14.*
 honesta atque turpia, longe alia fuere regum veterum circa musi- *14 A. 14.*
 cam studia: cuius vt nobilis scientia est, ita vsus Principi quoque *14 A. 14.*
 permitti potest, ea prudentiæ lege; qua præclaras mentes & in *14 A. 14.*
 omnia expeditas citra maiorum negotiorum dedecus ad minora *14 A. 14.*
 respicere, cum de Claudii studiis ageremus, monuimus. at vero *14 A. 14.*
 in scenam prodire, & populo esse spectaculo, Principem ita dede- *14 A. 14.*
 cet, vt nihil magis. Nec sane minus ex numero Principum abdi- *14 A. 14.*
 candus videatur citharædus Nero, quam è concilio deorum, cui *14 A. 14.*
 se citharam manu tenens obtulerat, relegatus protectusque singi- *14 A. 14.*
 tur in *Casaribus Iuliani.*

XIV. De aurigandi studio, cui itidem insane deditus Nero *Suet. XXII.*
 fuit,

fuit, quoniam oblata est occasio, quædam altius repetam: vt quantum inde mali rei Romanæ dedecorisque constat sit, summam noscatur. Venetorum & Prasinorum discrimina ex antiquo Oenomai invento inualuerant: is Terræ ac Maris certamen inducens sortiri iussit. quis huius, quis illius vicem certando sustineret. Cui Terræ sors euenerat, is prasinus siue viridis coloris vestem sumebat: qui Maris implebat vicem, Cæruleo siue Veneto colore amiciebatur. In certamine (cui dictus erat dies xxiij Martii) si prasinus color vicisset, terræ prouentus vberes augurari mos erat: si Veneto victoria cecidisset, mare navigantibus prosperum sperabatur. Vnde diuersa agricolarum nauarumque, pro hoc aut illo colore studia atque vota audiebantur. Hinc factionum, Venetæ Prasinæque, nomina: quibus prima celebritas, etiam cum aliæ factiones accesserunt, mansit. Cumq; inter Circenses Romæ aurigandi quoq; studium receptum esset, non alio spectaculorum genere magis plerique oblectati sunt. Ergo Julius Cæsar, cum spectacula sua omni magnificentia ac nouitatis gratia commendari cuperet, quadrigis bigisque agitandis nobilissimos iuuenes adhibuit. Caligula deinde Circenses edidisse memoratur, nullis nisi ex senatorio ordine aurigantibus. mox & ipse aurigauit extracto plurifariam circo. Huius insaniam Nero superauit, de quo agimus: Sub eodem interim Caio habemus vestigium inauspicati illius fauoris, quo Prasinæ factioni impense deditus fuit; sicut ex *Dione* constat. Quoties alias theatri licentia, & discors histrionibus fauendi studium, seditiones turbasque conciuerit, nemo ignorat. Quid ergo futurum erat, si Princeps ipse in partibus, quasi signum quoddam ad discordandum extolleret? Igitur non diu post hæc tempora Vitellius, Venetæ factionis fautor, quosdam e plebe ob id ipsum, quod Venetæ factioni clare maledixerant, interemit: contemptus sui, & nona spe id ausos opinatus. Sed hæc præludia fuerunt eius insanie, in quam Imperatorum insequentium studia desciderunt. Scrupenda enim plane sunt, quæ de Iustiniani imperio *Procopius* & alii memorant. Nam cum Princeps ipse studeret Venetis, adeo sunt ad miscenda omnia confirmati, vt sub specie Prasinis persequendi, ab nemine hominum iniurias abstinerent. Ita irritati Prasini, in certamen scelerum profligata audacia tuentes, quoscunq; potuerunt, sibi adiunxerunt. Permiscabantur stupra cædibus: non egressus cuiquam

NON

Nic: Aleman. in nor. ad Procop. hist. Arc. ex an. 119. histor. collecti.

Sueton: Calig. 18. & 54.

lib. 59.

Sueton: Vitell. 14.

Hist. Arcan. p. 30. & seq.

nondemustuta: grassatorum tanta erat licentia, vt in media diei ac hominum luce, obuios quoscumque veluti per ludum & iocum mactarent. Abstractæ à maritorum latere coniuges: interuersæ calumniis opes: dum nemo iudicum audet contra Venetos pronuntiare sententiam. Facta denique omnia, quæ in captis vrbi- bus licentia victoris conuellerdo statui & euertendis rebus moli- tur: Et quanquam remedia malis quæterentur, tamen breuis quies fuit, nec vt cessaret, sed vt minueretur miseria publica. Sic nimirum instrumenta voluptatum, ipsis Principibus auctoribus, facta sunt irritamenta cladium & ærumnarum: vt nimis verum sit, illu dvetus, infaniam regum populi supplicio expiari.

XV. Sed redeundum est in viam. De Nerone incendiario

Tacitus quidem in medio relinquit, *Suetonius* autem plane confir- mat sceleris fatam. Nimirum successu tot scelerum amens & præceps, hæc quoque re voluit ostendere, quantum Principi liceret: quod ignorasse ceteros, propalam mirabatur. Videtur etiam con- dendæ vrbi nouæ, & cognomento suo appellandæ gloriam vltro quæsiuisse: vt erat ei æternitatis perpetuæque fama magna & in- consulta cupido. Illud non dubitatur, ipso tempore flagrantis vrbi iniisse eum domesticam scenam, & Troianum exitium decan- tasse, cum præsentia mala vetustis cladibus assimularet. Infamiam autem incensæ patriæ duobus potissimum remediis auerti posse, frustra sperauit: primum popularitate & beneficiis, quibus damna ciuium leuare instituit; tum subditis & per mendacium nominatis incendii auctoribus. Hæc prima aduersus Christianos sœuitiz oc- casio: cum innocentissimi homines vario suppliciorum & ludi- briorum genere agminatim necarentur. Quos cum *Tacitus* per fla- gita inuisos, odioque humani generis conuictos, gentili errore tradit: ni- hil aliud intelligi palam est, quam falsorum deorum contemptum & auerfationem: id enim vnum eorum crimen erat, quod maxi- mo omnium crimine vacarent. Testimonium huius innocentiz nolens volens præbuit iis, *Taciti* æqualis *Plinius* in celebri ad Tra- ianum epistola: sed nimirum ex hoc sanguine crenit multitudo pio- rum: nec iis catenis, quibus ligauit Paulū Apostolum Nero, verbum Dei potuit ligari: quin etiam non rictu absorberi, non vnguibus lacerari, non toto leonis illius ferocissimi robore labefactari potuit stuitas sancta, quam Deus struebat.

15 A. 18.

Sueton.
XXXVII.

Tac. 15 A.
40.

Suet. LV.
Idem
XXXVIII.

Tac. 15 A.
39, 44. C
seq.

Niceph.
Callist. 237.

Lib. 10. ep.
97.

Xiphil.

XVI. Furor Neronis ad extremum eò peruenit, vt urbem & imperium funditus perdere concupisceret ac abolere. Vnde nec mœnibus patriæ pepercit, sicut ex incendio, de quo dictum est, intelligitur: & omnium se ordinum hostem significationibus non dubiis declarauit. Quo pertinet, quod sublato è Republica senatorio ordine prouincias exercitusque equiti Romano ac libertis permitttere destinauerat. Non itaque mirum est, quod talem exitum fecit, qualem expectare debuit, qui omnes odii publici contemptusque causas aduersum se tam studiose cumulauerat. Petitus est aliquot conspirationibus: verum ea tyranno amenti non respiciendi occasio, sed læuendi fuit. Tandem exortus è Gallia Vindex, ostendit potius, quam absoluit vindictam. nam & cessit digniori Galbæ, & rebus non ex voto cedentibus, mortem sponte sumit. At vero Galbæ audito nomine, cui auctoritas & vires aderant, ne senatus quidem dubitauit, quin hostem iudicaret Neronem, & maiorum more puniendum decerneret. Possit videri causæ suæ seruire, sed verâ loquitur Galba & huc cum pondere accommodanda, cum Pisoni melioris imperii consilia commendat apud Tacitum: *Sic ante oculos Nero, quem longa Caesarum serie rumentum, non Vindex cum inermi prouincia, aut ego cum vna legione: sed sua immanitas, sua luxuria, ceruicibus publicibus depulere. neque erat adhuc damnati Principis exemplum.* Verum est, quod dicit de fundata longo imperio Cæsarum domo: quod præcipuum auctoritatis & securitatis præsidium erat, si quid tyrannis aut ad gloriam stabile, aut ad incolomitatem securum posset contingere. Verum est, quod de vitiorum fatali pœna exituque monet: quippe sicut rei Romanæ vitia merebantur talem tyrannum; ita tyranni vitia, talem merebantur finem.

Sueton.

XXXVII.
& XXXVIII.

s. H. 16.

adde

2 H. 72.

Augustin.

de C. D. 5. 19.

XVII. *Primum hoc damnati Principis exemplum, dignum erat, quod excuteretur amplius, si instituti ratio ferret. Contra Senatus Romani iudicium pronunciant, & Neronem inique damnatum statuunt, Albericus Gentili, & Hieronymus Cardanus: ille quidem in seria disputatione, qua vim civium in Regem semper injustam esse contendit, hic in encomio Neronis ludicro, cui nec tantum tribuerim, sicut nonnullos fecisse video, nec doctissimi viti otium morose examinauerim. Videtur Neronem tueri sanctitas Principalis fastigii, de qua sæpius alibi dictum: magnumque argumentum est in plenissima potestate, qualem habuisse Imperatores Romanos*

vix

vix dubitari potest. Accedit, quod ipse euentus ostendit, sinistro infaustoque consilio susceptam damnationem Principis: effuso mox vberum sanguine, turbisque ciuilibus & armis vexatopassim imperio. Id quod futurum, providere poterant ac debebant, qui de mutando Principe consilia agitabant. Et sane si, quam consulto consilio Senatus Romanus egerit, disputamus, non parum forte amplificari ea ratio potest: vt & periculum exempli, quod viris prudentibus inter prima omittendæ rei argumenta esse solet. Nam vt in posterum plures inique damnarentur Principes, primum etiam iuste damnati Principis exemplum effecturum videbatur. Non enim consistunt ibi exempla, vnde occurrunt: sed à bonis initiis in malos exitus late euagantur. Sed in examinando iure Senatus, nulla firmior ratio dari potest, quam hostilis in Republicam Neronis animus: quem magnis auctoribus affirmatum vidimus. Quanquam non ignorem, quid in eo probando desiderari queat, si cui libeat curiosius eam quæstionem tractare. Sed nec cautiones circa talem casum commendari solitæ, in occulto sunt. Subest etiam disquisitio amplior, de Senatus potestate circa constituendos Principes: de qua non omnes idem dicere videntur ac sentire. Interim non satis decora, nec è dignitate amplissimi ordinis fuit, siue necessitas siue prudentia: quod rebellioni militum suam auctoritatem commodare, id est, quid aliud, quam imperii arbitros declarare milites, adactus est Senatus.

*Græc. de iure
re bellis 1, 4.*

11.

XVIII. Progenies Cæsarum in Nerone defecit; cum à Iulio in hoc tempus, annis pæne centum rei Romanæ arbitrium tenuisset. Destinauerat enim Deus handè familiam ad absoluendum sustinendumque Romani imperii apicem, singulari fortuna & maiestate. Extant autem domus vere imperatoriz tum illusterrima virtutum regiarum documenta; tum foedissima tyrannidis scelera & flagitia: quibus in vtramque partem mensuram sui fati impleuit. Igitur eodem diuino nutu, quo in id fastigii ascenderat, detrusa & extincta est: dum Deus vult ostendere, se ita vt ad res summas certis familiis, vt non destituatur interim aliis instrumentis, simutare fortunam rerum libeat. Mansit tamen honor nominis Cæsarei & Augusti, tanquam nobile fragmentum è conuulsa domo; quo imperatoriz maiestatis decus præstruxerunt, quoc-

*Sueton.
Galb. 1.
Ab V. C.
710. & quæ
ad 821.*

quotquot deinceps imperio Romano præfuerunt. Scilicet Deus, cum destrueret, quæ hominum erant, seruare constituit, quod suum erat: quæ de re alibi diximus. certe diuina circa imperium Romanorum destinatio prouisiq; illo ueluti perenni monumento memoriz posteritatis, conseruata atque demonstrata est.

XIX. Sic finitur celebris illa, quam ab initio harum dissertationum commendauimus, periodus. Cæsarea: qua expleta imperium Romanum, à Julio magna vi inchoatum, ab Augusto singulari prudentia ordinatum, à Tiberio multa calliditate sustentatum, à Caligula, Claudio, Nerone pollutum probris, vastatum flagitiis; per nouas rerum mutationes, pericula, turbas, denuo aliquem statum formamque instaurare contendet, sicut deinceps obseruabimus. Est autem huius seculi historia tam diffusæ amplitudinis, tamq; copiosæ disciplinæ, ut non modo imperii secundissimo cursu ad summa prouecti decus, magnificentiam, robur; sed etiam magnitudinis semetipsam onerantis, probra, concussiones, deliquita, ueluti per omnes fortunæ uices complectatur. Quidquid natura hominum aut industria habet condendis, regendis, munendis, ornandisq; imperiis accommodatum, intra hoc spatium plena se exemplorum clarissimorum copia explicauit. Etiam diuersitas virtutum artiumq; ciuiliū ac subtilitas, uelut in unum congregati uisa est. Iam quæcunq; pro nouis hodie uenditantur, siue tentamenta calliditatis, siue inuenta sollertiz, siue uasamenta nequitiz, omnia in arcano Romanæ aulæ *τεχνουργία* reperias. Id quod frustra plerumq; iis persuadere coneris quos nulla interiore historiarum cognitione imbutos, præsentia tantum erudiunt. De tyrannidis uicibus, indole, fati non minus clarum est, quod diximus. Quid enim excogitari potest, uel eorum quæ ad iniuriam, uel eorum quæ ad sæuitiam dominationis pertinent, cuius non hic documenta sese prodant? & quidem per tot distincta eorum genera, modos, interualla, quot sigillatim enarrare, uix iusti operis sit. Accedit nobilitas & prudentia Scriptorum, qui hæc tempora memorarunt; inter quos eminent cum Suetonio nostro *Tacitus* & *Dio*: quorum sub disciplina qui parum profecerit, is non uideo quid de profectu in talibus studiis suo sperare debeat.

* * *

IN C. SVETONII TRANQVILLI
GALBAM, OTHONEM ET VITEL-
LIVM CÆSARES.

Dissertatio Politica.

Finita Cæsarum domo, totius rei Romanæ moles, quasi submoto cui incumbere fulcro, agitari cœpit atque contremiscere: fuitque rebellionem trium Principum & cæde, incertum diu & quasi vagum imperium: dum *Suet. V. p. 1.* Respublica per Sullanorum, Marianorum, Iulianorum temporum exempla, novis cladibus quærit, cui serviat, Cuius rei causas expedire volentibus, non tantum commune illud magnis quibusque imperiis ex incerto successore periculum, cogitandum est, sed diversi quoque animorum habitus observandi, quibus distrahi in partes Respublica solet, quoties ex ipso rerum fortunæque transitu occasio dissidendi oblata est. Ad Senatum pertinebat electio novi Principis, & in eo pars & arcanum imperiterat, ne alibi quam Romæ, neque alia quam consilii publici auctoritate, fortuna Principatus transferretur. At vero amplissimus ille, quondam ordo, servitute exhaustus depressusque, vix aliquid præsentioris pro sua dignitate consilii, aut opis pro Republica poterat expedire. Et exometat constantiam furor militum tumultuantium, qui omne ius imperii arbitriumque sibi pernicioso exemplo, pertinaciter vindicabant. Igitur facta semel initio, cum Hispani milites Galbam à castris Principem, neglecta sede imperii ac maiestate urbis regnatricis, ausi essent creare: ingens exorta æmulatio, prætorianos, ut pro Othone iterentur, Germanicos exercitus, ut Vitellium arriperent, accendit: donec sub his exemplis, ad Vespasianum delata rerum summa, quia pares tantæ molis humeros repererat, firmiter iam & certius conquievit. Sed ad hanc metam multo sanguine, magnisque cladibus perueniendum erat, quid enim colligi inter se tanto æmulationis argumento exercitus, quid armatæ pro suo quæque iudicio factiones, modicum parturirent agitarentque: quæ placandis motibus superesse poterat, nisi

Storia, aut clade, adeoque ex armorum tradio, quod post fractos denum tot feroces spiritus vix consequi solet? Cetera multitudo hominum in prouinciis, in vrbe, materia & merces belli erat. sine auctoritate, sine gratia, parata libidini militari victima: fuitque inter hæc maximus numerus eorum, qui publicis suisque ipsi malis læti, vltro igni oleum affundere, & calamitatum scenam veluti per ludum iocumque adornate, ne sine pompa periret Respublica, satagebant. Denique satis magnum perturbationis publicæ argumentum est, quod Neronem primo quidem pessimus quisque, postea pæne etiam prudentes desiderarunt.

II. Sed nobis de GALBA ordiendum est: quem accurate describit, præter Suetonium, Tacitus: qui in vberissimi contextus opere sequentia tempora vsque ad Neruam condiderat, sed cetera quidem perierunt: historia Galbæ, Othonis, Vitelli, & quædam Vespasiani, adhuc supersunt. Non repetemus singula, quæ Galbam fecerunt memorabilem. Illud certum est, magnam de eo fuisse expectationem, dum virtutum maiori & specie & fama, quam pro se, in vulgus celebratur: Quippe maior priuato, dum priuatus fuit, & omnium consensu capax imperii habebatur, nisi imperasset.

His verbis claudit Tacitus descriptionem Galbæ, qua more historicis vsitato, suprema eius prosequitur. Ea quoniam inter paucas notabilis est, tum iudicandi sollertia, tum explicandi dexteritate; mereri videtur, vt in vestibulo hoc consideretur, & cum Suetonii nostri historia conferatur. Ibimus per singulas partes. Ait primo: *Hunc exitum habuit Ser. Galba tribus & septuaginta annis, quinque Principes prospera fortuna emensus, & alieno imperio felicior, quam suo.* Ex quinque Principibus quos nominat, priores sunt Augustus & Tiberius: Augustus puero adhuc salutanti se prædixerat fore, vt

quandoque degustaret imperium. Ita Suetonium noster: ceteri à Tiberio id prædictum Galbæ memorant. Sed pro Augusto est ratio ab ætate petita, sicut *Torrentius* annotat. Forte autem repetit Tiberius id iudicium Augusti: sicut Suetonius distincte tradit. *Sed & Tiberius*, inquit, *cum comperisset imperaturum eum, verum in senecta; viuat satius, quando id ad nos nihil pertinet.* Productus est ad fortunæ suæ aspiciam à Liua Augusta: cuius & viue gratia plurimum valuit, & mortua testamento pæne dicatur esse. Consulatum, cuius meminit Suetonius; sub Tiberio gessit anno V. C. DCGLXXV. A *Cæio Cæsare*: hic

cellius

H. 49

Cap. IV.
Tac. 6 A. 2. O.
& Dio.

Suet. V.
Cap. XI.

tertius est à Principibus) *Gerulico substitutus est.* Claudium demeruit fide & obsequio, cum post eandem Caii, à multo ad occasionem stimu- Cap. VII.
lacus, quietem prætulit. Ab hoc ergo in cohortem amicorum receptus, multisque honoribus affectus est. Sub Neronis Principatu, Cap. VIII.
 complures per annos in secessu vixit: donec prouincia ei oblata est Hispania Tarraconensis, sicut postea dicitur. Hi sunt quinque illi Principes, apud quos partim honoratus, partim fortunatus, Galba fuit. Adiicitur autem à Tacito: *quod alieno imperio felicior fueris, quam suo.* cuius rei ratio tum à moribus eius, mox memorandis, repetenda est, tum ab ingenio fortunæ. Quippe & *Tiberium Galeriusq;* Aurel. VIII.
subiecti alii egregia pleraque, suo autem ductu atq; auspicio minus parua experiti sunt. Scilicet, antea tuorum Principum fortuna felices erant: at Cap. 43.
 cum sua cœperunt fortuna uti, res contra cessit.

III. Sequitur: *Vetus in familia nobilitas, magna opes.* Quæ res vtraq; non parum ad famam & dignitatem facit, vbi Princeps quaeritur: cum & à nobili decus publicum; & ab opulento, præmia priuatim sperari soleant. Vnde ars & cura ostentandæ vetustissimæ nobilitatis: dum Imperator factus Galba *stemma in atrio proponit, quo paternam originem ad Iouem; maternam ad Pasiphaën Minou uxorem referebat.* Erat in omnium animis domus Cæsareæ nobilitas, à Diis & regibus demissa. igitur, ne quid in Cæsarem successore desiderari posset, antiquum heroicæ originis commentum repetitum est. *Ipsi medium ingenium, magis extra vitia, quam cum virtutibus.* Ita Tacitus perite æstimationem Prudentiorum indicat: nam vulgus pro virtutibus interpretatur eos mores. De cetero, & fortuna, pro virtutibus fuit Galbæ: quod & ipsum accidit iudicio multitudinis, euentus potius quam causas rerum spectantis. Hæc est origo mobilitatis illius, quam Galbæ ante imperium, & Cap. IX & X IV.
 postquam adeptus est, exprobrant Scriptores. Alte insita sit oportet virtus, quæ mentem negotiis, curas Reipublicæ, æquabili tenore attemperat. Interim, media illa species virtutis, plerumque ante experimenta, honorem laudati moris præfert. Quo etiam id spectat, quod Galba amplius memoratur, *fame nec inuisiosus, nec vendidator:* quorum illud dissoluti, hoc arrogantis fuisse. medius virtutis trames est. quem tamen vt recte deeurras, tum diligentia opus est, ad æstimandas famæ occasiones, tum iudicio in tractando famæ argumento, denique animi magnitudine in metienda

fama congruentia cum fortuna nostra: Quae si quis in Galba quaerens deprehendat forte, potius ignarum fuisse, quid vitaret in hoc genere, quam quid sectaretur. Sicut nec in pecunia tractanda (licet eximium eo studium videatur contulisse) satis perspexit veram virtutis indolem. Fuit sane; *pecunia aliena non appetens, sua parvus, publica auarus*: adeoque gradus probati moris bene visus est: ratio einatus esse, circa studium & curam numerorum, cum praecipuam publicis opibus diligentiam deberi iudicauit. Sed diligentiae illius modum non tenuit: eaque re auctoritatem Principis & securitatem corripit.

IV: Iam amicorum liberorumque; ubi in bonos incidisses, sine reprehensione patiens: si mali forent, usque ad culpam ignarus fuit. Quod & ipsum eius generis est; de quo coepimus dicere: Dum enim bonis indulgit, reprehensionem potius effugit, quam laudem meruit: magisque fortunae suae, quam consilio acceptam id ferre debuit. At ubi fortuna deerat, relictus sibi, maximam reprehensionem incurrit; dum malos sine cura habet. Sed quo minus haec famam eius destruerent, aut mature animaduertentur, *claritas nativum, & meritis temporum obtentum fuit; usque ad segnitiam erat, sapientia recurretur*. Tyrannis bonos quam malos suspectiores esse, satis constat. hinc necessitas in sapientiam versa, ut, qui ob virtutes exitum metuerent, sub ignaviae velo abditi omne securitatis suae praesidium in otio collocarent: Quae nota Tacitus ipse Neronis tempora alibi designat, quibus *inertia pro sapientia* fuisse: Ea opinio Galbae ad famam praecipui adiumenti loco fuit: cum enim quadam ingenii tenuitate & humilitate à magnarum rerum studio actuque summo ueretur, consilium videbatur, quod imbecillitas fuit. praesertim eum quaedam solidioris virtutis specimina in oculis essent. Nam dum *vigebat, atque militari laude apud Germanos floruit*; cum Gaetico substitutus, insignibus disciplinae ac militaris industriae documentis editis, hostem ingruentem feliciter coërcuit. *Proconsul Africam moderate iam senior, ceteroquem Hispaniam pari iustitia continuit*. A fricana administratione cum provinciarum & intestina dissensione, & barbarorum tumultu inquietam magna severitatis ac iustitiae cura ordinasset, praecipua honorum ornamenta meruit, sicut amplius ostendit Traquillus. Hispaniam autem; quod *pari iustitia commissi* dicitur, ad priora tempora referendam est, quibus *act.*

vehemens, & incoercendus quodam delictu vel immodicus fuit. postea Cap. IX. paulatim in desidiarum segnitieque, conuersus est, ne quid materia praberet dezerani: sicut antea notauimus.

V. Talis ergo cum esset Galba, eoque vitæ ac morum instituto uteretur, quod ex Tacito & Suetonio descripsimus, *omnium consensu capax imperii visus, eoq; facile ceteris, qui eodẽ tempore ad res novas confluxerant, prælatu* est. Possis autem vere dicere, *compulsu* quodammodo esse Galbam ad imperium, tanquam ad sacram anchoram; cum per se vix moliturus fuisse rem tam arduam videretur. Etiam tranquilla ingenia metus acuit in audaciam & fortiora consilia. Igitur cum cognouisset, mandata Neronis de nec sua ad procuratores clam missa esse, opportunum Vindicis defecit remedium fuisse, siue caput daret partibus, quod Vindex petebat, sine sociis accederet. Qua de re cum inter suos deliberaret Galba, *sollerti celeritate, Titus Iunius, Quid cunctatione opus est? inquit: qui deliberant; desinuerunt. Accesserunt & omnia vetera recentiaque. quibus spes imperii obtinendi, Galbæ confirmabatur. Confalutatus ergo in Hispania Imperator; cum vim & speciem quandam dominationis assumisset, ipsa nominis fama desperationem Neroni iniecit; & Senatus Romani languentes animos erexit. Non prius tamen suis decretis principatum Neroni abrogarunt; Galbæ confirmarunt, quam ubi de aliorum quoque exercituum consensu alacrum est. Supererat in vrbe miles Prætorianus, nec in Galbam pronus; nec à Nerone alienus, longoque Caesarum sacramento imbutus hunc arte & impulsu Nymphidius Sabinus cum Tigillino in partes Galbæ traduxerunt, euentu Neronis fuga, pronuntiatq; nomine Galbæ ingenti donatiu; quantum nec parari sine flagitio, nec solui sine dedecore posset. Obstabant interim comitibus Galbæ in Africa quidem Clodius Macer, apud Germanicos exercitus Verginius: quorum illum haud dubie turbantem, iussu Galbæ procurator Trebonius interfecit; hunc ambignu; consilii, & ex cunctatione suspectum, per simulationem amicitie Galbæ ab exercitu abduxit, & apud se retinuit. Quin & Nymphidius ille, qui paulo ante prætorianos Galbæ conciliauerat, subito prauus & præceps imperiû sibi molitur, sed pertæsi ignobilitatem hominis milites, & Antonii Honorati tribuni oratione in officio retenti, presenti supplicio vindicant scelus. Adscitus mors Cimponii Varronis, & Pontici Mi-*

Cap. IX.

Plutarch.
Galb.

Suet. X.

Tac. 1 H. 5.

Plutarch.
Galb.Tac. 1 H. 7.
C. 8.

Plur.

Tac. 1 H. 5.
C. 6.

Plutarch.

thridatis: quos ut socios Nymphidii, quanquam inauditos atq; indefensos, Galba interim iussit.

VI. Videbatur per hæc fortuna satis propitia viam ad imperium munire Galbæ, ac in eius sinum omnia transferre. Sed ad epto Principatu, animi in contrarium vertuntur: contemptusque iuxta & iniustus senex ad instar tragici regis, cum inter magnificos apparatus & fausta omnia per scenam introductus esset, mox funere miserabili cruentus è theatro effertur. Cuius rei causæ partim in statu temporum habituque animorum, quem ob id tam accurate *Tacitus* annotauit; partim in moribus & aula Galbæ, quærendæ sunt. Ac præcipua quidem tot calamitatum turbarumque causa, penes milites fuit. Aduersus tot exercitus, qui validissimam imperii partem constituiebant, nihil satis firmum fore, nisi certam successionis, neque vnquam interrumpendam seriem, satis prouiderat Augustus: cuius eximia semper fuit, in stabiliendo hoc securitatis publicæ palladio, industria atque dispositio. At finita domo Cæsarum, cuius sacramento assueti erant milites, suas ipsi vires cøperunt circumspicere, arcana imperii tentare, senatus populique iura inuadere, in sua manu Rempublicam sitam, vltro iactare. præsertim cum emissa se imperium viderent. cuius perniciosi moris initium à Claudio factum, suo loco intelleximus: nam is *primus Cæsarum, fides militis etiam premio piguerat* memoratur. Sed longe scædus, Nymphidius pro Galba pactus est cum militibus, sicut ante diximus. Hinc mirus statim error consilia Galbæ actionesque ab initio perturbauit. nam is, ut vocatus electusque, omnia pro auctoritate sibi facienda existimauit: milites prætoriani non electionem illam, sed sectionem imperii interpretabantur; adeoque donatiuum, non ut liberalitatem ab imperante, sed ut pretium pactiois ab imperatore expectabant. Quod cum exsolutum iri, nulla iam spes esset (quippe Galba *legere se militem non emere consueuisse*, subinde iactabat) alienatos semel animos, etiam metus in transuersum egit: dum ob Nymphidii scelus se suspectos, neque extra periculum, aut in gratia apud Principem futuros, plus quam ratiocinantur. Accessit etiam Neroniani Principatus comparatio, & ex comparatione desiderium licentiæ, quam tyranni solent indulgere, dum aduersus omnes ceteros, solos sibi milites deuincire student. Id quod etiam *Herodianus*, postea accidit, cum Commodi Antonini principatu cørupti ac in omnem

*Sueton.
Claud. X.*

*Cap. XVI.
Tac. 1 H. 5.*

Herodian. 1.

omnem licentiam deprauati milites, modestam Pertinacis & compositam disciplinam, non nisi in occasionem perfidiae ac defectionis rapuerunt:

VII. Apud ceteros quoque exercitus semina discordiae atque irarum suberant. Germanici exercitus solliciti & irati superbia recentis victoriae aduersus Vindicem, insupermetuebant, ne suspecti Galbae essent, tanquam alias partes fovissent. quippe Verginio imperium obtulerant. Sed maxime fremebat superioris Germaniae exercitus, fraudari se praemiis nauatae aduersus Gallos & Vindicem operae. Igitur oblitterata iam Senatus populiq; Romani nomina, suae seditioni praetexebat. Inferioris Germaniae legiones iisdem motibus inquietas, ducumque partim infirmitate, partim turbulenta accensas, Vitellii, quem Galba cum imperio illuc miserat, aduentus ad res nouandas concitauit. Ita factum est, ut Romae quidem Praetoriani Othonem, Germanici exercitus Vitellium Principem facerent: atque, cum Oriens haec immotus, cerneret, Othonem ac Vitellium suffragatione militum eo prouectos, ut scelestis armis res Romanas raptum irent, coeperunt & illi exercitus, ne peres ceteros imperii praemia, peres ipsos tantum seruitutis necessitas esset, de creando Principe alio cogitare, monstratumque factis Vespasianum praetulerunt. Ita trium Principum caede, maximaque omnium rerum perturbatione, ac horrendis bellorum cladibus, fortuna imperit ad domum Flauiam transit, sicut postea cognoscemus;

VIII. Nunc enim ea prosequemur, quae Galbae odium contemtumque, adeoque interitum attulerunt. Concurrant hic auaritia & sanctitia, quae inuitos: itemque mobilitas animi, & neglecta aulae disciplina, quae despectos reddere solent Principes. Accesserunt consilia vel intempestiua, vel minus dextre dispensata: fortuitis quoque rebus, ut solet fieri, in culpam transeuntibus. Equidem quantum prodesse nouo Principi solet clementiae & benignitatis fama, tantum Galbae nocuit fama auaritiae sanctitiaeque: quae aduentum eius in urbem praecessit. Accidit quidem & postea Tito Vespasiani filio, ut imperium eius tanquam novi Neronis, anxius rumoribus expanescerent Romani: sed ea illi fama pro bono cessit, cum egregiis virtutibus omnia suspitionum semina aboleret. At vero Galba ultro confirmauit auxitque sinistram de se hominum opi-

Tac. 1 H. 3.

Suet. XVI.

Tac. 1 H. 51.

Sueton.

Vitell. VII.

Tac. 2 H. 6.

Op. XIII.

Suet. Tit.

VII.

mionem. Licet enim Cingonius Varro & Ponticus Mithridates, a quibus prædiximus, iure cæli viderentur; incius tamen, & ex dominationis ingenio magis, quam ex formula boni imperii æstimabatur, indicta causa, quamvis fontes perimere. Quam invidiam intendit auxitque cædes Petronii Turpiliani, viri consularis: que nullo colore prætexi poterat, cur senex & inermis, non audiretur. Nam introitus in urbem, trucidatis rot millibus classiariorum militum, infaustus omine, atque ipsis etiam qui occiderant, formidolosus erat, cum novus Princeps per tantum sanguinis, & cadaverum in urbem deducendus esset. Hæc efficiēbant, ut milites jam pridem disciplinæ impatientes, etiam severitatem eius militatæ, quam fama prædicabat, pro sævitia interpretarentur.

IX. Et fecit quidem Galba hæc atque talia, maiestatis conciliandæ: ratus, nihil magis ab auctoritate Principis alienum esse, quam cedere militibus, aut quidquam contra animi sententiam agere. Quin etiam licentia Neronianorum, temporum simul & semel abolenda videbatur Principi, quem Respublica tyrannidis odio tadioque optauerat. Verum in his non, recte ratiocinatus est, vir non imprudens alias, auctoritatis parandæ prædia & artes: quantum accurata & solers sit tractatio oportet; ne quod una manus corripit, altera amittat. Est enim per absurdum, in quibusdam rebus gravitatem & summæ fortunæ dignitatem assenerare; in aliis nihil vel propriam auctoritatem pensi habere, nullum moris aculque decus curare. Perite Tacitus, cum magnificam Galbæ vocem de legendo non emendo milite, non sine mentione periculi hinc exorti, posuisset; subiicit: *Nec enim ad hanc formam cetera erant. Eodem nomine Suetonium Vitellium notat: qui ab initio Principatus quædam prorsus egregie atque magnifice fecerat, & ut summi Principis spem ostenderet; nisi cetera magis ex natura sua & priorē vita, quam ex imperii maiestate gessisset.* Nulla res maiorem constantiam requirit, quam studium dignitatis: neque quisquam facilius contemnitur, quam qui vitandi contemptus eorum modo acriter intendit, modo segniter remittit: cum præsertim quandam diligentis assiduitatem etiam ætas Galbæ, & conditio electi Principis requireret. Nam qui nascuntur Principes, eorum regimen minus obnoxium est censuris hominum & sermonibus: at ab electo Principe Respublica iudicii sui rationem quotidie exigit. Hinc *Tranquillus* noster de Galba:

Plutarch.

Suet. XII.

Tac. I. H. 6.

P. ut arch.

I. H. 5.

Vitell. X.

Galba: *Vix sibi ipsi constabat, modo acerbior parciusque, modo remissior ac negligentior, quam conueniret Principi electo, arguere illius aetate.* Venit omnino in partem auctoritatis, aetas Senectas: sed quam prudentia actionis, grauitas morum, constantia & moderatio publice venerabilem facit. Hæc si desunt, facilius iam contemnitur annorum infirmitas, & fit illud, quod de Galba Tacitus habet: *Ipsa Galba aetas & irrifus & fastidio erat.* Cap. XII. H. 7.

X. Etiam in eo non parum deerrauit prudentia Galbæ, quod contra temporis genium non tam ratione quam impetu niti, militesque per tot annos licenter habitos, vno quasi momento ad duriora vertere instituit. Hinc oratio pro concione minime comis, & usurpata tempestiue etiam bonis Principibus donatiui liberalitas, non ab initio tantum, sed postea, rebus iam dubiis, cum imperii comitia transigeret, omissa; veluti per auctoritatem: cuius vis apud Prudentes valet, inania transmittuntur. *Constat, inquit Tacitus, potuisse conciliari animos quantulacumque parci Senis liberalitate. nouit antiquus rigor & aemula seueritas, cui impares non sumus.* Atqui si tanto restituendæ disciplinæ publicæ studio tenebatur, unde nisi à se suisque ordiri debuit? Quanto deformior & corruptior Nerone aula fuerat, tanto emendatiorem à Galba imperandi rationem omnes expectabant. Sed postquam apparuit, alios homines magis, quam alios mores successisse; factum est, vt eadem noue aemula, etque grauiora, non eque excusata, ingentem inuidiam simul ac parendi dedignationem concirent. Præ se tulerat utique, correctionem iudiciorum: & profusas à Nerone imperii opes, ab iis, qui liberalitates tam infames probriis meriti erant, reuocare destinauerat. Sed quæ huius consilii gratia, quis potuit successus esse, cum interim aulici Galbæ nihil non pretio aut gratia dilargirentur, vectigalia, immunitates, pœnas innocentium, impunitates noxiorum? Sic, cum atrocium sub Nerone facinorum ministros, & emissarios, Helium, Polycletum, aliosque puniret; non inutili proposito noui Principatus specimen & formam publicæ expectationi commendare poterat: nisi suum ipse beneficium mox corrupisset, ereptis merito supplicio hominibus omnium malefcentissimis Haloto & Tigellino, quem emtus ingenti pretio Titus Vinus protegebat. H. 8. Tac. i. H. 7. Suet. XV. Indid. Plusarch.

XI. Regebatur enim inualidus senex trium arbitrio, quos vna & intra Palatium habitantes, nec vnquam non adhaerentes

Q

peda-

pedagogos vulgo vocabant. Quorum T. Vinius cupiditatis immensa, Cornelius Laco arrogantia locordiaque intolerabilis, Icelus libertus, ipso equestris dignitatis honore ad nimia cupienda audendaque stimulatus, omni vitiorum genere grassantes, magnam & miseram ciuitatem varia & pudenda sorte affligebant. Quidquid bene destinauerat Galba, in contrarium vertebant: quicquid mali non audebat, sub eius nomine peractum est, donec disceret ac auderet. cumque eum omnibus aliis malignum & sordidum ac immitē redderent, ipsū profuso & facili & in omnia flexibili utebantur, non cumulantes modo scelera, sed festinantes, vt apud senem; cuius ætas tantis cupiditatibus explendis vix suffectura videbatur. Nec societas modo deterrimorum hominum Reipublicæ grauis incubuit: sed frequens ex æmulatione scelerum discordia, non nisi diuersitate publicorum malorum expiata est. Hæc cum videret Galba & pateretur, atque adeo se abutendum tam prauis magistris permitteret, vt nihil aliud iam & esset & haberetur, quam *nerus alienis mobile lignum*: fieri non potuit, quin odio tot flagitiorum oneratus, contemptu insuper *inertia destrueretur*.

Plutarch.

Tac. 1 H. 6.

Suet. XII.

Tac. 1 H. 14.

& seq.

XII. Aduersus hæc munimentum sibi comparare, adoptato successore, pridem agitauit, & post nuntios Germanicæ seditionis, maturauit. Solet quippe orbitas Principum, prauas aliorum spes accendere: quas coercere, & contemptum imperio detrahere, certū successoris designatione, inter artes est. Eaque res, post hæc tempora, Neruæ Imperatori publice ac priuatim prospere cessit: cum tumultuum ac turbarum ingruentibus minis, Traiani virtutem auctoritatemque opponeret. Non eadem Galbæ felicitas: qui remedio tali augere malum potius quam sanare visus est. Egregii sane animi specimen dedit, quod successorem non in domo, è propinquis aut bellorum sociis, sed in Republica, ex vitis probatissimis quaesuit. nec in Pisone multum desideraueris dotes summa fortuna dignas. sed non tanta vel auctoritas adoptati vel gratia amplius cererasque imperii partes erat, vt audita adoptione, amor obsequii semel exuti rediturus sperari posset. Namque vt olim virtutes Principum; ita tum vitia amabantur. Quin etiam tarda sunt remedia aduersus odium publicum, vbi iam contemptus accessit: qui male coercitam metu audaciam vltro soluit præcipitatque. Quod, quod exulceratis mentibus, non nisi molliore manu, & amica specie

Tac. 1 H. 15.

admo-

admoueri remedia debuerant? At Galba nullius rei, præterquam
seueritatis, memor, promulgata adoptione, nullum orationi aut
lenocinium addidit, aut pretium. Seuerior aliquis diceret, litte
ras nescisse Galbam, quod imperatoriam grauitatem non conditio- *Tac. 1 H. 2.*
ni temporum, non animis hominum accommodare sustinuit. cum
in tali moris actusque temperamento, ipsos prudentiæ netuos repo-
nant, qui fata reipublicæ peritius tractare didicerunt.

XIII. Iam quod Pisonem Othoni prætulit, præclaram uti- *Tac. 1 H. 15.*
que destinationem habere videtur, & ex vsu Reipublicæ metien-
dam: quæ frustra à Nerone translata erat, si apud Othonem relin-
queretur. Sed Othonis spes, & molitio pro dominatione, multis pro-
fecto iudiciis detecta, negligi à Galba nullo modo debuit. Palæ erat,
adoptione Pisonis ex amico intimo, infensissimum hostem Galbæ
redditum iri Othonem. elusa quippe spes semel acriter concepta,
quid nisi odium & audaciam & calidæ consilia portendebat? igitur
cauendum sibi, quem in tanto argumento offendisset, omnique ope
à malefaciendi facultate arcendum esse, dubitare nõ poterat Galba.
Quæ cum omnia negligeret, & quamuis prædictos casus secure *Plut. Galb.*
transmitteret, præuentus est ab eo, quem præuenire facillimum e-
rat. Minus est mirandum, quod orto iam tumultu, & castra tenen-
te Othone, cum vndique metus & pavor offunderetur, à meliore *Tac. 1 H. 38.*
consilio aberrauit, neque vel temeritatem suadentium, vel inania *C seq.*
vulgi studia veris pretiis æstimauit.

XIV. Quantum consenserint in odio aduersus Galbam mili- *Tac. 1 H. 43.*
tes, vel hinc æstimari potest, quod præter vnum Sempronium Densum, *Plutarch.*
nemo Principi opem ferre, nemo incurrentium furorem arcere co-
natus est. Trucidatur in publico senex Imperator, nec manus mo-
do militum parricidio, sed oculi totius pæne vrbs parricidii spe-
ctaculo polluantur; tam fatali hominum vel vecordia vel stupore,
ut facinus, nulla privata clade expiandum, cum pauci incepissent,
omnes paterentur. Referet easdem vices fortuna, post hæc tempora:
cum similes plane ob causas, nisi quod melioribus consiliis mori-
busque rempublicam tractauit, optimus Senex Seuerus Pertinax
militari furore contrucidabitur. & si voluerimus in vltiora pro-
spicere, quod sunt in historia Romana optimorum Principum, quos
illæ ipsæ manus, quibus suam salutem sub iuramentis sanctissimis
commiserant, nefarie extinxerunt? Ex quo apparet, quam sit res
ardua

sedula, & accipitis plera consilii, numerosa militum custodia. cuius regendæ continentæque consilia, sagacissime ab Augusto destinata, dubito an successorum quisquam satis assecutus sit.

Dissertatio Politica

IN OTHONEM.



Alba imperium ad se delatum accepisse potius, quam eripuisse alteri videbatur: at Othonis dispar causa est, qui cupidine dominandi flagrantissima incitatus, quo pervenire bonis artibus non poterat, parricidio grassandum sibi existimavit. A Galba beneficium, respublica; ab Othone perniciem expectabat. In Galbæ eximie virtutis species, quoties suis consiliis utebatur, præfulgebat: Othonis non nisi ad scelera pronus animus, in nova fortuna, æccedentibus pravis consultoribus & ministris, nihil non ausurus timebatur. Vtrumque brevitatis temporis & infelicitas exitus, similes facit: nisi quod Galba alieno scelere; Otho autem suo, periit. Illius interim morte violata Respublica; huius exitio recreata, videri poterat, si Vitellius non superfuisset.

II. Existimare enim de ingenio Othonis volentibus, occurrebant omnia ea vitia, quibus everti publica non minus quam privata fortuna solet. Pueritiam incuriose, adolescentiam petulanter egerat: atque his moribus libertinæ aulicæ primum, mox per hanc Neroni insinuatus, scelerum congruentia facile gratus apud pessimum Principem & honoratus fuit. Secretissimorum facinorum hunc consiliarium, adiutorem, ministrum Nero diligebat: donec quos flagitia iunxerant, flagitiorum æmulatio distraxit animos, in causa Poppæ Sabinæ. Igitur sepositus à Nerone, per causam legationis, provinciam moderate rexit, non tam ingenio suo usus, quam temporibus serviens, & fortunæ; quam inclinatam facile potuisset licenter agendo in casum dare. Data occasione vlciscendi Neronem, Galbæ conatibus inter primos accessit, prioremque in amicitia Principali & aulico honore gradum promittuntine officiorum, etiam opibus & pecuniis, apud novum Principem occupare festinavit. Sed nihilo Galbæ fidelior fuit, quam Neroni. nam cum

ami-

Tac. 1 H. 13.

Suet. c. 11.

Cap. 111.

amicitiam Galbæ cum spe imperii, & quasi sub conditione tantæ spei, concepisset animo, postquam vidit non eadem esse vitis suis præmia, quæ officiis fuerant, cessit fas & salus Principis, omniaque pro dominatione, ambitiose simul ac nefarie tentata, exitum habuerunt, qualem perturbatio animorum temporumque, cupientibus nimia pridem polliceri poterat.

III. Incitamenta sceleris *Suetonius* nosset, & *Tacitus* breuiter complectuntur, *luxuriam etiam Principi onerosam, inopiam vix privata tolerandam*: quibus accedebat, *in Galbam ira, in Pisonem inuidia, & prætextum ac stimulus audendi, formido quam fingebat, quo magis concupisceret, ut perire Tacitus obseruat*. Erant & *mathematici* siue astrologi in parte publicorum malorum; pessimum scilicet vel occupandi vel agendi imperii instrumentum. His concitatus furis Otho nullum genus blandimentorum aut turbamentorum, in vulgus omisit: studia præsertim militum comitate propemodum seruili, & largitione immensa pignertus. Tandem *suscipere duo manipulares, imperium populi Romani transferendum, & transfulerunt*: cum is habitus animorum esset apud alienatos à Galba milites, *ut pessimum facinus auderent paucis, plures vellent, omnes paterentur*.

Suet. c. IV. T. 1. H. 21. & 22.

confer Suet. Oth. 4. Neron. 36.

Tac. 1 Et. 25. & 28.

IV. Occupatam per scelus rem publicam, quo exemplo fuerit rectorus Otho, non dubitari potest: cum inter ipsa initia, quibus adhuc simulatione moderationis existimationem secundiozem colligere cuperet, Neronis & memoriam coluerit, & facta probauerit, & nomen assumerit. Qua re non alia efficacior ad distrahenda ciuitatis studia, & licentiam factionum ciendam, excogitari poterat. hoc enim quasi signo dato, infimæ plebis hominumque pessimorum colluies, in optimates & Senatum, à quo Nero damnatus erat, concitata, nihil non sibi vindicatura, nihil non Senatui ereptura erat. cum præsertim etiam militibus grata esset Neronis memoria, recollectione flagitiorum, quorum non parua ipsi præmia percepisse sibi videbantur.

Suet. VII. Tac. 1 H. 78.

V. In hoc erant statu res urbana, cum inertis vulgi gaudia, & optimi cuiusque mœrorem, allati de motu Vitelliano nuntii vel interpellarunt vel auxerunt. Nam Vitellium, omnis probri plenum, nullaque re Othone meliorem, Germanici exercitus Imperatorem nominauerant, sicut postea dicitur. hinc bellorum ciuiliū noua series eo tristiora plerisque præbebat auguria, quod satis appareret, & duobus

Tac. 1 H. 56.
Plutarch.
Othon.

duobus flagitiosissimis mortalibus, deteriorem fore, qui vicisset. Reuocabat, ut sit, sollicitudo, etiam vetera claudum nomina, quotiens de Principatu certatum esset: in quibus etiam si omnia exempla acerbitatum & miseriarum occurrerent, sine exemplo tamen credebatur, quod ab Othone & Vitellio metuendum erat. Denique alii ad concutiendum, hi ad perdendum imperium, veluti fataliter electi videbantur.

Xiphil. Oth.
pr.

Suet. c. VIII

Xiphil. in
Othon.

Tac. 1 H. 37.
C. 2 H. 39.

VI. Longum haud dubie & cruentum exarsisset bellum, si aliis ducibus bellatum esset. nunc vitia utrumque sua, prius quam aduersari arma destruebant: Othoni consilium insuper & fortunam abstulerat conscientia facti. quod vix vnquam nisi auctoris exitio expiatur. Obluctabatur sane portentorum minis, & magnum animum ostentabat: sed quem, sub illa specie fiducia, diræ & malæ curæ nunquam deserebant. Initium calamitatis, à numero ducum arcessit Dio: qui scilicet inter se discordes, & imperiti melioribus aduersantes, omnem veri consilii facultatem implicabant. Erant sane in Othonianis ducibus Suetonius Paullinus, Marius Celsus, Antius Gallus, egregio temperamento virtutis imperatoris, cuiusque operi moliendo efficiendoque pares: sed hos Licinius Proculus criminationibus & calumniis eo redegerat, ut sine gratia sine auctoritate, inani nomine ducum, cum prudentia eorum nemo vteretur, nihil aliud quam alienæ culpæ prætenderentur.

Tac. 2 H. 35.
C. 19.
Suet. 1 X.

Tac. 2 H. 33.

VII. Ita, cum de summa rerum consultaretur, trahi bellum, an fortunam experiri placeret, tres illi, quos laudavi, duces, exposita totius belli ratione, argumentis vicerunt, moram Othoni vtilem, prælii certe dilationem pæne necessariam esse. Sed vicit ea pars, quæ plus animi, quam consilii præferbat: quæque, ut meliori prudentiæ aduersari valide posset, adulationis larua frontem communiuerat. Decreto prælio, dubitatur amplius, interesse pugnæ Othonem, an seponi melius foret. Sed quis aduersari pergeret deterioris consilii auctoribus, quibus solis aures Othonis apertas, tam recens exemplum ostenderat? Eximitur dubiis præliorum & summæ rerum ac imperii reseruat, quasi per speciem amoris & prudentiæ. Sed qualis est ille regressus ex præcipitio, in quod te semel demiseris? Et quomodo nunc collocat Otho imperii æmmam in manu ducum, quibus diffidit? Quæ vero ducibus auctoritas apud milites, vni deditos Othoni, ceteris parere dedignantibus? Abscessit & ipsum robur

robur exercitus cum Othone; remanentiumq; fractus animus, haud dubium cladis augurium fuit. Quæ omnia male consulta & prouisa, graui censura, vt solet, Tacitus prosequitur.

VIII. Idem, qui occasione huius prælii Bedriacensis, memorabili digressionem perpendit, quid de consilio & proposito pacis, ante prælium, vt nonnulli tradiderunt, agitato inter exercitus, statuendum sit. Feruntur enim, tædio vtriusque Principis, dubitasse exercitus, an pace facta vel ipsi meliorem Principem eligerent, vel Senatui electionem permetterent. atq; hinc moras Othonianis ducibus, præsertim Paullino, placuisse aiunt, donec maturis iam consiliis pacis, absque certamine & cruore componeretur respublica. Et optabile sane istud votum fuerit, quod optimo cuiq; posset arridere: sed frustra aliquid tale sperari, non poterant non providere, viri prudentes. Impedimenta & obstacula pacis animaduertas in singulis partibus reipublicæ, quæ tam præsentis remedii patiens iam non erat. Scilicet vt Augusti prudentia, ex deformi perturbatione in ciuilibus disciplinæ habitum restituerat rempublicam: ita tyrannorum, qui insecuti sunt, vitia omnis publici moris honestatem denuo extinxerant, & hominum animos in præcipitia eiusmodi adduxerant, ex quibus sine ingenti rerum motu non possent reuocari.

IX. Tacitus cum de corruptissimi sæculi, & ad pacem tuendam, nedum restituendam inepti, genio præfatus esset, ipsos non milites modo, sed duces considerat. Exercituum enim animi cupidine bellandi pridem infecti, pacis tædio armorum ciuiliū licentiam, vt vnicum militiæ præmium voto ac destinatione nimis pertinaciter conceperant: nec nisi expleta libidine destituti videbantur. Et quæ, in tanto priuatæ stimulationis furore, cura reipublicæ subiret; aut, si subsisset, quomodo se in tantam consensionem votorum consiliorumque expediret, inter turbam linguas, ingenio, moribus discordem? Iam legatos ac duces plerosq; maior vis criminum & inopie urgebat, quam vt sine bello, aut sub bono Principe salui esse possent. Verisque ergo expediebat, & militibus & ducibus, flagitiosum Principem optare, qui & ingentis meriti loco, operam in occupanda republica nauatam habiturus; & præmium perpetuæ licentiæ repensurus bellorum sociis esset.

X. Huc accedit, quod certaminum de Principatu vix vnquam alius solet exitus esse, quam vniuersus interitus, aut vnus dominatus.

tus. id quod superiora tempora satis docuerant, cum primo Marius, mox Sulla, victam armis libertatem in dominationem verterunt. Hos motus Cæsaris arma exceperunt, nec nisi Pompeii exitu terminatum bellum: cui similis fuit Augusti aduersus Pompeianos, & qui post Pompeii domum, eandem Principatus æmulationem induerant, contentio. Quibus exemplis satis apparuit, quid in Othonis & Vitellii causa sperandum aut metuendum esset. Eadem sidera mouerant hanc tempestatem, statusque Romani vitia & corruptionem eadem expiationis formula damnauerant. Neque minor partium rabies: non modo ex ingenio ciuilibus discordiæ, quæ semper grauiore, quam in extraneos fieri consuevit, affectu exardescit; sed quia tot scelerum perplexitatem non poterat nisi decretorius euentus dissoluere. Adeo nec de militibus sperari consensus nec in ducum consilio reperiri exitus potest, quotiens inter arma et diu pacis, & cupidine dominandi sumta, de quiete publica queritur. Certe nec Vitellius postea, licet pacem valde optaret, ullam eius imperandæ copiam habuit.

XI. Sed nobis ad Othonem redeundum est: qui, cum frustra
Tac. 2 H. 47 & temere tentatam à se fortunam, non tam infelici prælio, quam
Suet. IX. 8 scelerum conscientia animaduertisset, statim moriendi impetum
scq. cepit: speciosa sane ratione vsus, quod indignum esset, tot fortes viros, totiusque imperii fata, pro vnus hominis dominatione in periculo versari. Hæc siue pœnitentia sceleris iactauit, siue postremo conatu reparandæ famæ destinauit, tantum fauoris vulgo & gloriæ habuerunt, vt magna pars hominum incolumem grauissime detestata, mortuum laudibus tulerit. Et plerique quidem constantia mortis dedecorauit, & raptam flagitio dominationem vel tegebant, vel obscurabant: prudentibus autem, qui vera rebus nomina imponunt, duobus facinoribus, altero flagitiosissimo, altero egregio, tantumdem visus est meruisse bonæ famæ, quantum malæ.

* *
 *

IN VITELLIVM

Dissertatio Politica.

Inter præcipua ciuiliū perturbationū mala est, quod ad summos honores contaminatissimus quisque facilius euehitur, quam spectatæ virtutis homines. Sic Otho, sic post Othonem Vitellius; titulum & insignia imperii non nisi summis vitiiis meriti sunt. Id quod adeo præter opinionem accidit, ut Vitellium non aliam ob causam exercitui præfecerit Galba, quam quod homo iners ac *de solo victu cogitans*, nullius ad res nouandas momenti futurus crederetur. Sed cum milites passim æmulatione scelerum in res nouas exarsissent, sicut ante ostendimus, non tam electus, quam arreptus est: quia non melior, sed alius ab eo, quem prætoriani fecerant, quærebatur. Necesse igitur fuit, super Imperatorem mox ruere imperium, cui non sustinendo sed pollueno perdendoque natus erat. Interim affligitur Respublica, & per multa calamitatum genera diuexatur, priusquam ex manu fœdissimorum erepta latronum, ipsa sibi restitueretur. Sæc. VII.

II. Vitellius à prima ætate in aula educatus, non alio tamen quam variorum dedecorum nomine notus, & à malis Principibus æstimatus est. Pueritiam enim, primamque adolescentiam inter Tiberiana scorta in secessu Caprearum egit: hinc apud Caium aurigandi studio, apud Claudium alea, Neroni, super ceterorum proborum congruentiam etiam adulationis peritia, gratus honoratulusque, præcipuum in aula locum, amplissimamque dignationem & vberissima præmia consecutus est. Non potuit tamen non contemptibilis esse homo nec dignus villo honore, antequam acciperet, nec memòr sui honoris, postquam acceperat: quippe qui dignitatum præmia non nisi instrumenta vitiorum haberet. Inde prioris vitæ fœditas ne imperatoriis quidem insignibus tegi aut inumbrari potuit. Itaque risum mouit hominibus tam improuisus ex infami dōctore Imperator: cum viderent grauitatem & maiestatem summæ fortunæ vultu præferre, cuius supra omnibus

R.

erant

Cap. III.
§ 17.

erant notissima: purpura & equo regio conspicuum incedere, qui chlamyde Veneta equos in certamine aurigarum abstererat; inter stipatorum agmina Capitolium ascendere, qui metu creditorum nusquam in foro comparere ausus erat: denique veneratione publica pæne adorari, cui ne osculum quidem impertire quisquam voluerat.

III. Certe contemtibilis Principis vix aliud insignius exemplum occurrit; quod propterea *Lipſio*, cum in Politicis ea tractat, quibus destruuntur imperia, præcipuam observationis de contemptu materiem præbuit. *Tacitus* autem tam signanter id egit in historia, ut veluti per notas singulares omnem illam moris actusque Vitelliani deformitatem vanitatemque describendam sibi semeret. Nullius Satyrici expressior acriorque notatio potest esse, huius historici demonstratione: quæ tamen exempli sui modum & formam tam accurate sequitur, ut neque colores, neque naturam eius excedat.

IV. Iamprimum summa rerum imperitia, omnisque imperatoris artis inscientia, nimium quantum dedecebat novum Imperatorem, cui præsertim imperium ab armis auspiciandum esset, quæ viros accinctos & sobrios desiderant. Omnis humani dicitur, *Tac. 2 H. 91* nique iuris expertus, ignarus militiæ, improvidus consilii, denique *3 H. 56. C* non imperator sed belli causa, suas ipse vires, fortunam partium, *70.* decus provinciarum, velut opertis oculis vel destruebat ipse, vel destrui patiebatur. Contemptu ducis degener & præceps miles, non *2 H. 94.* iam ex arbitrio vel suo vel Imperatoris, sed cæco quodam furore, tanquam incondito corporis mente sua parum compotis motu, inter publica mala, quorum causa & pars erat, circumferebatur.

V. Neque ceteri amicorum ducumque, sui Principis inscientiam emendabant. quosdam enim non reipublicæ, non Principi deditus animus; alios exemplum temporis; nonnullos eadem ignorantia; denique quosdam prævalida deterioris consilii auctoritas, consentire malis publicis coëgit. Fuit non levis hæc accessio contemptus in Principem, quod regendum se abutendumque non nisi *2 H. 87.* pessimis permittebat. Scutrarum, histrionum, aurigarum, aliarumque amicitiarum dehonestamenta, quibus unum in hac aula ad potentiam flagitiosa per obsequia iter, Principem & Principatum obsederant.

NON-

Nondum quartus à victoria mensis, inquit Tacitus, & libertus Vitellii Asiaticus, Polycleto, Patrobios, & vetera odiorum nomina aequabat. Quo factum est, ut in pari libertorum amicorumque sociordia, velut inter temulentos ageret Vitellius. 2 H. 95.

VI. Circumagebatur ad nutum ministrorum, qui munia imperii ex libidine inter se dispertiebantur, discordes in ceteris, magno in hoc vnum consensu, ut *Principi nihil auctoritatis superesset. Audebat aliquando irasci, sed ut mox effusius blandirerur, decernebat aliqua, ut statim mutaret: progrediebatur, ut regrediendi occasionem inueniret. Tanta mobilitas hominis, omnem excussit metum ac reuerentiam imperii apud cupidos scelerum peritosque: quippe tam subito offensis aut intemptius blanditiis mutabilem, contemnebant* 2 H. 92.

VII. Metus, quem dicit, ad nihil aliud valuit, quam ut contemptui accederet odium. Metus longe ab obedientiae instituto deuertens; metus ne terribilem quidem faciens, qui metuebatur; sed nihil aliud quam inuidiam ciens, in eum qui contemptu ipso inuisus, & inuidia contemptus, diuersas pereundi causas deformissimo genere prauitatis in vnum coniungit. Confirmavit autem non parum inuidiam, ex ipso contemptu emergentem superbia, & atrocitas. *Primum noui Principatus specimen, mors Dolabella noscebatur. quippe irreperitibus dominationis magistris superbior & atrocior, initia imperii caede nec necessaria, & valde intemptiua infamare non dubitauit. Vix credibile est memoratu, quantum postea superbiz sociorizque adoleuerit homini, postquam, adactum in verba eius orientem, nuntii attulerunt. Superbia in eo quoque grauis est, qui à contemptus periculo, ingenio vel moribus longius se remouit. at, cuius omnia sunt ad derisum opportuna, in eo superbiz spectaculum, quam gestu quoque vultuque affectabat Vitellius, infra histrionales ineptias aestimatur.* 2 H. 64. 65.

VIII. Ceterum nulla re contemptiorem se fecit Vitellius, quam ignauia & luxuria. Ignauarum voluptates (ita enim vocat Tacitus) ignaua consilia, ignaua opera, siue potius nulla, nisi quibus otium iuxta & negotium corrumpitur: ignauus denique exitus. Etpularum fœda, & inexplebilis libido adeo cuncta hominis tempora occupauerat, ut ne in curis quidem vrgentibus, voluptatum vnquam

quam obliuisceretur. Quamquā quid de curis dici potest, cum sermo est de Principe, qui nihil eorum, quæ fiunt, inquit, breui auditu, quamuis magna transmittens; quemque tanta torpedo tenet, ut si Principem esse ceteri non meminissent, ipse obliuisceretur? Talibus scilicet notis abundat historia eius apud Tacitum: qui ita historicum hic agit, ut quodam modo miscuisse videatur genus illud descriptionum, quod *notationes* Latini, *Græci characteres* vocarunt.

Suet. XVII. IX. Secutus est exitus, qualis hominem somno luxuque pudendum decebat: quippe noxiorum habitu in forum raptus, inter magna rerum verborumque ludibria, tandem minutissimis istibus excarnificatus, atque confectus est, & inde vinctus tractus in Tiberim. Hunc eius finem, ita cum Othonis exitu comparat

2 R. 31. Tacitum, ut Othoni egregiam, Vitellio flagitiosissimam famam inde partam existimet. Vix dubitandum est, subesse reprehensionem timiditatis, quod ad mortem sponte sumendam non satis animi fuerit Vitellio. id enim, tali in statu, magnifico virtutis nomine prædicant, qui generosiores in Gentilibus haberi volunt. De cetero, verum est, quod de fama dicitur, quæ Othonis exitum secundissimo applausu celebrauit: Vitellii mortem, comparatione non minus deformis vitæ, & ludibrio armorum pro dominatione temere ac improspere sumtorum, vehementer infamauit. Ne dicam de externo inertæ schemate, ut sic loquar, quod non minus aduersa Vitellii, quam prospera enormiter dehonestauit.

X. Inerat tamen simplicitas ac liberalitas: qua, nisi ad sit modus, in exitu vertuntur. Ita rursus Tacitus, dum extrema eius describit. Dixi us in Galba, de illis, quibus propositam virtutis potius quam fa ultas contigit: nam, dum scientia recte agendi, ciuilibusque actus dexteritate destituuntur, fieri solet, ut inepte conantes multi, ex bonis propositis malos exitus habeant. Itaque Vitellius, *amicitias dum magnitudine munerum non constantia morum continere putat, meruit magis quam habuit.*

3 H. 8. XI. Inter ea quæ bene quamuis à malo Principe facta sunt, refert *Zonaras*: Vitellium moneta Neronis, Galbæ, Othonis imaginibus signata non offensum esse, neque liberalitates aliorum reuocasse, neque tributis exigendis, aut proscriptionibus operam dedisse, cognatis etiam occisorum confiscata olim bona

red.

reddidisse, testamenta aduersariorum bello absumptorum conseruasse, amplissimos ordines à scena & arena remouisse. An his addendum est, quod de mathematicis siue astrologis decreuit? Non sumus quidem ex iis, qui vlla in re, etiam iustæ pœnæ nimiam seueritatem probant: itaque non laudamus, quod tam infensus fuit mathematicis; vt inauditos etiam, qui deferebantur, capite puniret. sed quod eos vrbe expulit, eius rei causas non leues habuit. Fecerat hoc iam olim Tiberius quamuis addictus aliàs mathematicæ: repetitaque insecutis temporibus sæpe est illa seueritas; sicut vestigia eius rei in iure Romano etiam supersunt. Sed id genus ludibrii, occultis ambagibus suentum, miras per artes irrepsit, ita vt *semper vetaretur*, in vrbe Romana, *semper retineretur*, sicut Tacitus notat in loco memorabili, vbi hoc genus hominum potentibus insidum, sperantibus fallax, & per has notas reip. timendum demonstrat.

Suet. XIP.

Tac. 2. H. 62

Suet. Tib. 36

2. H. 22

Clapmar. 8-
arc. 13-Suet. Tib.
69-

cap. 22

XII. Non dicam nunc de solitudine Principum, quam nonnulli inter arcana dominationis commendant, dum prouidetur ne ambitiosissimus quisque, aut vanitati & superstitioni deditum vulgus, ex astrologorum affirmationibus, vel spem vel metum improbe capiat, & in reipub. ac Principis exitium conuertat. Exempla infinita sunt, & passim obuia. Nihil etiam dispntabo, de communi noxa morum, quos astrologorum impostoræ plurimum corrumpunt. possit vel Tiberii exemplum fidem facere, de quo Tranquillus noster; *circa deos & religiones negligentior erat; quippe addictus mathematicæ, persuasionisque plenus, cuncta fato agi, fato scilicet, quod primo cuiusque ortu ventura ex vagis stellis destinat*, sicut colligas licet ex Taciti VI Annalium. Idem hodie vsu venire, neque cultum diuinæ prouidentia recte procedere, in animo, qui se astrologorum persuasionibus accommodat, adeo certum est, vt negari nullo modo debeat.

XIII. Illud tantum adferam, quod de imperitiâ astrologorum, parte oculis iudicare possumus, Sit enim, exclusa necessitate, quam voluntati humanæ inferebant impudentiores veterum, aliqua siderum virtus & significatio, quæ ad actiones hominum aliquo modo pertineat: sed quis fuit iste, aut erit,

XIV. 1. qui hæc cœli mysteria perdiderit? quantillum est, quod, non dicam sciri, sed coniectari potest? Verissime id arguit Phaou-
 rinus apud Gellium: *coniectari pauca quadam ταχυπέτερον, nullo scientiarum fundo concepta, sed fusa & vaga, & arbitraria, qualis longinqua oculorum acies est, per interualla media caligantium.* Præclare etiam Origenes monuit in eruditissima disputatione circa hanc materiam longe sublimius haberi debere humano capru, si quod esset, *talis sapientia mysterium.* Nec abnuunt sane mathematicorum nobilissimi, quorum alius metetricæ comparat astrologiam illam iudiciariam, quam vocant; alius inter ludibria curiosarum mentium vltro refert; nonnulli in erroribus iuuentæ suæ numerant.

ap. Euseb.
 Prepar.
 Euseb.
 Pl. 11.

XIV. Quapropter sic tenendum est, non leuibus ductos esse rationibus, vel Rerumpublicarum moderatores, cum astrologos seueris edictis coercuerunt; vel Ecclesiæ doctores, cum artem illam clericis interdixerunt, & periculum, quod religionem inde maneret, quauis occasione demonstrarunt. *Concilii Laodicensis canon XXXVI, magis & incantatoribus, astrologos & mathematicos coniungit.* Balsamon ita explicat vtrumque vocabulum, vt *mathematicos* accipiat de iis, qui astra dominari vniuerso, omniaque nostra moderari credunt; *astrologos*, qui diuinant ex astris *χρὶ δαίμονων ἢ ἀνεργίας* ope dæmonum, qui- que his auscultant. Ante Balsamonem Ioannes Zonaras ad hunc Canonem, *mathematicorum* voce nimium in mathesi studium notari putat: *astrologorum* autem sententias & prædictiones, inter detestanda & merito à Synodo damnata refert. Simplicius dixeris, *mathematicorum & astrologorum* nomina, explicationis causa coniungi. nihil enim vtilitius fuit, quam mathematicos pro astrologis nominare. retenta ergo est loquendi consuetudo: sed ne existimaretur, clericis nobilissimo mathematicæ studio, quod Theologiam eximie decet, interdici, addita est vox astrologorum, quos partim crassi & diuinæ veritati repugnantes errores, partim vana ostentatio, & sophistica professio artis, nunquam solidis notitiæ rationibus comprehensæ; omnibus cordatis, publice priuatimque ab omni suo respectos fecerunt.

XV.

XV. Vnum est, in quo sibi clari magnificique videntur, exemplorum quorundam enumeratio, quibus prædictiones eiusmodi, euentus rerum confirmatas iactant. In ipso Suetonio nostro Theogenes Augusto prædicit imperium; Thrasylus Tibertio: Ascletario exitium Domitiano; cuius casus præsertim mirabilis est. Denique, vt ad Vitellium redeamus, huic quoque denuntiata mors est à mathematicis. è qua prædictione *Xiphilinus* argumentum petit, de fidè artis. idem alibi facit *Tacitus*, sed animos in altiores rerum causas parum intentos, aut paganissimi nube obscuratos facile possunt ista in admirationem rapere, quæ sanctioris sapientiz studiosis nihil solidi habere videntur. Respondit vere & graniter ad talia, Vir summus *Gerardus Ioannes Vossius*, *Theolog. Gentil.* 2, 48. Adde, Glubet, *Barclaii dissertationem Argenti.* 11.

Aug. 94.
Tib. 14.
Dom. 15.
Vit. XII.

6 A 21.

XVI. Atque hi fuerunt tres illi Imperatores, quos Plutarchus Tragicis Principibus; Apollonius Tyaneus Thebanis regibus, breuis dominationis & cruenti exitus similitudine compararunt. Renouata sunt eadem fortunæ publicæ fata, cum post hæc tempora, interempto Pertinace, *Iulianus à Senatu*, *Septimius Seuerus ab exercitu in Illyrico*, *Pescennius Niger in oriente*, *Clodius Albinus in Gallia Imperatores appellati, & vndique cuncta turbata sunt.* Imo, quoties repetita de Principatu certamina rem Romanam distraxere, & ad extremum conuulsere? Propria hæc fuit tanti imperii calamitas, quæ adstricta ferro publicæ firmitatis vincula, ferro ciuici furoris laxauit, luto vitiorum & malarum artium, infido sane ferrumine, nequidquam retarciuit, nouisque que subinde agitationibus funditus collabefecit.

Capitolium.
Clod. lib. 2.

XVII. In eiusmodi concussionibus perpetua est facinorum & pœnarum vicissitudo, & reciproca alternatio: dum & rapitur flagitiose, & raptoribus flagitiose eripitur imperium. Respublica interim in medio posita, vtrunque dilaceratur, foedatur, conculcatur. quis mala talium temporum describat stilo, imo quis complectatur animo? si Tacitus non satis descripsit in *Historiarum* opere, vereor vt quisquam assequatur. Sed nobis non tam de mæorum descriptionibus, quam de causis cogitandum est. quæ nec ipsæ sunt ignotæ aut ex alto repetendæ. Vnum,

inter

inter publica belli semina, aliis annotata, merito referri debere arbitramur, *obsequii negligentiam ac imperitiam*. non enim hanc statim nouarum rerum cupiditati attribuerim. Scilicet non merentur homines vera æstimatione imperii semel constituti bona, fastidiunt suos Principes, grauantur minima, & subiiciuntur maximis.

1 H. 3.

XVIII. Tacitus cum in hæc tempora intuetur, suum illud multis iam exagitationum iudiciis decretum pronuntiat: *non vnquam atrocioribus populi R. cladibus, magisue iustus iudicium approbatum est, non esse cura Deus securitatem nostram, esse vltionem*. Quod si vir tantus de causarum inter se nexu contextuque paulo magis attente cogitasset, poterat eum vel sola ratio docere: Esse quidem Deo (nam Dii hic nulli sunt) curæ securitatem hominum; sed dum hominibus ipsis sua securitas non est curæ, non posse aliter fieri, quam vt Deo sit curæ vltio hominum, suæ securitatis fortunam tam proterue conculcantium.

Purb. 4.

Επφδ. 12.

XIX. In hac ipsa porro vltione, dum altera Dei manus adhuc flagellum vibrat, altera iam fabricandis securitatis publicæ instrumentis occupatur. Non potuisset sane Flauix gentis opera resurgere imperium ac reflorescere, nisi diuina, eaq; præsentissima ope, susceptum perfectumque esset opus, in quo nihil humani est, præter ministerii gloriam. Pindarum saltém confuluisset Tacitus, cuius grauissima verissimaque extat sententia; concusere ciuitatis statum & turbare vel ignari possunt; ac republ. si-
stere rursus in sua sede, oppido difficile, nisi ducibus dux, & Principibus auctor fiat Deus. (Εἰ μὴ Θεὸς ἀνευρόμενος, κυβερνᾷς τὴν πόλιν). Sed nobis ad ista restitutæ in sospitem statum reipubl.

tempora & specimina progredien-
dum est.



IN FLAV.

IN FLAVIUM VESPA- SIANVM

Dissertatio Politica.

I.



Entis Flauiz in rem Romanam merita tam prosperos habuere successus, vt duodecimum intra annum Vespasiani & Titi industria, concussum vndique & turbatum imperii corpus, in meliorem statum, & firmiorem disciplinam conualuerit. Nam Domitianus, tertius ex hac domo Imperator, à paterna fraternaque virtute, multum degener, imperio dedecus, sibi exitium quaesuit. Principatum autem fato dari, non tantum dixit Titus, sed exemplo suæ domus non obscuro expertus est, quanquam non satis intelligeret diuinam in talibus ordinationem. cuius reuera pars fuit & specimen imperium militare Vespasiano, componendi orientis gratia, commissum à Nerone. nec fauor ille Principis, aut debita expertæ virtuti æstimatio fuit, sed necessitas. Quippe cum aduersam Iudæos tumultuantes parum valeret vis Romana, quæ tum in oriente erat, quærebatur dux non instrenuus, sed cuius tamen nobilitas tanto exercitu armata, & opportunitate nobilis prouinciæ forte illecta, tyranno non fieret formidabilis. Vespasianum ergo monstrauit spectata Germanicis Britannicisque bellis virtus, nec suspecta Neroni generis mediocritas, & industria fatorum, de qua copimus dicere.

*Suet. 17.
Joseph. bell.
Iud. 3. 10.*

II. Ita dum in oculis humani generis magnas res gerit, delicto interim Nerone, interfecto Galba, Othone autem & Vitellio, non vitiis minus suis quam armis, Rempubl. lacerantibus, magno consensu nationum militumque idoneus visus est, qui subueniret imperio, summamque rerum capefferet. Ipse cum talis esset, qualem Arruntium iudicauit Augustus, *non indignum scilicet imperio, & ficasus daretur, ausurum*: cautissima æstimatione, quidquid in vtramque partem metus & spes subiicere potuit, pensabat. donec tandem votis terrarum, vocibus militum, hortatibus amicorum se permittit.

Tac. 1 A. 13.

Suet. 71.

Tac. 2 H. 74.

G 1699.

S

III. Con-

III. Confirmatus est non parum omnibus quibusdam & ostentis: per quæ vel suscipiendõ imperio fiducia, vel suscepto auctoritas conciliata est. Prioris generis est etiam prædictio Iosephi Iudæi, qui Iotapatæ captus, & à Vespasiano in vinculis habitus, constantissime asseueravit, fore ut ab eodem breui solueretur, verum iam Imperatore. Haussit, sicut ipse refert, hanc sententiam ex sacris litteris, imperium siue imperatorem ex Iudæa proditurum, significantibus. *Præcrebuerat*, inquit Suetonius, *oriens toto vetus & constans opinio, esse in fatu, ut eo tempore Iudæa profecti rerum potirentur.* Id Iudæi ceteri de dominatu suæ gentis interpretati bellum & arma sumserunt: Iosephus, & qui postea inaudiuerant gentiles, de Vespasiano Titoque intellexerunt: neutri recte. cum talia oracula; ad humani generis Seruatorem, Dominum, Regem, Christum haud dubio fuerint referenda, sicut ex historicis *Zonaras* monet.

*Suet. 7.
Ioseph. bell.
Iud. 3, 27, C
7, 31. ed. Gr.
Suet. 17.
Zon. 2. an-
nal. p. 193.
adde Baron.
Zon. 1. ad
an. Chr. 71.*

*Suet. 711.
Tac. 4. H. 81
Baron. loc.
grad.
Gros.*

IV. Facto iam Principi non parua maiestas accessit, ex mirabili curatione cæci & claudi: quos opem valetudinis exposcentes, alterum quidem sputo, alterum impresso pede restituit. Quæ res, quia pro vera, etiam argumentis adhibitis, traditur, locum disputationibus eruditorum fecit: dum aliqui Vespasianum Apollonii Tyanei, celebris & sibi per familiaris magi ope, id præstitisse; nonnulli diuinam virtutem interuenisse, ut Principi diuinitus destinato quaereretur veneratio, coniciunt. Quæ posterior sententia non parua tamen difficultate urgetur, ex eo, quod monitu Serapidis dei, demonstratum ægris remedium, adeoque suppeditatum Vespasiano consilium est. Durum enim forte fuerit dicere, Deum verum, prædicta diabolo, sub specie falforum numinum, sua virtute voluisse affirmare: Quod si dicas, diabolum, cum sciret, quid Deus facturuseffet, suis laruis ac deastris prædictionis gloriam, indeque virtutis opinionem (permittente alias ob causas, quæ nihil cum religione commune habent, vero Auctore) vindicasse: nulla tibi ratio tam ancipitis coniecturæ fulcrum ostendit, vnde diabolus potuerit ista præscire. Quocirca libentius accesserim iis, qui mira ista apud paganos opera pleraque pro suspectis habent. De cetero non ignotus est lusus adulationis aulicæ, quæ ab omni ævo, Principibus nonnullis miram quandam virtutem, & singularium famam operum conciliare studet: qualia, veluti tradito

dito more, hodieque venditant, affirmantque, qui de actis Principum credere malunt, quam scire.

V. Vespasiano interim non illa modo fama, sed ingentis admiratio felicitatis, pronum ad imperii auctoritatem iter stravit. Complexus est graüter, suo more, & breuiter, summam æstimationis Tacitus, cum fortuna, fama, & egregiis ministris, cuncta ^{1 H. 10.} eum patrauisse notat. De fortuna & fama, bellicis operibus, & prouinciarum gubernatione, cognitum est. vtriusque pars ministrorum virtute se explicauit, quos in hoc transitu iuuat suis nominibus appellare. Loquimur autem de expeditione orientali, quæ occasio & materia fuit, Principatum adipiscendi. Nec alios nunc quam intimos & proximos adiutores requirimus: quorum alter Mucianus, alter Titus filius fuit. Muciani ingenium, mores, propositum, signate Tacitus exponit. *Aprus sermone, dispositu, prouisuque,* ^{1 H. 10.} *ciuilium rerum peritus: omnium qua diceret atque ageret, arte quadam* ^{2 H. 5. & 80} *ostentator: apud subiectos, apud proximos, apud collegas, variis illecebris potens: denique malis bonisque artibus mixtus. Quantum obstare potuisset Vespasiano, si discordiam & æmulationem retinuisset, ex statu orientis, qualis tunc fuit, satis intelligitur. Sed bona quadam fortuna, & Titi aditantis dexteritate factum est, vt communis ^{2 H. 6.} utilitatis spe reconciliati, sociata perficerent ope, quæ singulis effecta ardua erant. fuitque pars prudentiæ in Muciano, quod prouido fortunæ publicæ intellectu, *expeditum sibi esse tradere imperium,* ^{1 H. 10.} *quam obsinere, ratiocinatus est.**

VI. Hanc sententiam cum semel concepisset, omnia pro Vespasiano strenue, fideliter, prospere gessit; victisque partibus Vitellianis, prima imperii rudimenta, ex vsu Reipub. & auctoritate sui Principis egregie ordinauit. Duo tamen sunt; quæ aduersus politicam magni aulici & adiutoris virtutem visus est deliquisse. Nam & acerbissima conquisitione pecuniarum parum prosperam incipienti Principatui famam, quantum in se fuit, conciliauerat: & postea meritorum fiducia minus reuerentem Principi se præstabat. Ac de ^{Tac. 2 H. 84} *Suet. XIII.* *derat sane animi elatioris, & cuiusdam inscientiæ parentis, suspicionem, iam antea missis ad Senatum litteris. in quibus, præterquam quod *princeps publice loqui ausus est, id erga Remp. superbum, erga* ^{Tac. 4 H. 4.} *Principem consumeliosum videbatur, quod in manu sua fuisse imperium, donatumque Vespasiano iactabat.* Quæ commemoratio virtutis atque operis*

operæ, cum cetera insolentia, non odiis modo, sed periculis exitibus, obicere Mucianum poterat, nisi in Principem humanum & civilem incidisset. Inimicitia Mucianicæ Antonio Primo aliisque administris, ita euenere, ut vix dubitari possit, è republ. fuisse Mucianum præualere.

VII. Quantum in filio præsidii fuerit Vespasiano, non obscurum esse potest, si meminerimus, eo inter alia nomine, dignum imperio visum, quod filium quantæcunque fortunæ capacem, primisque militiæ annis celebratum haberet. Sensus publici interpretem agit Mucianus apud Tacitum, cum inquit: *Absurdum fuerit non cedere imperio ei, cuius filium adoptaturus essem, si ipse imperarem.* Non dicam, quanta pars fortunæ famæque fuerit Titus in militia Iudæica. Iam quanti consilii momentique *ad omnes noui Principatus casus* fuit, *manere apud exercitus filium*, patre in Italiam regresso? Quo tempore, verissimum Vespasiano consilium, precibus vltro commendauit: *non legiones, non classes perinde firma imperii munimenta esse, quam suam cuique sanguinem.* Prorsus quasi prælagiret illas suspiciones, quas temeritas vulgi sinxit ac distulit postea, sicut Tranquillus noster memorat.

VIII. Talium virorum ope consilioque, non adæquus est modo Principatum Vespasianus, sed stabiliiuit Rempub. ornauitque. Ex quibus boni regiminis speciminibus, pauca quædam delibare libet. Licentia bellorum civilium multa disciplinæ publicæ vulnera, multas lases, adfert. nam & militis victoris animus, tanquam debitum perpetuæ licentiæ præmium affectat: & victi trucem cladis memoriam, vix aliter quam indignatione parendi solantur. Ipsæ etiam nationes ciuitatesque, quas vel studia vel fata belli, partem aut spoliū communis licentiæ fecerunt, haustam semel per eundi perdendique auiditatem, nequaquam cum armis deponunt. Hic Vespasiano quodam opus est, qui nullam occasionem emendandæ disciplinæ omittat, qui genio sæculi ruentis fortem animum opponat, qui malarum artium latebras scruteretur disigentis, deprehendat felicitate, labore expugnet.

IX. Ipsius autem imperii instrumentum (nam hoc nomine Suet. p. 111. verissime & grauissime nunc cum Suetonio dicemus) *pulcherrimum confecit: quo connebantur pene ab exordio vrbi Senarus consulta. plebiscita, de societate, & federe, & privilegio cuiusque contestu. Tabularium in-*
celli-

telligimus publicum, quod à Tranquillo in hunc modum describitur: Sequiores interdum appellant *Secretarium*. Græcis posterioribus *Χαρτοφυλάκιον* & *Ἀρχεῖον* idem notat. vnde nostri vsitatissimum suum *Archiuum* mutantur. Inter præcipua sane Reip. pignora numerauerim. Archiuum copiose & ordinate instructum: in quo per conclauia, scrinia, armaria, fasciculos, quæcunque publice acta sunt, vel cum extraneis, vel cum ciuibus, siue ad statum ciuitatis, & summa iura, siue ad metita & controuersias singulorum pertineant, congesta & digesta asseruantur. Magnis certe & summæ fortunæ mysteria intelligentibus uiris, non vulgaris huius rei cura fuit. neque enim quidquam in studiis ciuilibus est, quod præsentī magis ope virtuteque actus publici uel formam repræsentet, uel auctoritatem sustineat. Atque sicut Vespasianus tabulas æneas conquisiuit refecitque, ita Tiberius iam antea Commentarios publicos, dato tribus senatoribus negotio, describi requirique iussit, postquam animaduertisset, quosdam perisse, quosdam uetustate defluere. cumque incendium corripuisset talia quædam monumenta, non ipse modo sed Liuiæ etiam accurrentes, opem tulere. Notabiliter *Xiphilinus*, cum incendio absumta τὰ γερμματα τῆ ἀρχῆς περιήκοντα, monumenta ad Principatum spectantia retulisset, subiicit: non uerbis Romanæ terminis damna ignis stetit, sed in uniuersum inde orbem diffusa esse. Et in magnis quidem imperiis, non sedes tantum & arx Principatus, communi & pleno talis instrumenti sacratio instructa esse debet, sed partibus quoque singulis præscribenda, similis industriæ lex est, & formula designanda, intra quam suum corpori uniuerso contextum membra approbent, aut suo seorsum loco, habitum sibi ciuilem expediant. Sed de singulis instrumenti publici argumentis partibusque nunc agendum non est. ueniret alias in partem dissertationis etiam *breuiarium imperii* & *rationarium*, nobilissima pars Archiui, sicut alibi notauimus. Habeant ista suum locum & tempus. unicum adiiciam curæ uere imperatoris exemplum, ex eorum tabulario petiitum, qui pro barbaris habentur, neque altiore ciuilem industriæ sensum capere creduntur. Memorat enim Iouius de Æthiopibus Belulgianicis, rerum gestarum memoriam. perperuaque regia stirpis successiones, fidei litterarum custodia publico instituto ab eis demandari: tanta quidem cura & religione, ut præfecti notariorum, cum oportet, annorum supra mille, nusquam intercisam

Dio 57.

in Comod.

Annor. 9. ad
cap. 11. lib. 2
A. Tac.

lib. 18. bis.

memoriam ex archiui proferant. Notent hoc, & comparent cum gen-
tibus cultiora ingenia sortitis, quicunq; de DOMO MEMORIA-
RYM PUBLICARVM serias cogitationes suscipiunt.

Suet. X. X. Longe autem illustrissimum Vespasiani opus est, fori & iurisdictionis ordinatio. *Litium series vbiq; maiorem in modum excre-
uarant, manentibus antiquis. intercapedine iurisdictionis; accedentibus nouis,
ex condicione tumultuque temporum.* Quis non videt, dum hæc legit,
nostri temporis imaginem exemplumq;, instar vberimi commen-
tarii esse? Inter ciuilibus belli mala, id præcipue est, quod etiam posi-
tis, si forte, armis, nouas patriæ tragædias minatur., nisi Deus Ve-
spasianum aliquem excitauerit: cuius prouisionem, vt verissimum
Pacis Patladium, veneror. consilium præsens, grauitas necessaria,
successus qualis optabatur. Quis de imitationis salubritate dubitet.
si magno animo, bona fide, cura Reipublicæ opus arduum tente-
tur? *Sorsie elegit (ait Historicus) per quos rapta bello restituerentur: qui-
que iudicia centumuiralia, quibus peragendū vix suffeßura litigatorum acas
videbatur, extra ordinem diiudicarent, redigerentque ad breuissimum nu-
merum.* Sed erunt hæc iis curæ, quorum operam restituendis rebus
lapsis Deus destinabit, & consilia moderabitur. nobis votorum
pietas saltem non adimi debet; quæ gementis patriæ lamentationi-
bus quaquaversum diffusis exprimuntur.

Suet. IX. XI. Nisi properandum esset, excuteremus obiter, notabi-
lem libratamque, non prudentis minus quam æqui iudicis senten-
tiam: cum de iurgio quodam Senatoris equitisque R. ita pronun-
tiauit: *non oportere maledici senatoribus; remaledici ciuile fasque esse.*
Eminebat haud dubie in repub. Rom. ordo Senatorius, vt consilii
publici quondam dominus, sub Principatu autem particeps & ad-
iutor. ita certe præ se ferebant optimi quique Principum. Videtur
ergo Senator ille, aduersus equitē, importunius suam prærogatiuam
allegasse, læsæq; auctoritatis senatoriæ formulā intendisse: cum Ve-
spasianus moderationis ciuilibus immemorē, grauissimo illo responso
admonuit, *ordinem Senatorium & equestrem non tam libertate quam di-
gnitate differre, sicut recte iudicat Historicus. Non oportet, inquit, male-
dici Senatoribus: nam huic ordini multum auctoritatis suæ Respubl.
tradiidit. Sed si quis Senator maledicat Equiti, nulla res est, quæ
Equitem ad eius iniuriæ patientiam obstringat, itaque si remaledi-
xeris Senatori, non iam dignitatem Senatoriam impetere, sed suam liber-*

libertatem vindicare voluisse putandus est: memor scilicet, non minus sibi ex ciuilibus æquabilitatis iure fas esse, personam famamque suam neminis iniuriæ & maledictis obnoxiam facere; quam Senatori non fas esse, vt sub titulo, & prætexto dignitatis suæ, quidquam in ciuium reliquorum iura audeat. Non ergo atrocius fecerit aliquid aut inciuilius Eques iurgio laceratus, quod liberi hominis animo respondit. potest imo *ciuile fasque* haberi, quod de ciuium & sui ordinis iure sibi non remittendum putauit. Neque ista dixit Princeps prudentissimus, quasi recriminandi studium & licentiam vsquequaque approbare: sed vt hominum, publicis nominibus per priuatos affectus abutentium, immodestiam pudesceret, litigandique libidinem atque licentiam coerceret: cum præsertim actionis intentatæ titulum corrupissent, qui mutua licentia vsi semet ipsi vindicauerant.

XII Ceterum tanta fuit humanitas commissi Principis, vt etiam in vrbaniorem iocandi libertatem se effunderet. Sunt quidem diceriorum amœnitates, iocorumque artificia, aulici potius, quam Principis laudibus contribuenda: sed abrupte tamen egerit, qui omnino à Principis persona, hanc exporrectæ frontis serenitatem, remouere voluerit. si præsertim, naturæ hilaritas & promptitudo, in faciles lusus, sine omni affectatione, efflorescat. Quanquam multa hic sunt, de quibus non nisi in repræsenti iudicare possumus. omnis habitus dicentis, ipsa species oris, sermonis series, conuictionis ratio, momenta temporis, suum quoddam ius, in omni genere iocandi obtinent. Inter dicta sane notabilia, Principis auctoritatem præcipue decent, quæ à ioco recedunt longius, aut inter iocum & seriam orationem, de vtriusque confinio aliquid attingunt: quantus tamen ipsius ioci vsus sit, & quam arcana vis, in dissimulandis arcanis, in arcenda inuidia, in expediendis difficultatibus, in pertentandis affectibus, vix declarari aut exprimi potest. In quo genere non immerito Vespasianum prospere notabiliterque versatum dixeris: nisi quod voluptate iocandi longius euectus, interdum ne scurrilibus quidem & sordidis dictis abstinuit, aliosque vt in se quoque locarentur, prouocauit.

XIII. Sed longe grauiorem notam, avaritia ei conscinit: dum omnia sub Galba vectigalia reuocauit, noua & graua addidit: auxit tributa prouinciis, nonnullis & duplicauit: negotiationes

*Augustin.
Neph. de
Vir. amb.*

*Suet. XXII
XXIII It.
IX.*

Suet. XXI.

vel

vel priuato pudendas exercuit: candidatis honores, reis absolutio-
 nes venditauit: rapacissimos ministros ex industria amplioribus of-
 ficiis præposuit, vt eorum furtis ipse postea ditaretur. Ingens hoc vi-
 tium, naturæ partim, partim licentiæ regni tribuendum esse nihil
 dubitauerim. Dum licentiam regni nomino, ministros quoque &
 instrumenta regni comprehendo. Non enim prætermisit Tacitus
 Muciani hæc in re studium & acerbiteriam: ipso Vespasiano (refero
 H. 84. verba Historici) inter initia imperii, ad obtinendas iniquitates, haud
 Xiphil. in Vesp. perinde obstinato: donec, indulgentia fortuna, & prauis magistris, didicit
 Tac. II. 47 certe cupido auri obtentum, quasi subsidium regno pararetur, in tanta æra-
 rii fisci que inopia. Quare non dubitat Tranquillus noster hanc a-
 uaritiam Vespasiani ad necessitates Reipublicæ referte: idque vel
 Suet. XVI & seq. ex eo intelligi posse ait, quod & male partis optime vsus sit, omnique
 hominum generi liberalitatem per occasionem exhibuerit. Sed rei
 tributariæ prouisio, non solum æstimanda est publicæ utilitatis ti-
 tulo, nisi bonis quoque rationibus & honestis artibus expediatur.
 Quæ de re alibi est à nobis actum.

XIV. Nec plura nunc adiicimus: quamuis copiosa cogi-
 tandi differendique materies esse posset, Princeps per omnia fortu-
 næ, & humani actus morisque argumenta, vel iactatus vel exerci-
 tus. Imperio natum non absurde dixeris: sed vt bene imperaret,
 parendo didicit. Non vulgaris certe animi fatigue specimen est,
 quod trium Principum ingenia, in exitium bonorum vitiorum
 diuersis vitiis ex æquo intenta, non euasit modo, sed propitiavit.
 Præcipua illi lex prudentiæ, fortunæ ac tempori cedere. hinc ob-
 sequia ad gustum aulæ, & potentiam aulicorum, facili in omnia
 flexu motuque, expedita. Gravitatis cura, post securitatem fuit.
 Assidua pericula nec ignorauit, nec infirmius expauit: sensu altio-
 ris fortunæ ita imbutus, vt neque concupiscendo, neque affectan-
 do, sed expectando fatum sibi studeret conciliare. non oblitus ta-
 men industriæ. quoties enim fortuna eum in scenam publicam do-
 mi forisque iussit ire, nemo diligentius personam ciuis aut militis,
 magistratus aut ducis sustinuit.

XV. Meritis ergo prius quam potestate Princeps, nec su-
 perbiam,

perbiam, nec humilitatem animi ad imperium attulit: pridem supra eos affectus positus, quibus nimis affectata, aut nimis insperata felicitas mortales agit. *Ætate* prouidus, vsu peritus, actu strenuus. Præsidium regnandi non aliud firmiter sibi constituit, quam fiduciam sui fati, quam variis iudiciis conceptam altissime animo imprefferat. cetera in amore ciuium posuit, quem omnibus modis demereri perseuerauit: & in ætate numeroque liberorum, quibus partem suæ fortunæ destinatam non dubitauit. Plenas tamen auri arcas habere, vere imperatorium, vere ad Reipublicæ felicitatem stabile, animose & prolixè credidit. circa externa & inania meritis habitusque, negligentia propior videtur: siue satis in successu consilii esse; siue consuetudinem non semper feliciter, in senectâ præsertim, mutari arbitratus est: magnus reuera vit, etiam cum magnitudinem suam non ostentaret.

IN TITVM Imperatorem.

Dissertatio Politica.



Icest ille, cuius elogiis AMOR AC DELICIAE GENERIS HUMANI, magnifice præscribuntur. *Tantum illi ad ad promerendam omnium voluntatem, vel ingenii, vel artium vel fortuna supersuit, inquit noster Historicus.* *Suet. I. Aurel. Pr. Per in Cas. Epitom.*
 Arduum opus in imperio, quod, etiam cum bene administratur, inuidiæ odiiisque est obnoxium, tam prolixè prospereque demereri hominum animos: qui præsertim de quibusdam Titi adhuc priuati vitis, nihil minus quam bene sperauerant. De patre Titi Vespasiano Tacitus refert, quod solus omnium ante se Principum, in melius mutatus sit. *H. 50.*
 Exemplum patris vicit filius. cum enim vulgi vituperatione, tanquam alter Nero differretur, ea illi fama in maximas laudes conuersa est: neque vlllo vitio reperto in Principe, & contra virtutibus summis.

II. Licentiæ regni etiam magnos animos mutat conuellitque; at prauis ingenis Principatus vix vnquam aliud, quam instrumentum & titulus scelerum est. Hinc præcipua bonæ mentis fides, si potestas summa non corrumpit, sed emendat homines. *Suet. VII.*
 Posuimus in Augusti quoque laudibus eam præstantiæ notam. nam & il-

T

lius

lius vitia quorum infamia ante flagrauerat, imminuta sunt in imperio ac abolita, si libidines excipias. Apud *Dionem*, ita Titum cum Augusto compararunt homines, vt neq; Augustum, si breui neq; Titum, si diutius vixisset, caros ciuibus esse potuisse, arbitrarentur. Augustus enim armorum ciuiliu ingenio, & adiutorum voluntate, in sauitiam & acerbiteriam actus, postea, cum rempubl. teneret, multis magnisque meritis ac beneficiis offensas priores dispunxit redemitq;. Titum vita destituit inter initia secundissimæ famæ: ex qua longius æuum, aliquid decerpere potuisset, si constitisset, maiore eum fortuna quam virtute præditum esse. Hæc illi quidem coniectura non inepta, sed ambigua tamen iactabant. si enim vera sunt, quæ Suetonius aliiq; de Titi ingenio artibusque traderunt, non videmus, cur tam anguste bonam de futuris spem concludere oporteat.

III. Quoniam autem tutissimum imperii vinculum est, amor ac beneuolentia ciuium: operæ faciemus pretium, si exemplum beneuolentissimi, amatissimiq; Principis, quatenus in hoc transcurso licet, inspiciamus. Tria ponit Noster, per quæ voluntates hominum demerit Titus: *ingenium, artem & fortunam. Vere, & perite. Ingenium* omni instrumento gratiæ adornatum, & atcanis amorum stimulis diuinitus instructum, prima huius operis auspicia facit. Magnum cæli munus, & dos vere Principalis, si quis naturam amari dignam & aptam nactus, suis ipse actionibus & moribus, formam, decus, venustatem dare, proprioque auspicio & præsidio in affectus hominum vltro penetrare potest. Nam quæ affectantur, & finguntur, etiamsi non statim ab imperitis deprehendantur, gratia tamen & vigore illo destituuntur, qui affectus hominum prouocat ac deuincit. cum præsertim in Principem intentiores omnium oculi, non fatientur, sæpe etiam offendantur, aliis quam viuis & spirantibus morum imaginibus notisq;. Facilitatis autē tanta est tamq; intima cum humanitate omni, & hominum voluntatibus, consensio conspiratioque, vt non possint non amari, qui demerendis mortalibus geniti videntur. Habet hoc natura nostra, primam honorum æstimationem ex amico affectu facit: atque sic vniuersi huius harmoniam, eo actius appetit & sequitur, quo perspicacior præ aliis naturis vitur rationis oculo. Tam auidam hominum expectationem explere, magni lateque patentis ope-

operis res est, naturæque felicitis præcipuum bonum. cuius origo non è siderum virtute, non ex fortuita genituræ aut parentum conditione, sed ex diuina bonitate, vt cœpimus dicere, repetenda est. Deus totus amor est; & quatenus verissime amat, & quatenus naturaliter amatur. huius Amoris placido lumine perfusa indoles, pro modo diuinæ destinationis, humano generi delicias facit, suosque amores & liberalius explicat, & lætius recipit.

IV. Ea propter *Fortunam* cum ingenio coniungimus. *Quid* enim in humanis actibus artibusque prosperum esse potest, nisi propitii Numinis indulgentia foueatur atque secundetur? Hæc mentes hominum inclinât, allicit, permulcet: hæc viri Principis personam moreſque, ipsis voluntatibus commendat, ipsis affectibus conciliat. sine tali auspicio, non est grata gratia, non amœna amœnitas, non amoramabilis. Viderunt hoc ipsi gentiles: qui, licet non ceperint cauſarum humana moderantium seriem, non aliud tamen potuerunt dicere, cum fortunam dixerunt, quam opem humana præstabiliorem, & altius mortali virtute præsidium. Quod vbi Principum actionibus, vel auctoritate paranda, vel beneuolentia concilianda, interuenit, vis & pars est auspicii regii, de quo alibi nobis actum est.

V. Quanquam autem prima se virtus gratiæ & fauoris, ab ingenio & fortuna, emergat: ad implendum tamen Charitum harumce numerum, *ars* quoque admittenda est. Valet enim hic quoque peruulgatum illud: *vt ameris, amabilis esto*. *Quæris* qua re faciant se Principes amabiles? respondebit Hecaton apud *Senecam*: *ego tibi monstrabo amatorium, sine medicamento, sine herba, sine vllius venesicæ carmine. si vis amari, ama.* id quod latius explicat *Plinii Pansyricus*, qui inter singulares amoris publice obtinendi artes, istam primo quasi loco commendat. Certe Titus noster magnum eius rei exemplum esse potest qui rebus secundis omnem comitatem populo cunctisque ordinibus; aduersis, non modo Principis sollicitudinem, sed & Parentis affectum vnicum præstitit: humanitate, alloquio, ciuilitate, indulgentia, liberalitate, lenitate, ceterisque virtutibus, in quibus permixta vis gratiæ inest, longe promissimus ac beneuolentissimus. Notæ sunt voces eius ad æternitatem natæ: *non oportere quenquam à sermone Principis tristem discedere: Diem perisse se, quo nihil cuiquam præstitisset; periturum se potius quam perditurum.*

Epist. 9.

Cap. 85. &
Sape.

Suet. VIII.

Quin ipsis hostibus mitis & mansuetus fuit: sicut passim in historia belli Iudaici *Iosephus* prædicat. *Cedrenus*, eum calamitatibus Iudæorum & excidio templi illacrymasse, refert: veniamque à Deo petiisse, quod non sua voluntate talia, sed hostium pertinacia euenirent. Gratulantibus quoque; victoriam respondisse fertur: non suum id opus habendam; se nihil aliud quam ministrum iræ diuinæ fuisse.

Cedren. hist.

VI. In tanto benevolentiz paradæ studio, non emolliuit tamen auctoritatem Principis. omnia familiaritatis officia domi, salua Mæstestate; apud milites, incorrupto ducis honore, vsurpauit; notante *Suetonio* & *Tacito*: nec illi quod est rarissimum, aut facilis auctoritatem; aut seueris amorem deminuit: vt huc transgramus consummata laudis elogium, quo *Agricolam* quoque suum *Tacitus*, *Traianum* *Plinius*, describunt. In ceteris quoque partibus vitæ morisque, summi Principis documenta dedit: ferunturque; præclara quædam instituta eius. Taberni fori præsertim coërcuit, paternique exempli gloriam, hoc quoque beneficii publici genere absoluit. Itaque delatores mandatoresque (malum inter aduersa temporum numerandum) grauissimis pœnis affectit: vique etiam familia quandoque ausuros perpetuo coërceret, vetuit inter cetera; de eadem re pluribus legibus agi, quarum de cuiusquam defunctorum statu, vltra certos annos. Huius exempli postea imitator *M. Antoninus*, de statu defunctorum intra quinquennium queri iussit. mansitque illa æquitas deinceps in constitutionibus Principum, sicut Iureconsultis notum est.

Suet. VIII.

Tac. 5 H. 1.

Tac. Agr. 9.

Plin. pan. 4

Et c.

Suet. VIII.

Capitolin.

in M. Anton.

ton. c. 10.

Suet. X.

VII. Inter hac morte præuentus est, maiore hominum damno, quam suo. Ipse enim rebus præclare gestis, & secundissima fama parta, gloriæ fortunæque ingentis modum expleuerat: at homines degustata optimi regiminis dulcedine, magnorum multorumque votorum pronentum frustrabantur. Inuitus autem & molli animo mortem aduentantem excepit; multum conquestus, eripi sibi vitam inmerenti: siue aduersus suprema parum firmatus, cupidinem vitæ ægrius deposuit; siue indignitatem sui casus, & fratris scelus merito suspectum incusauit. *Domitianus* enim nunquam destiterat insidiari: quin, & ægrotantis sine non expectato, in arcam niuibus plenam conici iussit. Ita Princeps, quem omes vt beneficium & salutare studium respiciebant, in ipso meridie, si ita loquar, sui cursus, subito ereptus ac extinctus est: & pro tot deliciis amoribusque; luctum ingentem, cum pari desiderio, generi humano reliquit.

Xiphil.

Cedren.

Suet. XI.

IN

IN DOMITIANVM Imp.

Dissertatio Politica.



Vcessit frater DOMITIANVS, cui iam sub Patre graue erat, expectare imperium. Hic qualis futurus esset, iam ab initio paterni Principatus ostenderat: cum stupris & adulteriis filium Principis ageret, atque ex paterna fortuna tantum licentiam vsurparet. Certe omnem vim dominationis tam licenter exercuit, vt vno die supra viginti vrbana officia aut peregrina distribueret: *mirari se Vespasiano dicitante, quod successorem non & sibi mitteret.* Adeptus Principatum, Tiberium & Neronem & Caligulam imitatus est, nullo genere turpitudinis aut acerbitatis, quo se aliosque perditum iret, prætermisso. quam inter initia, clementiam, abstinentiam, iustitiam, aliasque virtutes simulauit: donec coalita Principatu audacia, omnia simul vitia profunderet.

Tac. 4 H. 1.
 & Agr. 7.
 Suet. 1.

Cedren. &
 Io. Anrioch.

Suet. 1.

I I. Ingenio fuit partim iracundo & audaci, partim callido & obscuro. itaque modo instar fulminis, impetu ac vi grassatus est: modo ex insidiis, struxit machinatusque est, quas inferret, clades. Ita summatum, Dio: cum quo conferri debent, quibus Tacitus, & Plinius, notis ingenium eius signauerunt. Nam panegyrista ille, in laudatione Traiani, perpetua comparatione pessimi Principis cum optimo, Domitiani mores, flagitia, probra copiose grauitaque describit: & quodam modo supplet nobis iacturam eorum, quæ Tacitus de Principatu Domitiani scripserat. *In vita tamen Agricole pleraque descriptio hominis superest. Ibi natura præcepit in iram, & quo obscurior eo irrenocabilior notatur: ibi suspicio, inuidia, æmulatio aduersum egregia aliorum facta, & frequens ac infame illud secretum, quo sæuas cogitationes alebat satiabatque, perstringuntur: ibi, senus ille vulgus & rubor, à quo se contra pudorem muniebat, in supplicitiis spectandis, in denotandis hominum affectibus, ostenditur: ibi supremus ille profligatissimæ scuitæ conatus, quo Domitianus non tam per intervalla & spiramenta temporum, sed continuo & velut vno icu temp. exhaustis, deploratur.*

Xiphil.
 Dam.

Cap. 41.

Cap. 39.

Cap. 45.

Cap. 44.

III. At, Plinius ipsis præne oculis spectandum exhibet mon-

T 3

strum

strum illud, & simulacrum non tam tyranni, quam tyrannidis. *Paneg. 48.* Palatium nuper, inquit, illa immanissima bellua plurimo terrore munierat; cum veluti quodam specu inclusa, nunc propinquorum sanguinem lamberet, nunc se ad clarissimorum civium strages cadesque proferret. obversabantur foribus horror & mina, & par metus admisis & exclusis. Adhuc, ipse occursum quoque visumque terribilis: superbia in fronte, ira in oculis, femineus pavor in corpore, in ore impudentia multo rubore suffusa. non adire quisquam, non alloqui audebat, tenebras semper secretumque captantem: nec unquam ex solitudine sua prodeuntem, nisi vs solitudinem faceret. Bene merentur de genere humano, qui has pestes reipublicæ, viuis coloribus ad posteritatem insigniunt: vt omnibus tyrannidem amanti-
Tac. Agr. 2. bus & cupientibus constet, posse aliquantis per loquendi audiendique commercium per inquisitiones adimi, posse vocem hominum terrore, metu, denique ferro præcludi, sed non posse conscientiam generis humani aboleri, aut memoriam extinguere, quæ benefactorum laudes, flagitiorum probra incorruptis titulis semper conseruabit.

IV. Inter præcipua scruendi argumenta titulosque huic Principi lex Maiestatis fuit: cuius interpretatio miris calumniis, in
Suet. XII. vitam, in bona hominum grassabatur. Satis erat, obitici qualescumque factum dictumque, aduersum maiestatem Principii. exempla nota-
Cap. X. uit Tranquillus noster, quæ sine stupore nemo legerit. Panegyrista Traiani, *Locupletabant,* inquit, & *Fiscum,* & *erarium non tam Vac-*
Plin. pa- *nia & Iulia leges, quam Maiestatis singulare & vnicum crimen eorum, qui*
neg. 41. *crimine vacabant.* Eliciebantur per præmia & subornabantur serui aduersum Dominos: monstrabanturque crimina, quæ tanquam delata punirentur. Auxit intenditque hoc malum, præter immanem, & cupiditatem, etiam ambitio, & diuinæ magnitudinis affectatio. Non suffecit, ex Principe in dominum desciscere, nisi (pretæ mortalitati diuinitas superinduceretur. Nullus ergo locus liber à calumnia, nullum tempus à periculo vacuum. ipsa spectaculorum lætitia, in occasiones grassandi perdendique tracta. Demens ille (sic memorat & iudicat rursum Panegyrista) verique bonis ignarus, qui crimina maiestatis in arena colligebat, ac se despicere & contemnere, nisi etiam gladiatores eius veneremur; sibi maledici in illis, suam diuinitatem, suum numen violari interpretabatur. cum idem, quod deus, idem gladiatoris, quod se putabat. Sed de hoc tyrannidis genere, abusuque legis maiestatis, alibi agimus.

V. Fuit

V. Fuit & literarum studiorumque hostis: punitis historicis ob verissimas magnorum virorum laudes, philosophisque omnibus, huius criminis occasione, vrbe Italiaque submersis. nempe, vt expulsis sapientia professoribus, atque omni bona arte in exilium acta nihil vsquam honestum occurreret. Huc respicit Plinius, cum ad Traianum scribit: *subte spiritum, & sanguinem, & patriam receperunt studia, qua priorum temporum immanitas exiliis puniebat: cum sibi vitiorum omnium conscius Princeps, inimicus vitium artes, non odio magis quam reuerentia, relegaret.* Existimabat homo immanissimus, sapientes præ ceteris obseruare flagitia tyrannorum, auersari, & ad posteritatem prodere. itaque, remotis arbitris, sceleribus suis operam dare voluit. quanquam nulla re magis hominum vituperationi, & posteritatis censuræ se exposuit.

Suet. X.

Tac. Agr. 2.

Pan. 47.

VI. Nec omitti debet in maximis eius facinoribus, Christianorum vexatio afflictioque. In qua etiam Johannes Theologus in exilium actus est. Memorant ex Hegesippo, Eusebius, Nicephorus, Zonaras & Cedrenus, quod in Christi agnatos & genus Dauidis inquiri iusserit: adductosque ad se de conditione vitæ, opibus, professione interrogauerit. cumque percepisset regnum Christi non esse mundanum, contemptis ob inopiam pepercisse fertur, ita vt Ecclesiis, tanquam testes & agnati Domini præfuerint, redditaque Christianis pace, ad Traiani vsque tempora peruenierint. Eutropius breuiter: *Domitianus agnatos seruatoris repertos, propter inopiam, contempsit & absoluit. Inter Iudæos quoque acerbitate tormentorum & cruentissime questionis exquiri genus Dauid, atque interfici præceptum est: quasi adhuc futurus esset ex semine Dauid, dum Prophetis sanctus & inuideretur, & creditur, qui regnum possit adipisci.* Hinc Tertullianus etiam, Domitianum pressisse ceptum; quoque relegauerat, resert. contra quam sententiam disputat Baronius, existimatque Hegesippi auctoritate deceptum esse Tertullianum: cum tamen Hegesippus de sola Iudæorum persecutione loquatur. sed verba Hegesippi, sicut à Nicephoro referuntur, non de solis Iudæis accipi posse. Illud argumentum est, quod ait, eos ἡσυχάζοντες & ἡσυχασίαν, præstasse Ecclesiis, vt testes Christi seruatoris. Ab alijs quidem ita hæc narratur, vt non facile discerni queat, quid ad Iudæos, aut quid ad Christianos referendum sit. Quin etiam Suetonius noster, sub nomine fisci Iudaici, Christianorum persecutionem

Nicephorus
Cathol. 9. 3.

In Apolog.

tom. 1. Ap-
mal. ad a. c.

93.

Not. ad
Niceph.

tionem

tionem intelligere, nonnullis creditur. Nam Iudæorum nomen notius, & vulgo magis obuium erat. Interim in utroque scriptum esse, satis constat.

Xiphil.

*Suet. XVII.
Herodian.
l. 17.*

VII. Nactus est tandem Domitianus exitum suis facinoribus dignum. Cum enim eorum, quos interficere destinauerat, nomina in tabulis duplicibus, quales ex tiliis fiebant, consignasset, puer quidam garrulitate & nuditate delicias Principi facere solitus, subiectum puluino dormientis libellum abstulit. Quo conspecto, Domitia vxor Domitiani, animaduertens se quoque neci adiectam, ceteris eiusdem periculi sociis rem aperuit; utque facerent potius quam paterentur insidias, facile omnes consenserunt. Collocuti ergo cum Nerua, de suscipiendo imperio, cetera maturarunt, ac tyrannum occiderunt. Qui hanc historiam cum exitu Commodi Imperatoris comparauerit, non ouum ouo similius reperiet, quam utriusque tyrannici casum.

VIII. Atque hæc sunt, quæ in Suetonii Cæsares, ad usum Academicarum exercitationum, per potiora quædam obseruationis politicæ capita extemporali studio annotare voluimus. Brevitas nobis pro lege fuit, & nunc pro argumento veniæ erit, si qua minus sunt à nobis expresse peniculateq; posita. Excerpta, non commentarios dedimus. itaque multa nobis omittenda fuerunt: multa non amplius quam tangenda. Etiam, quæ dissertatione aliqua, ad inquisitionem materiæ profundioris accommodatâ, profecti sumus, ad solidam quidem & seriam, sed nudam & incomtam proficiendi legem exegimus, posthabitis lenociniis, & ornatiore cultu, quem alias non aspernatur hoc ciuilibus disciplinæ genus.

De quibusdam grauioribus Suetonii locis, disquisitiones ampliores, suo tempore, si Deus uersauerit, daturi sumus.

F I N I S.



